UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

K435
.P5
1671
c.1

1080044802

PRACTICÆ INSTITVTIONES

SIVE

MANVDVCTIONES

IVRIS CIVILIS ROMANORVM ET REGII HISPANI,

Ad Praxim Libro singulari, & in quatuor distributæ partes comprehensæ.

METHODICA TRACTATIONE INSTITVTIONEM, Processusque Examen in causis Ciuilibus, Ordinariis, Executiuis, Criminalibus, & appellationum laconismo complectentes: & delictorum omnium publicorum, & priuatorum pœnas, alphabetico ordine insinuantes, Salmanticæ discipulis iamdiù dictatæ, in eorum gratiam in lucem emissæ, multis additionibus, & Pintiani Senatus decisionibus, nunc auctæ locupletatæ.

ACCESSERVNT EIVSDEM VETERES PRIORES Scholasticæ, practicæque renouatæ disputationes.

DE { *Mora, & eius commissione, & emendatione vna.*
Nobilitatis inter virum, & vxorem communicatione altera.
Satisdationibus iudicialibus, iudicio sisti, & iudicatum solui tertia.

ANTONIO PICHARDO VINVESÆ I. C. HISPANO PRIMARIO apud eiusdem Salmanticenses Iuris Cæsarei nuper Antecessore, Regio in Vallisoletano Conuentu Senatore Aulæ Præside.

Editio vltima mendis quamplurimis, quibus priores scatebant repurgata, & accuratè recognita.

LVGDVNI,
Apud GERMANVM NANTY, & IOANNEM BALAM.

M. DC. LXXI.
CVM PERMISSV.

46220

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

K435
I85
1671

ANTONII PICHARDI
VINVESÆ I. C.

Ad Auditores suos,

PRÆSENTIS INSTITVTI RATIO.

FORTE, AVDITORES CHARISSIMI, *gaudium, & corona mea, vos admiratio peruadet, Doctorem vestrum, à fastigio iuris integri, quod ego solus ante omnes Hispanos cunctum explanandum suscepi (absolutis in lucem editis commentariis, in quatuor Imperatoris Iustiniani Institutionum libros, quibus arte mirabili vniuersum ius ciuile Romanorum claditur) ab eiusdem apicalis, quos per volumina, nec pauca, nec parua, non oscitanter expendi, ab eius iudicioſioribus, abditisque mysteriis, quorum per annos triginta extiti mystagogus, ad has nugas, tricas, atque minutias, quas plerique rudes, & ignobilis literatura tractant, tandem esse deiectum. Ergo Pichardus in eleganti hoc, & magno iuris opificio, ex primo architecto in Prima Maxima & Academiarum Principe Salmantica tectum, atque tectoria floſculis, & laqueis ornante, factus est cæmentarius: & confert in impolitum, & vastum fundamentum calcem, cæmentum, arenam? Et admirandum arbitror, nec dedignandum. Admirandum equidem, quia mei generis hominibus nouum, & insolens. Non enim summi Iuris Antistites abiectum hoc dedignati munus, ei admouendam sibi manum, aut eius sarcinam, vel extremo digito censere tangendam: nouum autem, & insolens factum, non secùs, atque portentum semper est admirationis parens. Non dedignandum vero prudentißimus quisque censebit, qui aduertat animum in graui negotio gerendo omnem negligentiam esse grauißimam, leuem nullam; nec vilem ædificij partem despiciendam; ne statuæ celebratæ more materici, & metallorum moles infirmè nixa luto, vel ictu testæ labatur. Apud æquos rerum æstimatores maiorem excitat admirationem hac pars Iuris à Consultioribus prætermissa, quàm apud æstimatores iniquos eadem à me nequaquam omissa. In mea causa, eaque noua nolo à me teste fidem vestram extorquendam; Sed ab Augustino, ingeniorum, & sanctitatis deliciis, qui in causa huic non absimili, eademque nos in nobis, obseruat ille in Philosophorum Principe. Cum, inquit,*

Augustin. tom. 1. lib. de decem categoriis in initio.

omnis scientia disciplinaque artium diuersarum, non nisi oratione tractetur, nullus tamen, ô fili Adeodate, in quouis genere pollens inuentus est, qui de ipsius orationis vellet origine, principioue tractare. Idcirco miranda est Aristotelis philosophi diligentia, qui differendi de omnibus cupidus, ab ipsius capit examine, quam sciret prætermissam à cunctis, & omnibus necessariam. Hoc testimonium pro me in hac lite, non pro Aristotele latum ab Augustino videtur. Ego enim de toto iure differendi cupidus, has quoque Manuductiones disputo, quas video, & à cunctis pollentibus prætermissas, & omnibus necessarias apprimè; Sudamus toto vitæ cursu, ô discipuli, & lacertis totis incumbimus in facultatem non speculatricem, sed practicam, considerationem autem etiam à practicis exegit Aristoteles, sed ad aliud, nempe vt è consideratione mentis manus quoque moueatur in opus. Quid ergo studia prosunt misero scholastico, tempus, vires, atque fortunas in scribendis acutissimis disputationibus absument, ni earum subtilitate possit in litium praxi lucere? Non ego hunc gnarum iuris appello, sed baiulum, qui nec volumen, aut Codicem manu, sed volumina, & Codices tergoribus ferat. Medicum imperitum, & rudem citharædum, qui quos nouit sonos nescit efficere, nec educere theoricam medicam in ægri salutem. Celeberrima inter Academias orbis Salmentica, mihi tradidit formandum Consultum Iuris; hunc totum mea ipsius dextera manu, non alicuius sinistra formandum volo, atque vestiendum à vertice ad talos, ad plantas. Nec enim caput solum, aut humeros, tergora, & tibias vestiendas in Sacerdote Deus sibi delegit, sed & pedes; ne in Sacerdote, vel calceorum ligulas inelegantia turparet. Magnus Gregorius sedit in Ecclesiastica puppi, Pontificatus clauum clauésque tenens: descendit interdum ad musicorum sentinam, pueros canendi præceptis imbuens; ne quod esset in Ecclesia tam abiectum munus, quod quis Papam dedecere putaret. Nec solum Caietanus Cardinalis, cum Doctore Angelico de Theologicis arcanis solitus argutari, qui stylum quoque ad conscientiæ casus depressit. Quorum ego vestigia premens, vtilitatem vestram pluris faciens dignitate mea, ad manus vestras mitto Manuductiones has in praxim Iuris; quas vos alacres excepturos spero: quos quotidie alacres auditores, erectis capitibus experior, tam frequentes: vt gymnasium per se quidem amplissimum, sit angustissimum frequentia vestri. Valete, ac nos pro nostro amore vestri diligite. Salmantica, nonis Februariis Anno 1620.

DE REI DIVISIONE.

MANVDCTIONES hæ nostræ, quæ discipulis excipientibus dictatæ, inter paucos, & amicos dissimulatæ latere poterant, & in illorum gratiam hodie lucem accipiunt, quadripartita continentur diuisione. Prior pars ab incunabulis Aduocatum, & Iudicem in causa ciuili ordinaria manuducit. Illi quasi digito, quo ordine instituere processum debeat, insinuans; huic verò iam institutam; & formatam causam qualiter examinare oporteat, docens.

Planè, quia discusso negotio, lite sopita, & litigantium controuersiis per judicis sententiam fine imposito, eiusdem restat sententiæ executio, quæ non ordinario, sed extraordinario iudicio rem prosequitur: annectitur opportunè sequens pars, quæ similiter, & aduocatum, & iudicem quo ordine processum, & causam in executiuis (vt nostri loquuntur) negotiis formare, instituere, & examinare debeant, animaduertit.

Tertia pars breui gyro, & laconismo, institutionem, & examen processus in causis criminalibus comprehendit; & in calce omnium, tàm publicorum, quàm priuatorum delictorum pœnas alphabetico ordine digerit, & magna, cum omnium vtilitate proponit.

Claudit agmen quarta pars quæ de appellationibus agit, & præceptis quibusdam Hispano sermone conceptis (quæ & in aliis præstantur partibus) clarioris explicationis causa, totam rem comprehendit. Omnes statim in fronte proponuntur, vt qualiter in speculi, vel parui lumine montes apparent celsi, flumina, saxa, feræ; sic quid hoc libello claudatur, priori inspecta pagina innotescat. Ecce rem.

Examinis, & institutionis processus in ciuili ordinaria causa præcepta.

1 LO primero que ha de hazer el iuez en examinar el processo, es ver el poder del Actor, y del Reo si son bastantes, y si ay en ellos clausula de substituyr.
2 Vea luego la demanda de el Actor, y si esta puesta ante iuez competente, si huuo extrajudicial interpellacion, y la citacion.
3 Vea si pareció el Reo, si opuso alguna excepcion declinatoria, ò peremptoria, si contesta confessando, ò negando, y lo que derechamẽte responde à la demanda del Actor.
4 Vea la replica de el Actor à la respuesta de el Reo, y la contra replica de el Reo à la respuesta de el Actor, y los instrumentos que por vna, y otra parte se han presentado, y en que tiempo.
5 Vea la sentencia interlocutoria de prueua, el termino que se dio à las partes para ella, si se prorogò, si se mandaron las partes citar para ver presentar, iurar, y conocer los testigos.
6 Vea el interrogatorio de el Actor, y de el Reo, los testigos que se presentan por vna y otra parte, lo que dizen à las generales, y à los articulos mas importantes de las prouanzas, y particularmente si las de el Reo excluyen la intencion del Actor, y en este precepto se ha de cargar la consideracion de el iuez muy de proposito, por ser la llaue de la iusticia de las partes.
7 Vea si los articulos, y preguntas de los interrogatorios se pusieren por posiciones à las partes: y como las absuelue; & si por alguna dellas se ha pedido que la otra iure de calumnia.
8 Vea la publicacion de testigos, y prouanzas, y si fueron las partes citadas para la ver hazer: y si alguna de las partes se restituyò, y dentro de que tiempo.
9 Vea los escritos de bien prouado, no se fiando de ellos, mas de en quanto las prouanzas les corresponden, y si huuo tachas, y las prouanzas de ellas.
10 Vea si el iuez fue recusado, si fue la recusacion iurada, si tomò acompanado, conforme à la ley Real en lo seglar, y en lo Eclesiastico, vel si la parte que recusò prouò las causas de la sospecha ante los arbitros, y en la forma que el derecho manda.
11 Vea el auto de la conclusion para difinitiua, y si huuo citacion de las partes para oyr sentencia.
12 Vea la sentencia difinitiua si es conforme à la demanda, si absuelue, ò condena en todo, ò en parte, si se notificò à las partes, ò sus procuradores. Y en la declaracion de este precepto, vea los auisos que se ponen para meior pronunciar sentencia.
13 Vea si alguna de las partes dixo de nulidad contra la sentencia, y dentro de que tiempo.
14 Vea si alguna de las partes apelò, si la apelacion se interpuso en tiempo, si se prosiguio, ò quedò desierta.

Examinis, & institutionis processus, in causis executiuis præcepta.

1 ANte todas cosas se aduertirà, qui en pide la execucion.
2 Vea se luego contra quien su intenta, y pide.
3 Lo tercero, si la pide la parte, ò su procurador: y si los poderes del executante, y executado, son bastantes.
4 Vea se ante que iuez se pide: si tiene iurisdicion para executar.
5 Vea se si la sentencia en virtud de que se pide, & passo en cosa iuzgada, y està executoriada: ò si se pide en virtud de otros instrumentos: si son tales, que conforme à derecho traygan aparejada execucion.
6 Vea se luego el pedimiento de la execucion el mandamiento de ella, y si se proueyò como conuino.
7 Vea se si en el hazer la execucion guardò el executor el orden del derecho, si se trauò, ò hizo la execucion primero en bienes muebles: à falta de muebles, en bienes rayzes: à falta de todos, en deudas, derechos, y acciones del executado.
8 Vea se si dio fiador de saneamiento, y la forma de la obligacion de la fianza.
9 Vea se si por no dar el deudor fiador de saneamiento, se hizo la execucion en su persona: y si es de los que no pueden ser presos por deudas.
10 Vea se los placos de los pregones: si se dieron de tres en tres dias, si la execucion se haze en bienes muebles: ò de nue e en nueue, si se haze en bienes rayzes.
11 Vea se si fue el deudor citado personalmente para remate ò no pudiendo ser auido, se notificò el remate en su casa, ò à su familia.

12 Vea

12 Vea se si el Reo executado se opuso dentro de los tres dias de la citacion para remate.
13 Vea se si auiendo se opuesto, se le encargaron los diez dias, para alegar contra la execucion, paga, ò quita, ò otra razon legitima.
14 Vea se si la probò en el termino de la ley, ò quando.
15 Vea se si huuo tercero opositor, ò opositores: y como se prosiguiò con ellos la causa en via ordinaria.
16 Vea se la sentencia difinitiua en fauor del Actor executante, para que sea pagado de principal, y costas, dando ante todas cosas la fianza de la ley de Toledo.
17 Vea se la sentencia absolutoria en fauor del Reo, en que se le mandan boluer los bienes executados, y las costas.
18 Vea se si ha de pagar, y deue dezima de la execucion hecha.

Examinis processus in causis criminalibus præcepta.

1 LO primero que ha de aduertir el iuez, es la calidad del delito, y personas, de cuyo castigo se trata.
2 Lo segundo, como entra à proceder en el, si por inquisicion, ò pesquisa particular, ò general: Por denunciacion acusacion, ò de oficio.
3 Lo tercero, que ante todas cosas ha de constar auerse cometido el delito: y como se dirà que consta por la sumaria informacion.
4 Lo quarto, como ha de proceder à la prision de los delinquentes, y embargos de sus bienes: y si se han retirado à la Iglesia, si es caso en que les vale, ò no.
5 Lo quinto, preso el delinquente, procure tomarle la confession con breuedad, y no oluide que sea debaxo de iuramento: y si es menor de veynte y cinco años, le proueerà de curador.
6 Lo sexto, vea la acusation, quando, quien, y como se puso, y lo que concluye: y si incidentemente se pide en ella algun interes pecuniario.
7 Lo septimo, la respuesta del Reo, y su contrareplica à la replica del acusador: aduirtiendo, que en las cosas criminales, regularmente ablando, no se admite procurador.
8 Lo octauo, el auto de prueua, y ratificacion de los testigos de la sumaria, y las demas nuenas prouancas.
9 Lo nono, passados los prouatorios, la publicacion de testigos: aduirtiendo, que en lo criminal puede despues, de oficio, proceder à recebir mas informacion: como tambien el Reo prouarmas su innocencia.
10 Lo decimo, los escritos, ò alegaciones de bien prouado que ambas partes presentam: y si a y tachas, como se recibe la causa à prueua sobre ellas, y sobre los abonos de los testigos, y las prouancas de todo.
11 Lo vndecimo, si resulta el delito prouado, ò semiplene prouado, y que indicios ay: y si son bastantes para poner al Reo à tormento, y lo que en esto se ha de aduertir.
12 Lo duodecimo, la sentencia absolutoria, estando prouada la innocentia, ò no prouado el delito: y la condemnatoria, si lo està, y la pena que en el ha de poner: que se le segnala aqui por el A. B. C.
13 Lo decimo tercio, si por auer se ausentado el delinquente, se procede en rebeldia, llamandole à pregones la forma que en esto se ha de guardar.

Examinis, & institutionis processus, in causis appellationis, siue supplicationis præcepta.

1 LO primero que se ha de aduertir es, quien interpuso la apelacion, si la misma parte, ò su legitimo procurador, ò algun tercero sin tener poder. Si la interpusò la parte en causa criminal, (no estando preso) en ausencia, ò rebeldia.
2 Si el que la interpuso siendo verdadero litigante, teniendo consortes en el pleyto, la interpuso por si solo, y su interes, ò por, si y en nombres de sus companeros y consortes: y quando la apelacion de vno aprouecha à otros.
3 Si el que la interpuso es el verdadero apelante, ò no lo siendo quiere, prosiguiendo la causa en segunda instancia, suplantar la apelacion del aduerso.
4 Si murio el verdadero apelante despues de interpuesta la apelacion, quien la prosigue, y la causa, y razon que tiene para ello.
5 Si el que se presenta en grado de apelacion en segunda, ò tercera instancia, no apelo en las primeras, por miedo del iuez inferior, y que diligencias se han de hazer en este caso, para que el superior admita la apelacion y que quando el apelante estuuo impedido.

6 Si

6 Si auiendo se interpuesto la apelacion, hizo el apelante nuevos autos ante el iuez inferior de quien apelò, sera visto apartarse de la apelacion, y quando lo podra hazer.
7 De que iuez, ò iuezes se interpuso la apelacion, y si el iuez no la admite como se ha de prouer de remedio.
8 Para ante quien se apelò, y si auiendose apelado con la palabras generales. (Apelo para ante quien, y con derecho puedo, deuo.) se puede proseguir la apelacion, en el vltimo, y superior tribunal, omisso medio.
9 Considere se la forma, y tenor de la apelacion: con que palabras se interpuso: y si se pidieron los apostolos por el apelante.
10 Dentro de que tiempo se interpuso la apelacion, si eran passados los cinco dias en lo seglar, ò los diez en lo Eclesiastico.
11 De que sentencia, ò auto se apelo, si fue interlocutoria, aduiertase si tenia fuerca de sententia diffinitiua. o era tal que tuuiesse grauamen irreparable por ella.
12 Si la sentencia de que se apelo, se auia pronunciado en causa possessoria: si sin embargo de la apelacion se ha de executar la sentencia, ò deferir à la apelacion.
13 Si la sentencia difinitiua de que se apelò es segunda, ò tercera, y conforme con las primeras, y quando se diran tres sentencias conformes.
14 Si la sentencia de que se interpuso la apelacion se auia pronunciado en causa, en que conforme à derecho no se deuia admitir la apelacion, y que causas son estas.
15 Si el iuez, de cuya sentencia se apelò, procedio en la causa sin embargo de la apelacion, ò por la virtud de su comission, y iurisdicion, ò por la naturaleza de la causa en la qual la apelacion debuelue, y no suspende, y de los efectos de la apelacion.
16 Si siendo la causa de naturaleza, que en ella la apelacion de buelua, y suspenda, procedio el inferior sin embargo despues de la apelacion, ò en el tiempo que se pudo apelar, quien ha de reponer lo hecho, y atentado, y por que remedio.
17 De que sentencias no es necessario apelar, y de las nullidades de ellas, y dentro de quanto dias se ha de dezir de nullidad, y ante que iuezes.
18 Si sin embargo de auerse apelado en vn articulo, podra el iuez inferior proceder en la causa, ò en otros articulos della.
19 En la segunda instancia de que causa se puede conocer, si de solos los articulos que se trataron en la primera, ò otros nuevamente alegados, y intentados prouar.
20 La cantidad de la causa sobre que se ha litigado y apelado, y conforme, à ella donde se ha de proseguir en grado de apelacion.
21 Dentro de que tiempo se ha de proseguir, y fenecer la causa en grado de apelacion: y del primero, y seguendo fatal.
22 Despues de tres sentencias conformes: si ha lugar segunda suplicacion, y de la de las mil y quinientas doblas, como se ha da interponer, y seguir.
23 Estando prohibido apelar se de vn iuez, si se podrà suplicar de su sentencia.
24 Auiendose confirmado la sentencia del inferior por el superior, qual de las dos sentencias se ha de executar, y por quien.
25 Si se apelò friuola y malitiosamente, como, y en que ha de ser condenado el apelante.

MANV

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS; ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis Aduocatorum, & tyronum iudicum promptuarij, libri singularis,

PARS PRIMA.

AB INCVNABVLIS ADVOCATVM, ET Iudicem, in causa Ciuili ordinaria manuducens, illi quasi digito, quo ordine instituere processum debeat insinuans: huic vero iam institutum, & formatum qualiter examinare oporteat ostendens.

PRolatam à judice sententiam contra solitum judiciorum ordinem, rei judicatæ authoritatem non obtinere, cùm Imp. Alexander scripserit, in l. prolatam, 4. Cod. de sentent. & interlocut. omn. judicum, rectè Eleutherius Pontifex, in capit. judicantem, 30. qu 5. admonet, iudicantem cuncta rimati oportere, ordinemque rerum plena inquisitione discernere, nec litigantibus prius sua sententia obuiare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponant, tandiuque actionem ventilari, quousque ad rei veritatem perueniatur. Is cùm varius, & difformis juxta cuiusque prouinciæ stylum, & consuetudinem esse soleat, qui frequentius in omnibus tribunalibus, in ciuilibus, ordinariis, executiuis, & criminalibus causis obseruatur, quodam veluti laconismo, in nostrorum discipulorum gratiam, juxta Iuris Ciuilis Romanorum Imperatorum, Pontificum, Hispanorumque Regum Canones, rebus non latè discussis, sed cursim insinuatis indicabitur. Sat enim id est pro tyronum judicum, & aduocatorum institutione, cum tot & exterorum, & nostrorum quotidie, & ciuiles, & criminales rem prolixiori sermone enarrantes in lucem prodeant practici. Nostrum id erit, quem ordinem examinandi, & instruendi causas à litis primordiis prudens iudex, earumque peritus patronus obseruare debeant, ostendere. Quod quia commodius, & planiùs præceptis Hispano sermone præpositis percipietur, singulisque clausulis, & canonibus mox enarratis, rem sic prosequemur. Adiiciemus pro coronide omnium delictorum & publicorum, & priuatorum ordine alphabetico remissiuè digestas pœnas. Quo explicito tractatu quantum voluptatis, vtilitatis, & pecuniarij quæstus accedet, vestrum erit iudicium. Sed iam ad rem,

Examinis, & institutionis processus in ciuili ordinaria causa præcepta.

1 *Lo primero que ha de hazer el iuez en examinar el processo, es ver el poder del Actor, y del Reo si son bastantes, y si ay en ellos clausula de substituir.*
2 *Vea luego la demanda del Actor, y si esta puesta ante iuez competente, si huuo extraiudicial interpellacion, y la citacion.*

6 Si auiendo se interpuesto la apelacion, hizo el apelante nuevos autos ante el iuez inferior de quien apelò, sera visto apartarse de la apelacion, y quando lo podra hazer.
7 De que iuez, ò iuezes se interpuso la apelacion, y si el iuez no la admite como se ha de prouer de remedio.
8 Para ante quien se apelò, y si auiendose apelado con la palabras generales. (Apelo para ante quien, y con derecho puedo, deuo.) se puede proseguir la apelacion, en el vltimo, y superior tribunal, omisso medio.
9 Considere se la forma, y tenor de la apelacion: con que palabras se interpuso: y si se pidieron los apostolos por el apelante.
10 Dentro de que tiempo se interpuso la apelacion, si eran passados los cinco dias en lo seglar, ò los diez en lo Eclesiastico.
11 De que sentencia, ò auto se apelo, si fue interlocutoria, aduiertase si tenia fuerca de sententia diffinitiua. o era tal que tuuiesse grauamen irreparable por ella.
12 Si la sentencia de que se apelo, se auia pronunciado en causa possessoria: si sin embargo de la apelacion se ha de executar la sentencia, ò deferir à la apelacion.
13 Si la sentencia difinitiua de que se apelò es segunda, ò tercera, y conforme con las primeras, y quando se diran tres sentencias conformes.
14 Si la sentencia de que se interpuso la apelacion se auia pronunciado en causa, en que conforme à derecho no se deuia admitir la apelacion, y que causas son estas.
15 Si el iuez, de cuya sentencia se apelò, procedio en la causa sin embargo de la apelacion, ò por la virtud de su comission, y iurisdicion, ò por la naturaleza de la causa en la qual la apelacion debuelue, y no suspende, y de los efectos de la apelacion.
16 Si siendo la causa de naturaleza, que en ella la apelacion de buelua, y suspenda, procedio el inferior sin embargo despues de la apelacion, ò en el tiempo que se pudo apelar, quien ha de reponer lo hecho, y atentado, y por que remedio.
17 De que sentencias no es necessario apelar, y de las nullidades de ellas, y dentro de quanto dias se ha de dezir de nullidad, y ante que iuezes.
18 Si sin embargo de auerse apelado en vn articulo, podra el iuez inferior proceder en la causa, ò en otros articulos della.
19 En la segunda instancia de que causa se puede conocer, si de solos los articulos que se trataron en la primera, ò otros nuevamente alegados, y intentados prouar.
20 La cantidad de la causa sobre que se ha litigado y apelado, y conforme, à ella donde se ha de proseguir en grado de apelacion.
21 Dentro de que tiempo se ha de proseguir, y fenecer la causa en grado de apelacion: y del primero, y seguendo fatal.
22 Despues de tres sentencias conformes: si ha lugar segunda suplicacion, y de la de las mil y quinientas doblas, como se ha da interponer, y seguir.
23 Estando prohibido apelar se de vn iuez, si se podrà suplicar de su sentencia.
24 Auiendose confirmado la sentencia del inferior por el superior, qual de las dos sentencias se ha de executar, y por quien.
25 Si se apelò friuola y malitiosamente, como, y en que ha de ser condenado el apelante.

MANV

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS; ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis Aduocatorum, & tyronum iudicum promptuarij, libri singularis,

PARS PRIMA.

AB INCVNABVLIS ADVOCATVM, ET Iudicem, in causa Ciuili ordinaria manuducens, illi quasi digito, quo ordine instituere processum debeat insinuans: huic vero iam institutum, & formatum qualiter examinare oporteat ostendens.

PRolatam à judice sententiam contra solitum judiciorum ordinem, rei judicatæ authoritatem non obtinere, cùm Imp. Alexander scripserit, in l. prolatam, 4. Cod. de sentent. & interlocut. omn. judicum, rectè Eleutherius Pontifex, in capit. judicantem, 30. qu 5. admonet, iudicantem cuncta rimati oportere, ordinemque rerum plena inquisitione discernere, nec litigantibus prius sua sententia obuiare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponant, tandiuque actionem ventilari, quousque ad rei veritatem perueniatur. Is cùm varius, & difformis juxta cuiusque prouinciæ stylum, & consuetudinem esse soleat, qui frequentius in omnibus tribunalibus, in ciuilibus, ordinariis, executiuis, & criminalibus causis obseruatur, quodam veluti laconismo, in nostrorum discipulorum gratiam, juxta Iuris Ciuilis Romanorum Imperatorum, Pontificum, Hispanorumque Regum Canones, rebus non latè discussis, sed cursim insinuatis indicabitur. Sat enim id est pro tyronum judicum, & aduocatorum institutione, cum tot & exterorum, & nostrorum quotidie, & ciuiles, & criminales rem prolixiori sermone enarrantes in lucem prodeant practici. Nostrum id erit, quem ordinem examinandi, & instruendi causas à litis primordiis prudens iudex, earumque peritus patronus obseruare debeant, ostendere. Quod quia commodius, & planiùs præceptis Hispano sermone præpositis percipietur, singulisque clausulis, & canonibus mox enarratis, rem sic prosequemur. Adiiciemus pro coronide omnium delictorum & publicorum, & priuatorum ordine alphabetico remissiuè digestas pœnas. Quo explicito tractatu quantum voluptatis, vtilitatis, & pecuniarij quæstus accedet, vestrum erit iudicium. Sed iam ad rem,

Examinis, & institutionis processus in ciuili ordinaria causa præcepta.

1 *Lo primero que ha de hazer el iuez en examinar el processo, es ver el poder del Actor, y del Reo si son bastantes, y si ay en ellos clausula de substituir.*
2 *Vea luego la demanda del Actor, y si esta puesta ante iuez competente, si huuo extraiudicial interpellacion, y la citacion.*

3 *Vea si parece el Reo si opuso alguna excepcion declinatoria, ò peremptoria, si contesta confessando, ò negando, y lo que derechamente responde à la demanda del Actor.*

4 *Vea la replica de el Actor à la respuesta de el Reo, y la contrarreplica de el Reo à la respuesta de el Actor, y los instrumentos que por una, y otra parte se han presentado, y en que tiempo.*

5 *Vea la sentencia interlocutoria de prueua, el termino que se dio à las partes para ella, si se prorogò, si se mandaron citar para ver presentar, jurar, y conocer los testigos.*

6 *Vea el interrogatorio de el Actor, y de el Reo, los testigos que se presentan por una, y otra parte, lo que dizen à las generales, y à los articulos mas importantes de las prouanzas, y particularmente si las de el Reo excluyen la intencion del Actor. Y en este precepto se ha de cargar la consideracion de el juez muy de proposito, pro ser la llaue de la justicia de las partes.*

7 *Vea si los articulos, y preguntas de los interrogatorios se pusieron por posiciones à las partes: y como las absolviò, y si pro alguna dellas se ha pedido que la otra sea de calumnia.*

8 *Vea la publicacion de testigos, y prouanzas, y si fueron las partes citadas para la ver hazer, y si alguna de las partes se restituyò, y dentro de que tiempo.*

9 *Vea los escritos de bien prouado, no se fiando, de ellos mas de en quanto las prouanzas, les corresponden, y si huuo tachas, y las prouanzas de ellas.*

10 *Vea si el juez fue recusado, si fue la recusacion jurada. si tomò acompañado, conforme à la ley Real en lo seglar, y en lo ecclesiastico, ver si la parte que recusò, remitiò las causas de la sospecha à neles arbitros, y en la forma que el derecho manda.*

11 *Vea el auto de la conclusion para definitiua, y si huuo citacion de las partes para oyr sentencia.*

12 *Vea la sentencia definitiua, si es conforme à la demanda, si absuelue, ò condena, en todo, ò en parte, si se notifico à las partes, ò sus procuradores. Y en la declaracion de este precepto, vea los autos, que se ponen para mejor pronuncia sentencia.*

13 *Vea si alguna de las partes dixo de nulidad contra la sentencia, y dentro de que tiempo.*

14 *Vea si alguna de las partes apelo, si la apelacion se interpuso en tiempo, si se prosiguio, ò quedò desierta.*

EXAMINIS, ET INSTITVTIONIS PROCESSVS,

Præceptum I.

Lo primero, que ha de ver el juez en examinar el proceso, es el poder de el Actor, y de el Reo, si son bastantes, y ay en ellos clausula de substituyr.

De Procuratoribus, & eorum mandatis, & personis, quæ iudicio sistere possunt. §. 1.

SVMMARIA

1 *Procuratoria officium apud Hispanos, nisi legitime descripti non exercent,*
2 *Procuratore constituto quicunque iudicio sistit, nisi iudicium sit criminale, iniungendaque reo pœna maior, relegatione.*
3 *Procurator sufficiens mandatum habere debet.*
4 *Procuratorem minor 25 annis, sine tutore, aut curatore, uxor sine mariti licentia, seruus non constituunt, & an aliquibus casibus possint.*

1 CVR non antea juris ratio, quam persona quærenda sit, le. si quæramus, 4. D. de testam. leg. quidam referunt, 14 D. de jure codicillorum, quia nec omnes judicio sistere possunt, nec qui facultatem sistendi habent, personaliter semper, sed procuratore constituto frequentius sistunt (maximè in Hispanis tribunalibus quibus nemo aliud præter litis dominũ eius nomine in judicio esse potest, nisi ex iis, qui in cuiusque ciuitatis auditorio alienis litibus prosequendis legitimè descripti sunt, vulgò *Procuradores del num.* dicuntur juxta l. 1. tit. 14. lib. 2. nouæ Recop. & quæ adducit Azeuedo, in l. 2. in prin. tit. 2. lib. 4 eiusdem Recop. Bouad. in sua Politica, 2. par. lib. 3. c. 14. ex n. 16.) Et in quacunque causa quantumcunque summaria litigantis, personæ legitimatio requiritur, laso, in Rubrica qui admicti Reb. 1. tom constitutionum Franciæ, in procem. gl. 5. n. 149. Mizanta in pract. 4. part. d. tit. 9. n. 38. Hippol. in l. siquis nec n. 7 D. de quæst. Rebuf. d. 1. tit. de sent. executoria ibus art. 9. gl. 1. n. 32. Lanc. de art. 3. p. c. 18. n. 36. Auiles, in capitibus Prætor. c. 36. verbo. *Summaria*, n. 8. quos refert Azeuedo in l. 3. n. 5. tit. 2. l. 4. nouæ Recop. † Vsque adeò quod etsi à parte non opponatur nominatim, ex actis tamẽ ligatores legitimam personam standi judicio non habere, processus sit ipso jure nullus, vt jam citati resolunt. Quod si oponatur à parte progressus ad vlteriora, litisq; ingressus impeditur, l. non ign. 9. C. de his qui accus. non poss. leg. licet 14. C. de procuratoribus, ergò super ea excep. in primis pronunciari oportet, idem Maranta, d. 4. p. dist. 20. n. 16. & 6. p. memb. 9. n. 3. & 4 Bald. Alex. & Ias. landatis idem Alex. consil. 52. col. 1. vol. 2. Sigismundus Scac. de judiciis, l. 1. c. 101. n. 31. nec ad sententiam diffinitiuam in principali causa resemari (vt aiunt) poterit eius excep. definitio, sed super ea statim pronunciari debet, leg. 1. cum quinq; seqq. C. de ordine cognit. leg. siquis libertatis, 7. D. de petitione hæred. leg. quoniã, 26. C. ad leg. Iul. de adul. cap. 1. c. tuam. c. fin. de ordine cogn. Men. arb. l. 2. casu 167. D. Lara, de Ann. l. 2. c. 10. n. 63. Iacob. Cancer. l. 3. variar. rel. c. 17. ex n. 63. quod si ea neglecta à parte, cum fuerit, opposita, judex nihilominus vltetius progrediatur, & judex, quid vel inuat, vexet à superiori, poterit remedio attentatorum reuocari, c. ex p. 67. de appel. gl. in auth. habita C. ne filius pro parte, idèq; in extraordinario persecutionis judicio (executiuum nostri appellant) admittendum est, dict. c. ex p. c. 1. de dilationibus, Lancel. de attent. 2. p. c. 32. lim. 1. n 4. & seqq. ex Bal. do & in c. ex conquest. n. 1. de testit. spol. Ias. dec. Iosepho Lud. Ossat. Men. Cou. Petr. Surd. ref. Hieron. Gonçal. super reg. 8. Cancel. gl. 6. n. 124. Quoniam primum præceptum à judice, & ab aduocato obseruandum diximus in eo consistere, an idonea mandata sint. in primis inspicere, ne alias aduocati puniãtur pœna l. 14. tit. 16. l. 2. & leg. 3. tit. 2. l. 4 nouæ Recop. (quæ licet in aduocatis septemotum tribunalium loquantur, ex eadem ratione ad inferiorum quoque trahi debent) quãdo mandata valida, & legitima sint aperiamus oportet. Planè valida, aut nulla esse ex persona constituentium merito debet. & cum edictum, de procuratoribus proh bitorium sit, ei cui non prohibetur, constituendi procuratoris intelligitur data potestas, leg mutus, 45. §. 1. D. de procuratoribus, eleganter Wesembec. ad eum tit. ex n. 4. leg. 2. cum seqq. tit. 5. p. 3. † Et generaliter sciendum est enm, qui personaliter judicio sistere potest, posse. & per alium, quod quod vtilitatis causa receptum est, leg. 1. in fin. D. de procuratoribus, text. in procemio, dict. tit. 5. p. 3. cum regulariter personaliter in judicio comparere cõpellatur nemo, leg. fin. Cod. de procuratoribus, leg. 22. tit. 5. p. 3. c. 1. de judicis, l. 6. paucis casibus exceptis, quos indictis locis cõgerunt DD. inter quos ille est præcipuus, quando causa criminalis est. & criminaliter intentata, leg accus. 13. §. ad crimen, D. de public. jud. c. si quando, 40. 2. q. 6. c. nuz, 5. de procurat. l. 1. tit. 5. p. 3. l. 6. tit. 1. p. 7. ordin. in dictis locis Didacus, Perez t. 1. col. 892. Ant. Gomez. 3. t. c. 1. ex n. 12. Men. de arbitrar. quæst. 79. & q. 80. Hieron. Portoles, in additionibus ad Molinum, 4. parte. §. procurator, nu. 72. iniungendaque est delinquenti pœna corporalis maior relegatione, ex communi, quam resoluunt Didac. Perez, & Anton. Gomez, vbi supra; Secus si minor pœna imponenda sit, aut causa similiter intentatur, ex. dict. capitul. tuæ, quando autem causa criminaliter. quando, verò ciuiliter proponatur explicant Iul. Clarus, libr. 5. receptar. §. final. quæst. 1. Duenans, regul. 315. Didacus Perez, vbi sup. col. 748. Meneses, in leg. transigere, num. 106. Cod. de transaction. Qua in re semper meminisse iuuabit, comparentem in judicio alterius nomine mandatum 3 sufficiens habere debere, illudque in publica forma, alias, & iudicium teddi nullum, ipsumque procuratorem teiici à iudicio posse, vt ex capitul. 1. de procurationibus, l. si. procurator, 10. C. eod. leg. 10. titul. 1. par. 3. iuxta veriores sententias resoluunt Paz, in praxi, annotatione. 4. sub nu. 7. Azeuedo, in l. 3. n. 4. tit. 2. li. 4. Recopilat. Ioseph. Mascardus, de probationibus, conclus. 1006. num. 3. & 61. & cum multis portoles, vbi sup. sub. num. 3. quod apud nos, sine scrupulo iure admittendum erit, ex l. 55. tit. 1. lib. 3. l. 3. tit. 2. lib. 4. nouæ Recopil. ne alias iudicia illusoria reddantur. An autem gesta à procuratore, sine mandato, quæ postea à domino rata habita sunt, valeant, aliasque plures quæstiones. in hac procuratorum materia videbis apud iam relatos, & apud Melchiorem Pelaez de Mieres, lib. 1. de Hispan. Primog. qu. 5. num. 4. Anton. de Quesada, lib. vn. diuersarum quæstionum, cap. 31. Cald. in l. si curatorem, verbo, *lasit*, num. 101. Bouadilla. in sua Politica, 2. p. lib. 3. cap. 14. ex num. 16. Gabr. de Montetroso, in practica, tract. 7. cap. 121.

4 Illa autem silentio inuoluenda non est, mandatum à minore 25. annis. sine curatore, vel tutore, datum nullius esse momenti, cum constet, sine tutore, vel curatore in iudicio esse non posse, leg. acta. 45. §. fin. D. de re iudic. leg 1. & 2. C. qui legit. personam, l. clarum. 4. C. de auth. præst. §. item inuiti. Institut. de curatoribus l. 7. l. 11. tit. 2. part. 3. d. 13. tit. 16. part. 6 Paz in praxi. 1. par. 1. tom. 2. tempore, num. 21. vti nominatim cautum est, in l. 3. tit. 5. part. 5. quamuis ab eo procuratore gesta in minoris fauorem valeant ex eadem lege, & iis, quæ in proposito post alios resoluit azeuedo, dict. l. 3. ex nu. 13. Proximum huic conclusioni est, & illud, quod vxor. sine viri facultate, & venia in judicio esse non possit, l. 55. Taur. l. 2 titul. 3. libr. 5. Recop. l. neque procuratorem ipsa constituere poterit, vt in dictis legibus obseruant nostri, Paz, dict. 2. tempore, ex numero 27. sub num. 40. Hispane sermone libellum petitionis veniæ proponens, & ex Molino Hieronymus Portoles, num. 59. vbi supra quam si maritus deneganerit, vel. absens sit, poterit iudex causa cognita præstare, ex l. 57. l. 59. Tauri, eritque iusta causa veluti, si cum ipso viro litigare mulier velit: notant Auandan. de exequend. mandat. libro 1. capit. 19. numer. 7. & post alios Portoles iam relatus, num. 61. sponsa verò, siue sponso procuratorem constituere potest, ex Boerio in consuetudinibus Bituricensibus, tit. de consuetudine. §. 4. Palacios Rubios, in Rubr. de donat. inter. §. 68. num. 2. Portoles, num. 60. De seruo præterea nulla est, dubitatio, quin procuratorem constituere non possit, cum is, sine domini consensu, siue agat, siue defendat in judicio esse non possit, alias processus sit nullus, l. quoties. 13. D. liquis caut. l. seruus. 6. cum seq. C. de iudiciis, cum aliis pluribus, quibus consonat. l. 9. tit. 2. p. 3. Quod si seruus criminaliter conueniatur, ad pœnam corporalem poterit judicio esse: non tamen procuratorem constituere ex supra animaduersis.

Diximus maximè animaduertendum esse, *si ay en los poderes clausula de substituyr*, quoniam regulariter procurator ad lites alium suo nomine substituere ante litem contestatam non potest. l. quod quis. 8. C. de procurator. cap. 1. eod. titul. lib. 6. l. 19. & 23. tit. 5. part. 3. nisi in mandato substituendi facultatem habeat, quod casu etiam ante litem contestatam substituit, vt in d. cap. 1. & d l. 19. Vbique late auctores maxime Iaso, in d. leg. quod quis Sebastianus Vantius, tract. de nullitatibus tit. ex defectu mandati, num. 103. & seqq. & apud Aragones. ita practicari multis resoluit Hieron. Portoles, dict. §. procurator. ex num. 63. Formam autem mandati generalis ad lites, & ad alia negotia Hispanè conscriptam videbis apud practicum Montetroso, dict. tract. 7. pag. 125.

II. Præceptum

Vea luego la demanda de el Actor, y si esta puesta ante juez competente: si huuo extrajudicial interpellacion, y la citacion.

De iudice, extrajudiciali monitione, citatione, & actoris libello, vulgò *demanda*. §. 2.

SVMMARIA.

1 *Sententia debet esse conformis libello, iuxta communem, l. vt fundus. 18. D. communi diuid.*
2 *Actor sequitur forum rei, nisi in casibus quos appellant.* De corte, *& aliis priuilegiis.*
3 *Extrajudicialis monitionis effectus.*
4 *Citatio multiplex remittitur.*
5 *Citare, quid sit, & quid eli min us vocare.*
6 *Citari, seu in ius vocari quidam aliique venia non egent.*
7. *Citatio quomodo facienda, & an ab ea iudicium incipiat.*
8 *Nuncio asserenti se aliquem citasse, an fides adhibenda.*
9 *Libellus actoris, an in scriptis offerendus, & qualis esse debeat.*

1 SEquens præceptum est, quia sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. 18. D. comm. diuidundo, exornat Paz, in praxi. 5. tom. 1. p. 2. temp. nu. 14. (iuxta communem allegationem, quam sequitur Iaso, in l. 1. col. 3. D. de edendo, & in §. curare, nu. 18. Inst. de action. idem, & Decius, in l. vinum, ff. si. cent. pet. Ripa, nu 10. in cap. cum Ecclesia, de cau. possess. Ioannes de Fonte Brisiensi, tract. de finibus regundis, cap. 101. n. 7. Raynaldus Corsius, lib. 2. indigatio, num. cap. 27. Quam tamen falsam esse, rectè admonent Ant. Gaibertus Constanus, quæstionum iuris, cap. 9. Nicolaus Valla, tract. 2. de rebus dubiis, nu. 12. Bancius, de nullitatibus Rub. de effectu processus, nu. 97. Pinelus in l. 2. 3. part. cap. 3. nu. 12. C. de rescindi venditione. Quibus, & ego accessi, in l. edita. nu. 16. C. de edendo, accurate cum aliis eam legem explicans, quæ illud tantum probat, non posse judicem de re in judicium non deducta decernere, nec super, ea, quæ judicio comprehensa non est profertre) quo modo is sit concipiendus animaduertere, cui illud omnino præsumi esse oportet, coram quo iudice offerendus sit, & cum plures magistratus, & judices esse constet, de quibus late Paz, 1. tom. 1. part. temp. Rei totum actorem sequi debere certi iuris est, l. iu- 2
tis ordinem C. de iurisd. omn. iud. cap. cum sit generale. 8 deforo comp. l. 25. tit. 2. part. 3. l. 8. & 9 tit. lib. 4 Recopilat. quod si plures reus habeat, quem malit eligere potest actor. l. fi. C. de iur. omn. ind. cap. dilecti. 17. de foro comp. notat Paz, d. 1. temp. num. 77. & in optimo casu, Couar. lib. 1. variar. cap. 18. num. 6. nisi actor ex priuilegio coram suo proprio iudice conuenire teum possit, veluti si Clericus sit, aut casus sit ex iis, quod *de Corte*, appellamus, in quibus omisso inferiori coram superioribus iudicibus lis potest

mouerit, de quibus in l. 5. tit. 3. part. 3. l. 21. tit. 5. lib. 2. l. 8. tit. 3. lib. 4. Recopil. notant Greg. in dict. l. 5. Azeuedo, in d. l. 21. & l. 8. plura Couarr. in pract. cap. 6. & 7.* Illud autem, quia in praxi frequens est obiter insinuare libet, an si reus citatus sit, vt compareat coram iudice non suo, & fori exceptionem opponat possit iudex, cuius iurisdictio declinatur se in ea causa iudicem esse decernere summaria qualitatis cognitione in primis præhabita; Quæstionem hanc latè tractant Doctores in cap. cæterum, de iudiciis, in cap. si clericus laicum, de foro compet. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus, non ierit, l. si quis ex aliena, ff. de iudiciis, in l. præscriptione. 2. C. si contra ius, vel vtil. public. Et quamuis plures in ea re sint opiniones, quas late prosequitur Menoch. cons. 1045. per totum, lib. 11. receptio tamen est posse eundem iudicem, cuius iurisdictio in controuersiam vocatur summatiè, an sua sit iurisdictio, cognoscere, etsi ad eum pertinere constiterit ad vltetiora in principali causa procedere, sin minus eam competenti iudico remittere. Sic distinguunt, & distinctionem hanc admittunt infinitè fere Auctores quos, congessit Menoch. iam relatus, num. 5. Barbosa, in d. l. siquis ex aliena, numero 132. Sesse, de inhibitionibus iustitiæ, cap. 5. §. 5. ex num. 17. cum multis seqq. maximè, nu. 62. excipe casum, cuius meminit glossa notabilis, & communiter recepta, in cap. accusatus, 8. §. sane, verbo, manifeste, per textus ibi, de hæreticis, lib. 6. quæ de Inquisitoribus contra hæreticam pravitatem, verba faciens, sic ait: *In dubio ergo hoc casu non habens iurisdictionem, & licet aliàs index cognoscat, an sua sit iurisdictio, & in dubio dicatur iurisdictionem habere, l. siquis ex aliena, D. de iudiciis, qua in ordinario loquitur hic tamen, nisi id manifestè appareat se non intromittit.* Sequuntur Archidiaconus, Geminianus, Ioan. Andr. Menoch. Probus, & alij Doctores ibidem, Elmeticus, in directorio Inquisitorum, secunda parte, cap. 42. num. 7. Decianus, in praxi. lib. 5. cap. 13. num. 9. & resp. 8 num. 12. & 13. vol. 1. Riminald. cons. 286. nu. 15. versic. quartum quoque. Et licet non desint, qui contrariam opinionem tueantur, non eo casu, quo dubitatur, an factum sapiat hæresin. In quo procedit superior opinio, sed an notoria sit hæresis, quo casu putant nonnulli, Inquisitores posse cognoscere, an sua sit iurisdictio, & se iudices pronunciare, Abbas in dicto capite si clericus laicum, num. 12. & in cap. 1. numero 14. de fortilegiis, Felin. in cap. super litteris, num. 32. de rescriptis, & cum aliis, Franciscus Penna, in comment. ad directorium, dict. qu. 41. versic. cæterum, in hac causa. Quibus fauere videtur. glos. in cap. 1. per textus ibi, de officio delegati, in 6. Adhuc tamen prior opinio tenenda est, neque obstat glos. in dicto cap. 1. cui multis modis respondent Tiberius Decianus, dicto cap. 23. num. 9. Petrus Sardus, d. cons. 286. num. 15. Quibus addes, quæ in proposito, dict. glos. scribunt post alios Ioan. Gutierrez. lib. 3. pract. q. 9. num. 14. Emannel Rodriguez, qu. Regul. 1. tom. quæst 65. art. 11. vers. sed contraria sententia, Menoc. dicto cons. 1045. num. 3. Barbosa, in dict. l. siquis ex aliena, num. 5 48. Sesse de inhibition. iustitiæ, cap. 5. §. 6. num. 73. Anton. Corsetus, in suis singularibus, verbo, iurisdictio, vers. adde septimo. Est enim hæc in re certi iuris constare in primis oportere quemquam esse iudicem, alias nec ius dicere, nec iudicare poterit, lege hoc autem paragrapho 1. ibi: *Constare debet, liquereque prætori, vt sic permittat bonorum possessionem*, ff. ex quibus causis in possess. eatur notant Doctores, in lege, sed etsi de sua, ff. de acquir. hæred. & in lege multum interest, ff. de condit. & demonst. Barbosa, in l. 1. tit. 2. n. 17. ff. de iudiciis, Menoch. dicto cons. 1045. n. 5. † De extrajudiciali autem monitione, quæ ex vrbanitate libellum præcedere oportet, & eius effectibus latè Bart. & cæteri per textus ibi in lege quidam Hibetus, 13. ff. de seruitut. vrban. & in lege debitores, 19. Cod. de pign. Didacus Perez, 2. tomo ordinamenti, col. 718. Rebuffus ad leges Gallicas, tract. de expensis, art. 1. num. 27. Paz, in praxi, d. 1. tom. 1. par. 2. tempor. ex num. 1. qui ex communi resoluunt, extraiudicialiter monitum si non soluerit, aut alias actoris satisfecerit, etiam absque contumacia primæ citationis expensas præstare hinc que ortum habere clausulam illam in actorum libellis apponi solitam: *Y aunque por mi ha si de requerido muchas, y diuersas vezes, no se ha querido pagar sin contienda de juyzio.*

3 Citatio etiam libelli oblationem præcedere debet; 4 hæc multiplex est, multipliciterque fieri potest, de eius necessitate, & forma ne rem actum agamus videbis omnino, tit. 7. par. 3. l. 2. cum seq. tit. 3. lib. 4. nouæ Recopil. ordinationes Lusitanorum ex tit. 1. lib. 3. Azeuedo, dict. tit. 3. Hieron. Portoles, ad Molinum, 1. tom. §. citatio, cum tribus sequentibus, Gundisaluum de Paz, dict. 1. tom. 1. par. 3. temp. ex n. 1. Bouadilla, d. lib. 3. cap. 14. n. 22. Petr. Gregor. 3. par. Syntagm. lib. 48. cap. 2. n. 6.* Est citare aduersarium in ius vocare, l. 1. ff. de in ius vocando, ius hic interpretamur locum, vbi magistratus salua imperij sui maiestate ius reddit. l. ius, 11. ff. de iustitia, & iure, l. 4. §. 1. ff. de interrog. act. quamuis tamen olim in ius vocatus non diceretur, qui ad inferiorem iudicem vocatus erat, l. 2. in pr. ff. si quis in ius vocat. non ierit, l. 1. l. 2. C. de in ius vocando, Duatenus lib. 1. disput. cap. 1. Cuiacius, lib. 1 obseruationum, c. 10. ad quemcunque iam iudicem extensum est §. fin. Inst. de pœna temere litigantium. * Plane multæ sunt personæ, quæ in ius vocari, sine 6 venia non possunt: illæ quippe, quibus honor, & obsequium debetur, vti deducet, ex l. 1. & toto tit. ff. & Cod. de in ius vocand. lege secunda, cum seqq. tit. 2. par. 3. illarum plerasque retulit Paz, vbi proxime, 2. tempor. ex nu. 4. elegantius, & accuratius multo Anton. Quintana Duennas, lib. 1. de iurisdictione, & imperio, tit. 4. ex num. 13. omnino videndus, & ante eum (à quo ipse plura habet licet dissimulet (Vvesembeius in paratitlis, de in ius Vocando, quam fit à iudice Actor non perierit, iure communi pœna quinquaginta aureorum, iure Regio amissionis causæ punitur. lege in eam, 24. ff. de in ius vocand. dicto paragrapho fin. leg. 14. tit. 2. par. 3. à qua si eum pœnituerit, & ab instantia recesserit libera bitur: aut si vocatus tacuerit. Decisio Pedemontana, 32. nu. 21.* Est autem 7 citatio in scriptis omnino facienda. Primò quoniam etsi controuersiam sit, an iudicium à citatione, an verò à litis contestatione incipiat, vt iura contraria, & diuersas opiniones concilies, rem sic explicabis, pro citationem iudicium inchoari, non tamen formari, d. §. final. respectu actoris, & iudicis cœptum, & formatum dici. l. vbi cœptum, 30. lege si quis postea, 7. ff. de iudiciis, cap. penult. de foro competenti, capite gratum, 20. de officio delegati, nouissime Anton. Quintana Duennas, lib. 2. de iurisdictione & imperio, tit. de legatione iurisdictionis, num. 17. non respectu rei, quia potest forum declinare, cuius respectu, vt iudicium cœptum dicatur, litis contestatio est necessaria, à qua proptie iudicium incipit, leg. 7. tit. 5. p. 3. Ripa, in rubrica de iudiciis, num. 48. Paz, in 1. adnotatione ad praxim ex num. 35. & d. §. temp. ex num. 1. Ergò vt constet de perpetuatione iurisdictionis scribi citatio debet, & in actus processus redigi, deinde vt constet de dilatione reo concessa, & quando contumax dici possit, vt aduersus eum iuris remediis procedi possit, de quibus late idem Paz 2. tom. 1. par. c. 3.

Quamuis verò soli nuncio asserenti se aliquem citasse fides habenda sit necne: varie controuertitur 8 ex arbitrio iudicis id pendere magis placet Menochio lib. 2. de arbitr. centuria 2. casu 112. ex num. 1. elegantèr Bouadilla, in sua politica lib. 1. cap. 13. ex nu. 44. de cuius probatione multa nouissima Mascardus de probation. volum. 1. concl. 290. & sequentibus, & ante eum Paz dicto 3. temp. ex num. 31. & in eadem quæstione, an nuncio fides sit habenda, vide omnino, lege 1. tit. 7. part. 3. & Azeuedo, in l 3. ex num. 10. tit 3. lib. 4. nouæ Recopill. qui rem cæteris latius prosequitur, *citationem*, &c. Apud Acagones in criminalibus quomodo libellus sit concipiendus Hieron. Portoles, ad Molinum, 3. parte §. libellus, pagina 274. quibus omnino addes iure huius regni libellum manu aduocati noti subscribi debere, alias admittendum non esse, l. 4. tit. 16. lib. 4. nouæ Recopil.

9 Citationem subsequitur libelli oblatio, siue actoris petitio, quem scriptis à parte iure communi offerenda est, cap. primo, de libelli oblatione, cap. quoniam contra falsam de probat. quod & iure Lusitano probatur, libro 3. ordinat. tit. 19. iure Castellæ id iuris arbitrio relinquitur, an in scriptis petitio offerenda sit, necne, lege decima, tit. 17. lib. 4. nouæ recopilationis Auendano, responso 1. num. 11. dum tamen aliqualis petitio interueniat viua voce petentis saltim proposita, & apud acta processus in scriptis per tabellionem redacta, vt ei possit sententia conuenire. Auendanus, supra num. 17. & quamuis in Regius supremis tribunalibus in scriptis semper sit offerenda, lege 1. tit. 2. lib 4. nouæ Recopil. Matienzo, in Dialogo relatoris, 3. par. cap. 43. ex numer. 1. in arduis quoque negotiis in inferioribus tribunalibus, idem fere semper obseruatur. Ergò in causis, in quibus inscriptis libellus offerendus est, iuxta stylum, & sermonem illius tribunalis, vbi causa agitanda est, concipi debet, glossa in authentica offeratur, verbo, *prohibitis*, Codice de litis contestatione, cum aliis Azeuedo, in rubrica numer. 12. tit. 2. lib. 4. nouæ Recopilationis. Quid autem libellus continere debeat refert, glos. in d. cap. 1. de libel. oblatione, Speculator, tit. de libellor. conceptione. §. iam nunc, Iaso in §. omnium, num. 139. & 144. Maranta, de ord. iud. 6. p. membro 3. num. 4. bonus text. in l. 4. tit. 2. p. 3. de singulis eius clausulis, Paz, in praxi 1. part. 1. tom. 4. tempore, nouissime Azeuedo. vbi proxime, ex num. 15. latius idem Paz, 3. tom. suæ praxis. Sed vt quid generale dicamus, quemcunque libellum quinque continere oportere certissimum est, ex dict. leg. 4. titul. 2. par. 3. leg. 12. tit. 9. p. 4. *Quis quid, a quo, coram quo iudice, quo iure*, vti exemplis ostendunt iam citati, quæ transcribere esset otiosum, non tamen illud post factum narratum, conclusionem omnino necessariam esse, & in ea omnem vim, & potestatem petitionis consistere, proponitur conclusio, in illis verbis. *Porque pido a v. m. condene al dicho fulano aque me entregue, de y paque tal cosa*, de qua pluta Baldus in l. edita, numer. 55. C. de edendo, Iaso vbi sup. numer. 175. & 177. Azeuedo, num. 17. Paz, d. 4. temp. ex num. 8. Apud Aragones in criminalibus quo modo libellus sit concipiendus Hieron. Portoles ad Molinum. 3. p. §. libellus, pag. 274. quibus omnino addes iure huius Regni libellum manu aduocati non subscribi debere, alias admittendum non esse, lege 4. tit. 16. lib. 4. nouæ Recopil.

1 Libello actoris oblato, aut si viua voce petitio facta fuit, ea in scriptis à tabellione redacta duobus testibus præsentibus, iuxta ea, quæ adducit Pax in vltima adnotatione operis, num. 27. licet iure communi viginti dierum dilatio reo, vt responderet actioni concederetur, authentica offeratur, C. de litis contestat. iure nouiori Regio nouem tantum dierum datur, qui à die notificationis computandi sunt. leg. 1. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopil. (excipe gabellarum causas, in quibus vltra tres dies non porrigitur, leg. 5. tit. 7. lib. 6. Recopil.) Quibus elapsis reus, aut non comparuit, & vel absens 2 est, vel latitat, & contumax est, & eis casibus quomodo processus formari debeant, & in seculatibus, & in Ecclesiasticis tribunalibus Hispano idiomate scripsit Gabriel Monterroso in praxi, tractatu 2. *de la via ordinaria à las causas ciuiles*, fol. 14. pag. 2. cum sequentibus Gundisalvus de Paz, in praxi 1. tom. 2. & 3. tempore, & 2. tom. 2. tempor. quæ transcribere esset otiosum, aut comparuit actioni cedens, quo casu nullæ sunt partes iudicis, l. 1. C. de confessis, & statim sequetur condemnatio, l. 1. cum seqq. tit. 13. p 3. † Si verò in actione proposita negauerit, & an- 3 te litis contestationem aliquas velit dilatorias exceptiones opponere, illis vti poterit, cap. inter monasterium. 20. de re iud. l fin. C. de except. l. exceptionem. 19. C. de probation. l. 9. tit. 3. p. 3. d. l. 1. tit. 5. apud Lusitanos, lib. 3. ord. tit. 37. §. 1. post litem cuius contestatam non admittuntur, excipe casum, c. pastoralis. 4. de except. cum notatis ab Asinio, in praxi, c. 2. §. 13. Duennas, reg. 263. maxime si declinatoria fori ratione incompetentiæ iurisdictionis obiicienda sit, ex d. l. 1. tit. 3. & d. tit. 5. & d. tit. 37. §. 2. & adductis à Paz d. 1. tom. 1. p. 5. temp. num. 23. † Nam 4 si ratione incapacitatis forus declinari possit, in quacunque parte litis, talis exceptio poterit opponi, ex communi opinione, quam resolut, Rod. Suar. in l. 2. tit. *de los emplazamientos*, num. 47. lib. 2. fori, Couarru. in practicis, cap. 25. num. 4 cuius rei ratio defenditur, ex l. priuatorii. 3. C. de iurisdict. omn. iud. cap. si diligenti 12. de foro comp. Quemadmodū, & cum quis per errorem iudicem non suum adiit, ex l. si per errorem, 15. ff. de iurisdict. omn. iud. Greg. in l. 15. verbo, *las partes*, tit. 21. p. 3. Libellus vero in dilatoriis exceptionibus Hispane proponit Gund. de Paz d. §. temp. ex num. 19. Et plura de his exceptionibus adducunt Capra, reg. 57. Diaz, reg. 156. & 170. Portoles, ad Molinum. 1. part. §. actor, ex n. 7. & 2. part. §. exceptio, ex n. 81. & d. 1. p. §. contestatio, ex nu. 1. † Quod si reus exceptiones dilatorias nullas habeat, 5 eisve vti nolit, litem contestari omnino tenetur iure communi intra 20. dies Auth. offeratur. C. de litis contest. quæ habetur, in cap. induciæ, versic. *offeratur*. 3. part. iure Regio intra nouem dies, dict. l. 1. tit. 4. lib. 4. nouæ Recopil. de cuius interpretatione multa Paz, vbi proximè 6. temp. ex num. 23.

III. Præceptum.

Vea si parecio el Reo, si opuso alguna excepcion declinatoria, ò peremptoria; si contesta confessando ò negando; y lo que derechamante responde à la demanda del Actor.

De exceptionibus, litis contestatione, & rei libello, vulgo, *respuesta*. §. 3.

SVMMARIA.

1 *Reo qui terminus concedatur, vt actoris libello, & petitioni respondeat.*
2 *Reo absente, aut contumace qualiter formandus, & ordinandus processus remissiue.*
3 *Excepciones dilatorias quando proponenda.*
4 *Excepcio incapacitatis iudicis potest in quacunque litis parte opponi.*
5 *Litis intra quod tempus debeat contestari.*
6 *Litis contestatio, quid sit: & qualiter olim fieret.*
7 *Litis contestationis omissio nullum reddit processum.*
8 *Lis debet contestari per verbum*, nego vel confiteor, *alias habetur reus pro confesso.*
9 *Litem contestari reus, an precisè compelli possit.*
10 *Confessio rei in iudicio caute facienda.*
11 *Exceptiones peremptoria: quæ & quando proponenda.*
12 *Exceptiones peremptoriæ, etiam termino elapso restitutione impetrata opponi minor.*
13 *Nullitatis exceptio, etiam post sententiam diffinitiuam opponi potest.*

6 Est autem litis contestatio principalis negotij, apud iudicem facta narratio, & ad eam sequuta responsio, iuxta text. iuncta glos. in cap. vnic. de litis contestatione, cap. dudum, in 2. de electione, l. rem non nouam. 14. §. patroni. C. de iudiciis, l. 19. tit. 4. l. 2. & 3. tit. 10. part. 3. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. Ord. Lusitanorum, lib. 1. tit. 19. in prine. † Estque adeo necessaria in iudicio, vt si omittatur processus nullus sit, cap. 3. de litis contestatione communis opinio teste Felino, in cap. si diligenti, n. 8. de foro comp. Vantius, de nullitat. tit de nullitate ex defec. professi. num. 28. Qualiter autem olim litis contestatio fieret, explicat Rebard. lib. singular. pro tribunal. cap. 11. Franc. Polletus lib. 4. fori Romani, cap. 8. & lib. 5. cap. 5. Cuiacius lib. 9. obsero. capit. 21. Parlad. lib. 7 1. rerum quotidianar. cap. 14. † Hodie fit per verbum *nego*, vel *confiteor*, l. 7. leg. 10. tit. 5. l. 2. tit. 10. part. 3. & magis, ex l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. alias res habetur pro confesso. Cuius legis rigorem, etsi septemtribunalibus lazari scripserint Couarr. libro 1. variar. capit. 1. num. 1. Auend. responsio 1. num. 14. Marienzo in dialogo relatoris, 3. part. cap. 44. num. 6. & qui plura iuxta eam adducunt, præter Azeuedum ibidem omnino videndi, Olano in concordia iuris, lit. L. ex num. 35. Did. Perez. 1. tom. col. 861. Paz. 1. tom. 1. part. 6. temp. ex num. 23. in inferioribus omnino obseruandum dubium non est. † Vnde iam cessat magna interpretum controuersia, vtrum reus posset litem contestari præcise compelli: posse docuit Bart. & alij, quos eius opinionem communem dicens sequitur Bologn. in l. si finita. §. Iulianus, num. 68. ff. de damno infecto. Maranta, de ordine iudiciot. 6. part. memb. 10. num. 8. Gregor. in l. 5. tit. 10. p. 3. Perez, vbi sup. col. 865. quibus fauet. l. inter stipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig. l. quoties, 21. ibi omnimodo, ff. de noxalibus actionibus, non posse docet alia communis, quam idem Bologn. vbi sup. resoluit Auendanus, responso 1. num. 22. cui fauet, l. vnica, C. vt nemo inuit. ager. vel accus. compell. & in l. sed & hæc. §. Prætor. ff. de procurator. nam in ea controuersia vetustissimum est, præcise compelli non posse, quia voluntas vim non patitur, capit. merito 15. q. 1. cap. ita nè. 33. q. 3. rectè tamen cautatiue, cum alias pactatur missionem in possessionem, apud nos vero habeatur pro confesso, ex d. leg. 7. nouæ Recopil. potest induci bellissimus text. in l. 2. §. quid ergo, ff. de ventr. inspiciend. † Ergo si reus defensiones habet, negationem præmittat necesse est post eam confessionem, cum qualitate; alias enim si prius fatereur; extrema aliqua adiecta qualitate, haberetur pro confesso qualitate reiecta Accurs. in l. si quidem 9. versic. *si quidem*. Cade exceptionibus & in l. si filius 37. verbo, *desit* C. de liberali cau. quod cautus aduocatus animaduertat, iuxta Aretini monitum in l. decem, col. penult. ff. de verb. obligation. & quæ latius Couarruuias adducit, lib. 1. variar. c. 1. num. 3. potestque & pro hac opinione non minus bellè induci argumentum, l. 1. ff. ex fundo, ff. de hæred. instituend. vnde originem habet stylus hodiernus illius clausulæ, quam eruditi practici adiciunt (*niego deuer al dicho fulano los dichos ciento ducados: y caso no confessado, que se los deuiera, es por tal o tal razon para no se los pagar.*

11 Obiici etiam à reo aliæ exceptiones solent, quæ peremptoriæ idcò dicuntur, quia ius actoris perimunt §. appellantur, Inst. de excep. de quibus multa, Maranta de ordine iudiciorum. 6. p. memb. 9. nu. 21. extant plures Hispanæ leges sub tit. 4 *de las excepciones*, lib. 4. nouæ Recop. & apud Lusitanos, lib. 3. tit. 38. Paz. in praxi. 1. tom. 7. temp. ex num. 1. veluti exceptio, *iuris iurandi, transactionis, rei iudicatæ, præscriptionis*. Hæ, & aliæ id genus, quando ante litem contestatam obiiciuntur in vim dilatoriarum, litis ingressum impediunt, quo casu liquidæ sunt (vt nostri aiunt) aut in contenti, & de facili probari possunt, non alias, quoniam si altiorem indaginem requirunt, ad altiora iudex prò gradu erit, cap. 2. de litis contestatione, lib. 6. in quibus reus succumbat, poterit eas iterum in vim peremptoriam obiicere, cap. veniens. 2. de testib. Ergò peremptorias exceptiones obiicit reus iure communi post litem contestatam vsque ad diffinitiuam. l. peremptorias. C. sent. rescindi non posse. Iure Castellæ intra viginti dies à litis contestatione, l. 1. tit. 5. lib. 4. Recopil. Iure Lusitano intra decem dies, lib. 3. ordinat. tit. 38. in prine. quo termino elapso si eas proponat, reiciendæ sunt, nisi iure iurando reus affirmet se earum certiorem nuper factum fuisse: quas intra eundem terminum probare tenetur, alias in expensis arbitrio iudicis condemnatur. † Excipere minorem, & alios cui beneficio restitutionis succurritur, qui eo tempore elapso restitutione decreta audiri poterunt, vti latius postea dicemus, & latè Paz, vbi supra. 8. temp. ex num. 113. Excipo nullitatem, quæ si per viam exceptionis opponatur, iuxta Couarr. in practicis, cap. 15. num. 4. post diffinitiuam opponi potest: olim perpetuo, l. 1. C. quando prouoc. non est necess. l. 4. tit. 26. p. 3. hodie intra sexaginta dies ab intimatione sententiæ, l. 2. tit. 17. lib. 4. Recopil. Didacus Perez, in l. 2. tit. 5. lib. 3. ordinamenti, glos. 1. Auend. in l. 4. & 5. tit. *de las excepciones*, lib. 3. ord. Quibus animaduersis rectè patronus intelliget quo modo, & quando libellum pro reo instruere debeat, quem Hispanè conscripsit Paz, 1. part. 1. tom. 7. tempore, nu. 17.

IV Præceptum.

Ven la replica de el Actor à la respuesta del Reo: y la contra replica del Reo à la respuesta de el Actor, y los instrumentos que por vna, y otra parte se han presentado, y en que tiempo.

De replicatione Actoris, & duplicatione Rei, §. 4.

SVMMARIA.

1 *Libello Rei intra quod tempus actor respondere debeat.*
2 *L. 2. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopil. de stylo, an procedat.*
Instrumenta, vt opposita exceptiones probantur, an admittenda?
3 *Actor aduersus rei libellum intra quod tempus replicationem opponet, & è contra Reus aduersus alterum.*

1 Rei Responsorio libello perfecto, cuius præcipuè finis erit Actoris actionem excludere, eius copia actori danda est, Bart. in l. 1. §. 1. num. 7. ff. de edendo, (quemadmodum, & libelli actoris reo præstatur, Bart. in d. auth. offeratur, glos. in elem. caulam, verbo, *porrecto*, de electione, Paz. 1. tom. 1. p. 4. temp. nu. 60.) statuitque actori sex dierum terminus à die notificationis, vt exceptiones in libello rei contentas excludat, l. 2. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopil. nisi reus reconuentionem, mutuamvè petitionem obiecerit actori, quo casu nouem dies eadem lege præstituuntur: quibus elapsis, quando exceptiones instrumentis reiiciendæ sunt, quamuis admittenda non esse instrumenta eadem lege dispositum sit, eius dispositionem stylo non recipi, sed † potius iuxta iuris communis dispositione, cap. 2 cum dilectus. 9. de fide instrumen. esse instrumenta recipienda vsque ad conclusionem in causa resoluit Couarruuias, in pract. cap. 20. num. 8. quandoque etiam post conclusionem, dummodo producens iuret nuper ad eius peruenisse notitiam, vti ex Bartol. Couarruuias vbi supra quem stylum à producente probari vtile nimis erit, cum regularites ab alleganti debeat probari, vt notant Felinus, & Imola, in cap. 1. de tregua, & pace, Rod. Suarez, in prœmio legum fori, in prin. & in l. 6. titul. *de las ganancias*, lib. 3. Fori. Gregorius, in l. 7. tit. 2. par. 1. Oroscius: in Lde quibus, ff. de legibus, Auiles, in cap. Prætor. cap. 19. & quæ nouissimè

nouissimè de stylo probationes scripsit Ioseph. Maseard. 3. tom. de probat. concl. 2559. Vnde fit, cum instrumenta producantur elapso termino, c. l. 2. contrario stylo, neque legato, neque probato, eamum iudicem respondere, *que se admitan en quanto ha lugar de derecho*, vt sic postea possint partes aduersus productionem, quæ velint 3 obiicere. † Aduersus actoris replicationem Reus alium duplicationis, producit libellum intra alios sex dies notificationis, intra quos sua instrumenta offerat, aut illis elapsis instrumento præstito, vti paulò ante diximus. Quibus peractis ab Actore, & Reo in ima cera horum libellorum replicationis, & duplicationis concluditur: quamuis enim olim triplicatio, & quadruplicatio daretur, leg. 2. ff. de except. tex. in prine Instit. de replicationibus hodie etsi à patribus conclusum non sit, plures non sunt admittendi, l. 5. ad fin. tit. 16. lib. 2. leg. 2. tit. 5. lib. 9. tit. 6. lib. 4. nouæ Recopil. & quid apud Lusitanos, lib. 3. tit. 13. §. 12. libellos hos replicationis, & duplicationis Hispanè conscriptos videbis apud Doctorem Paz, d. 1. p. 1. tom. 7. temp. ex num. 54.

V. Præceptum.

Ven la sentencia interlocutoria de prueua, el termino que se dió à las partes para ella, si se prorogó, si se mandaron citar para ver presentar, jurar, y conocer los testigos.

De sententia interlocutoria, & dilationibus. §. 5.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoriam probationum sententiam intra quod tempus index proferre debet.*
2 *Terminus probationum qualis, & quotplex esse debet.*
3 *Terminus quartus*, vulgo quarto plazo, *nisi ex magna causa non datur.*
4 *Terminus*, qui *vulgo* vltra matino *dicitur, quando dari debet, remissus.*
5 *Citari debent Actor, & Reus, vt mutuo, & vicissim testes deponentes produci, & iurare videant, alias depositio nulla.*
6 *Sententiæ interlocutoriæ verba*: Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, *qui præstent.*

1 Exigit deinde iudiciorum legitimus ordo, vt libellorum tetminis elapsis, sententiam interlocutoriam, per quam ad allegationum probationes litigantes admittat, intra sex dies inde a proferat: est enim testium, & instrumentorum receptio de substantialibus iudiciis, vt in hac nostra l. prolatam. Accursius admonuit probatus, lege 2. tit. 15. part. 3. lege 2. & 3. tit. 16. parte 3. lege 4. tit. 6. lib. 4. Recopil. Auenden. responsi. 1. num. 7. * Alias si ad probationes index litigantes non admitteret, & dictus ordo non obseruatur, sententia à iudice prolata erit ipso iure nulla, d. lege prolatam 4. C. de sentent. & interlocutionibus, ibi: *Prolatam à Præside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem authoritatem rei iudicatæ, non obtinere certum est*, l. 15. tit. 22. p. 3. vbi Greg. Lop. gloss. 7. dicit quod non tener sententia lata, sine mediis probationum, vel sine assignatione termini ad probandum, & quod si index passus non fuit, fieri ptobationes, & ex abrupto tulit sententiam, tunc sententia est ipso iure nulla, Ossaeus, decis. 22. numer. 3. Quæ forma similiter debet militare in iudiciis executiuis, leg. fin. Cod. de edicto Diui Adr. toll. l. 2. tit. 15. part. 5. Zephalus, cons. 4. à num. 16. vol. 3. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. 5. num. 4. Anton. Gomez, in leg. 45. Tauri, à num. 147. At vero si illud, quod litigans probare intenrat talis qualitatis sit, quod eo probato, sibi in negotio principali non prosit, nec aduersario noceat, tunc index talem probationem suscipere, non debet, & si suscepetit, erit ipso iure nulla, lege 4. tit. 6. lib. 4. Recop. quia non debet expectari eventus illius, cuius nullus sequitur effectus, ex regula frustra expectatur, de reg. iur. lib 6. & ex tali probatione nullus effectus expectatur, quia nec sibi prodest, nec aduersario nocet, ita index omittendo probationes ad vlteriora procedere debet, ex dicta lege 4. vbi Azeu. similiterque iudex non debet admittere partes ad probandum, quando lis non in facto, sed in iure consistit, Franchis decis. 121. num. 12. Alex. Ludouisius, decis. 497. num. 7. Id nisi iudex fecerit retardatæ litis, damna, & requisitus quinquaginta & requisitus quinquaginta mille marapetinorum incurrit, lege 1. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. In hac interlocutoria sententia, illud in primis considerandum est, quod tempus index ad probationem concesserit, vt intelligi sic possit, vtrum partes intra illud testes produxerint; & producti testes deposuerint: † Terminus 2 quamuis olim vltra primam dilationem non porrigeretur, lege oratione 7. leg. fin. ff. de feriis, tres dari posse postea constitutum fuit, cap. in causis 13. de testibus lege 33. tit. 16. par. 3. Hodie sub vna omnes dantur, lege 15. tit. 8. lib. 2. fori, relinquunturque iudicis arbitrio, quæ dilatio sit concedenda Menochius de arbitrariis, lib. 2. casu 52. dummodo vltra octogima dierum si causa citra montes, si vltra montes centum viginti non excurrat, lege 1. titulo 6. libro 4. Recopilation.

† Quarta dilatio, vulgo *quarto plazo*, nisi ex magna 3 causa dari non debet capite vltra tertiam 55. de testibus, data vltra prædictos dict. leg. prima, terminos non porrigitur.

Ille autem, qui apud nos dicitur *vitramarinus*, quando, & quo ordine & forma à iudice dari oporter, vide leg. 1. & 3. tit. 6. l. 4. nouæ Recopilat. vbi plures congerit Azeuedo post Paz. 1. par. 1. tom. 8. temp. ex nu. 22. Ioan. Guttierez, lib 1. pract. q. 54. & seq. quos videbis, vt illam dissolvas vsu fore si maxime occurrentem, vtrum testes, qui intra terminum intramontum præsiterunt, illo elapso possint deponere.

Rursus animaduertendum est, *si el juez mando citar las* 5 *partes para ver presentar, jurar, y conocer los testigos que la vna parte presentare contra la otra, y la otra contra la otra*, quoniam ea citatione omissa, si testes recipiantur, eorum depositio nulla erit, cap. 21. de testib. Authen. tsed & si quis, Codice eodem, lege 23. tit. 16. par. 3. Ord. Lusitan. tit. 1. lib. 3. §. 14. Anton. Gomez 3. tomo cap. 12. num. 20. Clarus lib. 5. §. fin. q. 14. aliquibus casibus exceptis, quos in dicto cap. 2. Felinus congessit, Cosset. in singularibus, verbo, *testis*, Masil. singul. 24. Auendano responso 21. num. 16. Couar. lib. 2. variatum cap. 23. numer. 5. Mylanta de ordine iudic. 6. parte, capite de citatione, num. 27. Paz, 1. parte 1. tom. 8. tempor. numer. 54.

Denique obseruandum est interlocutoriam à iudice il- 6 lis adiectis verbis proferendam: *Saluo iure impertinentium & non admittendorum*, quæ si non essent adiecta, posset actor reum si audare, & è contra, veluti si cum ex causa mutui peteret, postea probaret de dominio, vel quasi, quod admittendum est; debent enim articuli fieri iuxta petitionem, & defensionem actoris, & rei lege ad probationem 21. Cod. de probat. leg. 4. tit. 6. lib. 4. Recopil. optime Speculator, titulo depositionibus, §. 7. & videbis, Paz, dicto 8. tempore, ex numer. 50. Formam sententiæ interlocutoriæ Hispanè proponit, idem Paz, ibi num. 2. & Practicus Monterroso, tract. 2. fol. 15.

VI. Præceptum.

Vea el interrogatorio de el Actor, y del Reo, los testigos que se presentan por vna y otra parte, lo que dizen à las generales, y à los articulos mas importantes de las prouanzas, y particularmente si las del Reo excluyen la intencion de el Actor. Tenese precepto se ha de cargar la consideracion del juez mu de proposito, por ser la llaue de la justicia de las partes.

De actoris, & rei articulis, vulgo, *interrogatorios*, & testium depositione. §. 6.

SVMMARIA.

1 *Interrogatorij quando, & quomodo concipiendi, & producendi à litigantibus.*
2 *Fama quam probationem inducat.*
3 *Testis iuratus semper deponere debet, alias, probatio nulla.*
4 *Testis sua depositionis causam per sensum corporeum reddens fidem facit.*

1 SEntentia interlocutoria prolata actor, & reus articulos, Hispane *Interrogatorios*, vnusquisque iuxta suum & aduersarij libellum producunt, vt iuxta eos testes deponant; qui sunt clarè, & distinctè concipiendi vt late post alios Maranta, de ordin. iudic. 6. pag. actu 4. cum seqq. Paz, 1. 1. tom. 8. temp. ex num. 60. Inter quos ille est primus, quia alias testes non possent deponere, vt de litigantium cognitione, & rei de qua litigatur notitia interrogentur, de aliisque generalibus, videlicet, ætate, amicitia, inimicitia, familiaritate, ex quibus quanta eis fides sit adhibenda, iudex intelliget, late Lanfrancus, in cap. quoniam contra falsam, verbo, *testium depositiones*, num. 90. Marant. 1. p. §. decimus tertius actus, Didacus Perez 1. tom. col. 936.

2 Ille vltimus, de fama publica interrogetur, quoniam licet regulariter fama publica plenam probationem non inducat sed semiplenam, Paz vbi sup. num. 69. copiosissimè Ioseph. Mascardus de probat. 2. vol. concl. 748. cum seqq. l. 3. tit. 30. pag. 7. tamen si eis vnus saltim accedat testis, plena fiet probatio, cap. 1. vbi notant omnes, de appell. Couarr. lib. 3. variar. c. 3. num. 4. Menochius de præsump. lib. 1. quæst. 1. num. 39. Illud tamen in omnibus obseruandum est, vt testes iurati semper deponant, alioqui fidem non faciunt, l. intis iurandi. 9. l. si quando. 19. C. de testibus c. de testib. 29. c. fraternitatis 17. c. tuis quæstionibus, 39. extra eodem, leg. 23. tit. 16. part. 3. Menoch. lib. 1. de arb. q. 26. Octauia. in pract. canonica, lib. 6. c. penul. num. 6. & 34. Couarr. libr. 2. variar. c. 13. Gutierr. in l. nemo potest, num. 121. ff. de leg. 1. Simancas, de Cath. inst. tit. de testibus, num. 8. Bouadilla, in sua Politica, lib. 3. c. 8. num. 9. Petrus Augustinus Morla, in emporio iuris, 1. part. tit. 11. num. 30. Quos non retulit, Paz vbi supra, num. 114. qui ex num. 107. formam qua à testibus iusiurandum recipi debet, ex l. 24. tit. 16. part. 3. refert, & ex Greg. ibid. illud omnino obseruandum, vt semper à iudice petatur, *que todo lo que supiere de aquel pleyto, y causa lo diga, aunque no sea preguntado de ello*, quo casu extra articulum deposuisse obiici testi non potterit. Illud etiam, vt omnibus articulis aduocatus semper addat, *digan los testigos como saben aquella pregunta.* † Quoniam testis, qui depositionis suæ causam non reddit, aut per aliquem sensum corporeum non concludit, aut minimam aut nullam fidem facit, l. solam. 4. C. de testib. l. 28. & 29. tit. 16. par. 3. Paz, vbi sup. 9. temp. ex num. 17. nonnullisimè Bouadilla, lib. 5. c. ex num. 72. Morla, d. tit. 11. ex num. 47. qui est omnino videndus, plura enim vtilissima, ex num. 1. illius, c. 1. tit 11. in materia prosequitur. Item, & Paz, d. 8. temp. ex num. 63. vbi formam interrogatorij Hispanè proposuit.

VII. Præceptum.

Vea si los articulos, y preguntas de los interrogatorios, se pusieron por posiciones à las partes, y como las absueluen, y si por alguna de ellas se ha pedido que la otra jure de calumnia.

Depositionibus, & iuramento calumniæ. §. 7.

SVMMARIA.

1 *Positionibus iure iurando, tam actor, quam reus cui obiiciuntur, respondere debent.*
2 *Iuramentum calumniæ quale, & quid differat ab eo, quo positionibus respondetur.*
3 *Testes iuxta articulos, siue interrogatorios examinari à iudice debent: vel ex eius delegatione in scriptis redacta à tabellione.*
4 *Restitutio aduersus probationem minori quando, & qualis concedenda.*

1 FRequens est in omnibus, tam actoris, quam rei articulis, siue interrogatoriis clausula illa in calce adiici solita, *las quales preguntas, y cada vna de ellas pongo por posiciones à la parte contraria, pido las jure, absuelua, y declare, conforme à derecho, y sola pena dei* (in tribunalibus Ecclesiasticis, in secularibus, *conforme à la ley, y sola pena de ella*) pro cuius explicatione sciendum est, positiones introductas fuisse, vt quis releuetur ab onere probandi, Clem. sæpè circa medium, de verb. signif. l. cum qui, ff. de iure iur. indeque olim fieri antequam articuli darentur, Card. in d. Clem. §. & quia, quæst. 6. hodie, vt citius vitetur. & causa citius expediatur, articuli, & propositiones simul concipiuntur, si pars cui obiiciuntur illas fateatur sunt positiones, & in illas pars obiiciens ab onere probationis excusatur: sin minus succedunt articulorum loco, & super eis testes recipiuntur, eas pars cui obiiciuntur iure iurando præstito absoluere debet per verba clara, & aperta, scilicet, *nego* vel *confiteor*, alias habetur pro confesso, l. 1. & 2. tit. 7. lib. 4. nouæ Recopil. in cuius proposito multa Paz, d. 8. temp. ex num. 71. latissimè Azeuedo, ex num. 1. in d. l. 1. & in d. l. 2. & per totam, & in l. 10. num. 105. tit. 17. lib. 4. Recop. iuxta quas tamen illud non omittam, maximè notandum, connictum de periurio in positionibus, ex processus actis: si actor sit causa cadere: si reus haberi pro confesso, d. l. 2. ibi: *Por euitar los periurios*, & ibi: *Esto allende de las otras penas*, de quibus Auendan. in c. Præc. 2. p. c. 27. num. 17. Did. Perez, 1. tom. col. 917. Quis autem ordo in positionibus, apud Lusitanos obseruetur vide lib. 3. ordin. tit. 40. cum suis paragraphis.

Denique animaduerto inproprie, in rub. tit. 7. *Del iuramento de calumnia, y posiciones*, lib. 4 Recop. hoc iuramentum quod quis præstat, cum positionibus respondetur est, appellari iuramentum, calumniæ: longè enim aliud est calumniæ iuramentum, nam antiquitus *caluo, caluis, caluire*, & passiue, *caluor*, frustrare, decipere significabat. inde calumnia omnem versutiam, & malitiam in alterius incommodum intentatam. l. si caluitur, 133 ff. de verb. sign. Cicer. lib. 2. de rep. & 1. offic. Hinc dictum iramentum calumniæ, quod initio disceptationis litigatores, eorumque administrari de bona sua conscientia, bonitateque, quam opinantur causæ suæ præstant proprium huius iuramenti, quod sit non de veritate, sed de credulitate, c. calumniam, 4. de pœnis, l. auxilium, 57. ff. de minoribus, & magis, in l. 2. §. 1. C. de iure iurando prop. calumn. in cuius paraphrasi eleganter Wesemb. toto tit. de iuram. calum. in decretal. & Sexto, hodie ab aduocatis frequenter appellatur, *iuramentum malitiæ*,

præstántque illud & actores, & rei in fine suorum libellorum, etiam vltronei, dum asserunt: *Y juro à Dios, y à esta cruz que esta demanda no pongo de malicia* vel, *que estas excepciones no opongo de malicia*, de quo multa, Paz 1. tom. 1. par. 4. temp. ex n. 39 Auend. in c. Prætor. c. 1. n. 6. Did. Perez. 1. tom col. 903. Murar. 6. par. §. Primus actus, ex n. 20. Roland. cons. 71. nu. 8. & 12. vol. 1. Azeuedo, in l. 1. tit. 6. ex nu. 1. & in l. 2. tit. tit. 17. n. 112. & nu. 138. lib. 4 Recop. quod etsi de substantialibus iudiciis sit, iuxta Acurs. in hac l. prolatam, l. 23. tit. 11. par. 3. eius tamen omissio non alias processum vitiat, quam si bis à parte petitum præstitum non sit, l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. obseruant cum aliis iam citati, Iuramentum verò quod reus, vel actor positionibus respondens adhibet, appellatur, de veritate dicenda, aduertit D. Perez, in l. 1. gl. 4. in fin. tit. 4. lib. 3. ordinam. quod ita est præcisè, clarè, & aperte præstandum, vt nisi ita factum sit, pars, cui defertur, habeatur pro confessa, vt superiori num. resoluimus. iam pergamus.

3 Articulis ergo, siue interrogatoriis productis per illos testes examinari iudex præcipit, quorum copia licet iure communi dari vtrique parti deberet, praxis id semper non admittit, illud tamen sine distinctione, etiam in ciuilibus testes coram iudice produci iurare & ab eo examinari debere, ex ratione, l. 3. §. Diuus, D. de test. apud Aragones, lib. 4. forum, tit. de testib. foro pen. Couar. lib. 2. var. c. 13. n. 10. Menoc. de recup. possess. remed. 15. q. 26. n. 340. & cons. 100. n. 43. quamuis ex iusta causa id tabellioni committi possit, cap. si quis testium de testibus, c. 2. de iudiciis, lib. 6. l. ad personas egregias, 15. D. de iure iur. multa in eius proposito eruditus Io. Garcia Gallecus, de Hispana nobilitate, gl. 48. §. 3. ex n. 1. 1. 2. tit. 11. part. 3. iusta autem semper negotiorum pluralitas reputatur, Couar. & Menoc. iam citati, vnde frequenter testium examen tabellioni committit iudex, partis petitione præmissa, quod sane sufficit, dummodo commissio redigatur ad processus acta, vt de ea consster, alioqui nullitas inducetur, & Menoch. vbi sub. examinati verò intra terminum omnino debent, alioqui eorum depositio non valet, vt cum aliis resolvit Ioan. Gutierr. lib. 1. pract. q. 55. cuius rem late cum ampliationibus & limitat. explicans meminit Portoles. 4. §. testis, num. 104. & 209. † Quod si aliquis ex 4 litigantibus minor sit, vel iure minoris vtatur, velitque aduersus omissam probationem restitui, quomodo ei sit indulgenda; vide D. Paz, d. 8. temp. nu 213. & plura in testitutionis materia nuper à nobis scripta, in §. extraneis, ex num. 27. Inst. de hæred. qual. & diff. Qua in re illud in summa sciendum est, terminum probatorium ex causa, & beneficio restitutionis minori concessum, non posse excedere dimidium tempus termini principalis, esseque illum vtrique parti etiam maiori, communem, ex l. 3. titul. 8. lib. 4. nouæ Recopil. in cuius proposito post Paz iam relatum multa adducit Azeued. Io. Gutier. lib. 1. pract. quæst. cap. 66. cum sequentibus, concedendumque etiam minori iurisperito, & industrio, vt cum Sarmiento resoluimus, in dict. §. extraneis, num. 61. quicquid contradicat Paz, vbi proxime, num. 115.

VIII. Præceptum.

Ven la publicacion de testigos, y prouanzas, y si fueron las partes citades para la ver hazer; y si alguna de las partes se restituyò, y dentro de que tiempo.

De testium, & probationum publicatione. §. 8.

SVMMARIA.

1 *Publicatio testium quando sit, partibus intimatur; præcludit aliorum receptionem: omissa reddit processum nullum.*
2 *Publicatione facta, restitutiones impetratæ, minus testes producit.*
3 *Instrumenta vsque ad conclusionem in causa recipiuntur.*

FActis probationibus, eorum quæ terminis elapsis testium sit publicatio, vel vno ex litigatoribus 1
petente, vel ex iudicis officio, cuius iussu alteri intimatur. l. gesta, 6. C. de re iud. capite consultit 24. de officio deleg. l. 37. tit. 16. parte 3. eoque etiam non comparente profertur, decernitur que, ex l. 1. titul 8. lib. 4. Recopil. vnicuique copiam attestationum exhiberi, vt intra sex dies super eis disputent, & allegent. Præcludit testium publicatio aliorum receptionem cap. fraternitatis, de testibus, l. 34. l. 37. l. 39. tit. 16. par. 3. Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 4. in pr. † (nisi litigans minor sit, vel qui eius iure gaudet; qui facta etiam publicatione intra quindecim dies restituitur, vt supra §. 7. numer. 3. in fin. diximus,) qui terminus parti bus erit communis, l. 3. tit. 8. lib. 4. nouæ Recop. explicant Couarr. in practicis, cap. 14. num. 3. Anton. Gom. 2. tom. cap. 14. num. 15. Caldas, in lege si curatorem, verbo, *vel aduersarij dolo*, num. 19. C. de in integrum restitut. † quamuis instrumenta vsque ad 2
conclusionem in causa recipi possint, cap. cum dilectus. 9. de fide instrum. d. l. 34. dummodo producens iuramento firmet nouè fuisse reperta, aut nouiter in eius notitiam venisse, l. 1. tit. 2. l. 1. 2. tit. 5 l. 1. 2. tit. 9. lib. 4. Recopilat. Publicatio testium quam controuerti iure communi soleat, sit-ne de substantia iudicialis ordinis, vt late alios referens Paz 1. tom. part. 8. temp. ex numero 135. hodie eius omissio reddit processum nullum, l. 1. titul. 8. leg. 10. titul. 17. libet. 4. Recop. quod idem iure communi etiminalibus ex communi resolvit Clarus, libr. 5. §. fin. quæst. 40. numero 1. Auend. responso 1. numero 8. Segura Daualos, in directorio Iud. Eccles. cap. 14. num. 8. Effectus publicationis, cum ille sit præcipuus, vt super probationibus disputent partes obiiciantque aduersus personas, & testium dicta exceptiones, siue repulsas, authentica si testis productus. Cod. de testibus cap. 2. eodem titul. libr. 6. intra sex dies in publicatione præfixos, id præstabunt forma Hispanè præscripta à Paz, vbi sup. 9. tempor. ex nu. 15.

IX. Præceptum.

Ven los escritos de bien prouado, no se fiando de ellos mas de en quanto las prouanzas les corresponden: y si huvo tachas, y las prouanzas de ellas

De allegationibus, vulgo *escritos de bien prouado*, & de testium obiectionibus, vulgo, *tachas*. §. 8.

SVMMARIA.

1 *Dispositionis libelli, vulgò, escritos de bien prouado, quomodo concipiendi.*
2 *Testibus repulsa, vulgo, tachas, qualiter obiicienda, & quales remittat.*
3 *Testium repulsa intra quod tempus probanda.*
Minor vt testibus obiiciat, communi tempore elapso, non restituitur.

1 Libellus disputationis, & allegationis, quem Hispané dicimus *escritto de bien prouado*, tres præcipuas partes continere solet. primam in principio, vbi aduocatus vtrinsque partis sui clientuli intentionem probatam nititur ostendere: quod sic efficiet si sigillatim de vno quoque disputauerit articulo, asserens eum, & instrumentis, & testibus manifeste ostensum, in fine huius partis conclusionem adiiciens. *De todo lo qual consta estar la intention y demanda de mi parte trien, y complido; mente prouada, para que v. m. iusticia mediante de y pronuncie sentencia en su fauor.* In secunda parte totis viribus, & industria aduersæ partis probationes excludere, & eneruare niti debet, quod plane efficiet, si vel instrumenta arguat, vel eis, & testibus intentionem aduersæ partis minus probatam doceat, quantumcumque testes integri, instrumenta proba, & fida sint huius rei, & partis argumentum item, & superioris nouissime prosequuti sunt Ioseph. Mascard. tract. de probationibus, quos præter antiquiores, & aduocatus, & iudex consulere poterunt. In tertia, & vltima defectus, & repulsas aduersus contrariæ partis testes, & eorum dicta aduocatus obiiciet, cum iuramento tamen, & protestatione se illam, vt iniuriam eis inferat non obiicere, vt consuluit Socinus consil. 118. col 5. & 4. vol. 1 Maranta 6 pa. actu. 13. num. 3. & 13, Didacus perez, in. l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 938. & seqq. Iulius Cla-
2 rus, lib. 5. § .iniuria. nu. 3. † Obiectiones autem quæ testibus possunt solentque opponi, plures sunt. de quibus post Speculator, & antiquiores late Lanfrancus, in cap. quoniam contra falsam, verbo, *testium depositiones*, ex num. 9. Maranta. 7. par. §. decimus tertius actus, Didacus Perez, vbi sup. col. 936. Simancas, de Cathol. institution. titul. 84 de testibus, num. 36. extat titulo 36: parte 3. & tit. 8. lib. 4. Recopil. apud Lusitanos, tit. 44. lib. 3. ord. Azeuedo, in lege 2 picto tit. 8. Paz I. Parte tom. 9. temp. ex num. 12. Plurimos alios referens Hieronym. Portoles ad Molinum 4. §. testis, num 29. 41. 46. 50 59. & multis sequentibus, Bouadilla in sua Politica 2. parte lib. 5. cap. 2. ex num.
3 50. † Ad quarum probationem quindecim diebus elapsis post publicationem admitti debent partes quibus terminus præfigitur intra quas illas probent qui tamen dimidietatem principalis non excedet, lege 3. tit. 8. lib. 4 Recopil. & super eis producet articulos, & testes quemadmodum, & in negotio principali, iuxta normam à Doctore Paz præscriptam dicto. 9. temp. ex nu. 35. illud tamen animaduertes, quod etsi minor, & qui eorum iure gaudent aduersus lapsum termini probatorij restitui possint, vt diximus, §. 7. ad fin. & § 8. non tamen aduersus lapsum temporis ad probandas testium repulsas concessum l. 1. in fine, tit. 8 lib. 4. Recopil. Capella Tholosana 53. Palacios Rubios, in capite per vestras, §. 26. nu. 13. Boerius, decis. 245. num. 13. Couaruuias, in practic. cap. 26. nu. 4. Didac. Perez dicta coll. 936. & an opponi possint repulsæ in causa appellatio, vide eundem Couaruu. vbi proxime, cap. 18. nu. 5.

X. Præceptum.

Veasi el juez fue recusado: si fue la recusacion jurada; si tomó acompañado conforme à la ley Real en lo segalar: y en lo Ecclesiastico uer si la parte que recuso, prouo las causas de la sospecha ante los arbitros, y en la forma que el derecho manda.

De Recusationibus. §. 10

SVMMARIA.

1 *Suspecto coram iudice litigare periculosum.*
2 *Recusationis causa iure canonico, & requiritur, & probari coram arbitris debet.*
3 *Recusatus iudex iure Canonico à causa cognitione arcetur.*
4 *Recusationis causa plure remissiuè.*
5 *Recusationis causa iure ciuili, & Regio non requiritur. nisi in recusatione iudicum superiorum & totius ciuitatis aut Prouincia.*
6 *Recusatio quando proponenda. & eius effectus. Recusationis beneficium, nisi ex causa, Princeps non tollit.*

QVam sit periculosum coram suspecto iudice liti- 1
gare, omnia, & ciuilia, & Canonica, & Regia contestantur iura. quibus recusationis beneficio litigantibus consultum est, eorumque causæ cognitionem suspectis iudicibus abdicandam, ex regul. l. qui iurisdictioni 10. D. iurisdictione omn. iud. l. apertissimi 16. authentica, si vero lege cum specialis 18. Codice de indiciis, capite insinuante, 25. capite super quem 27. §. si vero cap. suspicionis 39. de officio deleg. cum aliis quibus consonat l. 22. tit. 4 parte 3. lege 1. & toto tit. 10, lib. 2. leg. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recop. apud Valentinos Forus 2. & 3. rubr. de iudiciis. apud Lusitanos, tit. 22. lib. 1. ordinat. Qua in re, quia Canonica praxis à seculari discrepat, sequentia sunt obseruanda. † Primum iure Canonico legitimam 2
recusationis causam exprimendam esse, & coram arbitris à litigantibus nominatis probandam, alias nullam esse recusationem ex dictis iuribus, & aliis. quæ adducunt mox referendi: † legitima autem 3
causa probata, & pronunciata, recusatus iudex à causæ cognitione remouetur, deuoluiturque ad superiorem. † Plures recusationis causas congerit Maranta 6. actu 2. num. 24. Perusinus, nu. 20. & ibidem 4
Decius, cap. postremo, de appell. vbi præpositus, num. 11. congessit 65. Pertachinus 60. in repertorio verb. *iudex suspectus* 93. Stephanus Aufred. tract. de recusationibus. †. iure vero ciuili, & Regio causa in re- 5
cusatione non requiritur, sed partis sufficit iuramentum, asserentis se iudicem suspectum habere. Accurs. in l. apertissimi, verbo *recusare*, C. de iudiciis & in. l. quia poterat verbo, *nec illud*, D. ad Senat. Cons. Trebell. l. 1. tit, 16, libro 4. Recop. Hoc ita tam varie, quia iure Canonico iudex recusatus in totum remouetur, vt diximus, & probat tex. in d. cap. cum speciali, de appellat. c. causam 27. de officio de leg (vnde obiter interpretaberis Trident. sess. 24. cap. 10. vt videlicet eius decisio, qua probatur ordinarium in prima instantia cognoscere debere, limitetur nisi recusatus fuerit, & recusationis causa probata.)Iure vero ciuili, & Regio non ita, cum recusatus index causæ cognitione non priuetur, quamuis assumere secum socium teneatur, d. authentica, si vero, l. 22. titul. 4. par. 3. l. 1. tit. 16. lib. 4. Recop. quotum si dissonans sententia sit, superior adiri debet. Quam tamen, l. 1. limitabis in recusatione Præsidis, siue alterius iudicis superioris, in qua expressio requiritur, leg. 1. & 2. tit. 1. lib. 2. Recop. Item, & in recusatione totius ciuitatis, aut Prouinciæ, in qua similiter causa necessaria est, nec solum iuramentum sufficiet, vt cum aliis resoluit Paz, infra referendus. † Deinde obseruandum 6
est iure canonico, & ciuili, recusationem non admitti post litem contestam, est enim exceptio dilatoria. dict. l. apertissimi, d. cap. cum speciali, nisi causa noue sit orta, vel antiqua ignorata, cap. insinuante, de officio delegati, secus vero iure Regio iuxta quod in quacumque parte litis potest proponi, & si iam fuerit in causa conclusum quinimo. & post quam sententia fuerit scripta, & subscripta, & tabellioni tradita ante eius pronunciationem, ex dicta lege prima, tit. 16. lib. 4. Recop. idque in iudicibus inferioribus: superiores enim post scriptam, & subscriptam sententiam, & postquam penes se triginta diebus

diebus processus acta habuerunt non recusantur, dicta lege 1. & 2. tit. 10 lib. 2. nouæ Recopilat. qui quas ob causas possint recusari, tradit practicus Monterroso, tract. 5. fol. 98.

Denique notabis, recusationem suspendere iudicem, decisio pedemontana 84. & inde sententiam latam à iudice recusato nullam esse d. leg. apertissimi, l. C. si quacumque Præc. potestate, Bancius, de nullitate & defectu iurisdictionis ordinariæ, à num. 140, Recusationem vero, nisi ex causa tollere Princeps non potest, glos. verbo elegerint. in cap. ad hæc 10. de rescriptis, quidquid velint Pinelus, in rubr. C. de rescind. vend. 1. par. cap. 2. nu. 23. Didacus Perez 1. tom. col. 958. Formam recusationis Hispani scripsit, Paz 1. tomo 1. parte 10. tempor. nu. 31. & 5. par. cap. 3 § 12. nu. 33. & praxim recusando superiores iudices 6. par. cap. 1. §. vnic. & quia recusationis materia frequens est, Præter iam relatos iuxta eam videbis, Nauarr. in cap. cum contingat, *decima causa nullitatis*, de rescriptis. Greg. in d. l. 22. par. Couat. in pract. cap. 26 Auend. de exequend. mand. 2. par. cap. 23. num. 9. Azeued. dicto tit. 10, lib. 2. & tit. 16. lib. 2. Recopil. plura vtiliter Bouadilla, lib. 3. Politicæ, cap 8. ex nu. 117. & qui infinitos adducit, & rem copiosé explicat nouissimus August. Mocla, in empor. iuris 1. par. tit. 2. in præmissis, ex nu. 137. * Et post eum Farinacius 2. part Fragmentorum criminalium, ex num. 683. vsque ad num. 971. vbi ad saturitatem recusationis, materiam leges verum, quoniam pauló ante admonui, id præcipuum esse in recusationibus, quæ proponuntur in superioribus tribunalibus, vt in toto tit. 10. lib. 2. nouæ Recop. cautuum est, id præcipuum, vt actis Processus visis, iudices non possint recusari, nisi recusatio proponatur saltim triginta diebus ante diem præfinitam causarum decisionibus, vti cauetur in dicto titulo 10. præsertim, in l. 19. Addendum insuper terminum triginta dierum actarum nouiori lege à Philippo III Rege nostro lata duodecimo mensis Octobris, anno 1619. apud Villàm de Santarem, in Lusitano Regno, quæ noue cauetur intra dies illos quindecim, non nisi ex noua causa noniter orta aliquem ex iudicibus supremorum consiliorum, aut Regiarum Cancellarium, siue conuentuum posse recusari. Iuxta quam magna contentione disputatum est, an si causa ante quindecim illos dies nata sit, possit proponi recusatio, si iure iurando præstito recusans litigator asseueret se nuper causæ eius scientiam, siue notitiam habuisse, id est intra dies illos quindecim, sané cum in rem hanc Præcipuè noua illa decisio lata fuerit ab omnibus fere in eam itum est sententiam hoc casu recusantem audiendum non esse. Quamuis alias, vt multis legibus dict. tit. 10. cauetur, idem ius seruandum sit iuxta causas nuper ortas, & nuper in notitiam partis cognitas. Verumtamen non desunt, qui Putent, moti ex verbis nuperrimæ huius pragmaticæ sanctionis, ibi; *Muchos que tienen causas bastantes para recusar algunos juezes, maliciosamente dilatan el poner las, hasta que llegue el dia sennalado para votar el pleyto,* Si certum sit ita vt tergiuersatione nulla possit celari litigatorem recusantem eius causæ notitiam intra quindecim illos dies habuisset nata licet antea esset, adhuc proponi posse, quasi à ratione legis cessante, qua maliciis tantummodo occurrens terminum arcte, sic præfiniuit, quæ sententia non sine ratione est.

Memineris: tamen in recusatione iudicis inferioris, siue ordinarij. siue delegati. etsi causæ nec expressio, nec probatio sit necessaria, iuramentum tamen omnino à recusante interponendum, quod recusatum iudicem suspectum habet cumque malitiose non recusat, quoniam cum iuramentum, id loco expressionis, & probationis causæ subrogetur, omitti non poterit, & si nec à iudice, nec ab aduersa Parte petatur, quod exigere videbatur, l. 22. tit. 4. par. 3. vbi, notauit Greg. verbo *Si le demanderen la jura*, hodie, enim, ex l. 1. tit. 16. lib. 4. Recop. ibi; *Y la iurare*, constat satis vtrumque requiri, & recusationis interpositionem, & iuramentum, sic obseruat Praxis, ex Gregorio, vbi sup. quem securè sequitur Gundisaluus de paz, in praxi, 1. tom. par 10. temp. num. 22. & licet dubitare videatur, de nullitate recusationis hoc casu Alphons. de Azeuedo in d. lege 1. maxime, sub nu. 18 procliuior tamen in hanc nostram sententiam est post Auend. in cap. Prætorum 2. part. c. 23. n. 13. Did. perez, in. l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. col. 971.

Vndecimum Præceptum.

Vea el acto de la conclusion para difinitiua; y si huuo citacion de las partes para oyr sentencia.

De conclusione in causa ad definitiuam, & eius effectibus. §. 11.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria sententia conclusionis quando proferenda omissa processum vitiat, nu. 2. & partib. intimari debet. nu. 3.*
4 *Probationes post conclusionem in causa an admittantur, & quæ.*
5 *Allegationum iuris copia non datur.*

QVod si ex litigantibus nullus suspectum iudicem habeat, publicationis, testium, aliisque omnibus probatoriis terminis elapsis, vel ad alicuius ex eis instantiam, vel neutro petente, iudex ipse ex officio sententiam interlocutoriam, per quam causam, & instantiam conclusam esse pronunciat, profert, iubet que vtrumque certa die, vel immediate non feriatis sequentibus definitiuæ sententiæ prolationi presentes interesse. Hæc iudicis interlocutio causæ conclusio à nostris appellatur, estque renunciatio omnium probationum, & defensionum glos. in cap. significauerunt. 36. verbo, *liquere*, de testibus, & in authentica, de testibus. §. quia vero. verbo, *concluserint* collat. 7. † & in iudicio sic necessaria, vt eius omissio processus substantiam vitiet, vt cum Felino, & Menoch. resoluit Paz. d. 1. par. 10. temp. n. 1. Didacus Perez, in l. 6. tit. 2. lib. 3. ordinam. Matienzo, in dialogo relatoris 3. par. cap. 35. num. 1. & probare videtur tex. in l. 1. tit. 7. coniuncta l. 10. lib. 4. Recopil. quæ eius formam præscribit, iuxta quam plura adducit Maranta 6. p. actu. 15, Lancellotus, tract. de Prætore, lib. 1. §. 2. cap. 6. Perez. Matienzo, & Paz iam relati.

Illud tamen omnino obseruabis litigantes esse præcisè citandos, vt eis presentibus definitiua proferatur l. 5. & 11. tit. 22. par. 3. quia alias sententia absque citatione partium lata, esset nulla, l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sunt. sine appell. l. fin. iuncta glos. verbo, *communis*. C, de legib. Matienzo, vbi sup. cap. 44. nu. 4. † post hanc autem conclusionem in causa probationes nullæ admittendæ sunt, nisi vel minor, aut qui eius gaudet beneficio restitutione in integrum postulata illas offerat, iuxta communes omnium opiniones, in cap. auditis, de integrum restitutione, (quod tamen iure Regio procedit dummodo quindecim dies post publicationem elapsi non sint, ex. l. 5. tit. 8 lib. 4. Recopil.) vel nisi deferri iuramentum in defectum Probationis, petitum sit, iuxta Iasonem, & alios, quorum rem explicans, meminit Paz vbi sup. nu. 11. quemadmodum si per confessionem partis aduersæ probatio admitti velit, per euidentiam rei, siue loci aspectum, & vt generale, quid dicam, si iudex ex officio, ad indagandam veritatem probationes Plures facere velit, maxime in criminalibus, in quibus pro rei defensione, & vt elu-

scat

ceſſet veritas, ſemper ſunt admittendæ, † Item, & iuris allegationes, quo magis iudex in negotio inſtruatur, iuxta Innocent. in cap. per tuas, de teſtibus, quarum amen copia aduerſæ parti non datur, niſi in actis proteſtas redigantur, Maranta. 6. p. 10. actu, nu. 50.

Duodecimum Præceptum.

Vea la ſentencia definitiua, ſi es conforme à la demanda, ſi abſuelue, ò condena en todo ò en parte. Si ſe notifico à las partes, ò ſus procuradores, y en la declaracion de eſſe precepto, vea los autos que ſe donen para mejor pronunciar ſentencia.

De ſententia diffinitiua, & his quæ ad eius prolationem obſeruare debet Iudex. §. 12.

SVMMARIA.

1 *Sententia diffinitiua intra quod tempus proferenda.*
2 *Iudex, quæ generaliter omnibus in cauſis vt recte ſententiet proferat obſeruare debet & nu. 4 &c.*
3 *Iudex, an ſecundum allegata, an vero ſecundum propriam ſcientiam, ſententiam proferre debeat.*

IVdicium poſt concluſionem in cauſa iam exigit ordo, vt omnibus peractis, cumque litigantes nihil habeant in quæſtione, quod proponant, cuncta timans iudex, ordinemque rerum plena inquiſitione diſcernens diffinitiuam ſententiam proferat, intra viginti ſaltem dies à die concluſionis in cauſa, alias retardatæ litis duplicatas expenſas, & quinquaginta millium marapetinorum pœnam incurrit, l. 1. tit. 17. lib. 4. Recop. quod tamen rectè Didac. Petez, in l. 1. tit. 15. lib. 3. ordinam. col. 1262. & Azeuedo, in d. l. 1. tit. 17. intelligunt, quando ab aliquibus ex litigantibus requiſitus eam non profert, non alias argum. l. 2. §. magiſtratibus, ibi: *Si moniti vel requiſiti non dederint*, ff. de magiſtr. conueniendis, iunctis in eius propoſito traditis ab Alex. in l. propetandum, in princ. num. 8. C. de iudiciis. Hippolyt. in pract. §. nunc videndum, num. 4. Azeuedo, vbi ſub. cuius diffinitiuæ ſententiæ formam, tam in fauorem rei, quam actoris Hiſpane refert Paz d. 1. tom. 1. p. 11. temp. ex. nu. 21.

Cum vero plura ſint negotia, quam vocabula l. 4. ff. de præſc. verbis, varientque pro rerum qualitate, nec certa, l. quid, in cuius ſententiæ prolatione obſeruare iudex debeat ſtatui poſſit, iudicum tyrocinium iuuandi gratia, aliqua quæ omnibus in cauſis admittenda ſunt, & ab eis obſeruanda proponere erit opportunum.

Primo quia iudicis præcipitata voluntas eſt iuſtitiæ nouerca, vt ex Clem. Paſtoralis. §. verum, de re iud. notant omnes, ad ſententiæ prolationem feſtinare iudex non debet, ſed ſingula acta cauſæ diligenter rimari, cap. indicantem. 30 q. 5. cap. graue 35. q. 9. alioqui de cauſa mariti male inſtructus præſumeretur, eſſetque ſententia nulla, vt Bar. in noſtra, l. prolata, nu. 10. ſcripſit Hippolytus, in pract. criminali §. nunc videndum, nu. 33. Matienzo, in dialogo relatoris 3. p. cap. 19. nu 9.

Secundò quamuis controuerſum ſit, vtrum iudex ſecundum propriam ſcientiam, & conſcientiam, an vero ſecundum allegata, & probata, proferre ſententiam debeat, vti conſtat ex authorum numeroſa allegatione nouiſſime relata ab Auguſtin. Morla, in emporio iuris. 1. par. tit. 2. q. 1. num. 1. ſemper iuxta acta proceſſus, & allegata, & probata, iuxta veriorem opinionem, cauſam terminabit, cap. iudicet. 3. q. 7. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. Præſidis, Nauarr. in Manualis, cap. 25. nu. 10. Couar. lib. 1. variar. cap. 1. num. 6. Morla, vbi ſup. num. 21. & ſeqq. qui hac. in re omnino erit conſulendus.

Tertio obſeruabit iudex ſententiam libello, & actioni conformem eſſe debere. l. vt fundus 18. ff. communi diuid. elegans, l. fin. C. de fideicomm. libertatib. vbi rectè fatuum iudicem Imp. appellat, qui ſuper aliis, quam ſuper petitis pronunciat; quamuis à deſiderio actoris recedere poſſit, nec enim ei inſeruire debet, ſed prout iuris exegerit ratio tem definite, maxime attenta l. fin. tit. 17. libro 4. Recopil. Qua probatum eſt inſpecta veritate probata, reiectis ſubtilitatibus iudicem pronunciare debere, de qua re videndi ſunt Niconicius, in cap. quoniam contra falſam, de Probationibus. Socin. reg. 357. in optimo caſu, alios plures referens. Aug. Morla, in emp. iuris 1. p. tit. 9. q. 19 num 5. 4

Quarto, in actionibus realibus, vbi index declarauit rem reſtituendam eſſe, debet etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare, ex eleganti tex. in l. & ex diuerſo. 35. §. vbi autem. ff. de rei vindicat. l. 9. titul. 23. par. 3. habita inter poſſeſſorem bonæ, & malæ fidei diſtinctione, §. ſiquis à non domino, Inſt. de rerum diuiſione, vbi, & nos plena manu diximus. 5

Quintò, regulariter iudex victum victori in expenſis condemnabit, non ſolum quando calumnioſè verùm & quando abſque calumnia temerè litigauit, cap. calumniam, de pœnis, cap. olim, in 2. de priuileg. cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iudiciis. l. 8. tit. 3. & leg. 8. tit. 11. par. 3. extat integer tit. 22. *de las coſtas, y taſſa dellas*, lib. 4. nouæ Recop. vbi nouiſſime plura ſcribit Azeuedo, & ante eum omnino videndus Couarr. practi. quæſt. capit. 27. per tot. aliqua per Bouadillam, in Politica, lib. 3. cap. 15. num. 64. & lib. 5. cap. 2. num. 103. & 104. & cap. 3. num. 50. de quarum taxatione, quæ iudici reſeruatur, præter relatos, videndus erit Boerius, deciſ. 85. numer. 6. Rebuff. tract. de expenſis, part. 5. Perez, lib. 3. ordinat. tit. 18. Ordin. Luſitanorum, lib. 3. tit. 51. Hieronymus tortoles ad Molinum. 2. part. §. expenſæ, infinitos refert Cenedo, in collectaneis ad Decretales, in d. cap. calumniam, de pœnis. 6

Sexto obſeruauit index æqualibus exiſtentibus actoris & rei conuenti probationibus, & numero, & dignitate teſtium, in rei fauorem pronunciandum eſſe, ex reg. l. Arrianus 47. ff. de oblig. & act. cap. inter dilectos, de fide inſtru. cap. ex litteris, de probationibus, l. 40. tit. 16. p. 5. iunctis à Menoch. traditis, de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 98. quod ſi contingat, in iudiciis duplicibus in quibus vterque actor eſt, & reus, conſulendi erunt relati à Paz, 1. tom. 1. par. 11. temp. num. 5. quibus hoc caſu placet, vel partium litigantium concordia, vel ſorte litem dirimendam eſſe, ex multis à Tiraq. traditis, de iure Primogenitorum quæſt. 17. opinione 1. num. 86. & 87. Menoch. de retinenda poſſeſſ. remedio 3. ex nu. 740. 7

Octauo curare debet iudex, vt omnino quantum poſſibile ſit certæ pecuniæ, vel rei ſententiam ferat, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum leg. 3. & toto tit. C. de ſent. quæ ſine certa quant. prof. §. curare. Inſt. de act. vbi Accurſ. & late Laſ. num. 60. concordat. l. 16. ad final. tit. 22. part. 3.

Nono (vt iam diximus ſuperiori paragrapho, num. 2.) litigantes, eorum procuratores omnino iubebit citari, vt prolatio ni ſententiæ die non feriata adſint, quia alias eſſet nulla.

Decimo quotieſcumque ſententiam prolaturus erit, repetat conſilia Pontificis, in cap. 1. de ſent. & re iud. libr. 6. in l. 13. tit. 4. part. 3. in l. 26. tit. 1. part. 7. in l. 10. titul. 17. libro 4. nouæ Recopilat. & alia quæ grauiter, & doctè refert Ioann. Matienzo, in dialogo relatoris. 3. part. capit. 36. cum ſequentibus.

Vndecimo à muneribus maxime abſtinebit, excæcant enim ſapientium oculos, mutantque iuſtorum verba. Exod. 23. Eccleſ. 20. Deuteronomii 16. cap. non licet, iudici 11. q. 3. ſi venales. C. quãdo prouocare non eſt neceſſe. l. 13. tit. 20. part. 3. notant, & exornant paſſim omnes, quorum numeroſam copiam congerit Pet. Cenedo, in collectaneis ad decretum, cap. 18 & poſt eum nouiſſime Bouadilla, in Politica cap 11. & 12. Petrus Aug. Morla, in emporio iuris, tit. 2. qu. 10. Quæ omnia, quæ in iudice exigimus ad ſententiæ prolationem, ſuſque muneris executionem paucis comprehendit Baldus in l. hac lege, num. 10. ad fin. C. de ſent. ex breuiloqui recitand. dicens iudicem duo, ſalem habere debere, ſcientiæ ne ſit inſipidus, conſcientiæ ne ſit diabolicus, quod multo ante lex diuina comprehendit Exodi. 18. ibi: *Prouide in omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas*, vt alia adducens notat Ceruantes, in l. 2. Tauri, nu. 3. & 4.

Duodecimo poſtquam lata fuerit ſententia diffinitiua, eam vtrique ex litigantibus intimari curabit iudex, à qua ſi non fuerit appellatum, vel ſi appellatum fuerit, appellatio tamen non proſequuta, quia tranſit in authoritatem rei iudicatæ, eam executioni mandabit, l. poſt eam iudicatam, ff. de re iudic. vbi multa copioſè Suarez, Paz. dict. 1. tit. 4. part.

Decimumtertium Præceptum.

Vea ſi alguna de las partes dixo de nullidad contra la ſentencia, y dentro de que tiempo.

De nullitate ſententiæ §. 13.

SVMMARIA.

1 *Nullitas aduerſus ſententiam coram eodem iudice proponenda.*
2 *Nullitas intra quod tempus poſſit proponi: & plures caſus in quibus de nullitate agi poteſt remiſſiue.*
3 *Nullitate pendente non currit tempus appellationis.*

SOlet frequenter poſtquam diffinitiua ſententia lata eſt aduerſus eam agi de nullitate, quo caſu ille idem iudex quid ſententiam protulit, ſi eam nullam eſſe aliquo ex capite cognouerit, poterit illam reuocare. cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiat. l. 1. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. l. 2. tit. 26. part. 3. toto tit. 17. lib. 4. Recopilat. vbi l. 1. ſtatutum eſt, quod etſi poſſet olim aduerſus ſententiam intra triginta annos nullitas opponi. l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe. l. ſi expreſſim, vbi notant Batto. ff. de appellat. l. 4. tit. 26. part. 3. † Hodie tamen iure nouiori, intra ſexaginta dies ab intimatione ſententiæ opponi debet, vbi rem latiſſimo ſermone proſequitur Azeuedo, plura ante eum Alex. conſil. 105. volu. 5. Didacus Petez. 1. tom. col. 1275. Couarruu. in practicis, Petez. 1. tom. totum. Auendaño, de primo, & ſecundo decreto, nu. 16. de exequend. mandatis. 2. part. cap. 23. nu. 3. Paz, in praxi. 1. tom. 1. p. 12. tempor. ex nu 5. Hieron. Portoles, in additionibus ad Molinum. 3. part. 6 nullitas. Ioſeph. Maſcardus, de probation. 2. volum. concl. 114. Bouadilla, in ſua politica, lib. 5. cap 3. ex numer. 114. plures autem caſus, in quibus ſententia nulla eſt, præter Sebaſtianum Baricium. qui integrum de ſententiarum nullitatibus libellum ſcripſit, congerit Præpoſitus, in cap. dilecti, de appellat. Ferrara in practica, verbo, nullitas. Monterroſo, in practica, tract. 2. fol. 13. † Qua in re illud non eſt prætermittendum, tempus conceſſum ad appellandum non curre interim, dum agitur de nullitate, vt ex aliis reſoluit Paz iam citatus, qui libellum petitionis nullitatis, item; & eius ſententiam Hiſpanè ibi refert. 1 2 3

Decimumquartum, & vltimum præceptum.

Vea ſi alguna de las partes apelò, ſi la apelacion ſe interpuſo en tiempo, ſi ſe proſiguiò, ò quedò deſierta.

De appellatione. §. 14.

SVMMARIA.

1 *Apellatio intra quod tempus proponenda.*
2 *Appellationis tempus quando incipiat.*
3 *Appellationis materia remiſſiue.*
4 *Appellans ab inferiori Appellationis teſtimonium petit, vnde, apoſtolos.*
5 *Appellans intra tempus quod coram ſuperiori comparare debet.*

QVod ſi aduerſus ſententiam de nullitate actum ſit, aliquis tamen ex litigantibus illam iniuſtam eſſe exiſtimans appellationem interponere velit, poterit quidem, vel incontinenti vina voce per verbum, *appello*, & ex intervallo iure canonico, & ciuili intra decem dies, cap. anteriorum. 6. qu. 1. cap. quoad conſultationem, de re iud. cap. non ſolum, de appellat. idemque iure Regio pattitarum. l. 22. tit. 23. part. 3. 5. item, & Luſitanorum ordinatione, lib. 3. titul. 54. in princ. Idemque ex foris Aragonenſibus reſoluit Portoles, inſt. citandus numer. 71. iure vero nouiori intra quinque dies ab interminatione ſententiæ, l. 1. tit. 18. lib. 4 nouæ Recop. qui currunt de momento ad momentum, gl. in l. 1. §. dies, ff. quando appell. ſit Greg. in leg. 1. titul. 22. par. 3. Quod tamen intelliges poſtquam ſententia peruenerit ad noſtitiam partis, c. concertationi. vbi gl. 3. de appell. lib. 6. l. 1. C. de temporibus appell. ſicut enim impedito non currit tempus, cum ſit vtile, d. §. dies, ſic etiam non currit abſenti, niſi à tempore ſcientiæ, Couar. in pract. cap. 15. num. 1. Dida. Perez 1. tom. col. 1281. imò non ſufficit ſcientia ſententiæ, niſi & prælitidicij, quod per illam infertur ſcientia, etiam adſit, dict. l. 1. verſic. contra, docet gloſ. 3. & communis, ex Felino, in d. cap. quo ad conſultationem, num. 32. Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 36. gloſ. 2. num. 30. † Cuius appellationis materia, quia latiſſime patet, frequentiſſima eſt, præter ordinarios, in titulis, ff. & C. de appell. cum multis ſequentibus & in decretalib. lib. 6. & Clementinis, eodem in legib. Regiis iam adductis videndi ſunt Anton. Gom. 2. tom. cap. 11. num. 35. Auiles, in capitib. Prætorum, in forma ſecretæ ſyndicationis, cap. 49. verſ. condemnat. Auend. in capitib. Prætorum, 2. p. c. 6. Ioan. Gutier. de iuram. confir. 3. p. c. 15. num. 17. Azeuedo, in l. 1. & toto tit. 18. lib. 4. Recop. & quæ nouiſſime adducit Ioſeph. Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 114. cum ſeq. Paz 6. p. 1. tom. ex num. 1. vi num. 44. formam libelli appellationis Hiſpane propoſuit, plurima Bouad. in ſua Polit. maximè, lib. 5. c. 8. ex num. 183. Portol. ad Molin. 1. part. 5. appellatio † Qua tamen in re illud omnino eſt obſeruandum, quod etſi appellationis libellus coram inferiori iudice, à quo ſit offerendus, Clem. 1. de appell. Nauar. in c. cum contingat, de reſcriptis, 6. cauſa nullitatis, num 10. deciſ. Rotæ. 366. de appell. in nouis quia tamen coram ſuperioribus iudicibus intra terminum ab inferiori aſſignandum debet comparere appellans, c. 1. de appell. lib. 6. l. 2. tit. 18. lib. 4. Recop. à 1 2 3 4 5

tabellione petere debet suæ appellationis testimonium, vulgo dicuntur, apostolos, postquam illos in libello appellationis, sibi dari legitime efflagitauerit, Clem. 2. de appel. l. 10. tit. 18. lib. 4. Recopilat. quod si iudex terminum non assignauerit, intra terminum à iure præfixum coram superioribus sui copiam faciet appellans iure Canonico intra triginta dies ab intimatione sententiæ apostoli peti debent, capit. ab eo, de appellat. lib. 6. Marant. 6. part. titul. de appellat. numer. 209. teneturque intra annum, vel biennium ex causa appellationem prosequi, capit. cum sit Romana, de appellat. clem. sicut, eod. tit. iure vero ciuili intra terminum l. 2. & l. 15. d. titul. 18. lib. 4. Recop. iunctis à nostris in locis supra relatis traditis, qui videndi erunt pro forma supplicationis in secunda instantia, & in secunda supplicatione, quid obseruari debeat, scripsit latè Auendan. tract. de supplicatione, de las mil y quinientas doblas, & Paz 1. tom. 7. part. c. vnic. Azeuedo, in l. 1. tit. 10. lib. 4. nouæ Recop.

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum judicum promptuarij, libri singularis,

PARS SECVNDA;

Aduocatum, & Iudicem, quo ordine processum, & causam in executiuis negotiis formare, instituere, & examinare debeant, docens.

PRÆLVDIA.

De rei argumento, & rerum iudicatarum authoritate, §. 1.

SVMMARIA.

1 *Sententiarum, iudicatarumque rerum, magna, & publica authoritas, & eius ratio.*
2 *Iudicato, qui Athenis non parebat de vi publica tenebatur, & qualis apud Romanos eius authoritas.*
3 *Litibus finem imponi, è republica est.*
4 *Sententiam propria quis exequi authoritate non potest, quia qui ius sibi dicit, eius amissione plectitur.*
5 *Iudicem bona, qui propria authoritate occupat furti, & vi bonorum raptorum actione tenetur.*
6 *Sententias, ni earum executio eas sequatur, parum esse à iudicibus proferri.*
7 *Edictum Prætoris de vi, & iudicati authoritate.*
8 *Commendatio tractationis, & materiæ, de re iudicata, effectu sententiarum, interlocutionibus.*

1 REs iudicatæ, quia actæ, & transactæ sunt, disquisitis omnium sententiis, causa vtrinque à plissimè cognita, denique omnibus circumstantiis, rerum, personarum, temporumque adhibitis, hanc authoritatem adeptæ sunt, vt vix vnquam infirmari, rescindive possint, cum, si id agatur, breui actum sit de re publica, vt grauiter, & doctè admonuit Petr. Ærodius. lib. singulari, de origine, & authoritate iudiciorum, pag. 7. ad finem Non enim iam tam interest eius qui vicit sententiam non rescindi, quam publicè esse aliquem litium finem, & magistratuum, vtcumque aliter fecerit, perpetuo attamen existimari rectè, & ordine iudicasse. Vnde † Athenis, qui ante iudicatum priuata actione conueniebatur post iudicatū ni satisfeciſſet de vi publica tenebatur quia (v aduersus Midiam Demosthenes scribit) non parendo iudicato, non tam læduntur vtilitates singulorum, quam iura, & leges. capite, & authoritate minuuntur. Vnde rectè Cicero pro Sylla ait: *Rebus iudicatis rem publicam contineri, ne rescindantur iudicia, à quibus prouocari non potest*, & in oratione pro Aulo Cluentio. *Extrema impudentia esse iudicia labefactari conari*, & in oratione de lege Agraria. *Rerum iudicatarum instauationes ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus extremos exitiorum solere esse exitus.* Apud Romanos, (quorum ius ciuile & profitemur) quanta rerum iudicatarum sit authoritas, quanta vis, & quantopere eæ tueantur ignotum non est, quia nimirum nihil agit sententia iudicis ad ius nostrum consequendum, nisi ei pareatur. Vnde, & ius constitutum habemus, vt rebus iudicatis stari oporteat, siue iudex æquum dixerit, siue iniquum, dummodo prouocatum non sit. Ex quo illa sunt rebus iudicatis, à quibus prouocatum non est, standum esse, l. 1. C. hoc tit. leg. cum prolatis 32. in fin. inf. eodem. Item res iudicatas, siue sententias rescindi non posse. l. 2. C. sent. rescind. non posse, haberi pro veritate, l. res iudicata. 207. ff. de reg. iur. nec post eas quæri amplius quicquam posse pati. l. post rem iudicatam. 56. infr. hoc tit. frustraque contra eas ostendi Principis rescripta, aut instrumenta, de nouo reperta. l. Imperatores, 35. infr. hoc tit. l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Hæc ita statui in primis conueniebat. Nam cum præcipuus iuris finis, quo omnia tendunt, vt quis id quod suum est consequatur, sit, vt iustitiæ definitio ostendit, de qua multa nos apud Iustinianum nostrum, in principio instit. de instit. & iur. si id non fieret, rebusque iudicatis non staretur, nemo vnquam ad ius suum peruenire posset, cum semper is, cum quo ageretur, posset causari se non debuisse, eoque se immerito condemnatum. Item nullus esset litium finis, quo malo nihil est pari, & concordiæ Ciuium, (quibus rebus maximè stant respublicæ (magis contrarium. † Ergo cum omnibus aliis in rebus propter publicam vtilitatem finiendis

tabellione petere debet suæ appellationis testimonium, vulgo dicuntur, apostolos, postquam illos in libello appellationis, sibi dari legitime efflagitauerit, Clem. 2. de appel. l. 10. tit. 18. lib. 4. Recopilat. quod si iudex terminum non assignauerit, intra terminum à iure præfixum coram superioribus sui copiam faciet appellans iure Canonico intra triginta dies ab intimatione sententiæ apostoli peti debent, capit. ab eo, de appellat. lib. 6. Marant. 6. part. titul. de appellat. numer. 209. teneturque intra annum, vel biennium ex causa appellationem prosequi, capit. cum sit Romana, de appellat. clem. sicut, eod. tit. iure vero ciuili intra terminum l. 2. & l. 15. d. titul. 18. lib. 4. Recop. iunctis à nostris in locis supra relatis traditis, qui videndi erunt pro forma supplicationis in secunda instantia, & in secunda supplicatione, quid obseruari debeat, scripsit latè Auendan. tract. de supplicatione, de las mil y quinientas doblas, & Paz 1. tom. 7. part. c. vnic. Azeuedo, in l. 1. tit. 10. lib. 4. nouæ Recop.

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum judicum promptuarij, libri singularis,

PARS SECVNDA;

Aduocatum, & Iudicem, quo ordine processum, & causam in executiuis negotiis formare, instituere, & examinare debeant, docens.

PRÆLVDIA.

De rei argumento, & rerum iudicatarum authoritate, §. 1.

SVMMARIA.

1 *Sententiarum, iudicatarumque rerum, magna, & publica authoritas, & eius ratio.*
2 *Iudicato, qui Athenis non parebat de vi publica tenebatur, & qualis apud Romanos eius authoritas.*
3 *Litibus finem imponi, è republica est.*
4 *Sententiam propria quis exequi authoritate non potest, quia qui ius sibi dicit, eius amissione plectitur.*
5 *Iudicem bona, qui propria authoritate occupat furti, & vi bonorum raptorum actione tenetur.*
6 *Sententias, ni earum executio eas sequatur, parum esse à iudicibus proferri.*
7 *Edictum Prætoris de vi, & iudicati authoritate.*
8 *Commendatio tractationis, & materiæ, de re iudicata, effectu sententiarum, interlocutionibus.*

1 REs iudicatæ, quia actæ, & transactæ sunt, disquisitis omnium sententiis, causa vtrinque à plissimè cognita, denique omnibus circumstantiis, rerum, personarum, temporumque adhibitis, hanc authoritatem adeptæ sunt, vt vix vnquam infirmari, rescindive possint, cum, si id agatur, breui actum sit de re publica, vt grauiter, & doctè admonuit Petr. Ærodius. lib. singulari, de origine, & authoritate iudiciorum, pag. 7. ad finem Non enim iam tam interest eius qui vicit sententiam non rescindi, quam publicè esse aliquem litium finem, & magistratuum, vtcumque aliter fecerit, perpetuo attamen existimari rectè, & ordine iudicasse. Vnde † Athenis, qui ante iudicatum priuata actione conueniebatur post iudicatū ni satisfeciſſet de vi publica tenebatur quia (v aduersus Midiam Demosthenes scribit) non parendo iudicato, non tam læduntur vtilitates singulorum, quam iura, & leges. capite, & authoritate minuuntur. Vnde rectè Cicero pro Sylla ait: *Rebus iudicatis rem publicam contineri, ne rescindantur iudicia, à quibus prouocari non potest*, & in oratione pro Aulo Cluentio. *Extrema impudentia esse iudicia labefactari conari*, & in oratione de lege Agraria. *Rerum iudicatarum instauationes ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus extremos exitiorum solere esse exitus.* Apud Romanos, (quorum ius ciuile & profitemur) quanta rerum iudicatarum sit authoritas, quanta vis, & quantopere eæ tueantur ignotum non est, quia nimirum nihil agit sententia iudicis ad ius nostrum consequendum, nisi ei pareatur. Vnde, & ius constitutum habemus, vt rebus iudicatis stari oporteat, siue iudex æquum dixerit, siue iniquum, dummodo prouocatum non sit. Ex quo illa sunt rebus iudicatis, à quibus prouocatum non est, standum esse, l. 1. C. hoc tit. leg. cum prolatis 32. in fin. inf. eodem. Item res iudicatas, siue sententias rescindi non posse. l. 2. C. sent. rescind. non posse, haberi pro veritate, l. res iudicata. 207. ff. de reg. iur. nec post eas quæri amplius quicquam posse pati. l. post rem iudicatam. 56. infr. hoc tit. frustraque contra eas ostendi Principis rescripta, aut instrumenta, de nouo reperta. l. Imperatores, 35. infr. hoc tit. l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Hæc ita statui in primis conueniebat. Nam cum præcipuus iuris finis, quo omnia tendunt, vt quis id quod suum est consequatur, sit, vt iustitiæ definitio ostendit, de qua multa nos apud Iustinianum nostrum, in principio instit. de instit. & iur. si id non fieret, rebusque iudicatis non staretur, nemo vnquam ad ius suum peruenire posset, cum semper is, cum quo ageretur, posset causari se non debuisse, eoque se immerito condemnatum. Item nullus esset litium finis, quo malo nihil est pari, & concordiæ Ciuium, (quibus rebus maximè stant respublicæ (magis contrarium. † Ergo cum omnibus aliis in rebus propter publicam vtilitatem finiendis

sinien.lis litibus maxime sinduerint legislatores, l. 1. ff. de vsucaption. text. in principio inst. eod. l. fin ff. pro suo, quo respexit Cicero, in oratione pro Aulo Cecinna, dum vsucapionem vocat, finem periculi, & solicitudinis litium, quo etiam respicit, l. 3. §. tametsi, ff. de receptis arbitr. l. quidam existimauerunt, 21. in fin. ff. si cer. pet. l. 1. C. de nouo Codice facien. l. properandum. 1 1. C. de iud. c. finem litibus, 5. de dol. & cont. Clem. dispendiosam, 2. de iud. cum multis congestis à Luca de Pena, in l. 1. tit. 24. C. de agr. & cens. lib. 11. Cariliano Cotta, in memorabilibus iuris, verbo, *lites cita.* Rodulpho Fornerio, lib. 3. rerum quotidian. cap. 1. concord. at. l. 12. tit. 4. part. 3 Præcipuè in iudiciis, quæ diiimendarum litium causa constituta fuerunt, huic rei

4 fuit consulendum. Tum † maximè cum is, cuius in fauorem sententia dicta est, illa propria exequi authoritate non possit, nec ius sibi dicere, lege vnica, Cod. ne quis in sua causa, l. 1 o. t. 4. part. 3. Greg. Lopez, in l. fin. tit. 24. par. 4. Bart. in l. siquis ex aliena. 4. ff. de iud. quod si facere auderet, iuris amissione plecteretur ex sententia, lege extat. 13. leg. fin. §. fin. ff. de eo quod metus causa, lege creditores. 7. fin. ff. ad leg. Iul. de vi priuata, l. 1. ff. quod legatorum, l. si ex stipulatione, 6. ff. de acquir. possess. l. 3. C. de vi bonorum rapt. l. siquis in tantam, 7. C. vnde vi, l. 1. tit. 17. lib. 5. lege 2.

5 tit. 13. lib. 8. nouæ Recopilationis. Quinimo † si iudicatus bona sua authotitate distraxisset sutti actione, & vi bonorum raptor. ei teneretur, l. miles. 6. §. 2. infr.

6 hoc tit. Parumque † esset sententias dici, & inter litigantes de iure proferri, nisi dicta, & prolata sententia executioni mandaretur, argum. l. 2. §. post originem, col. 4 versic. parum, ff. de origine iuris. cap. 3. §. præterea, de electione, lib. 6. l. 1. tit. 1. par. 1 l. 15. tit. 4. par. 3. Opportune prætoris edictum, de ea re propositam fuit. † Quod ad veterum imitationem informatum sigillatim recenset Hugo Donell lib. 17. comm. de iure Ciuili, in principio, quo condemnatum, vt pecuniam soluat, nisi sententiæ pareat, pignoribus,

7 capitis compellendum esse pollicetur, l. 4. 5. ait Prætor, infr. eodem si oportuerit, manu etiam militari adhibita, lege qui restituere. 58. in princ. ff. de rei vindic. l. 2. tit. 27. par. 3. qua in re cinsque explicatione, cum totus iste tractatur, qui, de re iudicata, inscribitur consumatur, maximè è republica, vestra que priuata vtilitate futurum existimaui, si methodica apertoriaque enarratione, quam hactenus fecerint alij, eum vobis exponam, prætermissisque generalibus quibusdam, mox ordinem in sententiarum, aliorumq; instrumentorum, quæ earum vim habent, executioni. bus obseruandum, iuxta hodiernam etiam praxim, annectam; propriisque in sedibus omnibus huius tractationis legibus, & capitibus, quæ sine ordine, & tumultuario à Tribouiano sunt attexa, enarratis † Ergo vti-

8 litas huius rei commendatione non eget, ipsa enim se ostendit, vt alias inquit Vlpian. iul. 1. ff. de in integ. restit. licet ab ea, & antiquiores & iuniores interpretes tractatum hunc exordiantur Alexand. nam; maximè amplam, & solemnem materiam auro, & honore plenam habere testatur. Iaso illius vtilitatem adeò patere, vt commendatione non egeat, Guido Papæ notabilem esse, & qui semper versetur, in practica. Duarenus ideo se peculiares ad eum commentarios, scripsisse, quod eo in iudiciis, & foro nullus sit frequentior, & vsitatior, quodque vix in vlla parte iuris nodi repertiantur difficiliores, quam in hoc tractatu, qui ad res iudicatas spectat Hugo Donellus, d. lib. 27. se quoque sigillatim omnes tituli, de re iudicata leges exponere voluisse scribit, quod in primis ad vsum pertineret, nec satis sit ab aliis explicatus. Quæ & ego ideo præfati volui, vt & me ad legendum deligentiorem, & vos simul ad audiendum alacriores, & attentiores efficiam. Recte enim Cicero, lib. 3. officiorum, *Cum aliqua species vitiositatis obiecta est, non commoueri necesse est*, & quæ quotidiana sunt tractanda plenius, & fauorabilius admittenda, l. legaui. 26. ff. de liberatione legata. * Antequam tamen vltetius progrediar, illud præmittere libu.t, an tanta rerum iudicatarum sit authoritas, vt etiam si aperté iniquitatem contineant eis standum sit, sententiam pugnantia iura, in l. seruo inuito 65. §. cum Prætor, ff. ad Trebellianum, l. si fundus, 16. §. si putes, ff. de pignoribus, in l. 1. §. fin. ff. de quæstionibus, cap. inter cæteras, de re iudicata. Ego non esse defendendas (præcipuè apud suprema tribunalia) si iniquitatem contineant manifestam magis probo: vt rectè animaduertunt Matth. de Afflict. & ad eum Vtsilis. decis. 79. & 215. latè Io. Garcia qui de eorum iurium conciliatione agit, de nobil. gl. 6. §. 2. per tot. & gl. 21. n. 72. & seq. multa Don. ad, l. Diuus, 35. ff. de re iudicata.

De re iudicata, eius & sententiæ definitione, & interpretatione primæ partis rubricæ, l. 1. l. 4. §. tit. Prætor, l. Præses, 27. in fin. l Pomponius, 36. l. in summ. 59 (alias, 1 in sententiis) in princ. & §. 1. cum aliis, ff. de re iud. §. 2.

SVMMARIA.

1 *Rei verbum latissimè patet.*
2 *Res de qualis, causa, & vetus, de ea formula allata, & nu. 4. & 5.*
3 *Res iudicata idem sæpè, quod sententia. & nu. 7.*
4 *Res iudicata quid diuersum a sententia, quomodo intelligendum.*
6 *Edictum Prætoris, de re iudicata, & quomodo ea vox in eo vsurpetur.*
8 *Sententia est iudicis pronunciatio, qua condemnatione, vel absolutione controuersiis finem imponit, qua definitio, & exponitur, & defenditur, nu. seq.*
9 *Sententiam iudex profert, non priuatus alius, qui iudex non est.*
10 *Sententia pronunciatio est, ante pronunciationem non est sententia.*
11 *Clausula.* Assi lo pronunciamos, y mandamos en estos escritos, y por ellos. *Vnde originem sumpsit.*
12 *Recusatio, quo tempore interponi possit.*
13 *Res, lis, & causa multis modis finitur: illa vero res iudicata dicitur, qua finem pronunciatione tantum accepit.*
14 *Sententia necessario condemnationem, vel absolutionem continere debet, & nu. 17. & quid iure Hispano, num. 18.*
15 *A, littera, absolutionis nota, C. condemnationis. N. L. dubij iudicis animi expressio.*
16 *Ius Regni Hispani, quo in supremis tribunalibus, & aulis causa ad alios iudices remittitur, vetus refrenauit.*
19 *Sententia controuersiis omnibus finem imponere debet, & id quomodo intelligendum.*
20 *Res iudicata, an etiam ea sententia dicatur, à qua appellari licet.*
21 *Sententia certa esse, nullamque ambiguitatem continere debet qua ex aliis non aperiatur, & nu. 23.*
22 *Acta processus vehiculum ad sententiam quare dicantur.*
24 *Sententia conditionalis sententia nomen non meretur.*

COntinet huius nostri tituli epigraphe, sine inscriptio, tres partes, quarum prior est de re iudicata, de cuius definitione, cum statim Modestinus agat primo huius tit. cap. de eius significatione præferri aliqua opottet. Ergo quamuis verbum, *res*, latissime pateat, l. 1. ff. de teb. cred. l. rei, 5. l. nominis, & rei, 6. ff. de verb. signif. dixi in rub. sub n. 2. Inst. de ret. diuisione. Inter † reliqua tamen causam, & lite significat, quod

quod Ausonius in monosyllabis eleganti carmine expressit.

Imperium, litem, Venerem, cur vna notet res?

Et Horatius, lib. 1. satyr. 9. Vndè olim summe dubitatum fuisse inter famularios in oratione pro Muræna Cicero tradit. ré an litem dici oporteret, qua de causa vtrumque verbum in actionum ciuilium solemnibus sub disiunctione efferebatur, quam tem, siue litem dicere oportet, vt ex Varrone, lib. 6. de lingua Latina, refert Brisonius, lib. 16. de verb. sign. quo sensu accipies verba. l. si defunctus, 9. ibi: *Vel de re, vel de lite competere actionem*, C. d. suis & legit. hæred. & solemnem formulam rerum à Fecialib. (penes quos belli, pacisque faciendæ ius erat) repetendarum, quæ à Li.

8 uio, lib. 1. ponitur. *Quarum rerum, litium, causarum condixit Pater. Patratus populi Romani Quiritum Patrem patratum Presonem latronorum, hoc est, quas res, lites, causas Pater patratus denunciauit.* Vnde rem amittere est litem amittere, in l. Diuus, 8 ff. de in integr. rest. in l. si sine iudice 12. § Marcellus, ff. rem ratam hab. & rem differri, est litem differri, l. 1. §. Iulianus. ff. de liber. exhib. cum aliis quorum meminit Brison. vbi sup. quo eodem sensu accipitur, in l. Papinianus, 8. §. siquis post ff. de inoffic. testa. in l. litigatoribus, 14. C. de appell.

3 Vnde fit, quod etsi verum sit, rem iudicatam idem sæpè, ac sententiam significare, l. cum prolatis, 32. in fin. infr. h. t. l. 1. C. eod. l. 3. C. sent. rescind. non posse. 3. & 4. C. de executione rei iudicatæ. iuncta l. à D. Pio, 15. inf. h. t. l. 2. & per totum. C. quibus res indicata non nocet, & toto tit. D. de except. rei iud. c. cum dilectus, 32. in fin. de elect. c. cum inter, 3. extr. h. t. clem. 1. de appellat. cum aliis, quæ tradit Ripa hic, nu. 5. Beroius in rubr. de appell. num. 1. in fin. & Maranta, de ord. iud. 6. par. actu. 1. num. 128. qui his iurib. ducti frustra inter hæc discrimen constituti opinantur, non tamen

4 † minus frequenter & proprie accipitur pro ipsa re, lite, causa, seu quæstione, cui per sententiam iudicis finis innititur, & à qua amplius appellari non potest, vt sic sententia se habeat per modum agentis, cum causæ finem imponat, res vero iudicata per modum patientis, cum pronunciatione iudicis finem accipiat, vt rectè considerarunt Bar. Ang. Cumanus, Iaso, Guido Papæ, & Duaren. in hac, l. 1. ecius, & Mynerius num. 5. in l. res iudicata 2. 207. ff. de regul. iur. Io. Robert. lib. 1. sentent. cap. 24. Cuiac. & Vvetembech. in paratitl. huit. tit. quib. & Dionisius Gotifredus assentitur in notis adhanc, l. r. lit. G, etenim, vt docté, inquit, Hugo Don. hic cum tres controuersias res sit, de qua iudicamus, & sententia nostra sit illud, quod sentimus, & iudicamus, rectè vtrumque res iudicata appellatur, siquidem illud dicitur à nobis iudicari, & de quo iudicamus & quod iudicamus.

5 Ex quibus fluit interpretatio verborum nostræ rubr. *de re iudicata*, hoc est, de questione, causa, lite, quæ sententia ex pronunciatione iudicis finem accepit, quomodo vsurpauit Modest. l. C. in hac nostra. l. 1. dum ait. *Res iudicata dicitur, qua finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit*, apud quem *res iudicata*, in prima illa significatione ponitur: & à *sententia*, eo quo diximus modo distinguitur, quemadmodum, & in rub. extra eodem, & C. h. tit. & C. de sentent. & interloc. omnium iudic. cum multis aliis illius libri

6 7. Codicis. Quæ † interpretatio (quæ & Brisson. lib. 17. de ver. signif. verb. *sententia dicitur*,) placuit vehementer, confirmatur verbis edicti Prætoris de cuius interpretatione, in h. t. l. C. tractant; *Si res de qua agitur ab eo cuius de ea re iurisdictio est, iudicata esse dicitur, &c.* Ex quibus constat de ipsa re, sine controuersia. quæ finem accepit sententia, Prætorem loquutum, rem iudicatam eo sensu, in h. t. accipi, & definiri debere, & à sententia distingui. Quemadmodum, & Cicero fecit, lib. 2. de inuentione, dum inquit. *Iudicatum est, id de quo alicuius, aut aliquorum sententiis conflictatum est, sententia est, ipsa pronunciatio iudicis, sic dicta, quia quod sentis pronunciat.*

Deinde ex eisdem, & nostra hac l. 1. paulatim sen 7
tentiæ diffinitio infertur, nam si res iudicata dicitur, quæ pronunciatione iudicis, condemnatione, vel absolutione, finem controuersiarum accepit, necessario sententia illa erit? quæ eo modo finem imponit (sunt etenim hæc ita coniuncta, vt separari nequeant quo fit, vt & alterum pro altero sæpe sumatur vt diximus, nu. 1. & 2. & vt posito, & definito vno alterum quoque, quod ei ex aduerso respondere statui. & definiri videatur, ex regula text. in princ. inst. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, iunctis ibidem à nobis traditis.

Sic ergo sententiæ definitionem conficies, vt sit 8
Iudicis pronunciatio, qua condemnatione, vel absolutione controuersiis finem imponit, sic colligitur ex nostra, l. 1. l. Præses, 3. C. de sentent. & interlocut. l. dicere, 23. iuncta, l. 1. illius tituli, ff. de recept. arbitr. cap. 2. extra hoc tit. l. 1. tit, 22. l. 7. tit. 3. part. 3. & ex communi, quam refert Maranta, in praxi. 5. part. 6. p. principal. 5, num. 1. versic. *venio ad primam quæstionem*. Rodericus Suarez, allegatione. 4. num. fin. decisio. Pedemontana, 1. num. 32. Sebastianus Medicis, tract. de diffinitionibus cap. 11. pag. 215. & quamuis Petr. Faber, in dict. l. res iudicata. 107. ff. de regitur. aliam definitionem afferat, docens *sententiam esse, qua elapsis diebus decem. nullo iuris remedio attentari potest*, à qua non longe est alia, quæ traditur à Georgio Lauterbego, in libello definitionum iuris, quippe. *Veritatem inter partes in dubium versam per diffinitiuam sententiam iustam non retractandam, neque suspensam efficaciter declaratam*, in multis tamen peccant, & quod hi præcipue in nostra desiderant, exprimitur satis à Modestino, in hac l. 1. dum inquit per rem iudicatam controuersiis finem imponi, apertè ostendens omnem appellandi, & amplius litigandi viam penitus esse præclusam; de qua re paulò inferius ad Accur. hic interim animaduertes definitionem hanc omnibus iuris constare partibus loco generis dicit pronunciatio, nam interlocutiones (de quibus seq. cap.) pronuntiationes sunt reliqua omnia verba sunt loco differentiæ, nulli enim alij pronunciatione litem finire, controuersiisque omnibus finem imponere condemnatione, vel absolutione, nisi sententiæ diffinitiuæ competit. Præterea inueries reliquis omnibus constare partibus, causa finali, formali, efficienti, & materia, fine, siue effectu, ibi: *finem*, materia ibi, *controuersiarum*, instrumentali, & formali, ibi *pronunciatione*, & ibi: *Condemnatione, vel absolutione*, efficiente, ibi, *iudicis*.

At definitio, *iudicis pronunciatio*, in primis enim 9
eum, qui sententiam dicit, iudicem esse oportet, id cum indubitati iuris sit ex integris titulis. ff. de iurisd. omn. iud. cum multis aliis toto tit. de iudiciis, & foro comp. apud Pontificios, & latè obseruatis à Roberto Matanta, de ordine iud. 4. par. dist. 8. cum seq. Gundisaluo de Paz. in praxi. 1. p. 1. tom. 1. temp. ex. nu. 1. tum maxime ex prætoris edicto cuius sup. nu. 6. meminimus relato ab Vlpiano, in l. ait Prætor. 5. infr. hoc tit. ibi: *Cuius de ea re iurisdictio erit* (quem bene ibi explicat Donellus) & extit. C. si à non comp. iudice fuerit iudicatum. † Dicitur autem *pronunciatio*, quia 10
ipsa sententia pronunciatio est, l. cum prolatis, 32. infr. eodem, l. 1. §. vlt. ff. ad Turpill. & in scriptis dari, & proferri debet, l. statutis, 3. iuncta auth. seq. C. de sent ex periculo recitandis, §. curare, iuncta gl. verbo. *sententiam*. Inst. de actionib. bonns text. in c. fin. hoc tit. hib. 6. vbique notant Doctores, Maranta, vbi sup. 6. p. actu. 1. nu. 57. Paz. vbi sup. 12. temp. nu. 13. Vnde † fluit 12
frequens clausula in sententiis. *Assilo pronunciamos, y mandamos en estos escritos, y por ellos*, vsque adeo, quod si ab aliquo ex litigatoribus proponenda recusatio sit, & si iure communi attento, proponit † ante 11

litis contestationem oporteret, l.aperuissimi 14.C. de iud.cap.cum speciali. 61. de appellat glos. communiter recepta,in cap.pastoralis 4. verb.*potestate*, de exceptionibus,Couarr. in pra.cap.26: num.1. tamen de iure Regio, & hodierna praxi, non solum post conclusionem in causa, sed etiam postquam sententia scripta & suscripta est,nisi coram, vel à Tabellione fuerit pronunciata proponi possit.Couar.d.cap.26. n. 3.Paz vbi sup.10.tempo.nu.19.adeo enim,& sententiæ nomen merentur,requiritur pronunciatio.

13 Præterea etiam *pronunciatio* dicitur, quia etsi res controuersa multis modis finiri possit,vt *transactione*, L.non minorem.20. & toto fere tit. C.de transaction. *iureiurando*,l.1. & 2.ff de int. iur.litis *renunciatione*. l. postquam liti.4.C. de pactis.l. Papinianus, 21.§. fin. cum l.seq.ff.de minotibl. destitisse.10.ff.de iud. non tamen dicitur res iudicata, id est iudicio finita, nisi quæ finita est, iudicis pronunciatione.

14 Additur, *quæ condamnatione, vel absolutione*, vt ostendatur, sententiam eam esse non posse, quæ condemnationem, vel absolutionem non habeat, quod & expressis verbis tradit Imperator.h.3.C.de sentent. & inter loc.omn.*Præfert pronunciatione non ignorat* (ait lex) *definitivam sententiam quæ condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla non haberi*.cap.ei qui.41.§.diffinitiua.2.q.6.l.1. titut.3.lib.1. foti.l.2 ibi; *Quitando, ò condenando al demando*, tit. 22. part 3.

15 quod apud Romanos † adeò fuisse in vsu videtur vt vbi vtraque parte causa peiorata iudices in concilium ad pronunciandum mittebantur, tres eis darentur tabellæ, has inscriptas literas habentes. A, quæ absolutionis symbolum erat.C.quæ condemnationis (vnde literam tristem appellat Cicero in Molonianâ, vt nigram Persius, satyra.4.) & N.L.quæ cum in vrnam, siue ciftam mittebatur, non latis sibi de causa liquere, & de ea amplius cognitorum se esse iudex significabat,quo referuntur.l.Pomponius 36.infr.hoc tit.Idem Pomponius.13.§.ex compromisso.ff.de recept. arbit. vt post Asconium Pedianum. 3. in Verrem latissime ex bonis authoribus obseruat Brissonius,de verb.signific.lib.1.litera A, & lib.3. lit.C, & lib.10.verbo liquet, & latius, lib.5. de formulis, pag. 535.Iann.Corasius, lib.vnic.epistolar.c. fin Ludouicus Carondas,lib.1.antiquit.c.15. Franciscus Poletus, lib.4.historiæ Fori Romani,cap. 15. & lib.5. cap.8. Ioan.Rosinus, lib.9.antiquit. Roman.cap.24.simile,

16 quod † hodie apud nos in vsu est,ex l.43.44.& 48.tit. 5.*de los Presidentes, y Oydores*, lib.2. nouæ Recopil. quibus dispositum est, vt supremorum tribunalium aliis, saltem tres iudices concordi sententia esse debeant, alias in iudices sequentis aulæ remittatur, qui cum prioribus ius dicant quod si nec omnibus sententia condemnationis, vel absolutionis, aut alias per omnia concors,& conformis decernatur à tribus, in tertiam sequentem aulam adhuc remittatur, lite siue controuersia, iuxta formam eo loci traditam absoluenda,quid enim,id est,nisi priscum exoletumque; verbum illud, *Amplius*, in antiquis iudiciorum formulis solemne, de quo plura sup. citati.

17 Hæc licet summo iure procederent, & adhuc hodie admittenda existimet,Accurs.hic verb. *Absolutione*, vt præcisim his verbis condemnationis,vel absolutionis in sententiis iudices vti debeant, postquam tamen ferendarum per tabulas sententiarum modus ab aula recessit,& formularum obseruatio,tam in sententiis, quam in actionibus abolita est (quas merito strid bat Cicero, in oratione pro Milone) parum refert,quibus verbis sententiam proferat iudex, dummodo apertè,& clarè pronuciet,& rei,de qua agitur, finem imponat,reumque,siue directo, siue in consequentiam absoluat, vel condemnet,l. in summa (alias incipit in sententiis, 59.) in pr.& in §.1.infr.hoc tit.& colligitur,ex l.penul.& vltim.C.de sentent.quæ sine certa quant.l.si Prætor.75.ff.de iud.l.quid tamen, 23.§.si arbiter, ff.de arbit.l.1.§.1.ff.ad Turpill.l.proxime,3. de his, quæ in testam. delent.l. ob hæc. 20. ff. de his qui not.infam.& ex aliis veteribus concipiendarum sententiarum formulis, quas ex bonis authoribus congerit Brissonius,lib.2.selectarum, c.2.& lib. 5. de formulis, pag.511. & sequentibus,& pag.538. quod † nostro quoque Hispano iure aperte decisum 18
est, l.3.ibi; *O ortas palabras guisadas qualet entendiere qu ecuniene à la demanda que fue puesta*.& l.15.ibi.*Cabtas palabras ò otras semejantes dellas,deuen ser puestas en todo juyzio asinado*,tit.22.par.3.quod licet sub dubio relinquat Accurs.hic,secure tamen docet,in d.l. Præses,3.& in d.l.quid tamen,& tenet Bart.Alber.Angel. Alexand. imola, cum Duareno, Hugo Donell, hic, Ferrara, in practica, in forma sententiæ diffinitiuæ, glos.1.num.4. Maranta, d.6. part. actu 1. numer.112. Sarmiento omnino videndus, lib.1.select cap.13.numer.3.Bantius, de nullitatibus, tit.de nullitatibus, ex defectu processus, num. 92. ea enim quæ in consequentiam veniunt, sententiæ inesse creduntur, notat præter supra relatos Baldus,in l.pen.ff.de his qui sunt sui. Ossalcus, decisione Pedemontana. 64 num.3. & Ossalcus, decisione Pedemontana. 64 num.3. & in eleganti specie Bart.in l.& ex diuerso. § 1.ff.de rei vind.& in alia non minus eleganti Aretin.in l.1.ff.de curat. furioso, & in l. is cui bonis. ff. de verborum obligat.

19 Ait rursus definitio, *controuersiis finem imponit*, is enim rei iudicatæ finis est,vt lites sopiantur,l.4.§. ait Prætor.infr.hoc tit.cap.2.extr.eodem,cum aliis à nobis adductis §.1 num 1.& 2.Hinc est recte Modestinum in nostra l.1. controuersiarum, non controuersiæ, dixisse. Ergo si in re, siue lite, de qua iudicio agitur plures sint controuersiæ,id est,de pluribus rebus quæratur (quod frequenter euenit in vniuersalibus, siue generalibus iudiciis,vt puta petitionis hæreditatis familiæ erciscundæ, communi dinidundo, finium regundorum, actionis pro socio,tutelæ, negotiorum gestorum,dotis) nisi iudex pronunciauerit de omnibus,nihil egit, ne in his quidem, in quibus pronunciauit. Quoniam in vno eodemque iudicio, non potest res iudicata,in partem valere, in partem non valere,l.diuersæ.23.§.1. ff.de arb.l. in hoc iudicio, 28.ff. fam.erciscæ. & iudex,dum pronunciat,eo animo id facit,vt per hoc velit liti finem imponi, & litigatores ab omni controuersia discedere,tex.hic,cum sup. allegatis.d.l.dicere,in princ.l.2 ad fin.tit.22.par.3. & ita constitutum est.vt causa,quæ in rem iudicatam transierit, amplius retractari nequeat, quin potius exceptio rei iudicatæ obstet agenti, quæ litis finitæ appellantur,& eum à iudiciorum limine repellit.

20 Ex quibus Acc.glos.1. hic,existimabat,etiam interim,dum à sententia potest appellari,*rem iudicatam*, dici,habito respectu ad mentem iudicantis,qui quantum in ipso est,negotium per sententiam finiri cupit, vt multis in eam opinionem adductis,quæ sic accipi debent Accurs. ostendere conatur;sed vt iam sup. nu. 8. adnotauimus, alia legis nostræ mens est, estque longe verius eam hic à Modestino sententiam definitam, quæ cum controuersiis omnibus finem imponat,nullam iam timet pronocationem, quod bellissime ab Vlpiano adnotatum est, in l.eleganter,13.§.si post rem, ibi; *Tunc enim rescriptis locum esse credendum est,cum de sententia indubitata, qua nullo remedio attentari potest, transigitur*.ff. de cond. ind.b.Impp.in l. executorem,8. C.de execut.rei iud.notat glos.verb. innouata,in c.non solum,de appellat. lib. 6.quam sequuntur,& communem appellant Iaso,hic,n.8. Ripa 6.Duaren.circa fin.Abb.& Felin.in rubr.extr. hoc tit. nu.1.& plures alij,quos refert Conarr.lib.sing.practicarum,cap.15.nu.3. Cassadorus,de if. 8. de rescriptis, nu.3.Idque est,quod Pontifices, in cap.communiter, 13.& in cap.quoad consultationem,15.extr.hoc tit.& in cap.1 §.fin.de except.lib.6.& in cap.cum dilectus, 32.in fin.de electione,& in cap.pastoralis,28. §.præterea,de officio delegati, multisque aliis in locis dicunt, *sententiam* elapso tempore ad appellandum, transire in rem iudicatam. Quo loquendi modo communiter omnes Doctores vtuntur, iuxta eumque existimant accipiendum Martianum,l.Cin l. si fundus,16.§.fi plures. ff. de pignor.ibi; *Semel enim causa transire videtur ad condemnationem*,cuius tamen aliam mentem fuisse,ex his, quæ ibi tradit Fulgosius manifestè deprehendes.

21 Denique ex eisdem illis huius definitionis verbis *controuersiis finem imponit*,& ex illis,d.l.4.§.ait Prætor, ibi;*Quod noluerit Prator obligationem ex obligationibus fieri*. insta hoc tit.& quia iniquum esset,ex litis optimæ materia nouas lites oriri, constat sententiam certam esse debere,nullamque continere ambiguitatem, quæ non possit ex actis processus,& ex his,quæ in eo probata, vel deducta sunt colligi,& declarari, ita docet I.C.in d.l.in summa(siue in sententiis,) 59. infr. hoc tit.d.l. quid tamen, 25.§. fiarbiter, item in d. l. Præses,27.in fin.infr.eodem,ibi; *Si in sententia certa quantitas continetur nihil proponi, cur iudicati agi non possit*, notant omnes,in l. si quis ad exhibendum, infr. de except.rei iud. Aymon Craueta, de antiquit. temporu m.4.part.in princ.num.67.& consil.79. num. 4. volum.1.Ioachim Minsingerus singular. obseru. centuri.4. cap. final. sunt enim actæ † tanquam vehiculum ad sententiam,vt inquit Bart.per text.ibi,in l.3. C.de sentenc. quæ sine certa quantit. Matthesilanus, in le g.cum iudex(qui se ad ea,quæ in actis petita probata,vel comprehensa sunt remittit, satis certam sententiam profecte videtur,arg.l.c.rum.6.ff. si cert. petat, & eorum,quæ in terminis post alios notat Maranta,1 lict 6.part.actu.1.nu.24.plenius Sebastianus Bantius, de nullitatibus, tit. de nullitate ex defecto processus,num.129. Bernardus Diaz, & eius additionator,reg.669.

23 † Quod tamen sic intelligendum est,si quæ in actis contenta,probataue sunt,ita per se pateant, & regulis iuris conueniant, vt nullam aliam litem, aliamve sententiam ad sui declarationem expostulent: alioqui id esset,non tam litem finire, quam litem ex litibus facere te,contra regulam nostri tex.& d.§. ait Prætor,& l.ter minato.4. C.de fructib.& lit.expensis Ergo †.cauendum est à Bart.in l.ait prætor.5.§.1.infr. eod. exisstim ante valere sententiam in qua iudex reum, ita condemnat, *si probatum fuerit illum quantitatem petitam debere*: etenim licet se iudex ad ea, quæ petita sunt: in libello, vel probata in actis, referre possit, quin petitionis certa, & liquida definitio facile ex illis colligi potest,vt in d.l.in sententiis, & d. §. si arbitre † sub dubio tamen, vtrum probatum sit, nec tu; pronunciare nequit, cum id demum sit quod iudex actis inuenire debet, cuius arbitrio, & religioni committitur, quanta fides testibus sit adhibenda, l.3. vers. tu magis.ff.de testibus, cuius argumento ab hac opinione Bartoli recesserunt Duar. & Donel.in d.§. 2. Sarmiento,d.l.1.c.13.Euerardus Broncorst. lib. antinom. cent.4.c.17.quibus accedit reg.l.5.vidum.ff quando appel. fit & glossæ doctrina, in l. à Diuo Pio. §.in vendition, verbo, *capiantur*, inf. quippe sententiam sub conditione fieri non posse exornant Eduardus Caldeira,lib.3.var.c.6.Gail. de pace publica, libr. 2. c.4. Bantius, sup. nu.107.

De inter locutionibus, & an, & quando, & quæ sententia possit ab eodem iudice mutari,& interpretatione secundæ partis rubricæ,& leg quod iussit, 14.l.Paulus, 42. l. act. 45. l. actorum, 46. l. Iudex postea quam,55. l. cum quærebatur, 62. ff. de re iudicata, §.3.

SVMMARIA.

1 *Inter loqui,quid significet in causis,& iudiciis.*
2 *Interdicta vnde dicta, & quid significent.*
3 *Interlocutoria sententia definitio multipliciter traditur, & iterum, num. 26.*
4 *Interlocutoria sententia, à diffinitiua multum differt*
5 *Sententia nomen simpliciter prolatum ad diffinitiuam refertur.*
6 *Sententia diffinitiua, nec reuocari, emendari, corrigi, nec eodem die ab eodem iudice potest, quod & in criminalibus causis admittendum est num.7.& ratio, num. 9.*
8 *Sententia diffinitiua,licet nec in criminalibus possit ab eodem iudice reuocari,bene tamen, potest eius executio suspendi.*
10. *Sententia diffinitiua à Principe dicta,quando executioni mandanda, & quare ab eo reuocari potest.*
11 *Sententiam diffinitiuam,licet mutare iudex non possit,quæ tamen ei desunt explicare quomodo, & quæ ratione possit.*
12 *Expensarum condemnatio suppleri ab eodem iudice eodem die pronunciationis potest.*
13 *Expensarum taxatio regulariter iudicis arbitrio relinquitur.*
14 *Sententia si nulla dicatur poterat ab eodem iudice, quitam tulit,de nullitate agnosci,olim perpetuo,hodie intra sexagintadierum. 15.*
16. *Nullitatis sententiarum plures casus remissiuè.*
17 *Sententia interlocutoria potest ab eodem iudice emendari,& corrigi, cuius rei duæ commendantur rationes: & adducuntur exempla. nu.26.*
20. *Interlocutoria sententia, quæ iudicis iurisdictionem extinguit (veluti si se non iudicem pronunciauit) reuocari non potest vnde ab ea recte appellatur,numero 24.*
41 *Cap. cum cessante 60.de appellationibus explicatur, & num.seqq.*
24 *Appellari ab interlocutoria quando possit.*
25 *L.4.titul.5.lib.4. nouæ Recopil.in contrauersiam vocata.*
27 *Interlocutoria sententia,an pluries possit reuocari, iudicis arbitrio relinquitur.*
Interlocutoria potest reuocari,etsi iam fuerit executioni mandata.

Hisce verbis inscribitur. tit. 45. lib. 7. Codicis de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum,& cum interloqui sit interim,dum de re principaliter agitur, loqui, & dicere, quæ ad causam promouendam pertinent, quo iudicium ad finem propositum perducatur, vt hic Donellus,& in l. 1. hoc tit. Duarenus obseruant,& probant,l. post sententiam, 9. d. tit. 45. quemadmodum † & interdicta, ita appellantur, quia prætor per ea aliquid iubet, vel vetat, non perpetuo, sed ad tempus donec pleniori iudicio, de iure petitorij quæratur, quasi interim dicta. vt aliis reiectis notationibus obseruat D. Isidorus lib. 5. etymolog.c.24 & insinuat Cicero. lib. 2. ad Herenn. Iulius Paulus,lib.5.sentent.tit. de interdictis, Alciatus,lib.4. pareg.cap. 15, recte † hoc interlocutionis verbo,eam sententiam significari putant Interpretes, quæ inter medium, & finem causæ principalis pro-

fertur,vt constat ex glos.in Clem.vn.verbo, *Diffinitiua*,de sequestr.possess. Abbas num.6. Anani,& Felino, num.2.in sub-extra hoc tit.Iasone hic,num. 2. Ripa, num.16. Eduard.Caldeyra,lib.2.variar.cap.6. num. 2. Quæ desinitio si tibi non placeat, propter argumenta quibus eam conuincit Alex. hic, num. 7. Rebuffus in hac l.quod iussit,num.81.& 82.sic poteris,cum eodem eam definire, vt sit interlocutio pronunciatio iudicis facta ad alicuius articuli expeditionem. Vel cum Accurs. in auth. de litigiosis, §. ad excludendos, verbo, *interlocutionibus*, & Aretino, in tit. de sententia,vt sit sententia, per quam incidens dubium à iudice directo terminatur: ad quas definitiones reduci possunt aliæ,quæ à Cuiac,& Vvesemb.hic. traduntur à Duareno,in l.2. hoc tit. Brisonio, lib.11.de verb. sign. verb. interlocutio.

4 Ex quibus constat sententiam interlocutoriam sui natura finem principali controuersiæ non imponere, aliamque post se expectare. Vnde licet iudicis pronunciationem contineat, ac proinde sententia sit circa illum articulum,de quo statuit, à sententia tamen separatur,vt constat ex hac Rub.& dict. tit.46.iuncta vulgari doctrina,quæ habet copulam, & regulariter inter diuersa constitui solere, de qua late per Albericum in dictionar.verb.& Bart. & Ias.in l.1.num.2. ff. de instit.& iur.& ex Accurs. opinione, in leg.4.§.biduum,ff. quando appell. sit, & in hac, l. quod iussit,
5 qui rectissime docet, sententiæ † nomen simpliciter prolatum per excellentiam ad diffinitiuam referri, quod sequitur glos.in cap.cum olim.34. verb. *sententiam*,de testibus.Alex. Rebuf.& alij, in hoc,l. quod iussit,Ang.in cons.114. Maranta, de ord.iud.3. par. 6. par.num.3. Donel.hic, laté Bernardus Diaz, & eius additionator Salzedo, regul. 662. & exceptionum exemplo firmari potest, quarum quæ diremptoriæ sunt, & post litem contestatam opponi possunt, propriè exceptiones appellantur, vt late ostendit Iaso, in l.4.§.Cato.in 3. Bartoli oppositione, ff. de verbor. quem refert,& sequitur Padilla,num.fin.in l.1. C. de iur.& fact.ing. quæ omnia memoriæ commendari oportet, propter statuta, quæ à sententiis appellari prohibent, vel de sententiis, aliquid solui iubent, vt solum de diffinitiuis intelligantur, vt rectè Iaso hic resoluit, num.10.

6 Infertur deinde ex superioribus, & iuxta definitionem sententiæ diffinitiuæ notatis,sup.§.2.ex nu.5. Quod cum iudex, vbi definitiuam sententiam profert, eo animo esse debeat,vt quantum in se sit controuersiis finem imponat: statim atque illam protulerit, iudicium quoad eum finietur, & adeo officio functus erit, vt neque reuocandæ, vel corrigendæ sententiæ facultatem habeat, etiam si male iudicauerit, & eodem die iterum iudicare velit,vt in iudicibus ordinariis,datis, & compromissariis expresse dispositum est,in d.l.quod iussit,in l.Paulus,in l. iudex, in l. cum quærebatur,hoc tit.in d.l.dicere,23. ff. de arbitr. in l.1.C. senten. rescindi non posse.

7 Et ad pronunciationem, quæ in causis criminalibus fit porrigitur,l. diui fratres,27.in l.moris,9.§.sed enim ff. de pœnis.in l.1.§. vlt. ff. de quæstionibus, in
8 d.l,acta, 45.§.1. hoc tit. Nisi † quod in his, propter imminens periculum,licet iudex rei innocentia comperta remittere pœnam non possit,differre tamen, & suspendere poterit,quousque Princeps consulatur, vt ex eisdem iuribus constat, & traditis ab Hippolyto singul.338.& in l. num.14.C.de raptu virginum,Decio,in cap.intrauerit.num 4.de appellat.Cassaneo, in consuetudinibus Burgundiæ Rub.1.§. 5. versic.*fin la grace*,num.114.Conat in 4.§.vlt.num.15. Anton.Gomez, lib.3. variar.cap.13.num.36.

Quæ iuris regula illa ratione subsistit, quæ traditur, in d.l.iudex,55.hoc tit. nempè eum, qui semel sententiam dixit amplius iudicem non manere, ac proinde sententiam mutare non posse, sententiæ namque a iudicibus (vt constat ex definitione, sup. §. 2.numer.8.) non vero à priuatis feruntur, quibus impune non pareri responsum est, in l.fin.ff.de iurisd. omn.iud.& in l.3.C.eod.quod respiciens Seneca, lib. 7.c.8.*iudex*,inquit, *quam tulit de reo tabellam reuocare non potest*,& Apuleius,lib.1.floridorum *Proconsulis tabella*,inquit,*Sententia est,qua semel lecta, nec augeri litera vna,nec minui potest*, & D. Augustinus de fato. *Iudicibus* ,inquit, *statutum est ne liceat in reum datam sententiam reuocare*.

Vnde eleganter Cuiacius,lib.20.obseruat.cap. 32. 10
diuersitatis rationem deducit, inter sententias aduersus delinquentes latas à Principe, vel à iudice. Illæ namque non nisi post trigesimum diem executioni mandantur,l. si vindicari. 10.C. de pœnis, cap. cum apud Thessalonicam 11.q.3.Hæ vero sine mora exequi debent, l. si quis forte 6.ff. de pœnis. l. cum reis.18.C.eod.l. penult. C. de custod. reor. cum aliis traditis à Bernardo Diaz, regul.665. ea nimirum ratione, quia Princeps solus pœnam sua sententia dictam reuocare potest, & adhibita modica dilatione sæpe flecti solet, at vero iudices frustra differunt pœnam sua sententia dictam, quia nec mutare, aut reuocare eam vllo modo possunt, vt ex superioribus constat.

Verum quamuis reuocare semel sententiam latam 11
iudex non possit, quæ tamen sententiæ desunt, cum ei accessoria, vel consequentia esse videntur, rectè eodem die supplere,& declarare potest,dict.l. Paulus. 42.cap.in literis.9 cap. venerabili. 37. de officio delegat.exornat Bernard.Diaz,reg.367.& 374. Matienco, in l.9.titul.4.glos.4.num.1.lib.5.nouæ Recop. Ioann. Gratian.regul.421.num.1. Andreas Gail.lib.1. pract. obseruat.cap.1.num.6.nihil enim noui eo casu iudex statuit, sed quod vi, & potestate prioris sententiæ continebat magis exprimit, & declarat,vt rectè Donellus in d.l. Paulus considerat. Adeo certi iuris esse eum,qui aliquid exprimit, & declarat, nouum actum nentiquam facere,vt ego vltra Donellum singulariter colligo.ex l. hæredes palam 21.ff.de testam. ibi: *nihil enim nunc dat,sed datum significat*, & ex l. adeo.7. §. cum quis.in fin.ff. de a. qui. rer. dom.ibi: *Qui excutit spicas non nouam speciem facit sed eam quæ est detegit*, & ex cap.3.extra delationibus,cap. cum tit.3. de vsuris,cum aliis, quæ vltra scribentes in his iuribus notat Fulgos.cons.148.in fin. Bertachin. & eius additionator in repetitorio,verb. *declaratio*.

Quo fit, vt si nullam expressarum mentionem in 12
sententia fecit iudex, vel reo ad restitutionem condemnato de fructibus nihil expresserit, possit eadem die id quasi latæ sententiæ consectarium exprimere, & declarare,docet glos. in d.l. Paulus, verb. circa. Et ad interpretationem, l. terminato 4. C. de fruct.& lit. expens.l.& ex diuers. 35. §. 1. ff. de rei vindic. l. cum quem temere.79.ff.de iud.l.properandum,11.§.sin autem.C.eod.tit. obseruant post antiquiores Duarenus, Zasius, & Donellus, ibidem, quamuis expensarum
taxatio(quæ regulariter iudicis arbitrio † relinquitur,vt tradit Menoch.casu 154.& 177.Andr.Gail.lib. 13
1.pract.obseruat.cap.151.& relati à Gũdisaluo de Paz. in praxi 1.tom.fol.38.& fol 82. & Zenedo, in collectaneis ad decretales, cap. 60.) possit à iudice quandocunque, etiam post diem latæ sententiæ fieri, vt iidem etiam authores obseruant.

Quinimo,& quod plus est, si sententia semel à iu- 14
dice lata ob aliquem iuris, processusvè defectum, nulla esse dicatur, ipse iudex, qui eam tulit de nullitate cognoscere, & eam retractare, pronunciareque iterum potest dummodo ordinarius sit. Nam in delegatis(ab aliis præterquam à Principe, qui ordinariis æquiparantur) sententia etiam nulliter lata eorum iurisdictionem expirare receptum est. Vt per. text

text.in l. à iudice.5.C.de indic.in l.4.C.de accusat. in l.4.& in l.si Præses.6. C. quomodo,& quando iudic. in l. 1.C.de sentent.& inter.in cap.fraternitatis.6. de frigid.& malef.in cap.2.de purgat. canonica, in cap. cum venerabilibus,7. post princ.de sententia excommun.lib.6.in l.2.tit.26. part. 3.tenet communis Doctorum schola,quam sequitur Duaren. in hac l. quod iussit Didac.Castillo in l.5.§ 5.Taur.n 5.& in l.1.verbo,*casamos*,in fin.Gracianus, dict. reg.421.nu.9.Paz, in prax 1.tom.fol.83.& omnium optime Bantin, dict. tract.de nullitatibus, tit. coram quo nullitas proponi possit num,7.cum multis sequentibus,& Aud. Gail. d.lib.1.obserua.127.

15 Quatamen in re illud meminisse iuuabit,quod etsi posset olim, vel coram eodem, vel coram superiori iudice nullitas aduersus sententiam perpetuo opponi,l. 1. C. quando prou. non est necesse, l. expressim. 19.vbi notauit Bart ff. de appellat.l.4.l.6.tit.26.par.3. hodie tamen iure nouiori intra sexaginta dies opponi debet.l.1.tit.17.lib.4.nouæ Recopil. Vbi rem latissimo sermone prosequitur Alphonsus Azeuedo, plura ante eum in proposito Alexand.consil.103. vol. 5. ni lacus Perez.1.tom.col.1275.Couarruuias in pract. c.25.per tot.Auenda.in declaratione l.4.& 5.num.15. tit.*de las excepciones*,lib.3.ord.& de primo,& secundo decreto,nu.6.& de exequend.mandatis,1. part. c. 23. num.3.Paz.in praxi,1.tom.2.par.12.tempore, ex nu.5. Hieronym.Portoles,in additionibus ad Molinum, 3. par.§.nullitas, Ioseph. Mascard. de probatio. 2. volu. concl.1114 Bouadilla.in sua Politica,lib.5.c.23.num. 114. siue de nullitate agatur per viam actionis, siue per viam exceptionis, vt resoluit Couarruuias d. c. 25.num.4.Ioann Gutierrez,libr. 1. practicarum quæstionum, c.96. ex num.1.qui ex aliis ea, num. l.2. tit. 17.lib. 4. nouæ Recopilat. limitat in nullitatibus notoriis ex actis processus ex defectu citationis, & iurisdictionis, aut si lapsis, 60. diebus exceptio nullitatis esset opposita,& contra eam nihil,ex d.l.2. allega-
16 tum, eum videbis, Plures autem casus † in quibus sententia nulla est,præter Sebastianum Bantium, qui integrum de nullitatibus sententiarum libellum scripsit, congerit Præpositus, in c.dilecti, de appellat, Ferrara,in practica,verbo, *nullitas*, Monterroso, in practica,tract.2. fol. 13. qua in re illud non est prætermittendum tempus concessum ad appellandum, non currere interim, dum de nullitate agitur, vt ex aliis præcitato loco resoluit Paz.

17 Infertur tertio,ex eisdem illis rei iudicatæ, & interlocutionis definitionibus,nobiles,illa inter vtramque differentia. Quod etsi diffinitiua semel lata amplius non possit reuocari, vt late sup. ostendimus,interlocutoria tamen possit, ex nostra hac l. quod iussit, l.si quis,cum procuratorio, 51. §. fin.ff. de procuratoribus,l.quamuis 9 ff.de rebus eorum.l si opus, 16. ff. de oper.noui nunciat. l. 1.in fin.l. Valerianus,10. (alias si Præses,)ff.de præt.stipulat. cap. cum cessante, 60. de appellat.c.dilecto,54.de præbend.c. sacro 48.de sent. excommunic. ex parte, 23. de verborum signific.l 1. tit.12.par,3.ordinatione Lusitanorum lib.3.tit.14.Cuius rei duplex ab interpretibus redditur ratio. Altera
18 † maiori cum deliberatione sententiam diffinitiuam proferri, ideoque non posse reuocari, fert enim illam iudex causa cognita: quæ res facit,vt suspectum esse debeat, quidquid postea constituerit, interlocutionem verò ideo posse reuocari, quia id vtilitas exposcit,vt eius correctio & mutatio permittatur iudici crebræ enim sunt huiusmodi interlocutiones in quacunque lite,& celeriter, ac sine magna deliberatione à iudicibus expediuntur: & plerumque in magno tumultu,& strepitu. Adde, quod nec quicquam istorum iubetur, aut vetatur per quod ab omni lite discedatur: sed quia id pro tempore, & ex re nata, putatur ad vtilitatem, & commoditatem iudicij, aut ad iuris futuri tuitionem pertinere, quam rationem etsi non sic expressam insinuauit Abbas,in dict.c.cum cessante,& Regiæ leges,1.& 3.tit.22 par.3. admittuntque Duarenus, & Donellus in dicta lege quod iussit.
Sequens † ratio est, quam in eadem, l. quod iussit, 19
scripsit Bart.num.7.Rebuffus §.1. num. 4. defenditque ex sup. obseruatis, quoniam iudex diffinitiua sententia prolata functus est officio suo; non sic cum interloquitur, durat enim adhuc eius iurisdictio, recte enim Gellius,lib.14.n & Attic.c.2.ait. *Aliter atque aliter,eadem in causa, eodemque in tempore sentire, atque interloqui videatur*, nec,cum humanum sit labi sententiam & interlocutionem suam mutare, vitio verti debet, eam præcipue,quam ex tempore expressit(quod est in interlocutionibus frequens,) vt iam insinuauimus, vt Iustiniani exemplo docemur, in auth.de nuptiis,§.1.& in auth.vt fratrum filij in prin. & in c. magnæ sapientiæ,22.quæst 4.

Ex qua ratione vtiliter in praxi inferes decisionem 20
h.l.quod iussit, non esse admittendam si interlocutoria sententia iudicis officium tollat, eiusve iurisdictionem auferat,veluti si iudex fori exceptione, aliáve declinatoria proposita se non iudicem,& in causa pronunciet, eamque alij iudici remittat, quoniam eo in casu militat ratio,d.l.iudex, cum similibus, & iudicis pronunciatione iurisdictio finitur, quod grauiter, & docte admonuit Bart.in h.l.quod iussit,numero 6.Alexand.num.12.Ias.num.23.Ripa,nu.26.qui communem eam sententiam asserunt,Decius in d. c.cum cessante,num.14 Bernard. Diaz regul. 667. quo sensu accipi debet text.in cap.significantibus. 38.de officio delegati, in cap. cum iudex. eod.tit. lib.8. Quod non solum in iudice delegato,sed & in ordinario, ex communi resoluit Alex.vbi sup.num.27.Iaso,num.17.Rebuf.1.notab.num.105.Petr.Auendaño,tract.de secunda supplicatione,num.2. & cum multis Hieron. Portoles,ad Molinum.4.part.§.sententia,n. 25. quamuis, de ord.iud.dist.5.n.49.multos esse existimet casus, in quibus etsi iudex, se non iudicem esse pronunciauerit,interlocutionem suam mutare posse.

Verum eam resolutionem difficilem reddit,text. in 21
d.c.cum cessante,60.de appell. vbi iudex, siue ordinarius, siue delegatus,qui comminando, vel interloquendo protulit saniori vsus consilio interlocutionis, vel comminationis effectum reuocare potest, vlteriusque in causa procedere, licet à comminatione, vel interlocutione sit appellatum, & tamen per appellationem extinctam, aut saltim suspensam esse eius iurisdictionem nemo est,qui ignoret.l.1.§. fin. ff. ad S C.Turpill.docent Bart.& alij in l tale pactum. 50 §.qui pronunciauit, vbi Oroscius,nu 26 ff.de pactis Couarr.in pract.quæst cap.13.n.1.

Sed respondet Abb. in d. cap.cum cessante, iudi- 22
cem appellationem non admisisse, quo casu iudex adhuc manet,c cum appellationibus friuolis,5.de appell.lib. 6. ideoque interlocutionem, siue comminationem suam reuocare recte potest, ex regul. h. l. quod iussit. Ea tamen interpretatio diuinationem continet ad eum text. ibi:*Non obstante si à tali comminatione,vel interlocutione fuerit appellatum: ne processus negotij friuolis occasionibus retardetur*, ex quibus verbis eam appellationem admissam fuisse colligitur: eaque non obstante recte posse iudicem interlocutionem suam reuocare.

Ergo dicendum est longe distare iurisdictionem 23
esse abdicatam ipso iure, an vero per appellationem suspensam. Primo etenim in casu,cum nihil iurisdictionis penes iudicem remanserit interlocutionem suam non potest reuocare. Secundo vero, etsi iudex actu iurisdictionem non habeat, quia eam habitu retinet,& potentia, glos.verbo,*refutari*, in d. cap. cum appellationibus. Abb. in cap. nouit, de officio delegati illius iurisdictionis ratione illatum poterit grauamen

namen auferre, cap. si à iudice. 10. de appel. lib. 6. quomodo intelligendus est text. in dict. cap. cum cessante, iuxta decisionem Rotæ, 64. & 86. de appellat. Romanum, singulari. 129. & alios quos adducit Rebuffus, in h. l. quod iussit, vbi supra, nn. 106.

24 Constat itaque ex proxime dictis (vt id obiter admonuimus) maxime ex dict. c. cum cessante, à sententia interlocutoria, qua iudex se iudicem, vel non iudicem pronunciat, recte appellari. Id ea ratione, quoniam, licet regulariter ab interlocutoriis non appelletur, iuxta sententiæ, 7. C. quorum appellat. non recipi. l. 2. C. de epise. aud. l. 1. 6. hinc. ff. de appellat. l. 2. ff. de appellat. recip. l. 13. tit. 15. part. 3. l. 3. tit. 16. lib. 3. ordinam. l. 3. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopi. hoc tamen limitatur, si interlocutoria grauamen irreparabile per diffinitiuam contineat, vel diffinitiuæ sententiæ vim habeat, qualis est hæc de qua loquimur, vt in dictis legibus Regiis decisum est, & in Sacro Concil. Triden. sess. 24. de reformat. cap. 20. & antea, in l. 2. §. foit quæstum, ff. de appellat. d. l. 13. tit. 21. part. 3. Vnde à sententia tortuæ appellari potest, d. l. 13. Anton. Gomez. 3. tom. cap. 13. nu. 13. exornat cum multis Alphonsus de Azenedo, in d. l. 4. nouæ Recopilationis. * Et generaliter dices, sententiam interlocutoriam tunc habere vim diffinitiuæ, cum per eam licet non definiatur causa principalis, per indirectum tamen tanguntur, & aliis definitur articulus, qui ad diffinitiuam expectat, l. intra vtile. 39. ff. de minoribus. Bart. ibi num. 1. glossi. in Clementina finali, de appellat. Andr. Gail. lib. 1. obseruat cap. 130. num. 6. Et cum ex mente, & verbis, d. l. quod iussit, ea dicatur interlocutio, quam idem iudex contrario imperio tollere potest, vix est, vt promissionales sententiæ, quæ in superioribus tribunalibus proferuntur, cum super eis bis pronuncietur, & ideo reuocari non possint, interlocutoriæ dicantur sententiæ iuxta doctrinam Decij in d. cap. cum cessante, n. 13. & 15. Ergo licet diffinitiuæ sententiæ sint, vim tamen diffinitiuæ habere dicendum est, quæ res ad plura, quæ quotidie occurrunt, conducit maxime.

25 Vnde mirot. l. 4. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopilat. quæ disponit: *Que en la sentencia que dieren los Oydores del Consejo, y el Presidente, y Oydores de las Audiencias, en que se pronunciaren por juezes, o por no juezes, no aya lugar suplicacion, ni nullidad, ni otro remedio, ni recurso alguno*, cum enim ea sententia, præsertim quæ te non iudices pronunciant, vim diffinitiuæ habeat iuxta notata sup. num. 12. supplicationem admittendam esse videbatur ex paulò ante num. 16. animaduersis, iunctis quæ in non dissimili proposito resoluit Ias. in auth. quæ supplicatio, col. 1. C. de precibus Imp. offer. re, Maranta, de ordin. iudic. 6. par. tit. de appellat. num. 14. Auendaño, tract. de secunda supplicatione, nu. 1. ad fin. quippe, quibus in casibus ab inferioribus licet appellare, in eisdem à superioribus supplicationem interponere, licere. Esse tamen hunc vsum ex plurimis casibus, in quibus supplicatio non admittatur. Hispano iure animaduertit Per. de Auendaño, vbi proxime num. 5. (qui alios plures, similes eodem in loco, nu. 6. refert) existimans eius rationem ex iudicum excellentia etiti, pœnes quos cum omnis iurisdict. fons sit, absurdum nimis esset eis non credi: cum etiam vt cæterius expediantur lites, ne in his, quæ principalem causæ decisionem non concernunt, mora fiat; quam rationem probat Alphons. de Azenedo, in dict. l. 3. vereor tamen, an concludens, sit, sed iam ex diuerticulo ad viam redeamus.

26 Ergo regulariter, quod iudex iussit, voluitve, contrario imperio tollere, aut remittere poterit: veluti cum iubet opus nouum nunciare, d. l. si opus, cum iubet cauere damni infecti nomine, dict. l. 1. in fin. d. l. Valerianus, iubet præ lia minoris venundari, dict. l. quamuis, & quæcunque alia, quæ in iudicio ad causæ præparationem pertinent, & vt aut melius, aut citius transigatur veluti cum iubet aliquod instrumentum edi: litigatori adesse idibus, aut certo loco: tot testes produci, & generaliter, si aliquid iusserit, aut vetuerit ad eam rem, de qua agitur, quod postea comperierit, aut ad rem non pertinere, aut progressum litis, sine causæ impedimento ad eius officium, id continuo mutare, ne quod ex vsu litigatorum constitutum erat, id contra eius consilium in eorum perniciem conuertatur contra. l. nulla. 25. ff. de legibus. l. quod fauore. 6. C. eodem.

Cum autem quoties mutari, aut reuocari interlocutio possit nullo iure certo definitum sit: id iudicis arbitrio relinquitur, ex reg. l. 1. ad fin. ff. de iure delib. exornata à nobis in disputatione de mora, nu. 102. ita tamen, vt nimia variatio, & inconstantia videtur: quod idem & in tempore definitum est. Quia hæc quæ in sola æquitate, & vtilitate posita sunt definiri in vniuersum non possunt, l. de accessionibus. 14. ff. de diuers. & tempor. præscript. l. omnis definitio. 202. ff. de regul. iur. iunctis à nobis traditis, d. disputatione de mora, nu. 20. Et ita tenendum est. Quamuis sententiam interlocutoriam bis confirmatam ab eodem non posse iudice reuocari docet Bart. in d. l. quod iussit, num. 17. Ias. o num, 10. Alex. in l. quidquid ad stringendæ, nu. 9. ff. de verb. Felinus Francus, Rebuff. Salicet. Hippolytus, Tiraquelus, & alij quos nominatim recenset Hieronymus Portoles in additionibus ad Molinum. 4. part. §. sententia, nulo. 14. Ioan. Garcia, reg. 459. multa enim accidere possunt propter quæ iudicis varia io, aut laudetur, aut notetur, igitur eius religioni relinquendum est.

Manet itaque ex superioribus, quod etsi controuertatur, quæ sit interlocutoria sententia, ex iuribus tamen, & exemplis relatis, & aliis, quę in præfationibus, ad dict. l. quod iussi, ex n. 83. Rebuf. adducit fit quamcunque pronunciationem ante sententiam interlocutionem esse, rectèque posse mutari.

Quod verum intelligas velim, siue interlocutoria iam fuerit executioni mandata, sine non, etsi sint, qui putent, eam iam executioni mandatam non posse renocari, inter quos Bart. vbi sup. nu. 16. Ias. o nu. 32. Ripa, nu. 35. & alij ibidem relati à Rebuff. 1. notabili, nu. 52. Ferrara, in practica, in forma sententiæ interlocutoriæ, nu. 4. Felinus, in cap. qualiter, & quando col. 2. de accusat. idem Bart. & Cumanus, nn. 3. in l. 1. §. fin. Vbi & Accurs. addcet glos. magna ff. de Præt. stipulat. Zabarella, in Clem. fin. oppos. 3. de appellat. Ioan. Gracian. reg. 420. num. 4. & 7. Hieronim. Portoles, in additionibus ad Molinum. 4. part. §. sententia, num. 28. longe tamen falluntur: quoniam cum hoc casu iudicis interloquentis maneat iurisdictio, interlocutionem renocati posse dicendum est, quod & probat, dict. l. si opus, & dict. l. Valerianus, quibus qui contrarium defendunt non satisfaciunt.

De effectu sententiarum, & interpretatione posterioris partis rubricæ. ff. de re iudicata. §. 4.

SVMMARIA.

1 *Sententia transit in rem iudicatam elapso tempore ad appellandum, aliquibus exceptis in casibus, remissiue, num. 5. relatis.*
2 *Appellatio intra quod tempus omni iure proponenda.*
3 *Sententia semper iusta præsumitur, & legitime esse processum.*
4 *Sententia regulariter inter litigatores tantum, non inter alios ius facit.*
5 *Sententia, & exceptionem litis finita, & iudicati actionem producit.*

6 *Sententia an dominium transferatur, controuersa inter nostros quæstio.*
7 *Sententia dominium transfert, quibus concurrentibus ex Accursij opinione communiter recepta.*
8 *Iudicis factum, factum partis existimatur.*
9 *Sententia dominium non transfert, ex alia Accursij opinione communiter recepta.*
10 *Dominium suum errans non admittit.*
11 *Sententia, an dominium transferatur, discrimen constituendum inter vniuersalia, & particularia iudicia, & communi.*
12 *Sententia, an dominium transferatur, exponitur, & num. seq.*
13 *Sententia in iudicijs duplicibus familiæ erciscundæ, communi dinidundo, finium regundorum, dominium adiudicatione transfert.*
14 *L. ergo. 30. §. alluuio ff. de acq. rer. dom. elegans animaduersio.*
15 *Sententia in incorporalibus dominium transfert, & quasi possessionem.*
16 *Sententia in actione reali pro actore dicta, quare dominium non transferat.*
17 *Iudicia contractibus assimilantur.*
18 *Cap. proposuit. 4. de concess. prabenda.*
19 *L. habere licere. 52. ff. de euictionibus.*
20 *Sententia in secundo decreto, quando & quomodo transferat dominium.*
21 *Sententia in iuribus incorporalibus, quæ corporalibus cohærent, quando dominium transferat.*
22 *Sententia in actione reali, si actor dominus erat, & pro eo dicitur dominium, non transfert sed alterum dominium esse declarat, & quid si dominus non erat seqq. num.*
23 *Sententia præsumptionem iuris, & de iure producit.*
24 *Sententia in actione reali, quando condemnatus dominus non erat, quem habeat effectum.*
25 *Sententia in actione reali si pro reo dicatur, quando dominium transferat, & nu. seq.*
26 *Sententia in actionibus personalibus transfert dominium eleganti rei distinctione adhibita.*
27 *Sententia arbitrorum dominium transfert.*
28 *Interlocutoria sententia dominium non transfert.*
29 *Sententia antequam exequatur, an condemnatum dominio, & iure statim priuet.*
30 *Sententia priuationis beneficiorum non efficit quominus quis de illis disponere per resignationem possit, & declaratur, num. 31.*
Sententia in causis criminalibus, in quibus bonorum amissio indicata est, priuat condemnatum.

PRæcipuus sententiarum effectus, ex quo, & plures alij nascuntur, insinuatur à Modestino, in l. 1. hoc tit. dum ait, *sententiis controuersiis finem imponi*, quo bono maxime Reipublicæ saluti consulitur, de qua re late sup. §. 1. & 2. sed id ita demum procedit, si post constitutum tempus ad appellandum, transierit sententia in rem iudicatam. Id † antiquiori inre ciuili
2 bidui, aut tridui metis circumscribebatur, l. § bidnum, D. quando appell. sit, post modum, decem dierum constitutum fuit, auth. hodie. C. de appell. cap. significauerunt. 56. de test ibus, cap. quo ad consultationem, 15. de re iud. l. 12. tit. 23. part. 3. Andr. Gaill. lib. 1. pract. cap. 139. & non ori tandem inre ad quinque dierum terminum est redactum. l. 1. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. diximus superiori anno, tract. de appellat. §. 10.

Quo elapso, non potest ob instrumenta recenter inuenta, aliasue probationes retractari, l. si patronus. 3
22. D. de bon. libert. l. sub prætextu. 19. C. de transaction. l. sub specie. 4. D. de re iud. aliquibus exceptis casibus, quorum ibi meminit glos. verbo, *graue*, latius Maranta, & ord. iud. 6. part. actu. 1. circa, *decisoria iudicij*, ex num 130. qui viginti quatuor casus congessit, in quibus non transit in rem iudicatam. Et si igitur iniusta sit sententia, non tamen est nulla, pro eaque semper præsumitur, l. res iudicata. 207. D. reg. iur. Semperque, maxime si sit antiqua, quod sit insta, Bald. in cap. 1. de milite vassallo, qui contumax est, n. 11. Innoc. & Hostiensis in c. in præsentia, de renunciatione, quia creditur legitime esse processum, capit. sicur. 16. in fin. de re iudic. & ex aliis causis iudicem animum sum informasse, cap. cum ad sedem. 15. de restitutione spoliat. glos. fin. in cap. quoniam contra falsam, vbi Lanfrancus, in principio, numer. 22. de probationibus, Decius. in l. quod quis, num. 7. D. de regul. iur.

Sententia quoque ius facit inter litigatores, l. in- 4
genuum, 15. D. de stat. hom. tor. tit. C. de re iud. l. 19. tit. 22. art. 3. Pinelus, in l. 13. part. num. 50. C. de bon. mat. nam regulariter aliis contra quos non est firmatus processus, non præiudicat. l. sæpe, 63. infr. h. t. tot. tit. C. quibus res iud. non nocet, l. 20. tit. 22. part. 3. Bald. in l. 2. in fin. Cod. de seruitutibus & latius infr. dicemus. Vnde stricti iuris vocat Alex. consil. 48. nu. 6. vol. 6.

Et ex ea non modo is, qui obtinuit exceptionem habet litis finitæ, si conueniatur, de re iudicata, cap. 5
1. de litis contest. lib. 6. & tot. tit. n. de exceptione rei iud. sed etiam actionem, vt satisfiat sententiæ, l. miles. 6. §. fin. infr. hoc tit. l. actori. 8. C. de reb. cred. quæ olim in duplum per inficiationem crescebat. Paulus, lib. 1. sentent. tit. 19. & lib. 5. tit. 5. Potestque iudicis officium implorari, vt is sententiam exequatur, & continenti quidem in iudicio reali si res statim restituti potest, §. 1. instit. de officio iud. post quatuor autem menses in personali à tempore latæ sententiæ, l. fin. C. de vsur. rei iud. quamuis hodie alio inre vtamur, de quo latius in enarratione, l. 1. inf. hoc tit.

Sed an ille effectus sententiæ sit consequens, vt 6
ex ea dominium transferatur, sic interpretes controuertunt, vt inter eos nullus articulus in plures fit opiniones diuisus. Alij enim cum Accurs. in glos. nostræ rubr. & in l. Pomponius, 13. §. si iussu, verbo, *restituta*, D. de acq. possess. & in l. hoc inre 5. verbo, *dominia*, D. de inst. & inre, & in §. verbo, *ius sit*, inst. de officio iud. aliisque in locis passim, sententiam † posse transferre dominium contendunt: dum tamen, vel à parte victa, vel à iudice (cuius factum † 7
censetur factum partis, l. si ob causam. 15. C. de eui- 8
ctionibus (traditio rei super qua litigatur facta fuerit: sine ea enim dominium transferri non potest, l. traditionibus. 20. C. de pactis. In qua opinione vltra Doctores hic fuisse videtur Alexand. consil. 4. num. 4. lib. 5. Decius, consil. 564. num. 3. & plures ex antiquioribus, quos refert, & sequitur Ias. in dict. l. ex hoc inre, nu. 44. Ferrara, num. fin. & in forma sententiæ diffinitiuæ, nu. 3. vers. 1. Aniles in capitibus Prætorum, c. 1. glos. *à las partes*, nu. 4. cum seqq.

Alia autem cum eodem Accursio, parum sibi constanti, in l. exceptio. 28. verbo, *expertus*, D. de exceptione rei iud. & in l. Iulianus. 60. verbo, *natura*, D. de con- 9
dict. indebit. & in l. inter officium. 55. verbo, *dominium*, D. de rei vindicat. negant sententiam posse dominium transferre, etiam si secuta traditio fuerit: quoniam cum res victus, sententiæ authoritate ductus rem actori, credens eius esse, tradiderit vel à iudice tradi passus fuerit, non potuit dominium amittere, ex † reg. l. si procurator 35. in fin. D. de acq. rer. dom. l. 5. §. subtilius, D. de condict. caus. dati iuncta l. id quod nostrum 10
11. D. de reg. iur. In qua opinione videntur fuisse Petrus, Cynus, & Raynerius, in l. 1. C. communne vtriusiud. Iacob. Buttrigar. in dict. leg. ex hinte, quos ibidem refert Ias., dict. nu. 4.

Alij vero cum Bart. ibidem nu. 6. Lanceloto neto. col. 3. Speculatore, tit. de actionibus. §. super petitio- 11
nibus, verific. *cæterum*, actiones reales à personalibus distinguunt. Alij cum Hostiensi. & Ioanne Andræa, in cap. proposuit, de concess. præb. iudicta vniuersalia

à particularibus separant. Quorum omnium opiniones vltra Iaso,in rub.hoc tit. & in dict.leg.ex hoc in re, sigillatim discutiunt alij, quos refert Ioan. Oroscius,ibi nu.10.& 21.& vltra relatos ab eo Albericus, in l.nam & postea.5.§. si petitor,num.18. de iureur. Alex.consil.36.nu.6.volum.6. idem Alexan. in dict.l. Pomponius,§.qui iussu, Bertachinus, in repertorio, verbo, *dominium transfertur*,cum sequentibus, & nouissime And.Fachineus,qui omnium argum. commemoro at,lib.2.controuers.c.52.

12 Ego, vt certa difficilis huius quæstionis resolutio habeatur omnib.opinionib.reiectis, sequentia statuo. Primo,quod vbicunque res, quæ in iudicium deducitur, in potestate alterius ex litigantibus non est, vel ius mere incorporale in se continet, tunc per solam sententiam, & iudicis adiudicationem dominium transfertur,etiam si nulla traditio, vel quasi possessio

13 præcesserit. Ac † proinde in iudiciis duplicibus familiæ erciscundæ,communi diuidundo,& finium regundorum,quia nullus ex sociis,vel cohæredibus possidet l.in tribus.13.D.de ind.iuncta glo.verbo *sane vno casu*. in §. æque si agat. Inst. de act. solam adiudicationem sufficere, vt res eius fiat, cui adiudicatur, possitque illam propria authoritate tollere.dict.§.fin.Inst.de of-

14 cio iudicis,elegans text. † ad quem nullus Doctorum aduertit,in l.ergo 30.§.aliquio, ibi, *Flamina enim consortum officio funguntur*.D.de acq.rer.dom.iunctis his, quæ in explicatione,verbi, *censeri,censoris, & consitores*, obseruat Brisonius,lib.5.de verborum significat.fol. 74.Vlpianus in fragm.tit.19.§.singulorum, & §.adiudicatione,& ibi Cuiac.Baldui. & Prateius, in dict. §. fin.Inst.de officio iudicis.Ant.Contius,lib.1.disp.c.12. Card. in dict.cap. proposuit, oppositione 8.Idemque

15 contingere † in iure mero & incorporali provt est, *in electionis*,in quo per solam sententiam dominium, & quasi possessio acquiritur,vt in capit. significauerunt.11.de iud.quem Abb.& Felinus, ibidem nimis ad hoc commendant, & extollunt: quamuis contrarium non satis rectè tradiderit Caliodorus, decis.7.de causa poss. & prop.

16 Secundo, vbi res de qua controuertitur ab vno ex litigantibus possidetur,& ab altero actione reali petitur,& exigitur, tunc si pro actore feratur sententia, non potest per eam dominus effici, absque eo quod traditio interueniat. Quia † cum iudicia contracti-

17 bus assimilentur, l.3. §. idem scribit. D. de peculio, cum notatis à Felino,in rubr.de re iudic.n.12.Pedro Fabro.lib.1.semestr.cap.12.Florez de Mena. Practicarum quæstion.cap.5. ex num.46. quemadmodum per contractum,quis ex solo titulo, absque traditione efficit dominus nequit,dict.lect.traditionibus,cum similibus,ita nec per sententiam.Vt ego præter alios col-

18 ligo,ex dict.cap. proposuit. 4. de conceff. præbendæ, vbi ad transferendum dominium præbendæ non sufficiebat sententia Celestini, sed foit necessaria tra-

19 ditio per inuestituram,& ex † text.prorsus in hac materia incognitio,in l.habere licere.55.ff.de euictio.Vbi etiamsi sententia fuerit lata contra emptorem, non tamen is de euictione aduersus venditorem agere potest, neque stipulatio, *habere licere*, commissa censetur: nimirum, quia sententia sola, vt ipse tex. ait, absque rei deduct. vel traditione non potuit dominium transferre in eoincentem.

Quod verum est vsque adeo,vt siquis ex primo de-

20 creto in possessionem missus fuerit, & deinde sententia secundi decreti feratur, non possit ex illa dominium consequi, quamuis rem occupet ex primo decreto: nisi iterum ex secundo rem, sibi tradi faciat, eiusque possessionem apprehendat,vt singulariter notauit Angel.in dict. §. fin. & menti tenendum docet Boerius, decisione 227. num. 11. sieque intelligenda esse iura,in l.si finita.15.§.Iulianus.ff.de damno infe-

21 cto,c.continenti.9.de dolo,& cont. Idemque esse † deceo in iuribus incorporalibus, quæ rebus corporalibus cohærent, & habet admixtam facti naturam, qualia sunt iura seruitutis prædiorum, & iurisdictio, in his enim sola sententia ius non præstat, nisi quasi traditio,quæ in his obseruatur intercedat. l. qui vniuersas.30.§.item cum Prætor.ff.de acquir.possessione. l.sciendum.15.§.si fundus.ff.qui satisdare cog.l.nó est mirum,26.§.sciendum.ff. de pign. act. cum aliis, quæ tradit Innoc.in cap.cũ nostris,de conceff. præb. Alex. in dict.l.Pomponius §. si iussu.ff.de acquir. possess.

Sed hic illud videtur mouere,quod cum in actione reali vindicationis is,qui agit se dominum esse, & contendat, & probare debeat.l.in rem. 24. C. de rei vind.l. doce ancillam.9.C.eodem.l.1.C. de alien. iud. cap.examinata.15.de iud.amplius per sententiam efficidominus non poterit, leg. sequitur.4. §. Iana.ff.de vsucap.§. sic itaque discretis, inst. de action. Quem scrupulum, vt removeas, animaduertes, quæ supra diximus non ita intelligenda, quasi traditione secuta actor in iudicio reali per sententiam dominus fiat,sed vt si vere antea dominus fuerat declaretur per sententiam eum dominum esse: ad id enim actio realis proponitur,leg.Pomponius.40.§.sed & is. ff. de procurat.l.& ex diuerso.55.§.1.ff. de rei vind.l.sicuti.8. §. sed si quæratur, ibi. *Per sententiam non debet seruitus constitui sed quæ est declarari*. ff.si seruitus vind. Deincepsque mediante illa sententia, & traditione eius virtute facta,te sua quiete,pacifice qu.vtatur.

Si verò inspecta veritate dominus non erat, & iudex nihilominus aliqua ex causa pro illo iudicauit, virtute sententiæ, & traditionis si non verum(quod non potuit obstante errore tradentis,vt in dict.§.subtilius)at saltim præsumptum dominium consequetur; præsumptione iuris,& de iure,quæ ex sententia oritur, quæ in rem iudicatam transiuit, dict.l. res iudicata.207.ff.de regul.iur.dict. ca. quo ad consultationem. 15.extra hoc tit.notant omnes, in cap. quoniam contra falsam, de proba late Menoch.de præsũptionibus, lib.2. præsumptione.67.num.47.cum.seq.incipietque omnes dominij effectus habere, vt in leg.statu liberi. 29.§. Quintus Mutius, vers.*neque interesse*, ff. de statu liber.in l.cum putarem.37 ff. fam.ercisc. & in l.3. §. item quæri.D.de reb.eorum.

Aut si forte condemnatus dominus non erat, incipiet victor vsucapere,& publicianam habere, l.iuxta text.sic intelligendum, in dict.l. Pomponius. 13. §. si iussu.D.de acq.possi.ff. & in l.si per errorem. 17. D.de vsucap.leg.5.in fin.D.de pub'ica. iuncta. l. clauibus. 74.D.de contrah. empt. hactenus, cum sententia pro actore fertur.

Quod si non pro eo,qui rem vindicabat,sed pro reo fuerit iudicatum, licet sint, qui existiment sententia absolutoria in eius fauorem lata,rerum dominium ab actore auferri, vt constat ex communi,quam refert Albericin dict.l.ex hoc iure nu.25.Roma.& Alex.nu. 12.in dict.§.si iussu.& ex aliis nouissime congestis à Zeuallos,lib.1. pract. comm. quæst 521.Ego verius existimo,quod si sententia iusta, & legitima fuit, non potuit rerum, qui iam dominus erat amplius efficere dominium,diximus sup.nu.12.

Sin autem vere actor dominus erat,& pro reo pronunciatum est,tunc dominium apud actorem manet, quamuis propter sententiæ præsumptionem detur reo exceptio rei iudicatæ,vt Papinianus ait, in dict.l. exceptio.28.D.de except. rei iud. quam vltra Accurs. ibi & Doctores,sup.relatos, sic accepit Cuiacius ad Papinianum,lib.27.quæst.ad illam legem,Nam licet dimissio, siue retentio rei soleat sufficere, vt quis nouo titulo accedente dominus constituatur. l. qua ratione.9.D.de acqu.rer.dom.§. interdum. vbi diximus. Instit.de rerum diuision.cum tamen in hoc casu, concedentis intentio non ordinetur ad translationem dominij, id reo acquiti non potuit, argum.l.non omnis 10.D.si

10.D.si cert.petat.& melioris text.in l.si pro fundo.33. C. de transact. quam in optima quæstione explicat, Molina,lib.4.de primogeniis, cap.9. ex nu. 21. & in alio Ant.de Quesada diuers. quæstion.cap.10. num.7. Hæc de sententia in actionibus realibus.

26 Tertio,& vltimo constituo quod vbi quis actioni personali experitur, non vt sibi aliquid, quod suum erat restituatur,(vt in actione commodati, aut depositi)sed vt sibi aliquid detur,vel tradatur,in quo obligationum substantia cõsistit l.3.D.de oblig.& action. tunc sententia, si iustè pro actore feratur, transfert in eum dominium, dummodo traditio interueniat l. qui ex pluribus.10.D.de noxalib.act.l.sed si res 5.D. communi diuid.quia & id quis per actionem personalem intendit,§.sic itaque discretis Inst. de actionib. l.vbi autem 75. §.fin.D.de verbor.obligation.Si veto reus à petitione actoris absoluatur,tunc si iuste,quia vere nihil debebat,manebit in totum liber, & actori ead. actione agenti rei iudicatæ exceptionem opponere poterit,l.cum quæritur.12.D. de except.rei iud. Sin autem iniustè, quia verus debitor erat, manebit naturaliter obligatus,atque ob id.si soluerit repetere non poterit, vt in l.iudex.18.l.Iulianus. 60.D.de condict.ind.

27 Quæ omnia æqua lance in arbitrorum sententiis obseruanda sunt, vt contra alios defendit Felinus, in cap.cum venerabilis, numer.28. de except. Iaso in l.fin num.119.C.de iure emphyt.& in dict. l. ex hoc iure,num.45.vbi Oraſc.num.23. Roderic.Suar.alleg. 19.num.20.

28 Quamuis in sententiis interlocutoriis contra obseruetur quas non sufficere ad transferendum dominium, cum communi Doctorum schola simat Iaso, dict. num.45.versic. *limita tamen*.

29 Quibus illud pro coronide adiicio, sententiam iudicis non sufficere ad priuandum aliquem quominus de re sua disponere, & illius dominium libere in alium transferre possit, nisi iusta aliqua, & legitima causa interueniat,vt contra Bart.in l.filius fam.§.diuinum.6.ff. de leg.1.defendit Alex.ibid.nu.19.Alciat nu.

30 19.† Vnde vtiliter pro dominis meis Canonistis, in praxi inferes,quod si quis commiserit delictum, ob quod beneficiis suis priuandus veniat,non solum lite, & iudicio pendente, verum etiam lata iam sententia priuationis contra eum, poterit beneficia resignare, libereque de illis disponere, ex communi, quam resoluit Rossiniacus,tract. de beneficiis,cap.10. num.6. Vbi refert, ita fuisse iudicatum in Senatu Parisiensi. Rebuff. in praxi beneficiali, tit. de modo amittendi beneficia,nu. 52. Flaminius Parisius,lib.3. de resign. benef.q.16.ex num.17.quæ sunt addenda his, quæ in proposito scripsit Couar.in Clem.si furiosus.2.part.§. 3.nu.7.vbi solum docuit homicidam beneficio Ecclesiastico priuandum posse interim ante priuationem, illi beneficio renunciare,si quidem iuxta hanc nostrã obseruationem non solum ante, verum, & post priu-

31 ationem potest,dummodo abea sit appellatum, vt aduertunt iam citati. Quamuis † si sententia lata esset in causis criminalibus, super bonis quorum amissionem,quis ipso iure incurrit, non solum post sententiam, verum nec ante sententiam posset eorum fieri alienatio,vt expresse apud nos disponit.l.4. Tauri ad fin.l.3.tit.4.lib.5.nouæ Recopil.vbi plura cumu-

32 lant ordinarij interpretes. Quemadmodum † nec valet beneficiorum resignatio facta ab eo,qui ipso iure eis priuatus est ex decisione Rotæ 5.de re iudicata in antiquis,nouissimè,multis exornata à Flaminio Parisio,lib.3.de resign.benef.cap.1.ex num.11.ad num.39. & q.16.nu.33.

33 Ergo (vt ad rem redeamus)relinquitur ex notatis h.§.4. ex nu.6. quod cum regulariter sententia dominium non mutet,huius ad superiores titulos cõtinuationem inde sumi non potuisse, licet contrarium Ac-

curs.in glos.nostræ rubr.existimauerit. Planè quamuis hactenus iuxta titulorum continuationem sæpe laborent nostri, stultum tamen cum laborem post Donellum, lib.1.comm.cap.1. ostendimus in præludiis, lib.4.instit.Iustiniani.

De actione iudicati, cui & ad quem detur; quæ sit, & qualis, & quid ea Victori tribuatur, & interpretatione l. 4. in princ. & §.ait Prætor 1. & §. ex conuentione 2. condemnatum. 4. l. miles. 6. §. qui iudicati. 2. & §. iudicati 3. l. Nesennius.41.§. fin. l. in iudicati actione. 61. ff. de re iudic §.5.

SVMMARIA.

1 *Iudicati actio præcipuus effectus rei iudicatæ,& quare sic dicta, & num.22.*
2 *Actio necessaria est, vt quis in iudicio experiatur.*
3 *Iudicati bona propria authoritate siquis occupauerit; quæ pœna multetur, & ratio,num 8.*
4 *Actio in iudicio in primis edenda.*
5 *Lites ex litibus oriri; iniquum & contra Reipublic. bonum.*
6 *L.4.§.ait Prætor.D.de re iudicata ratio.*
7 *Iudicati actio nihil aliud exigit, quam probari esse iudicatum.*
9 *Iudicati actione multa euenire possunt de quibus iudex competens adiri oportet.*
10 *Iudicati actio perpetua,& duæ Hispana leges quæ hac in re aduersari videntur exponite,& num.seq.*
13 *Iudicati actio rei persecutionem continet & heredi,& in heredem datur,num.18.*
14 *Iudicati actio veterem in iudicio deductam nouat quod elegantis ostenditur exemplo.*
15 *L.mi er.6.§. fin.ff.de re iudic.*
16 *actionibus perseuerantis id quod nobis abest prosequimur & num. 18.*
17 *actio noua,qua ex priore constituitur,prioris causam & originem seruat,& num.20.& 21.*
18 *Iudicio quasi contrahitur,& accurate exponitur l.3 idem scribit. D. de pecul. & cum. seq. & numero 48.*
19 *Iudicium reddi in inuitum, qua ratione dicatur.*
20 *L.3.C.ad S.C.Macedl. qui id quod.34.D.de donat.*
21 *Sententia, & res iudicata actionem in factum producit.*
25 *L.actori.28.C.de rebred. & iurisiur.*
24 *Iudicati actio, an nouo iudicio exercenda, extraordinario exequenda sit, valde controuersum.*
25 *Sententia duplicem agendi modum exhibet, & iudicati actionem, & iudicio effectum vtiles terque diuersis finibus,& temporibus.*
26 *Sententia paratam habet omni iure executionem extraordinem exercendam.*
27 *L.mi or 25.annis.45.ff.de minor.l.si pignora.50.ff.de euiction.*
28 *Actionis verbum generale est,& petitiones persecutionesque continet*
29 *Actio aliquando persecutionem tantum continet.*
30 *Iudicati actio quomodo proponenda.*
31 *Iudicati actio in procuratorem, an detur late discutitur, & seq.num.& quid iure Hispano,n.44.*
33 *L.minor.51.l.procurator.67.D.de procurat.& nu.49. & num.58.*
35 *L.procurator.28.D.de proc.& num.seq.& num.74. & sequent.*
37 *Procurator,qui se liti non obtulit,an & quatenus iudicati actione teneatur, & si ea actio concedatur.*

38 *L.in causa.27.§.fin.D.de procur.*
39 *L.hoc iure.86.D.de solationib.*
40 *Adiectus licet exigendi ius non habeat, solus tamen etiam stipulare inuito illo potest.*
42 *Procurator, qui se liti obtulit & iudicalem stipulationem, iudicatum solui, interposuit, iudicati actionem habet, & in eum datur.*
42 *Procurator, qui se liti non obtulit, nec iudicatum solui stipulationem interposuit, iudicati actionem non habet nec in eum datur.*
L.4 in princ.ff.de re iudic.num.42.
43 *L.4.§.si ex conuentione.ff.de re iud.animaduersa.*
46 *Procurator contestatione litis dominus efficitur.*
47 *Dominus rei alius à domino litis, dominus rei ad quem commodum, & incommodum rei pertinet, dominus litis, qui instantiæ dominus est.*
49 *Procurator quis & quale eius officium.*
50 *Defensor, quis dicatur, & quatenus à procuratore differat.*
51 *Iudicati actio quare contra defensorem, qui se liti obtulit detur.*
52 *Minores quibus in causis idonei defensores non sint.*
53 *Minoribus læsis, aut circumscriptis tantum Prætor succurrit.*
54 *Minori facto, non dolo siquis decipiatur non impedit restitutionem.*
56 *Minor.25. annis idoneus defensor, & procurator alienis negotiis gerendis esse potest, iure ciuili Roman. etsi Pomponius, & Hispano iure aliud tenetur.*
57 *Minoribus in quibus casibus restituitur, quæ ex fideiussoribus quoque succurratur vemissime.*
58 *Procuratori ad lites etsi iudicati actio denegetur, datur tamen procuratori ad negotia.*
59 *Procurator ad negotia efficaciter ex sua persona, an obligetur? late disputitur, & num. seq. vsque ad num.71.*
64 *L.fin.D.de institut.actione.*
65 *L.si pupilli.5.§. item si procuratori.ff.de neg.gest.*
66 *Tutor qui fidem suam pupilli negotijs non adstrinxit, sed illa cautio tantum nomine gessit, ex sua persona non tenetur.*
67 *L.seruum Titij. 29.ff.mand.ati.*
68 *L.1.§ est autem.ff.de inst.actione.*
69 *L.siquis mancipio 17.§.si seruum ff.de institactione.*
70 *L. prior. 4.§.in eum.ff.de administrat.rerum, ad ciuit pertinent.*
72 *Iudicati actio in procuratorem, qui se liti obtulit semper datur, & quare, & num. sequentibus.*
73 *Iudicati actione non tenetur, qui coactus propter muneris necessitatem rei suscipit, aut litis defensionem, ex num 85.*
74 *Contrariorum eadem semper est ratio.*
76 *Procurator in rem suam iudicati actionem, & habet, & patitur, num.83*
77 *Procurator in rem suam, quis proprie dicatur.*
78 *Procuratorum in rem suam mandatum quomodo Hispanè concipiendum.*
79 *Procurator in rem suam, vt quis constituatur, an ei nominatim eriam actiones cessas esse oporteat, nimis controuersum inter interpretes, & nu. seq.*
81 *Cessis actionibus, quæ actiones transeant in cessionarium.*
84 *Procurator in rem suam: & ex parte actoris, & ex parte rei effici quis potest.*
85 *Tutor, & curator iudicati actione non tenetur.*
86 *Tutor, qui calumnioste litigauit iudicati actione tenetur.*
87 *Procurator si ob calumniam, aut contumaciam condemnetur, iudicati actionem patitur.*
88 *Tutor, qui pupilli bona habet potest donec illa exhibeat, iudicati actione vrgeri.*
89 *Syndicus, siue actor municipum actione iudicati non tenetur, & num.94.*
90 *Ciuitas non consentit, non delinquit, nec ex contractu, aut delicto tenetur, & num.94 & 95.*
91 *Ciuitas non potest excommunicari, & qua ratione interdictum Ecclesiasticum pati possit.*
92 *Ciuitas, vniuersitas, capitulum quomodo contrahere possint, vt teneantur, & in quibus bonis executionem patiatur.*
93 *L.municipes 14.ibi quibus summa reipublica commissa est ff. ad municipalem.*
94 *Iudicati actio aduersus ciuitatem in quibus bonis exercenda.*

NObiliter,qui ex re iudicata,& sententia, quæ in eius authoritatem transiuit, efficatia oritur (vt & iam sup. in initio in principio præcedentis paragraphi præfati fuimus.) Est qui huius quinti epigraphe, siue inscriptione insinuatur. Controuersiis enim, quæ inter priuatos alicuius rei ratione exortæ erant,iudicis sententia absolutione, vel condemnatione sopitis,ligitimisque iustitiis (de quibus latè infra) elapsis habet is, qui obtinuit si conueniatur exceptionem litis finitæ siue rei iudicatæ, vt tot. tit. ff.de except. rei iud.l.7. titul.16.l.19.titul. 22. part.3. Greg.omnino videndus, in l.55.glos.6.titul.13.part.3. qui rectè in fine illius glossæ eadem l. 15. ibi : *Perdiesse la carta*, interpretatur, & diximus iam sup.cap. 4.numero 4.item & actionem,vt satisfiat sententiæ, quæ iudicati appellantur.in hoc l.4.& aliis supra allegatis,& in dict.l.si tutor. 15.ff.siquis cautio l.si procurator.28 l.siquis cum procuratoria. 31.ff. de procur. l. item eorum. 6.§ actor. ff. quod cuiusque vniuers. nom.Litem si cum exceptione. 14.§. quid si homo,ff. de eo quod metus causa.l. si hæres.7.ff. fam.ercisc.in duob. 18.§. igitur.ff.de iur.iur.l.post mortem.5 l.turori. 7.ff.quando ex facto tut.l.qui id quod 33.in prin. ff.de donation.l.ordinata.14.§. fin.in fin ff.de liberali causa.l.Stycum.8. idem Celsus.ff. de nouat.l. Græce.§.& post. ff. de fideiussoribus,l.si hominem.69.l. hoc iure.86. ff. de solutionibus, l. actori. 8. C.de inr. iuran.l.1.C. de receptis arbit.l.1.C. quando ex facto tut. Sic dicta, quia datur iudicati persequendi causa, cuius persecutio in eo est ex edicto Prætoris,vt condemnatus, aut pecuniam soluat, aut à Prætore id facere cogatur, dict.§.ait Prætor. 1

Sane aduersus hanc conclusionem tot in locis à Iure Consultis expressam valdè vrgere videtur, aut ex sententia actionem nullam nasci, aut si quæ nascitur inanem eam videri, nihil quæ amplius ea victori tribui. Quoniam cum certum sit,& antea sine actione eum in iudicio non potuisse tum sit, & antea sine actione eum in iudicio non potuisse experiri,l. si pupilli.6.§.videamus.ff.de negot gest.& ita pro eo sententia, rebusque ritè iudicatis, nihil amplius eum in. rebus iudicatis habere. l. miles.6.6. qui iudicati. inst. eodem,iuncta.l.extat.13.l.fin 5.fin.ff. de eo quod met. caus. doce Vlpian. in dict. §. qui indicati, eum qui †indicati bona authoritate sua distraxerit furti actione, & vi bonorum raptorum teneri ergo victor iudicati bona si sua authoritate distrahere non potest, non magis, quam alterius cuiuslibet nondum iudicati,nihil aliud ex sententia, & iudicato ea relinquitur, nisi vt si quas petitiones habet actionibus experiatur, & quod ei debetur per iudicem reposcat, dict.l.extat. 2 3

Deinde,cum actione iudicati reus conueniatur, ea ei necessario prius edi debet,vt sic libellus,& iudicialis ordo iterum necessarius sit, sic enim ius constitutum habemus,vt qua quisque actione agere velit,eam prius edere debeat.l.1.ff.de edendo.l. edicta.4. C. eodem authent. offeratur.C.de litis contest. De qua re late ego ad eandem l. edita, ex nu.1. copiose præter alios 4

liosdisserui,nec dubitare potest,quin ſies actio sit ad regulam eorum iurium pertinet,vndè vt cæteræ actiones,sic iudicati actio,& dari in aliquem à Prætore, & denegari dicitur, l.4. in princ.sup.eodem, l.si Prætor.75 §. vltim.ff.de iudic.& passim dicitur reus actione iudicati conueniri,vt consta ex relatis supra n.1.Vndè rectè Imperator,in d.l.1.C.quòdo ex facto, tit. ibi: *Exercenda est*,eam denuo proponendã esse insinuat.Ergo aut ex iudicato actio nulla nascitur,aut ea ita est inanis,vt lis iterum sit instauranda,quamuis per sententiã,à qua appellari non licet,iam sopita sit.

His tamen difficultatibus non obstantibus dicendũ est rectè atque vtilitet consti turũ esse, post rẽ iudicatum nihil amplius,quam actionem iudicati dari,eo modo,quem infra aperiemus,exercendam; nec tamen ideò illud incommodum verendum,quod nefas esse putatur,in l.terminato 4.C.de fructib.& lit.expen.Item alterã consurgere ex litis primæ materia: qua†ratione Prætor,in hac l.4.§. ait Prætor.*eundem. natum,vt pecunia soluat*,nisi ex magna,& idonea causa,non esse audiendum, alias satisfacere paratus sit, voluit;eo quod esset absurdum contra rationẽ pecuniæ exigendæ obligationes ex obligationibus fieri. Quod si vrgeas, non ne,& id ex noua hac iudicati actione nascitur?Respondebo; ante vetere actione agẽtem probare debuisse,sibi deberi,quod intendit: in iudicari†autẽ actione nihil aliud quæritur,quam an iudicatum sit,l.post rẽ.56.inst.hoc tit.atque hoc probato res statim mandatur executioni;quod ante rẽ iudicatam non fit,l.1.l.2.C.de execut.rei iud.Ideo autem victor†propria authoritate iudicati bona nõ capit,vt diximus,n.5.quoniam cum,& hic an iudicatum sit,inspiciendum sit,nemo in sua causa idoneus iudex est,l.Iulian.17.D.de iud.t.C.*ne quis in sua causa iudicet, &c.* Deinde si priuatus vim faciat, periculum est ne præbeat ea res occasionem maioris tumultus: quam ob rem melius est rẽ per Magistratũ transigi, l.non est singulis.17.D. de reg. iur. Præterea † heri potest, vt reus aduersus actionẽ iudicati multis exceptionibus vti possit.Quid.n.si dicat se solidum facere non posse;parata hic exceptio est.l.fũt qui 16.l. Nesennius.41.§ fin.inf.hoc tit.Quid si dicat non seruari modum iudicati,vel lege,vel sententia constitutum,huic quoque exceptioni aduersus executionem locus est,l. ab executione.5.C. quor.ap. non recip. quid si mandator condemnatus, postulet mandari sibi à creditore aduersus reum,eundemq; mandatorem suum actiones?& hic audiendus est,ex l.si fideiussores.41.§.vltim.D.de fideiussor.Sed etsi filius familex.mutui causa condemnatus,vtatur exceptione Senatus Consulti Macedoniani audiendũ eum esse, scriptum est in l.tametsi 13. D. ad Macedonianum. De quibus omnibus,quæ aduersus exceptionem opponi possunt,de quibus latius postea, si erit controuersia necesse est aliquem iudicem sumi, qui extra ordin. iudicio rem expediat,vt dicemus statim. 2 3

Est præterea actio iudicati vtilis, quia perpetua est, & non tantum victori in condemnatũ, sed etiã hæredi,& in hæredẽ datur,l.miles.6.§.fin.inf.codẽ, l.19. ibi: *Del juyzio nasce demanda à aquel por quien lo dieron de manera, que puede demandar aquella cosa fasta treynta años à aquellos contra quien fue dado el juyzio, è años herederos*,tit..22.part.3. notant omnes,in dict.§. fin.Greg.in l.55.Glos.6. ad med.tit.18.p.3.†Sed obiicitur ex eodẽ iure Hispano difficilis text.vbi contra. riũ probari videtur,fin dict.l.55.verticulo fin.ait lex. *Mas si fuere carta que sea ganada sobre el pleyto de alcada ó sobre juyzio asinado, tal carta deue valer por toda via para poderse defender por ella,pero si demandaren,e non la quisiere mostrar para defender con ella,si entrare en pleyto,o se defendieren por otra razon, è dieren juyzio contra el pierdese la carta,è de alli adelante non se puede defender por ella,proque non fue mostrada en el tiempo* 4 5 6 7 8 9 10 11

Antony Pichardi Præl. Institut.

que deuia,ex quibus verbis patet exceptionem rei iudicatæ,quæ item habet eandem naturam,quã habet actio iudicati,vt sup.diximus,& nominatim probat dict.l.19.ibi : *Si el demandado fuere dado por quito en juyzio de aquella cosa que le demandan, siempre se puede defender el, è sus herederos por razõ de aquel juyzio tambien contra aquel que le demandaua,como contra sus herederos,è contra todos otros que fi?iesen demandar por ellos en su nome*,eo ipso amitti quod in vim exceptionis non obiiciatur.Ergo perpetua non est. 12

Nodum hunc variis modis dissoluit Greg.d gl.6. ego quoad hanc rem attinet,contendo eam legem, neq; ad actionẽ iudicati, neq.de eius literis executorialibus intelligendã,quoniam,etsi hæc etiam hodie nonnisi iure Hispano attento,breuioris vitæ sit.l.63. Tauri.l.6.tit.15.lib. nouæ Recopil. Vbi notant nostri,& multi relati à Ioã.Yañez Parladorio,lib.1.cer. quotid.c.14.§ 14.per tot.maxime, nu.8. & 9.& dicemus seq.c.eius tamen nõ meminit Rex Alphonsus, in d.l.35.vers.fi.quam vt intelligas,conferas,velim l. 28.cum seq.illo tit.18.cum l.1.& seq.& præcipuè cũ l.4.vers.*Fuevas ende si el Rey le quisiese facer merced como señor*,tit.24.eadem p.3.ex quibus verũ intellectũ,d.l.35,cõficies,solent enim sed perraro,rescripta gratiæ principes concedere,vt non obstante re iudicata, seu quod lis sit finita iterũ causa reuideatur,attentiusq;examinetur,vt olim adnotauit Accurs.in l. fin.verbo,impetrata,C.sententiã rescindi non posse, sb post cũ ibi cæteri,& in l.causas,16.C.de trãsact. Bald.in c.fluduisti,vers.*quæro supplicatum est Principi*, de officio deleg.quo casu fi is,cui huiusmodi indultũ est rescriptũ,eo nõ vtatur,cũ actor iudicati actionẽ aduersus eum proponit,aut executionẽ petit,sed rescripto omisso litem suscipit,& agitat,earũ literarũ commodo priuatur,vt in d.l.35.expressũ est,ibi:: *Pierdese la carta, è de alli adelante non se puede defender por ella*,quod licet non sic exorenãtum traddit Greg. eodem in loco,quæ sunt not.iux.d.l.fi.& d.l.causas. & *l.*sententiis.3.C.de erro.aduo. 13

Diximus hãc actionem iudicati apellari,quia iudicati persequendi gratia constituta est;item,quia rei persecutionem continet,qua vna nota perpetuitatẽ actionis notari cõstat,ex d. l.miles.6.§ fin.inf.eodẽ, iũcta doctrina,l.in honoratis,34.D. de oblig.& act. l.contra 6.§ si post l.si mulier,21.§.hæc actio.D.rer. amot. si quidem,quæ hanc continent,& hæredibus dantur & in hæredes,§.sequens,§. rei persequendæ, Inst. de act. 15

Vnde efficitur†veterem actionẽ,qua quis iudicio expertus fuit nouahac iudicati,&informari,&nouari.Ergo quamuis pœnales ex maleficiis actiones,veluti furti,vi bonorũ raptorum,iniuriarũ damni iniuriæ in hæredem rei non competãt.§.non autem, Inst.de perper.& tempor.act.si quis tamen ex ea causa condemnatus fit,iudicati actio,quæ inde nascitur rei persecutionẽ continebit,& hæredi,& in hæredẽ dabitur tex.†in d.l.miles,§ fin cuius in illis verbis, *Iudicati actio perpetua est,& rei persecutionem continet Item hæredi,& in hæredem competit.* Hunc esse sensum, vt fateatis necesse est,tũ quia generaliter id Vlp.definit, nec vlla circumscriptione vtitur, cum etiam quia esset stultum dubitari, an iudicati actio, tunc rei persecutionẽ habeat,cum secuta est ex ea causa, quæ & ipsa rei persecutionem habuit. 14

Sed obstant huic verissimæ sententiæ,duo pene inexplicabilia. Alterum quod cũ persecutorijs actionibus, sine persecutionibus, id prosequamur quod nobis abest ex patrimonio,d.l.in honoratis,eo casu, quo quis ex delicto damnatus est, actionẽ iudicati persecutionẽ,non continere videbãtur,cum constet pœnalibus actionibus ex delictis nõ dãnati reos in eã pecuniam, quæ nobis ex patrimonio abest. §. rei persequendæ,§.ex malificijs,Inst.de act.Sequens,& 16

quod fortius stringit, quod † cũ actio noua ex priori constituta est, & ex posteriore agitur, causã & originẽ idest, priorem actionem spectandam esse, nominatim docemur, l. 3. C. ad S.C. Macedon. l. qui id quod 34. D. de don. ibi: *Causam & originem constitutæ pecuniæ, non iudicij potestatem præualere placuit*, ergo, & eo casu, quo quis ex delicto damnatur non iudicii potestas, ex quo ipsa iudicati actio nascitur, sed origo, & causa quippe maleficium incipiendum est.

18 Quibus difficultatibus suo ordine satisfacies. Primæ, verum sane esse, & quod in honorariis, & in d. §. ex maleficiis scriptum est, quippe persecutoriis actionibus regulariter id tantum prosequi quod nobis ex patrimonio nostro abest: item pœnalibus actionibus in id reos non damnari. Nostra tamen in casu iudicati actionem, non ex prima actione, quæ ex delicto erat dari, sed ex contractu descendere, quia iudicio contrahitur non aliter, quam stipulatione, l. 3. §. idem scribit, ibi: *Nam sicut stipulatione contrahitur cum filio, ita iudicio*, D. de peculio. Vndè succedit regula, text. in d. §. sequens, & in §. rei persequendæ, qua docemur, omnes fere actiones ex contractu descendentes rei persecutionem continere, ergo quamvis veteri actione, si reus comdemnatur, persecutio, neque hæredibus, neque in hæredes daretur, quia tamen non iudicii originem, sed ipsum iudicati veluti obligationem spectamus, ex ea veluti ex reliquis contractibus, & hæredibus, & in hæredes persecutio datur.

19 Sed iam vos audio huic resolutioni, & Vlpiani sententiæ, in d. l. 3. §. idem scribit, obijcientes tex. in d. l. inter stipulantem. 83. §. si stychum, D. de verb. oblig. iunct. reg. l. 1. §. conuentionis. §. adeo, D. de pactis quoniam si indubitati iuris est, contractum nullum, siue consensu esse, iudicium autem etiam in inuitum reddi, qui fiet iudicio non minus, quam stipulatione contrahi. Sed rem paucis absoluam, examinaui eam latius in commentariis, d. §. si Stychum, ex num. 4. verum enim idest, quod Vlpian, ait, in d. §. idem scribit iudicio non minus, quam stipulatione contrahi, si spectetur id quod fit, cum iudicium suscipitur, contrahitur enim tunc nec sine consensu, quoniam etsi cogatur reus accipere, quia & in inuitum iudicium reditur, tamen coactus vult, cum suscipit, vt de eo responsum est, qui coactus adiit hæreditatem l. si mulier 21. §. si metu coactus, ibi: *Quia quamuis si liberum esse noluissem, tamen coactus volui*. D. de eo quod metus caus. exornat Thom. Sanchez, de matrimonio, lib. 4. disp. 1. numer. 2. & 3. Si tamen spectetur initium rei gerendæ, non consentit, qui cogitur, cui si liberum esset iudicium non susciperet. Vndè intelliges, verba d. §. idem scribit, ibi: *Proinde non originem iudicij spectandam, sed ipsam iudicati veluit obligationem*, dissensus ergo iudicium non vitiat, vt d. §. si Stychum, cui addes, dum probat iudicium in inuitum reddi, Soci num, reg. 137. Menochium. li. 2. de arbit. casu 93. n. 31. & relatos ab Alfano, collectan. 3.

20 Secundæ difficultati, ex dict. l. 3. C. ad S. C. Maced. & d. l. qui id quod 34. D. de donat. vt satisfacias, & quid certum sit statuas in re sane obscura, quando videlicet prior actio, sine causa, vt ex agatur inspicienda sit quando vero posterior attendatur, rem sic comprehendes, quod cum constat, & priorem, & posteriorem causam, idest, & priorem, & posteriorem actionem iustam esse, vt non priori, sed ex posteriori agatur, id solum attenditur, an in posteriore aliquid amplius sit, quam in priore; tunc enim non ex priore, sed ex posteriore agitur, quia in ea, & prioris etiam iusta causa animaduertitur, secunda plenior est, vt in hoc nostro exemplo temporariæ actionis, quæ ex indicato perpetua efficitur, estque longe vtilior priore. A qua specie non abhorret illa, li. 3. C. ad S. C. Maced. ecce filio fam. aliquid venditum fuit, ex quo contractu, cum pretii debitor efficeretur, placuit postea, vt pecuniam, quam ea causa debebat, tanquam mutuam retineret, dicemus iustam esse hanc causam, quamvis mutuam pecuniam dari filio famil. sit contra S. C. Maced. datur ergo hoc casu aduersus filium fam. actio ex mutuo vt pretium cum vsurarum accessione venditor habeat, quia ex iusta origine, & causa nata est, Plane in d. l. 3. C. ad S.C. Maced. creditorem non prima actione ex vendito, sed secunda ex mutuo egisse, conuincitur euidenter eo, quod Imperatores respondent eo in casu. *Locum non esse Senatus Consulto, quo fænerare filijs fam. est prohibitum, quia non titulus actionis sed origo obligationis inspicienda est*, quæ sane ratio omnino esset inepta, si actione ex vendito creditor egisset, aduersus quam ea exceptio locum nullo casu habere posset, cum extra causam mutui, tanquam pater fam. ex omnibus causis, & ciuiliter, & naturaliter obligatur, l. tam ex contractibus 57. D. de iud. l. filius fam. 39. D. de oblig. & action. quas exornauimus, & rem hanc copiose exposuimus, in princ. ex num. 116. Inst. quibus modis re contrah. obligat. Si vero prior causa iniusta sit, etsi secundus subsecutus sit contractus, vt eo prior nouetur, vt ex eo agatur, nulla sanè ex posteriori contractu actio erit, aut si erit, omnes antiquioris contractus inerunt qualitates. Ecce iterum eandem speciem. Filio famil. mutua pecunia data est, & postea in stipulatione deducta. quia fraus S. C. fit perinde exceptionem dandam I.C. statuit, ac primo casu daretur, l. item 7. §. 1. (alias, l. sed Iulianus, 9. in princ. & §. 1.) D. ad S. C. Maced idque sane recte ne alias legi fraus fiat, & quod vna via prohibetur, alia efficiatur, l. non dubium 7. C. de legib.

Quod si adhuc vrgeas, ex d. l. quid id quod, vbi 21
quamvis vtraque causa, & prior, & posterior iusta sit, nempe, & donatio, & constitutum, iudiciique potestas, originem tamen spectandam ait Consultus, respondebo, illius legis speciem speciali ratione ad superiorem regulam non pertinere, quoniam quamvis initio, & in donatione, & in constituto, & iudicato iusta causa animaduertatur: quo tamen casu aduersus ea obiicit donator, non esse eum vltra quam facere possit compellendum, si adhuc vrgeretur solidum præstare, ab eoque extorqueretur, magna illi fit iniuria, nec sine donnatarii nota, (Ingrati quippe hominis est, totum extorquere ei, qui quid donauit, & eo magis ingrati, quo liberalius ipsum ei à donatore cautum, & constitutum est, si fortunæ forsan vitio solidum postea præstare non possit. Qua de re latius infra ad l. sunt qui. 16. cum sequentib. infr. eodem.) nulla vero eidem donatario iniuria irrogatur, si totum non auferat, quod ei promissum, & postmodum constitutum fuit, cum nihil de suo amittat, etsi verum sit, lucrum non facere, æquum est: ergo hoc casu rei originem spectare, quod in cæteris actionibus non animaduertes, cum & diligentia nostra, & onerosa causa sæpius proficiscantur.

Verum superiorem doctrinam & præcipue, quam 22
scripsimus ex nu. 1. contendentes ex iudicato dari victori actionem, quæ iudicati appellatur difficilem reddit, text in l. actori. 8. C. de reb. credit. & iur. iur. in illis verbis, *ad similitudinem iudicati in factum actio competit*, docet enim ibi Imper. quod si actori delatum, vel relatum iusiurandum sit, si iurauerit, vel ei remissum sit Sacramentum, ad similitudinem iudicati in factum actio competit Ergo quæ pro iudicato datur non est, nec appellatur actio indicati, sed actio in factum. Quam sententiam Accurs. verbo, *in factum*, insinuant in d. l. actori, apertiusque bi defendunt Baldus, & Salicet. glos. etiam in Clem. fin. verbo *repulsione*, de appellat. Alex. in d. l. miles. §. fin. Romanus, in l. nam & postea. 9. fin. D. de iure iur.

23 Sed nihilominus non est recedendum à superiori sententia, quam expresse probant iura à nobis sup. num. 1. relata, contestanturque veriorem Bart. Alber. Angel. cum Ias. & alii, in d. l. miles v. fin. Cinus, in d. l. actori Brisonius, lib. 8. de verb. signific. verbo, *indicati actio*. Nec obstat textus, in d. l. actori, quoniam pro eius vera interpretatione, in illis verbis, *ad similitudinem indicati in factum actio competit*, meminisse oportet eorum, quæ lato sermone scripsimus, in §. qua de causa 1. ex num. 10. Inst. de locat. & conduct. & in §. 1. ex num. 19. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc. & fusius in proposito scribit Ioann. Yañez Parlad. lib. 2. rer. quot. cap. fin. §. 1. ex num. 5. ad num. 11. quibus in locis late de actionibus constitutis, & legitimis, & de illis, quæ prioribus deficientibus dabantur, quæ *præscriptis verbis*, siue *in factum* dicebantur. Ergo cum *ex indicato*, legitima & constituta *actio*, quæ *iudicati*, appellatur ex verbis legis daretur. Vt innumeris testimonijs sup. ostendimus. Quæ tamen iusiurandum, aut confesionem in iure factam, non comprehendebat, nec causam iureiurando, aut confessione decisam, quia etsi eiusdem virtutis, & potestatis esset, res tamen iudicata non erat, vt probabis ex illa duodecim tabularum lege, quam & retulimus, & exornauimus, infr. §. 6. ex nu. 2. & ijs, quæ in eius proposito adducunt Balduinus, & alij à nobis ibi relati. l. 2. D. de iur. iur l. post rem iudicatam. 56. infr. eodem. l. 1. D. de confessis, iuncta l. 1. sup. eod. Conueniret autem, vt actio non negaretur, cum ratio id dictet, quia in iure confessi pro iudicatis habentur, factum est, vt ex prudentum interpretatione ad similitudinem iudicati daretur ex iureiurando, aut confessione in iure facta, vtilis actio in factum. Quomodo d. l. actori intelligenda est. Item, & tex. in l. cum antea, 5. C. de arb. cui consonat. 25. tit. 4. p. 3. quæ probat ex sententia arbitri, etiam si omologata sit (vt nostri aiunt) non directam iudicati actionem, sed vtilem in factum dandam esse, quamuis hodie alio iure vtamur, de quo latius c. seq.

24 *Sed an actio indicati*, quæ ex sententia, quæ transiuit in authoritatẽ rei iudicatæ (vt Pontifices aiunt, in cap. cum inter 13. capit. quoad consultationem. 15. de re iudicata, & praxis, hodiernus que stylus admittit, & vocat teste Rebuffo. 1. tom. ad constitutiones Regias, tit. de sententijs execut. in præfat. nu. 9. Sarmiento, li. 1. select. cap. 13. in princ.) oritur, ita habeat paratam executionem, vt absque eo quod denuò exerceatur, exequi possit, an vero alio iudicio ordinario exercenda sit, nimis inter nostros controuersum est. Placuit tamen † frequentius ex sen- 25
tentia dupliciter agi posse. Primò iure ordinario actione iudicati, in qua necessarius est libellus, & qualis qualis iudicialis ordo. Secundo summarie officio iudicis pro sententiæ executione postulatio, & tunc non est necessarius libellus, sed ex petitione partis summarie agendum est. Quam opinionem docuit Speculator, tit. de executione. §. qualiter Bart. in l. intra. nu. 1. vbi receptam communier testantur plures relati à Iaso. num. 3. Imola, numer. fin. & non esse in praxi ab ea recedendum, Cuman. numer. 5. infr. hoc titul. Præcipuum huius opinionis argumentum desumitur ab absurdo, alioqui si non officio iudicis, sed iudicati actione executio peteretur, denuo esset exercenda, aliusque processus esset necessarius, & sic daretur in infinitum contra regul. d. l. terminato 4. C. de fruct. & lit. expens. leg. 4. §. ait Prætor. h. tit. diximusque iam sup. num. 2. & 3. Nec dices ea opinione admissa, ergo iudicati actio inutilis est, cum breuius, & pinguius sit officium iudicis eiusq; remedium. Quoniam euenire poterit, vel necessario iterum actio iudicati exerceri oporteat ante officium iudicis, veluti si in certam quantitatem eius, quod interest, vel expensarum sententia contineat, quo casu ea actione imprimis agit. erit necessarium, vt quantitas, & incertitudo ad certitudinem redigatur. Deinde implorabitur officium iudicis pro totius sententiæ executione.

Hæc sententia, licet hic in scholis frequentius secu- 26
ta sit, vera tamen non est. Nec ferendũ ea omnia iura quorum sup. num. meminimus, quibus docemur, indicati actionem post rem iudicatam dati inanem, & fere sine fructu actionem tribuisse, eo solum casu vtilem, quoad aperiendam incertitudinem agatur. Contendo itaque non solum Hispano iure, quo vtimur, sententiam paratam habere executionem leg. 1. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopilationis (de qua latius agendum est,) sed antiquo iure ciuili Romanorum id esse admittendum, quod & Baldo placuit, in l. 2. col. 1. C. de exequ. rei iudic. Fulgos. in d. l. si intra, num. 2. hoc tit. Brison. lib. 4. select. antiquit. cap. 2. egregio Præceptori nunc Salmanticensi olim Primario legum antecessori nostro à consilijs Potentissimi Regis nostri in supremo rei dominicæ Senatu Senatori Gabrieli Enriquez, in commentariis d. l. à Diuo Pio. ex num. 1. & præcipue, num. 4. & probatur expresse, in h. l. 4. §. si ex conuentione, ibi, *Cæterum si non nouandi causa effectum est manebit ordo executionis*. dict. leg. à Diuo Pio 15. in princ. ibi, *sententiam exequantur ij, qui eos dederunt*, melior text. in l. si pignora 50. ibi, *Extra ordinem sententiam exequentes*. D. de euictionibus, quibus accedit bellissimum l. D. responsum, in l. minor viginti quinque annis, cui fideicommissum 41. ibi, *Quia paratam ex causa indicati persecutionem nouo tractatu ad initium alterius petitionis redegerat*. D. de minoribus.

Quod si dixeris, his iuribus non excludi iudicis of- 27
ficium, quinimo eo petito executionem fieri iuxta doctrinam Speculatoris, de qua sup. num. 16. Respondebo, hanc inductionem excludi dict. lib. si pignora, ibi, *Extra ordinem sententiam exequentes*, & d. l. minor, ibi, *Paratam ex causa iudicati persecutionem*, *&c.* Præmitto pro earum interpretatione Actionis † verbum generale esse l. pecuniæ, verbum. 178. §. 28
actionis. D. de verb. sign. eoque comprehendi non solum petitiones, quæ iure ordinario deducuntur in iudicium, sed etiam persecutiones, quæ extra ordinem proponuntur in iudicio. leg. actionis. 34. D. de verbor. sign. cum enim actio sit ius persequẽdi in iudicio, quod sibi debetur leg. nihil. 50. D. de oblig. & action. text. in princip. institut. eodem, quamlibet persecutionem etiam extraordinariam continebit, quibus & illud est consequens, vt actio iudicati executioni possit mandari. Licet † enim actio ad ordinarium ius agendi 29
in iudicio plerumque referatur, hoc tamen non procedit, vbi actionis nomen generale persecutionem extraordinariam comprehendit, qualis est indicati actio. Id conuinces expresse in iuribus à nobis adductis sup. num. 1. quibus post sententiam iudicati actio datur, iuncta d. l. minor, vbi *persecutionem ex causa iudicati*, appellat Vlpianus, quam aliis in locis *actionem iudicati*, alij dixerant, quam non esse proponendam via ordinaria, sed extra ordinem (hodie dicimus *via executiua*) insinuauimus iam supr. num. 5. & nominatim docuit Donellus, in d. l. miles. §. qui iudicati ad fin. probatque Vlp. dict. loco, dum minorem restituit, quasi læsum, eo quod omissa via executiua, quam sibi parauerat per actionem indicati (hic enim est istorum verborum sensus, *quia paratam ex causa indicati persecutionem*) per cautionem de nouo factam efficit, vt lis via ordinaria esset proponenda. Quippe si actio, vel persecutio ex causa iudicati, non haberet paratam executionem, vt communis voluit, nulla in re diceretur læsus minor, qui omissa actione iudicati cautionem, sibi quasi creditæ pecuniæ fieri curauit: quia tamen actio iudicati persecutionem continet extraordinariam, & nostri dicunt executiuam, læsus

dicitur minor, qui passus est litem alterum consurgere post primam litem finitam, contra consilium I.C. in hac l.4.§. ait Prætor, d.leg. terminato 4.C.de fruct. & lit.expens. qui est illorum verborum sensus, nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat,

30 Reliquum est, vt huic rei colophonem addamus, vt de forma editionis, siue propositionis in actione iudicati adiiciamus, non nihil diximus supra, num.5.in ea illud solum quæri, an indicatum sit. leg. post rem iudicatam.56.inf. hoc probato rem statim executione mandari non antea. l.1. leg.1.C.de executione rei iudicat. Ecce ergo illam. *Quia mihi in tantam pecuniam condemnatus es, & iudicati tempora præterierunt, volo eam pecuniam mihi soluas, ni soluis, vt iudex sententiam exequatur*, & in eam rem diem dicet actor aduersario, quo die à magistratu id petat, & impetret: de qua re latius, in d.l.à Diuo Pio.15.§.in vendit.inf.eodem, examinabimusque fusius seq. c. hactenus de iudicati actione, & eius executione.

31 Superest, vt de personis dispiciamus, diximus enim sup. num.10 eam victori in condemnatum dari, *Anne in omnem, qui erit condemnatus?* quæstionem hanc latenter propositam definit Vlpian. in l.si se non obtulit. 4. in princ. hoc titul. cuius definitio illustrata exemplis, quia mire rem explicat, parumper iuxta eam subsistendum nobis est, & de vno quoque sigillatim agendum.

Ait ergo in prioribus verbis. *Si se non obtulit procurator iudicati actio in eum denegabitur, & dominium dabitur.* Ergo aduersus procuratorem, quem dominus ad iudicia, siue lites constituit, quem dicimus se liti non obtulisse, executio locum non habet, idem in l. Plautius. 61. ff. de procurat.consonat. l. fin. tit. 5.part.3.

32 Sed aduersus eam sententiam, primo sic argumentor. Executio iudicati debet esse conformis sententiæ, & absurdum esset ex iudicato agi contra alium, quam qui fuerit condemnatus.l. penult. & pass.C. de execut.rei iud.tot.tit C. res inter alios acta, &c. Ergo, cum procurator damnatus sit, debet ipse conueniri in executione iudicati, non dominus, saluo ei regressu aduersus dominum per contrariam actionem mandati ad consequendam indemnitatem. Deinde quia sententia fertur contra procuratorem.l.licet.24.§.penultimo, ff. de procuratoribus.l.1.C. de sententiis, & interlocut.cap.querelam.§ 1.de election. Ergo & aduersus eum executio sententiæ fiet.

Accedit litis contestatione eumdem procuratorem, & quasi contraxisse.l.3.§.idem scribit.ff.de peculio, & dominum litis effectum fuisse.leg.neque.11.C.de procu.ergo iudicati actio aduersus eum admitti debet.

33 Secundo obiicitur eidem Vlpiano d.ff.textus, in l. minor.51.ff. de procurat.quæ probat minorem suscipientem alterius defensionem, in integrum restitui posse, ergo supponit aduersus eum sententiam, & ferri, & exequi: frustra enim daretur restitutio si non processisset læsio, ex l.1. & tot.1.ff. de minorib.

Tertio obstat deinde text.in l.procurator.67. ff. de procurator. quo in loco constat aduersus procuratorem, qui pro domino fidem suam adstringit, iudicati actionem locum habere.

34 His non obstantibus Vlpiani sententia supra num. 20.ex dict.l.4.hoc tit.proposita vera est. Eius ratio in promptu, si prius generalia quædam de procuratoribus, deq. eorum vsu, & necessitate ad interpretationem leg.1.ff.de procuratoribus præmiseris ex Donello, lib.18.commentar.c.9.cum sequentibus, quoniam procurator ad litem datus, tandiu duntaxat procurator est, quandiu lis est, lis autem esse definit, & finem accipit per sententiam quæ vel absolutione, vel condemnatione controuersiæ finem inponit. l. 1. hoc tit. Etsi autem per eam sententiam procurator condemnatus fuerit, nec hoc rursus, nisi ex necessitate, quia fuerat contestatus, & iudicium acceperat, sententia vero non cum alio ferri possit, quam cum illo ipso, qui iudicium accepit, non est æquum pati eum executionem iudicati, qui nec si vicisset, potuisset agere ex iudicato.leg.hoc iure.86 ff. de solutionibus. Deinde satis actori, eidemq; victori est, quod dominus ipse qui procuratorem constituit executionem iudicati recusare non possit, non magis, quam si fuisset ipse condemnatus, quid enim aliud præuidere potuit is, qui litigauit cum procuratore, tanquam procuratore.

Verum proximam hanc resolutionem, quinimo, & 35
dict.leg.4.in princ. sententiam difficilem reddit idem Vlpian.in leg.si procurator.28.ibi; *Sicuti cum agit iudicati, non in rem suam datus, nec ad eam rem procurator factus.* ff. de procuratoribus. Ex quibus. verbis, integroque illo Vlpiani responso constat iudicati actionem procuratori competere, ergo & in eum datur, sunt enim hæc reciproca, quod est apertè contra dict. leg.4.in prin.vbi expresse scriptum est, iudicati actionem in procuratorem non dari. Rursus in posterioribus verbis, ibi: *Quia nec iudicati mecum agi potest* difficilis est, dict. leg. si procurator, euertit enim sententiam paulò ante scriptam, qua docemur, ideo in d.l.4.& in d.leg. Plautius, aduersus procuratorem iudicati non agi, quia satis victori consultum est cum dominum habeat obligatum.

Quibus difficultatibus adeò premitur Antonius 36
Faber in rationibus eiusdem leg.28.vt bis, & iterum emendatricem manum posuerit, & versiculum, *sicuti cum agit iudicati*, legat, *sicuti non agit iudicati*. Et rursus versiculum sequentem, ibi: *In me ex stipulatu actio non datur*, legit: *in me ex stipulatu actio datur*. Deinde sequētia verba. *Sed etsi defensor meus satisdederit*, legit: *Sed si defensor meus satisdederit*, quo vel solum argumento, quanta huius rei sit difficultas plane intelliges. Sed quid in ea antiquiores senserint communi, & vulgari retenta lectione, audiamus.

Accur. verbo *condemnatus*, in §. si ex conuentione, 37
leg.4. hoc titulo, tanquam certissimum supponit Procuratorem, contra quem sententia lata est, iudicati actione teneri, aliàs enim quod Vlpianus ibi, de nouatione ait, vix intelligi posset, Accursium sequitur, & extollit Bartol.in dict.leg.si procurator, 28.nu.2. & in leg.1.colu.2.C.de sententiis, & interlocut.omn.iudic.& sic explicant Alexand.nu.11.Ias.nu.8.in dict.§. si ex conuentione.

Quæ opinio si vera est, duo vt fatearis est necesse. Primum, quod in dict.l.4. in principio, hoc titulo, ait Vlpianus, procuratorem qui se liti non obtulit, iudicati actione non teneri, intelligendum de actione vtili, non de directa, quam procurator declinare origine non potuit, propter ius directum instantiæ, quod est penes eum, cum per litis contestationem dominus litis sit effectus, vt supra num.21.ostendimus, licet sit inutilis, & inefficax, propter exceptionem, quæ ei competit.

Secundum eadem ratione directam actionem iu- 38
dicati ei dari, vt dict. l. si procurator, licet similiter inanis reddatur, domino vtili actione ex iudicato sibi quæsita agente, vt in eadem l.si procurator, & apertius in l.in causæ.27.§. fin.ibi: *Et licet procuratori commissa sit stipulatio, tamen domino erit danda vtilis ex stipulatu actio, directa penitus tollenda.* D.de procurat.

Hæc interpretatio conuincitur expresse, ex verbis 39
dict.l.4. ibi; *Si se non obtulit procurator, iudicati actio in eum denegabitur.* Quæ vtriusque actionis, & vtilis, & directæ exclusionem inducunt. Rursus ex dict. l. hoc iure, 86.ibi; *Nam absurdum est, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam solui posse.* D. de solutionibus. Sane si directa saltim daretur solui illi posset argumento eorum, quæ de solutione adiecto facta, scribit Iustinianus in § plane.4. Institut. de inuti-
libus

libus stipulation. vbi sub numero primo, plura congessimus, ex quibus constat, solutione illa facta liberationem ipso iure contingere: hoc ideo, quia licet
40 † adiectus exigendi ius est non habeat, nulla enim actio fuit illi quæsita, leg. quod stipulatus, ff. de solutionibus, lug.cui recte, 10. ff. de nouation. leg. sed etsi filio, 7.§.1.in fin.ff.de constituta pecun.recipiendi tamen solutionem, in quam rem fuit adiectus, ius ita ei inhæret, vt etiam stipulatore inuito illi solui possit, vt laté in dict.§.planè, ex num.1.scripsimus vbi, quid iure Regio Hispano obseruandum sit adiecimus, longè ergo magis posset procuratori solui, si qualis qualis actio illi quæreretur. Deinde ex d.l. Plantius. 61. *Plantius ait* (inquis Iulius Paulus) *procuratorem damnatum, non debere conueniri.*

41 Quare ea omissa interpretatione ex eodem Bartol. in dict.l.Plautius, num.1. quam ibidem sequitur Albericus, & nominatim Gregor. Lopez in dict. l. fin. verbo, *è non en los del personero*, tit.5.part.3.existimo text.in dict.l.si procurator, extra terminos in quibus loquitur, accipiendum non esse, in illis vero ideo, & procuratorem actionem iudicati, habere, & in eum dati, quia ab eodem iudicialis stipulatio de iudicato soluendo interposita fuit, quæ vna res efficit, vt lata sententia in indicatum esset solutum, & ipsi, & aduersus eum stipulatio communiter, dicta l.in causæ, 27.§. fin.illo titulo, quia tamen, & hoc quoque casu militat ratio illa, de qua supra num.34.effectum est, vt & vtilis domino, & aduersus dominum detur, *directa penitus tollenda*, hoc est, omnino in procuratoris persona euacuata, vt ind.§.fin.in quo plura verba è Triboniano adiecta eodem in loco, animaduertit Ant. Faber, scholio.pen.& lib.12.coniecturarum, cap.4.vulgatam tamen, & communem lectionem retinent præter antiquiores Eguinarius Baro, ibidem Petrus Faber lib.1. Semestrium, cap.13. Hug. Donellus, lib.18. commun. cap.9.pag.181. Planè hac ideo à Prætore inductum est, quoniam cum summo iure interposita à procuratore stipulatione ipse, & in ipsum dō da esset directa actio, quoniam nec alteri stipulari nemo potest, nec alium sua stipulatione obligatione adstringere. l.stipulatio, 38.§.alteri.l.inter stipulantem, 83.in princip.ff.de verbor.oblig.& ex illa stipulatione mutuæ, & reciprocæ natæ essent directæ, actiones, dict.§. fi.d. l. si procurator, quas iure ciuili inductas Prætor non potuit delere, tollere: data exceptione euacuauit, vtilibus actionibus domino, & in dominum concessis.

42 Textum vero in d.l.4.in principio, cum similibus, loqui, vt ex litera patet, in procuratore, qui se liti non obtulit, nec satis dedit, nec satis accepit, cuius officium, cum finito iudicio expiret, vt sup. num.34. resoluimus, non in ipsum, sed in dominum indicati actio datur. Nec obstat, si replices ex illa, d.l.si procurator, versic. *sicuti cum agit, iudicati*, quo alter casus à superiori dissimilis includi videtur: coniungendus enim est prioribus verbis, ibi; *sicuti indicati actio mihi indulgetur*, ex quibus constat eodem themate retento, vsque ad vers. *Per contrarium*. I.C loqui, de cuius interpretatione commodius infra, ex numer. 72.

43 Reliquum † ergo est manere nostræ l.4. in principio sententiam, vt regulariter in procuratorem iudicati actio non detur. Nec obstat versic.fin.ẞ. §. si ex conuentione, quem supra adduximus, intelligendus enim est, quo casu inutilis in persona procuratoris actio potuit à domino nouari, cum & nouatio locum habeat, qualis qualis sufficiat obligatio, §.præterea, Instit.quib.modis toll. obligat. vbi copiosè scripsimus, nec aliàs eundem Vlpianum contraria scripsisse dicamus; & induces regulam, l. qui testamento, 20.ibi: *nisi aliud impediat*. ff.de testamentis.

44 Hodie vero in procuratore, qui se liti non obtulit, sed domini mandato, vt litem defenderet, comparuit, res sine controuersia est, quoniam cum ex stylo iam vbique terrarum fere recepto, Tabelliones satisdationem de indicato soluendo in procuratoriis mandatis adiiciant, qua domini suos procuratores ab omni onere satisdandi releuant illa adiecta clausula: *Y vos releuo de fianca, y caucion en forme, segun derecho, y de toda carga de satisfdacion, so la clausula que es dicha, indicatum solui, con todas sus clausulas acostumbradas*, cuius meminit Gabriel Monterrosus, in praxi, tract.7. *de las escrituras publicas*, in mandato generali ad lites, fol.125.habuit autem ea praxis ortum ab his, quæ notant interpretes in l.ne satisdatio, 21.ff.rem rat.hab. & Accus.in l.1.C.de satisdando, & magis à l. 14.tit.5. part.3.ibi: *E deue dezir en fin de la carta, que estará por quanto fiziere, e razonare el personero en aquel pleyto* (quæ est clausula de rato.) *E que obliga a si è à todos sus bienes, para cumplir todo lo que fuere juzgado contra es en aquel pleyto*, quæ est clausula indicatum solui, per quæ verba dominus fideiubet pro procuratore, non tenetur ipse procurator satisdare, ex Bart.doctrina, in rubric.num.3. ff. iudicatam solui, seq. Alexand. in. l. filius famil.& in l.sciendum, §.possessor.ff. qui satisdare cogantur. Maranta. de ordin. iudic.6. part. memb.8. num.11.& probat nominatum, l.21.tit.5.part.3.versic. *Fueras ende si en la carta de la personeria dixisse señaladamente, que el que la fiziera personero, el mismo era fiador por el, de cumplir, è de pagar todo lo que en el pleyto fuesse iuzgado, ea estonce non le deuen demander otra fiadura*, exploratum est firmam nostræ l.4. sententiam manere, aduersusque procuratorem iudicati actionem denegandam, vnum excipe casum, cuius meminimus, laté de iudiciali hac cautione agentes in nostra solemni, 3. disputatione, de satisdationibus iudicialibus, num.12. cum seq. ideo non subsistimus, poteris enim si nosse cupis, rem ad saturitatem videre. Sed iam alia argument.quæ num.21.h.cap.adduximus diluamus.

Non enim obstat, quod primo loco ibidem addu- 45
ximus executionem sententiæ aduersus condemnatum fieri, non contra alium. Id enim verum est cum quis suo, non alieno nomine agit, vt ex d.l.penult.& vltim. C.de execut.rei iudic.constat. At procurator, quamuis litigauerit, & lite durante, quia eius dominus est, in eum sententiæ verba concipienda sint alieno nomine conuenitur, & agit, ideoque sententia lata, quia lis etiam finitur eius etiam expirat officium, satisque est consultum actori, qui dominum potest iudicati actione compellere parere iudicato, vt audiuimus num.34.

Nec obstat eum litis contestatione litis dominum 46
effectum, d.l.neque 11.l.procuratoribus. 22.l. nul. 23. C de procurat. Quoniam non idcirco rei dominus efficitur, vt tamquam de re sua conueniatur. Aliud
† enim dominum esse rei, aliud est esse dominum li- 47
tis. Dominus rei est ad quem commodum, & incommodum rei suo nomine pertinet.1.§. in propria.ff.quan. appellan.sit.hic quidem iudicati actione tenetur, cuius generis non est procurator, qui alieno nomine, non in rem suam suscipit actionem. Dominus autem litis dicitur, qui iudicij, & instātiæ dominus est quod contingit procuratori lite contestata, quia eius iudicij actionem retinere potest pro arbitrio, & pro arbitrio in alium transferre. Ea vero res procuratorem dominum non facit, vt pote ad quem certum sit, neque commodum rei, neque incommodum pertinere, d.l.si procurator.28.ff.de procur.d.l.1.§.in propria. ff. quando appellandum sit.

Nec rursus obstat ex quasi cōtractu qui ex litis con- 48
testatione resultat eum adstringi, d.l.3.§.idē scribit. ff. de peculio, hactenus enim id verū est, nisi si quid contractū sit. Quoniā cū certi iuris sit, nulla ex causa obligationē nasci posset in negotiis gerēdis, vbi hoc ipsū non agitur vt obligatio nascatur. Vnde vulgata iuris cātilena, *actus agentiū non operatur vltra eorum intentionem*

rem,l. non omnis 19. ff. si certum petat. nec dubium esse possit, hoc ipsum in hoc casu actum, vt dominus teneatur, non procurator, qui se liti non obtulit, quem ne iudicato teneretur interposita satisdatione de iudicato soluendo dominus releuauit: citra consensum, & voluntatem procuratorem ex illo quasi contractu litis contestatione celebrato non teneri consequens est, ex regu.l.1.§.1.ff.de pactis.

Succedit interpretatio l.minor. 51. ff. de procurat. Cuius tamen explicatio non est in obscuro, descendit
49 ex eius verbis ibi, *minor. 25. annis si defensor existat.* Si memineris longe inter se differre duas has voces. *Procurator*, *defensor*. Procuratoris enim latius patet, omnes enim omnino comprehendit, qui aliquam administrationem rerum alienarum gerunt, tam illos, quibus negotia extra iudicium gerenda, quam quibus causæ in iudicio agendæ, siue absentibus, siue præsentibus mandantur, l.1.ff. de procuratoribus l. 1. tit.5.part.3. Defensor † vero est ille, qui aliquem absque
50 mandato in iudicio defendit vltro, & sponte, l. liberto.31.§.litem.ff.de neg.gest.l.tutori. 20.C.eodem. Qui eo præcipue à procuratore differt, nam procurator, tam est actoris, quam rei, & tam in iudicio, quam extra iudicium interuenire dicitur. Defensor autem tantummodo in iudicio appellatur is, qui est rei procurator, aut actoris, quatenus reus est in reconuentione, & citra expressum mandatum ad defendendum venit, vt in principio. Inst. de his per quos agere possumus. Qui idcirco non aliter, quam si satisdederit admittitur, l. non videtur.53.ff.de procurat. l.vnic.C.de satisdando.§.si vero reus.Inst. de satisdat. Quo † casu actiones ex stipulatu, & iudicati, non dā-
51 tur contra dominum, sed contra procuratorem, siue defensorem, qui se liti obtulit, dict. l. si procurator, 28.versic. *per contrarium*, ff.de procuratorib. † Quibus
52 suppositis plane intelliges Vlpianum, in dict.l.minor. 51.rectè enim docet minores, quibus in causis, in integrum restitui possunt, idoneos defensores non esse, quia & ipsis, & fideiussoribus eorum per in integrum restitutionem succurritur, ex edicto Prætoris de minoribus, ipsis quidem ex propria persona propter lubricum ætatis, si qua in re capti, læsique proponantur, l.1. & passim. ff. de minor. Eorum vero fideiussoribus ne alioqui fideiussores necesse esset, vel regressum habere contra minores pro quibus interuenissent, vel in damno morari, quorum alterum ipsis minoribus, alterum fideiussoribus eorum iniuriosum est.l.Titius.76. ff.de procurat. & induces. l. liberationem,3.l.quid ergo 5.ff.de liberat.leg.l. cum lex. 46. ff. de fideiuss. Itaque quod ipso iure obligentur ad rem non facit, nec rursus quod possint esse procuratores. Nam minoribus procuratoribus maiorum, non datur restitutio, ne alioqui commodo maiores potius restitui viderentur contra propositum Prætoris, in l. cum mandato. 23.ff.de minoribus, neque enim procuratores nomine proprio periclitantur, vt supra audiuimus, quod secus est in defensoribus, dict.l. si procurator.28.ff.de procurat.l. si ad defendendum. 10. ff. de iudic. solui.

Sed vrgebis, nec sine ratione, hoc casu, in dict.l.
53 minor, restitutionis beneficium locum habere non posse: constat enim Prætorem minoribus decipientibus, vt nec S. C. Velleianum, sed deceptis tantummodo, aut facilitate sua damnum passis succurrere non solere, l.2.C.si minor dixer.l.2 §.sed ita damnum, D.ad S.C.Velleianum. Vndè cum minor defensor, qui satisdedit iudicatum solui, si postea iudicium accipere nolit, aut accepto iudicio condemnatus, nolit satisfacere iudicato, videatur decipere actorem, qui satis accepit.l.mutus.43.§. vltimo.ff. de procurator. audiendum non esse si restitutionem peteret, videbatur.

54 Ego tamen respondebo, hunc casum ab aliis in quibus minor restituitur dissimilem non esse si consideres dolum non facere, qui vtitur iure suo.l. nullus videtur.55.ff.de reg.iur. & qui facti sui authorem Prætorem habeat: quomodo habet minor, qui non se ipsum restituit in integrum, sed restituitur à Prætore, arg.l.iuste possidet.11.ff.de acquir.poss.Et quamuis ea restitutione decipi videatur, is qui satis acceperat, non tamen decipitur dolo malo minoris, sed potius à seipso, qui tam parum cautus fuerit, vt pro idoneo defensore admiserit eum, quem sciebat, aut scire debebat in integrum restitui posse. arg.l. nam si actor.26.ff de reg.vind.l. qui cum alio.19 ff.de regul. tur.Itaque non est talis hæc deceptio, vt impediat restitutionem, cum sit permissa: vt & illa de qua in l.in causæ.16.§.idem Pomponius, ff.de minorib.l. item si pretio.21.§.fin.cum.l.sequent.ff.locati.

Ex quibus sequitur, quod si in casu d.l.minor, post 56
quam minor vltro, & sponte se liti obtulit, & defensionem suscepit, dominus satisdedisse, quia hoc casu minor in integrum restitui non posset, vt qui nullam pati læsionem posset, idoneus tunc defensor esset, quomodo intelliges illa eiusdem legis verba. Ex quibus causis in integrum restitui possit, idest, quando ipsa, non dominus satisdedit.

Sed antea quam hinc abeamus, illud obiter adnotare oportet, non obscure ex proxime, & dict. l. minor obseruatis colligi minorem 25.annis procuratorem, & defensorem alienis in negotiis esse posse, cuius tamen contrarium est, vt constat ex Speculat. 1. part.tit.de procuratore §.1. versic. *Item quod si minor,* num.8.quem securè sequitur Gregor.in leg.5. verbo, *minor*, tit.5.part.3.Paz, in praxi, adnotatione.4.nu. 16. Amator Rodriguez de modo videndi process. cap.3. nu.1.communem resoluit Benedictus Capra, regula. 65.nu.2.& 3.Qui omnes mouentur, dict.l.minor.51.ff. de procuratoribus, leg.exigendi.12.Cod.eodem.Quoniam opinio, etsi hodie probanda sit, propter Bonifacij authoritatem, in capit. qui generaliter.5. §. final. de procuratoribus, libr. 6. & expressam Regiam l. 5. tit.5.part.3.

Iure tamen ciuili contraria sententia verior est, vt videlicet post 17.annum completum eo munere fungi quis possit: quemadmodum & potest aduocati officium ea ætate egressus exercere, vt est notum, & late scribit Speculator, vbi sup.tit.de aduocato, nu 16. nouissimè Donellus, lib.18.cap.3, mouere Pontificem, & nostros non debuerunt, dict.l.minor, dict.leg. exigendi, non enim ibi simpliciter negatur minores procuratores esse posse, sed hoc dicitur idoneos non esse, in casibus quippe in quibus possunt restitui, de quibus iam sup. quod latius deducit, & considerat Donellus, dict.cap.3.fol.130.quæ & Roffensis opinio fuit, cuius meminit Ioann. Andr. ad Speculatorem, dict. num. 8.

Qua autem ratione, in dict. leg. minor fideiussoribus, etiam restitutio in integrum concedatur, rectè 57
ibidem Eguinarius Varo, & Ant.Faber explicant, & in l.in causa.14.ff.de minoribus, latè Caldas, regulam cum ampliationibus adducens, in l. si curatorem, verbo, minoribus, nu.46.& nu.50. C.de in integr. restit. minor.omnia enim, quæ obiter incidunt serio, & expressè explicare extra manus, & institutum præceptoris est.

Restat interpretatio textus in dict. leg. procurator 58
67. ff.de procuratorib.sed ex communi opinione respondendum est, quod licet procurator ad lites, & iudicia, qui se liti non obtulit, & cum mandato domini accessit, iudicati actione non teneatur, iuxta supra adducta. † Procurator tamen ad negotia efficaciter 59
obligatur, iuxta textum, in dict.l. procurator, & in d. l.seruum Titij, 49.in princip.ff.mandati.in l.si seruum ff.de institutoria, in l. prior.4. §. in eum ff. de administrat.rer.ad ciuit.pertinent, quorum iurium argumento eam

to eam opinionem, cum aliis defendit Iaso, in princ. d.l.4.nu.2.& 3.quo in loco refert Angelus, ita Florentiæ iudicatum fuisse.

60 Contrariam tamen sententiam, quinimo nec procuratorem ad negotia alieno nomine contrahentem obligari, plures probant, quibus primo fauet text.in leg.fin.ff.institoria. Secundo vulg.regol. text. in dict. l.non omnis.19.ff.si certum petatur. Tertio, quia qui non obligat procuratorem nomine eius priuato, priuatam eius fidem non sequitur; sed domini constituentis, & per consequens ipsum dominum, procuratorem autem, nec ciuiliter, nec naturaliter obligare potest, ex reg.l. cum amplius.85. §.1 natura.ff.de reg.iur. Quæ opinio, in dict.l.procurator, num. 2. placuit Bart. Paulo, in l.1. §. exercitorem. ff. de exercit. action.& consil.22.n.2.vol.2.Molin.in rub.ff.de verb.
61 obl. num. 78.

Dissidium hoc ita componit Bart.vbi proxime procuratoris voluntatem attendendam esse, quoniam si ipse voluit obligare personam suam, aut personam domini, voluntas eius efficacem obligationem producit, quod si simpliciter contrahat ea est distinctio adhibenda, nam, aut ex eo contractu aliqua acquiritur obligatio, & eo casu etiam ipse remanebit obligatus, dict.l.seruum Titij; aut ex contractu nihil acquiritur procuratori, & tunc nec ipse procurator obligatus manet, Bertoli distinctionem communiter sequuntur Paulus, nu.2.Imola, nu.1.Iaso, & Vincent. nu.4.in dict.l.4.vbi Ripa, nu.11.Socinus, consil. 154. lib.2. Boerius, & alij quos nouissime refert eandem distinctionem secutus, licet per plures casus ampliet, & limitet Ioan.Gutierr.de tutelis 2.part.cap.13.ex nu. 5. ad num.31. qui pro ea adducunt text.in l. solutam. 11. §.per liberum. ff. de pignorat.action.

62 Verum ea concordia falsum in iure supponit, quippe posse procuratorem ad negotia, absque speciali domini ad id mandato, eum ex suo proposito contractu obligare, quod ius non patitur, repugnante notissima eius reg.de qua in l. quæcunque gerimus 11.ff. de obligat, & action. item & reg.l.inter stipulantem, 83.in princ.ff.de verbor. oblig.de se enim quenquam promittere oportet non de alio; vnde & facti alieni promissio inutilis est, vt late nostris ibidem explicuimus commentariis. Præterea, quia cum omnibus contractibus in quibus mutuæ proficiscuntur actiones (sunt autem plerique omnium, vt notum est) semper sit quod actori, siue procuratori acquiri possit, efficietur, iuxta superiorem doctrinam fere semper procuratorem ex contractu alieno nomine gestum manere obligatum, quod tamen dicet nemo, si modo sapiat.

63 Ergo retinenda est communis sententia supra nu. 59. proposita; quippe procuratorem ad negotia ex contractu nomine domini celebrato obligatum manere ex iuribus ibidem adductis, quibus viua, & spirans ratio accedit. Quoniam si per procuratorem non potest acquiri obligatio, l. stipulatio.38.§. alteri ff. de verb. oblig. vnde ex contractu procuratoris ipsi procuratori directa actio acquiritur, l. in.causæ,27.§. fin. l.si procurator.28. ff. de procuratoribus, qua dominus absque cessione non vtitur, l. si procuratorem, 8.§. si liber homo, l.idem 10.§.si cui mandauero, l.si quis alieni.17.§ fin.l.cum seruus, 54.§. vlt. ff. mandati, longe minus poterit, quis per procuratorem alteri obligari, cum adquisitio fauorabilis sit, obligationis vero causa odiosa. Vnde & illud est consequens ipsum procuratorem obligatum manere. Nec obstat text. in d. l.procurator, ibi; *Fidem suam adstrinxit.* Quoniam etsi eorum verborum argumento putauerint plures, ita demum procuratorem ex contractu teneri, si specialiter fidem suam obstringat; idem etiam erit, etsi simpliciter contrahat, vt Salmanticenses interpretes hactenus crediderunt.

Qui aiunt, non obstare text. qui pro contraria opi- 64
nione inducitur, in d. l. fin. ff. de institoria. Respondent enim institorem ibi non teneri, quia nullum contractum celebrauit, cum Sæius creditor, ibi non crediderit pecuniam institori, sed mensæ nummulariæ; nec institor promiserit Sæio pecuniam, sed ad fidem mensæ præstandam dederit cautionem, qua declarauit apud mensam mille denarios numerandos esse certa die. Vnde neque ex causa crediti potuit conueniri, cum ipse nihil acceperit, neque ex verbis epistolæ, quæ nullam continebant promissionem, sed fidem negotij celebrati cum mensa, vt rectè aduertunt Bart.& Fulgos.in d.l.4. in princ.h.t. & in d.l.fin. Alex cons.28.nu.5.lib.6.Socinus, cons.154.nu.2.vol. 2.Manet itaque veram esse differentiam sup. d. num. 33.propositam, inter procuratorem ad iudicia & procuratorem ad negotia.

Ego opinionem contrariam, quæ docet finito offi- 65
cio procuratorem ad negotia indemnem præstandum, quinimò nec efficaci obligatione teneri veriorem esse contendo. Tum ex adductis supr.num.34.& reg. l.ex mandato, 20. D. mandati, quam exornant decisio Genuæ 76.nu.5.& expresso textu, in l.si pupilli.5.§.item si procuratori, D.de negot.gest. *Item si procuratori* (inquit text.) *tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet, aduersus te negotiorum gestorum habebo actionem aduersus eum, cum quo contraxit nullam,* qui text. cauillationem non patitur, nullus enim locus apertior pro hac nostra sententia, qui & in versic. sequenti, non minus stringit. *Quid tamen* (inquit) *si à procuratore tuo stipulatus sim, poterit dici superesse mihi aduersus te negotiorum gestorum actionem, quia ex abundanti hanc stipulationem interposui*, quasi I.C.Iulianus insinuet, quod etsi quo casu procurator ipse stipulatione interposita specialiter fidem suam astrinxerit, teneatur, directa quidem, & ciuili actione mihi creditori, cui post numerationem stipulanti promissum fuit, quia tamen non procuratoris negotium ea in re versum est, sed cui contemplatione negotium fuit celebratum, adhuc superest, negotiorum gestorum actio contra dominum. Adde ex mente Iuliani, non tantum superesse, sed priori loco proponendam, hic enim est sensus illorum verborum, quia ex abundanti hanc stipulationem interposui, argumento, l.in causæ, 27.§.fin. & l.si procurator.28. D. de procuratoribus, de quibus late supra ex nu.24. Tum ex expressa deciosione, d.l.Procurator. 67. cuius argumentum non declinant, qui contendunt, idem illo in casu dicendum, etsi procurator pro euictione prædiorum fidem suam non adstrinxisset, quoniam cum nominatim Papinianus ideo eum obligari scripserit, quia fidem suam adstrinxit, apertè insinuat alias eum non teneri. Quemadmodum
† nec tenetur tutor, qui pecuniam se soluturum cauit 66
in quam pater pupilli condēnatus fuerat, rectè enim post tutelam finitam actionem recusat: item & curator furiosi furioso mortuo, l.post mortem, 5. in princ. & in §.1.D. quando ex facto tut.l.1.C.eodem, quod idem vice versa, & in tutore, & curatore contingit, vt & finito officio, teneantur, si non tantum tutorio, aut curatorio nomine, sed etiam proprio fidem suam adstrinxerit l.si non subscripsisti, 15.C. de administ. tut. Fateor procuratorem, eo quod curator esse desierit non ipso iure obligationis onere leuari, nec enim hic est modus tollendæ obligationis, sed saltim per exceptionem doli, quasi in dolo sit is, qui ex contractu procuratorio agit contra procuratorem, postquam desiit esse procurator. Vndè sententiam hanc, sine scrupulo, in d.l.procurator, admittunt Eguinarius Baro, & Ant.Fab.Donell.in princ. d.l.4.sup.h.t. & in institore, vt non alias teneatur, quam si nominatim fidem etiam suam dederit. Hispanus Rex. in l. 7. vbi bene explicat Greg gl.4.tit.1.par.5. cui adde Parladorium,

rium,lib.2.c.fin.4.par.§.5.num.3.

Textus vero in d.l.seruum Titij,49.in princ.D.mā-
67 dati, ad rem non pertinet : nec enim ideo ibi procurator,finito negotio tenetur, qui tanquam procurator vendidit,sed quia rem suam,quam tamen alienam putauit vendidit,qua venditione, etsi dominum accipient non fecerit, cum in causa traditionis errauerit, errans autem rem suam non amittat, l. si procurator.35.D.de acquir.rer.dom. cum tamen in eum, qui bona fide,& ex titulo emptionis accepit translata fuerit,saltim vsucapiendi conuitio, ex regula.l. clanibus, 74.D.de contrah.empt. si Titius,& dominus,& procurator,qui alieno nomine,& vendidit, & tradidit, vindicatione agat exceptione submouendum rectè docet I. C. quia quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio,regul.l. vindicantem,17.D.de euict. At dices. Ergo si non potest euincere, ergo si euictionis iure tenetur,quod ibidem diserte I. C. probat. Ergo finito officio tenetur procurator. Sed ex eadem lege facilis est explicatio , contendo etenim ideò teneri , qui rem suam vendiderat, non si alienam. Vnde cum summo iure dominus adhuc maneat, ex dict. leg.si procurator,& ipsi competat vindicatio , agens tamen exceptione submouebitur : turpe enim esset factum suum impugnare , quo respiciunt geminata sæpe verba quibus procuratorē dominum esse venditi serui. I.C. voluit,planè ostendens, longe aliud dicendum in procuratore,qui venditæ dominus non esset : quem alieno nomine vendens de euictione teneri dicet nemo.

Rursus non obstant tex.in d.§.est autem,l. 1. D.de
68 exercitor.actione,quoniam magister in specie,& tractatione de exercitoria longe distat à procuratore in mandato : ille ex contractu suo ciuiliter obligatur, dominum iure prætorio,& ex æquitate in rebus nonnullis obligat tota l.1.illo tit. hic extra casum expressæ conuentionis ex contractu nomine domini gesto non obligatur, diximus. nu. 39. dominum semper obligat, vt proxime diximus.Item etiam,quia pugnat natura ipsius contractus, quæ gratuita hinc inde est: & in eo non nisi vicaria amicorum fides interponitur, vt ex Cicero. & aliis adnotarunt Balduinus, & Mynsingerius in rubr. Inst. de mandato. Vnde non mirum,in dict.§.est autem magistrum ex suo contractu ciuiliter exercitorem,qui eum proposuit ex æquitate iure prætorio teneri.

Planè tex.in d.l.siquis mancipiis, §.si seruum,nihil
69 probant contra nostram sententiam, cum ibi id I. C. doceat,quod si seruum Titij institorem habueris ; & tecum, & cum Titio agere licet, ex diuersis edictis potero.

Denique explicatio,l.prior, 4 §. in eum, D.de ad-
70 ministr.rer.ad ciuit.pert.fluit ex eius verbis ibi ; *nouatione facta cauet* , quo casu post depositum officium actionem in eum dati rectè scribit Vlpian. quemadmodum , & in procuratorem , qui specialiter fidem suam adstrinxerit, in d.l.procurator, 67. D.de procuratorib. cuius occasione hæc disputasse iuxta eorum obligationem,an & quatenus teneatur sufficiat, rem pergamus.

His denique addo , rem hanc hodie extra omnem
71 controuersiam esse , si consideres verba quibus frequenter procuratoria mandata concipiuntur, quibus formam præscribit tex.in l.97.tit.18.par.3.ampliatam iuxta hodiernum stylum cuius meminerunt Pragmatici Gabriel Montarroso,& Didac.de Ribera,in praxi, ille tract.7.fol.125.pag.2.hic vero,1.par.fol.61.in nouissima excusatione, ex quibus cum constet mandātem siue constituentem manere obligatum ea omnia præstare,& adimplere,quæ mandatarius virtute mandati gessit, contraxit perinde,ac si idem ipse contraxisset. Vnde in obligatione postea contracta , procurator , nunquam suo nomine , sed nomine constituenti contrahat,aut agat,nec eum actum gerat,vt ex eo maneat obligatus, absque eius consensu, & voluntate, obligatio nulla contrahi potest , & rectè induces iterum regulam,d.l.non omnis,19. D.si certum petat.& qua scripsimus.in §.siquis alium ex num.22. Inst. de inutilibus stipulationibus.

Ait tex.*si se obtulit in ipsum dabitur*.Idem in d. leg. 72
Plautius,61.D.de procuratoribus,& in l. fin. versicul. *Mas si algun home se parasse por si mismo,* tit.5.part.3. ex quibus constat,eum se liti obtulisse dicendum non tantum, qui vltro , & spontè alienam causam defendendam suscipit, qualis est *defensor* , sed etiam *procurator*,qui ex mandato agit , aut defendit , cum sciret cautum non esse, nec enim aliter audiendus est, siue procurator, siue defensor quam vel à domino , vel à seipsis idonea interposita satisdatione , l. si ad defendendum,10.D.iudicatū solui. Eo ergo casu, quia verè condemnati sunt in eos actio iudicati dabitur.Semper enim qui se vltro,& sine causa liti offert,condemnationem proprio periculo pati debet ; ne alioquin aduersarium suum , quem decipere voluit , impunè deceperit,tex.in h.l.4.& in l.is qui se obtulit,25.l.fin autem,27.D.de rei vindicat. id cum sciat,aut scire debeat,qui se liti obtulit, imputare sibi debet , cum pro se,& in eum casum satisdederit. Ergo † qui muneris necessitate coactus alienam defensionem susceperit, 73
liti se non obtulisse,indeque iudicati actione non teneri consequens est, quod optimis exemplis de tutore,curatore,actore municipum, in h.l. 4. explicat Vlpianus. Sed in primis de procuratore in rem suam , cuius antea meminit, subiiciamus nonnulla , discusso antea versiculo, *per contrarium*, dict. l. si procurator. 28.D.de procuratoribus,de qua late supra.num.27.ex quo aduersus nostram hanc,l.4. ineuitabile construitur argumentum.

Contrariorum eadem esse solet ratio, l.1.C. de cu-
pressis,lib.11.tex.in princ.vbi num.1.multis exornaui- 74
mus.Inst. de his qui sunt sui , vel alieni iuris. Sed si procurator meus satis acceperit iudicatum solui,vtilis iudicati actio mihi indulgetur , d.l.si procurator.28.in princ.& diximus latè sup.d.num.27.ergo per contrarium si procurator meus iudicatum solui satisdederit, quod est omnino necessarium quoties,quoties, se liti offert , in me ex stipulatu actio saltim vtilis dati debet , directa quæ ipso iure in procuratorem competebat penitus sublata,d.l.in causæ.17.§ fin.D. de procuratoribus. Ergo etiam si se liti offerat procurator, in ipsum efficax iudicati actio danda non est in nostro textu.

Huius rei tanta est difficultas, vt existimauerit ibidem Ant.Faber , in rationalibus , abundare negatio- 75
nem,& semper legendum,*in me ex stipulatu actio datur*,nec aliter putat cohærere posse contexturæ filum, nec aduersatiuam illam *per contrarium*. Nos reiecta hac opinione , & interpretatione Eguinarij Baronis, eodem in loco item , & illa eorum , qui existimant, eum versiculum intelligendum de procuratore in rem suam,aut de eo,qui ad eam rem specialiter datus est , id est,ad exigendum , de quibus paulò ante,& cohærenter Vlpianus loquutus fuerat. Existimamus illam sententiam eandem esse , cum nostra huius l. 4. *Si se obtulit in ipsum datur* , vt Vlpianus ibi , qui de procuratore,& defensore loquitur , semper de eo , qui se liti obtulit,verba facere : hos enim,qui quamuis,cum mandato domini ad iudicium accedant , si tamen satisdederint , qui dominus non satisdedit , se liti obtulisse dicendum , quemadmodum , & defensores, constat ex supra dictis. numer. 72. in eosque semper iudicati actionem dandam suadent, quæ ibidem diximus, nec obstat aduersatiua. *Per contrarium* , qua id exprimendum videbatur , vt quemadmodum , quo casu procurator meus satis acceperit illi ex stipulatu directa actio acquiratur , & mihi vtilis indulgetur, sic

sic versa vice,quo casu ipse satisdedit(vt in.1.& 2. casu,versic.*per contrarium*) etsi directa iudicati actio in ipsum detur, detur etiam,& in me vtilis, à qua argumentatione Antonius Faber , non eximitur , absque totius contexturæ euersione,quoniam animaduerto,inter vtrumque casum magnum esse discrimen, siquidem in primo, cum procurator satis accepit , mandatum inter dominum , procuratorem præcessisse supponit, Vlpianus, à dominoque satisdationem interpositam, cuius contractus causa, & quia res domini agitur, & vtilis ex stipulatione , & iudicato actio quæritur inducta ratione, leg. quæcunque gerimus, 11.D.de obligationibus,& actionibus,& iis,quæ sup.num.27. latius considerauimus, item etiam quia quemadmodum, cum procurator præcedente mandato, & satisdatione à domino interposita agit, si condemnetur, aduersus dominum, non aduersus eum iudicati agitur,ex rationibus sup. numer. 29.& 30.animaduersis:sic æquum etiam fuit eodem in casu , vtilem actionem domino acquiri , quæ omnia cessant in casibus versiculi,*per contrariū*, cum procurator meus se liti offert & ipse,item & defensor, cum satisdatione à se ipsis interposita iudicium accipiunt:quoniam quemadmodum hoc casu cum ipsis,non cum domino iudicati agitur,ex h.nostra leg.4.& dict.versic.*per contrarium*.in fine,sic nec est,cur ex stipulatione satisdationis in dominum aliqua actio nascatur,quem nec defensor,nec procurator obligationis vinculo adstringere potuerunt,leg. inter stipulantem 83. in princ. D. de verb. obligat.

76 Ait text. *Recusare iudicati actionem non potest in rem suam procurator factus* , ex illa generali regula , quam initio Vlpianus proposuit,quippe procuratorem, etsi condemnatum iudicati actione non teneri, vnam subiunxit exceptionē eius videlicet,qui se liti obtulit,siue is procurator,siue is defēsor fuerit,de quibus hactenus. Ecce aliam,*aut si in rem suā procurator,quis factus sit*,in eum ergo iudicati actio datur: non quod se liti obtulerit,vt ait Vlp.sed quia nō in
77 alienam , sed in suam rem procurator fit. Eius frequens in Iure Ciuili mentio, is etiam est,† qui cum mādatas,& cessas sibi ab alio actiones exerceat procurator est;sed quia non in alienam,sed in suā rem, id est,commodū suum propriumque lucrum actiones præstitæ sunt,lucrumque omne,& compendiū eum respicit, idcirco in rem suā factus datus re procurator dicitur.Similis est is,qui nomen emit,venditor quoque ab emptore datus ad litē procurator, multisq;in aliis speciebus,quæ tibi occurent in leg. 3.§.1.versic.fin.p.quodquisque iuris.l.quæ omnia 25. §.final.l.si procurator 28.l.si quis in rem 34.leg.procurator 55.l.Plautius 61.D. de procuratorib.l.quod si minor 24.in princip.D.de minoribus. l. sed si 14. D.de pactis leg.2.§.fin.D.famil.ercisc.l.in rem suam 18.D.de compensat.l.fin.§ Titius.D.de condict.indebiti.l.si procuratorem 8.§.final.D.mandati. leg. sicut 8.§.si procurator.D.quib.mod. pign.vel hyp.soluit leg.si cum venditor 66.§.si secundus.ff.de euictionib. in h.leg.4.in princip.D. de re iudic.l.1.§. in propria. D.quando appell.sit.l.qui suspectum 20.D.de appellat.l.quia absente 4.l.qui stipendia 9.C. de procuratoribus,l.1.C.de contrario iudicio tutelæ.l.si in solutū 6.C.de obligat.& action.l.ex nominis 8.C.de periculo,& commodo rei venditæ,& apud nos in l.16. tit.20.lib.3.Fori,& in l.4.tit.11.l.64.tit.18.p.3.Quomodo autem mandatum procuratorium in rem suā,
78 Hispane dicimus,*poder en causa propria*,conficere debeas, ostendunt pragmatici Did.Ribera in praxi.1. part. folio 75. & Gabriel Monterrosus tract. 7. suæ praxis fol.117.

79 Sed an vt quis procurator in rem suam datus factus dicatur , sufficiat *ei actiones cessas esse* :an illud etiam,*vt nominatim procurator in rem suam fiat*,valde controuertunt interpretes,Speculator tit. de procuratore.§.sequitur, versiculo *in summa*,& titul.de cessione actionum §.vltimo,existimat,*cessionem*, actionum sufficere , vt quis statim procurator in rem suā factus dicatur, idem docet Accurs.in leg.1.Cod. de action.& oblig.verbo , *mandatam* , ibi, *vel nisi fiat* , & in le.3.verbo,*mandauerit*. D. de nouat. Bald. in l. siquidem,colum.2.de action.& oblig.communis reste Iasone, & Ripa,num.8.in h.leg. 4. Maranta , in leg.actor.num.12. D.de procuratoribus,& neruosè defendit Hispanus Frāciscus Ouezius Pancoruinus lib.singulari obseruationum,capitul.59.pag. 165. vt sic ex actionum,aut iurium cessione, seu ex mandato actionum , competat exercitatio actionum directarum nomine domini, vtilium vero nomine proprio, quod & Fuglosio placuit in d.l.1.C.de actiō. & obligat.

Sed obstat text.in d. l.2.§ fin.in fin.D. famil. her- 80
cisc.& in l.3.§.idem Labeo.D.de in rē verso.& in d. l.si procuratorem 8.§.fin.D.mandati,& in d.l.si in solutum,6.C.de action.& obligat.quibus in locis illud requiri videtur,*vt cessis,& mandatis actionibus procurator,quis in rem suam constituatur*.Nam quamuis Franciscus Pancoruinus, d.c.56.existimauerit illa verba, d.§. fin.d.l.si procuratorem.*Si hanc mihi actionem cedas,& procuratorem me in rem meam facias*, ita intelligenda, vt periodus, siue oratio posterior prioris sit expositio, idest, *procuratorem me in rem meam facias*, quam loquendi rationem apud I.C. sæpius visitatam multis ibidem, & ostendit, dixeratque prius eodem lib.1.cap.9.in princ.extat tamen eadem repetitio reliquis aliis in locis,quorum ipse non est,iuris authores rem ita apertam toties exponere, & inculcare.

Ergo dicendum est,per cessionem actiones dum- 81
taxat vtiles in cessionariū transire.leg.1.C.de action. & oblig.directè enim à cedentis ossibus non separatur,l.quis ergo casus.17.iūcta gloss.fin.D.de peculio, l.3.in princip.D. pro socio.Quo casu cessionarius vtilis actionis dominus est : quam si moueat non litis tantū,sed & rei dominus est,d.l.1.in propria D.quādo appellan. sit, quod si intersit eius directis etiam actionibus agere propter vtilitates,quas cōgerit Maranta in d.l.si actor,ex nu.25.ad 32.oportet,vt in rē suam procurator,siue mandatarius cōstituatur,quomodo earum exercitium nomine domini habebit:& intelligendæ sunt leges adductæ,nu 80.

Periculum autem nominis cessi ad vtrum perti- 82
neat cedentem ne,an ad eum,cui cessio facta est,disputat Francisc.Pancoruinus,d.c.56.per tot.

In eum ergo qui cessit vtilibus actionibus,& man- 83
datis directis procurator factus est in rem suam, si aduersus eum sententia feratur iudicati actionem dandam,cum & ipse sententiæ verbis cōprehendatur,& ad eum rei commodum,& incommodū pertineat,rectè docet h.l.4.& d.l.Plautius 61.D.de procuratorib.Ex quibus,† & illud obiter animaduertes, 84
cum non tantum ex parte actoris(quod frequentius est)sed ex parte rei dari posse,vt multis animaduertit Accurs.verbo,*nisi aut in rem suam*.in d.l. Plautius, & latius in l. plane.3.verbo.*suo loco* D. famil. ercisc. quomodo intelliges tex.in d.l.si actor.19.D.de procuratoribus, quam in procuratore in rē suā ex parte rei intelligi facilè tibi persuadebis si consideres docere eo loci Vlpianū,quod si malit actor dominum, quam procuratorem conuenire, rectè poterit, quoniam cedendo ius suū,alteri non potest quis creditoribus suis præiudicare.l.2.C.de pactis, cū similib. ait textus,*tutor quoque,vel curator in ea conditione sūt, vt non debeant videri se liti obtulisse,idcircoque debet in eos denegari iudicati actio*.

Ergo

85 Ergo, & si Prætoris edictum in condemnatum indicati actionem pollicetur victori, & tutor, aut curator, quorum persona pupilli, sine adulti nomine in iudicio fuit, re ipsa & sententiæ tenore condemnati sint, non eorum minores; executio tamen sententiæ in eos non datur, quod idem deduces ex l. fin. D. si quis caut. l. 1. D. de admin. tutor. l. 1. C. quando ex facto tut. explicant prætor ordinarios Parlador. libr. 2. rer. quotid. c. 6. n. 4. p. 5. 3. ex n. 1. Gutier. de tut. 2. p. cap. 23. Hoc ideo, quia licet ipsi condemnati sint, perinde habetur, quasi non ipsi essent condemnati, sed ij, quorum de re agitur. Quicquid enim tutor gerit, perinde est, quasi pupillus gessisset. Hinc pertinet, l. adversus 30. §. 1. D. de inofficios. test. l. eum qui 5. §. si actori, D. de const. pecun. l. post mortem, 7. §. vlt. & quando ex facto tut. l. tutorem, 22. D. de his quibus, ut indig. cum multis aliis, id efficit miserios necessitas, quæ ne his personis noceat excusata esse debet, neminem enim debet officium tuum esse damnosum. l. sed si quis ex signatoribus. 7. D. quemadmodum testam. ap. cap. cum non deceat 30. de electio. lib. 6. l. cum quæ iam 26. C. de administr. tut. Quod idem & in actionibus ex contractibus dicendum est. d. l. post mortem, l. illud. 4. §. si impubetis. D. de evictionib. explicat late Ioann. Gutier. ex. d. 1. part. cap. 23. ex num. 1.

86 Illud tamen omnino addatur, quod si tutor calumnioſe litigantis potest condemnari ad sumptus, & in eum fiet executio propter calumniam leg. non est ignotum. 6. C. de administr. tut. etsi à minore fuerit eorum sumptuum facta exactio poterit ipse illos à tutore repetere, l. qui solidum, 80. § etiam, D. de leg. 2. docet hic Bar. n. 2. Iaso, n. 12. idem Bar. & Iaso, n. 22. in l. 1. §. si procurator, ff. siquis caut. & ita practicari ait Abb. in cap. 1. vt lite non contestata, Matanta, de ord.

87 in fic. 6. p. 3. memb. nu. 39. Vnde † & idem Bar. docet, quod si propter contumaciam procuratoris fiat aliqua condemnatio in expensis, in eius bonis faciendam esse executionem docet Accurs. in l. non potest, 160. verbo, *non potest*. D. de regul. Paul. conf. 67. Montaluus in l. 27. tit. 1. part. 3. & inducit potest, d. §. si procurator. & nominatim docet, l. 25. ibi: *pro ratione de su rebeldia, o de su culpa*, tit. 5. par. 3. hoc ideo quoniam in generali mandato non comprehenditur delictum, l. 1. §. quoties, iuncta gl. verbo falsus, D. de vi, & vi armata, l. si pater 12. D. quæ in fraud. cred.

88 Denique adnectes, quod licet sententiæ executio in bonis tutoris non fiat: si tamen tutor pupilli bona habeat, atque ea non exhibeat vt pignori capiantur, iure in carcerem detrudi poterit donec ea exhibeat, Bald. in l. 1. C. quando iudex, vel primat. Ang. in l. si vacatia, C. de bonis vacantibus lib. 10. alter Ang. Aret. in §. fin. nu. 2. Inst. de actionibus, Parlard. d. §. 3. nu. 1. Io. Gutier. d. c. 22. nu. 1. aut tex. *Actor municipum potest rem indicatam recusare.*

89 Ex iisdem illis rationibus, quibus docuimus procuratorem, qui se liti non obtulit, tutorem, & curatorem, indicati actione non teneri; quippe quia & non suo nomine, & coacti officij, sine muneris necessitate agent, efficitur actorem municipum, siue ciuitatis Syndicum, iuste rem iudicatam posse recusare: vt recte hic Vlpianus docet, quem vt intelligas ad-

90 uerte. Quod † licet ciuitas consentire non possit, vt ex contractu aliquo teneatur, l. 1. §. fin. D. de acquir. possess. quare nec ex delicto quidem teneri videtur, l. sed si ex dolo. 16. D. de dolo malo, reperiuntur enim in ea infantes, & furiosi, qui non consentiunt, l. qui ad certum, 15. D. locati, lege infans, 12. D. ad l. Corn. de sicar. aliud enim est Ciuitas, quam singuli ciues. ciuitas quippe est vniuersitas quædam constans ex singulis ciuibus, l. in tantum, 6. §. vniuersitatis, D. de rerum diuis. l. sed si hac 10. §. qui manumittitur, D. de in ius vocando (cui consonat, l. 13. tit. 2. p. 3.) l. sicut, 7. § si quid vniuersitati, D. quod cuiusque vniuersitat. nom. l. proponebatur, 76. D. de iud. qui licet moriatur, ciuitas tamen non moritur, cum sit corpus quoddam imaginarium, & intellectuale. l. mortuo 22. D. de fideiussoribus. Vnde nihil potest agere, nec cogitare qui idem, nullumve negotium contrahendo obligari, vniuersi enim non consentiunt, licet ex his nonnulli consentiant, l. 1. §. vlt. D. de libert. vniuersit. Quo † etiam respicit text. in c. Romana, 5. § in vniuersitate, de sententia excomm. lib. 6. quo probatur, excommunicationis sententiam ferri in vniuersitatem non posse, cuius rei rationem accurate explicat Couar. lib. 2. var. c. 8. nu. 9. vbi sup. num. 10. infert, quare in vniuersitatem, vel populum ferri Ecclesiasticum interdictum possit, quod latius examinat, in cap. alma mater, 2. par. §. 1. ex nu. 1. quem omnino videbis, idque summo iure, & se- 92
cundum subtilitatem procedat. Vtilitatis tamen † gratia receptum est, vt si quid ab his geratur, quibus summa reipublicæ cura commissa est, vel ab eorum maiore parte ab omnibus factum censeatur, l. municipes, 14. D. ad municipal. l. aliud. 160. §. refertur, D. de reg. iur. quid autem, in d. l. municipes, 14. significent illa verba, *quibus summa reipublica commissa est. seu quibus summa respublica commissa est*, vide Cuiac. lib. 12. obser. c. 32. sic in l. 1. §. licet, D. de exercitoria actione, *ad summam rempublicam pertinet nauium exercitio*, & apud Gellium, lib. 21. c. 3. *Populus Lacedemonium de summa republica deliberabat.* Ciceronem, 11. Philippica, *de summa Republica dissentientes*, & pro Lucio Placco, *de summa Republica tacere.* Et in Catilinam. *ad illa venio, quæ ad summam Rempublicam pertineant.* Vnde dicimus, & ciuitatem ipsam, & obligari, & conueniri, l. 1. & to. o tit. D. quod cuiusque vniuersi. nomine. l. ciuitas, 27. ff. si rect. pet. Id eum neque ab omnibus simul ad quos reipublicæ administratio pertinet, posset expediri, moribus fuit inductum, ita necessitate exigente, vt per actores, & Syndicos vniuersitatis, siue municipij res gererentur, tot. tit. D. quod cuiusque vniuersi. nomine, l. municipibus. 96. D. de condict. & demonst. l. 3. l. 9. tit. 5. par. 3. quam rem præter alios docte explicat Vvesembech in paratitlis, D. quod cuiusque vniu. nom.

Is ergo actor, siue syndicus si condemnatus fuerit exequi non potest, sed in ipsam Ciuitatem, aut municipium. ciuisque bona fiet executio, eadem enim ratio est, quæ in procuratore, tutore, & curatore, vt iam infinuauimus. An autem tunc in bonis ciuitatis, quæ dicim. *s. proprios. y rentas*, an in collectis, quas dicimus *sisas. o impositiones*, an in bonis decurionum executio fi facienda, longioribus examinat Bart. in h. l. 4. in princ. n. de re iudic. ex num. 2. quem bene ex. licant Alex. ex nu. 15. Iaso, ex num. 20. Ripa, ex num. 30. Vincentio ex nu. 32. Ioan. de Platea, in l. 1. col. 2. C. de apochis publicis, lib. 10.

His ad de posse vniuersitatem, siue ciuitatem, & delinquere, & puniri. Id quomodo efficiendum magistrat et Bart. in l. facta. 6. fin. D. de pœnis, cuius distinctiones multis explicant Iaso, in l. ciuitas. D. si certum petat. Iulius Clarus, lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 16. Osasc. us, decisione Pedemontana 2, 19. & quæ probanda sunt ad hoc, vt vniuersitas ex delicto teneatur latissime Ioseph. Mascardo, de probationibus, consil. 1413. & Farinacius, q. 24. Anton. Gomez, de delictis, cap. 1. ex num. 53. Azeuedo, in Curia Philipina. 4. part. capit. 3. de illius autem pœnæ origine, quia multæ ciuitates fuerunt euersæ, ratri quippe inductione, & salis aspersione, vide Baiardum ad Iulium Clarum, dict. q. 16. numer. 24. & Parladorium, lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 22.

De

De tempore sententiæ exequendæ: an arctari, vel prorogari à iudice possit, & interpretatione, l. 2. l. 4. §. siquis condemnatus. l. intra dies, 7. l. tempus, 29. l. debitoribus, 31. D. de re iud. §. 6.

SVMMARIA.

1 *Debitor est, à quo inuito pecunia exigi potest.*
2 *Peti in iudicio, nisi quod pure debetur, non potest.*
3 *Debitor, cum sacco paratus, nec adire, nec incidere debet.*
4 *Iudicati tempus ad soluendum, & vt iudicato pareant concessum est.*
5 *Iudicati tempus, nec obligationem suspendit, nec compensationem impedit.*
6 *Iudicati tempus quale, & quantum olim, & hodie, & num. 8.*
7 *Iulli dies qui sint, & dicantur, ex l. 12. tabularum de ea re.*
9 *Iudicati tempus nouo iure Hispano, decem dierum tantum interstitium est.*
10 *L. debitoribus, 31. C. de re iud. vera interpretatio.*
11 *Iudicati tempus reis personali iudicio condemnatis datur, non si reali qui statim restituere compellitur.*
12 *Iudicati tempus non semper iudices seruant, idque pro arbitrio differunt, vel minuunt, & num. seqq. & iterum, nu. 22.*
13 *L. 1. versic. sed perraro, D. de re iud. & num. 16.*
14 *Tribunal, locus vnde Magistratus ius reddebat.*
15 *Sedere pro tribunali præsse iuridicundo.*
17 *Alimentorum petitio differri nulla ex causa debet, nec potest.*
18 *L. si quis filio exheredato. 6. §. 1. versic. Nisi forte latro manifestus, D. de iniusto rupto.*
19 *Alimentorum causa summarie tractanda; & de alimentorum priuilegiis indicata quadam.*
20 *Minorum 25. annis causa summatim, & sine cunctatione expedienda.*
21 *L. in minorem, 3. C. in quibus causis in integr. restit. non est necessaria.*
23 *L. 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudicata, & nu. seqq.*
24 *Terminum legalem, an iudex ex iusta causa minuere, & prorogare possit, & infra nu. 30. & seqq.*
25 *Iudicati tempus in reorum fauorem concessum est.*
27 *Terminus iudicialis arctari, vel prorogari à iudice quare possit.*
28 *L. quod in diem, 6. l. si cum milite, 16. §. cum intra, D. de compensation.*
29 *Hugonis Donelli interpretatio ad §. siquis condemnatus. l. 4. D. de re iud. notata.*
34 *L. 1. tit. 3. l. 1. d. 2. tit. 6. lib. 4. nouæ Recop.*

1 QVamuis summi iuris expostulet ratio vt siquis pure debeat, ab eo inuito exigi possit, l. debitor, 108. D. de verbor. significe. Vnde eorum condemnatorum pecuniam, quæ ab his iudicio petitur, & ante sententiam pure debuerint (nec enim † ab eis aliter
2 peti potuisset, l. cedere diem, 213. D. de verbor. sign.) & nunc multo magis debeant post condemnationem: tamen quia id cum aliquo temporis temperamento accipiendum est, nec enim † cum sacco adire de-
3 bent parati, l. quod dicimus, 105. D. de solutionib. l. si domus, 71. § in pecunia, D. de leg. 1. eis, item † & con-
4 fessis certum tempus constitutum est absoluendum, intra quod cum his iudicati agi non possit, quod appellatur *tempus iudicati*: vel quia iudicatis detur, vel

Antonij Pichardi Pract. Institut.

potuit quod detur indicato faciendo, vt ex hac, l. 2. cum aliis initio adductis deprehendes, quod cum humanitatis † gratia indultum sit, l. debitori, 21. D. de 5
iud. neque obligationem suspendit, nec compensationem impedit, l. si cum militi, 16. §. fin. D. de compensation. † Hoc, quodnam initio constitutum esset in 6
pandectis non aperitur, expresse tamen apud Gellium, lib. 20. noct. Att. c. 1. apud quem veteris cuiusdam legis 12. tabular. fragmentum hinc de re hisce verbis refertur *Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto*, quam legem, & testituunt, & explicant Balduinus ad leges 12. tabularum, c. 46. Ludou. Charondas ad easdem. §. 62. & fol. 179. Ant. Augustin. ad easdem leges, §. 38. pag. 184. Iacob Cuiac. lib. 3. obseruat. c. 39. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 27. & 28. Ant. Quintana dueñas, tit. 6. num. 35. & plures alij, quos commemorat posteriorem legis partem exornans multis, Gaspar Baezius de inope debitore, cap. 1. ex num. 58. *iustos dies*, † vocabant (inquit Cecilius apud 7
Gellium, d. c. 1.) velut quoddam institium, siue iuris inser eos, quasi interstitionem quandam; & cessationem, vt his diebus nihil, cum iudicatis agi posset, quam interpretationem, etsi à doctis vitiis non probatam referat nonellus, in h. l. 2. quibus ipse accedit, ab ea tamen parum discrepat docent instos dies, in l. dici, qui iure habeantur, cum enim ante eam legem, aut nulla esset dilatio reis condemnatis, aut si esset ea daretur arbitrio magistratuum, quam ipsi condemnati eam sibi iure suo defendere non possent illa. 12. tabularum lex postea constituit, vt deinceps, si dies eo iusti essent, id est, etsi à magistratibus dati non essent, non minus tamen eos condemnati possent iure, sibi defendi, quam si in diem obligatio ab initio esset constituta.

Hoc triginta dierum tempus Romani postea du- 8
plicarunt, duos enim menses indicatis dederunt, quod quamuis iure pandectarum inductum asserat Accurs. glossa verbo, *tempus*, in h. l. 2. & verbo, *duos menses*, in d. l. debitoribus, & verbo, *tempore*, in l. eum proponas, 9. C. de bon. auth. iudic. possi. l. ductus authoritate d. l. debitoribus, ibi; *Eaque si intra duos menses non soluerint, vendantur*, cuius opinionem sequuntur Panlos, in l. 1. nu. 1. C. de vsur. rei iud. Cinus, in l. 1. nu. 8. C. de dilationibus. Verius est illo iure indefinite id tempus appellari, vel iudicari, vel constitutum tempus, hancque duorum mensium dilationem nouiter à Gratiano, Valentiniano, & Theodosio fuisse inductam, vt constat ex l. 1. C. de vsur. rei iud. in Cod. Theodosiano, quam Iustinianus Imp. ad extremum, ad quatuor menses extendit, indecim has non solum reis condemnatis, sed & eorum fideiussoribus impartitus, in l. 2. & l. fin. fin princ. & §. fin. C. de vsur. rei indic. quæ & iure Canonico admissa sunt, in c. quærenti, 26. de officio deleg. c. quoad consultationem 15. de re ind. explicat Horoscius, in l. si adrogator, nu. 98. de adoptionibus, Quamuis † ex generali consuetudine, cuius meminit 9
Accurs. in d. l. si debitori, 21. verbo, *indultum*, D. de iudiciis, ad decendium redigantur, probat, & exornat Greg. Lopez, in d. l. 7. verbo, *fassa diez dias*, tit. 3. par. 3. quod & Hispano septem partito iure nominatim cauetur, in l. 5. tit. 27. par. 3.

Plane tex. in d. leg. debitoribus Accursio asserenti 10
de iure Pandectarum indicatis bimestre indulgeri, non adstipulatur, non enim loquitur de tempore dato ad iudicatum faciendum, sed de eo, quod datur ad vendenda pignora, quæ tunc demum capi possunt, cum iam lapsum est tempus constitutum ad soluendum. Quam interpretationem subodorasse videtur, idem Accurs. parum sibi constans, ibidem glo. fin. & probat expresse Bar. & Fulgos. ibidem, & in d. l. cum proponas, nu. 4. Boerius, decis. 45. Iacob. Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 39. Quintana dueñas, lib. 1. de iurisdictione, tit. 5. num. 36.

11 Quæ omnia intelligas velim, cum reus actione personali conuentus condemnatus est. Si vero actione reali, alio iure vtimur: debet enim statim parere iudicato, text. in §. sed etsi in rem. Inst. de officio iudicis, cui constat tex. in d.l.5. versic. *E si por auentura*, tit.27. par.3. & rem statim tradere si eius restituendæ facultatem habet, ex d. iuribus, & l. qui restituere, 68. D. de rei vind. l.20. ibi: *Que gela tuelga*, tit.2. l.19. ibi, *que gela tuelga*, tit.13. l.2. tit.27. par.3. quod si iustam causam alleget, cur non possit restituere, datur ei tempus arbitrio iudicis, quam differentiam inter reales, & personales actiones obseruant glos. Bar. & omnes vbique Iaso, num.13. in d.l. debitoribus Alex. nu.4. Ripa, n.12. in hac l.2. Menoch. lib.1. de arbit. casu 27. & nominatim, d.l.5. ibi; *Al plazo que el iuzgador tuuiesse por guisado.* tit. 27. par.3.

12 Hoc tamen iudicati tempus, quia accedere sæpe potest, vt sit longius iusto, interdum etiam, vt sit breuius, an omnino à iudice seruandum sit, quæritur ab Vlp. in h.l.2. cuius in ea re quæstione ea est sententia. Posse iudicem tempus iudicati constitutum non seruare, iusta tamen existente causa, eamque ex negotij qualitate, aut quantitate, aut personarum conditione æstimandam, quod idem deducitur, ex d.l.4. §. si quis condemnatus, inf. eodem, l. veluti, 7. §.1. D. de edendo, l. interdum, 36. D. de iud. c. quoad consultationem, 15. de re iud. idque generali consuetudine seruari testatur Zasius hic. num.3.

13 Nec obstat noster idem tex. in versic. *sed perraro*, in quo contrariam sententiam scribi, & correctionem eius quod in 1. par. dictum fuerat tradi plures existimarunt, colligi enim ex eo videtur, regulariter non licere iudici tempus à lege concessum restringere, nisi ex magna causa, vt prius I.C. expresserat. Quoniam omissa Bart. nostri existimatione, qui putauit, primam nostri tex. partem loqui de iudice iudicante, secundam de iudice exequente, quem sequuntur Paul. Imol. & Alexan. in h.l.2. num.2. Conuincitur tamen ex illis verbis, *qui pro Tribunali cognoscit*, quibus describitur magistratus, & is, qui iuridicundo præest,
14 (erat † enim tribunal locus sublimis in quo sedebant Magistratus P.R. cum ius reddebant, dictus *à tribubus*, vel quo ex hoc loco magistratus iure reddere tribus, idest, Pop. Roman. vel quod tribus ipsæ, idest, populus inde per magistratum, qui populi personam sustinet, ius redderent, qui locus solis magistratibus iura reddentibus fuit destinatus. Vnde hæc vox, *pro † tribunali sedere cognoscere*, nihil aliud declarat, quam magistratum esse, & præesse iuridicundo, de quo plura Budeus, in adnotationibus, ad l. 1. D. de rei iud. Brison. lib.18. de verb. sign. verbo, *tribunal.*) Quid autem tribus, quoque ab initio, & postea fuerint in vrbe Roma. & quare sic dicti copiose post alios scribit Ioan. Rosinus, lib.6. antiquit. Roman. cap.15. & sententias exequitur, leg. à Diuo Pio. 15. in princ. inf. eodem, inferiores alij iudices, penes quos iudicandi munus residebat, qui non pro tribunali sedebant, sed ad pedes magistratuum in ima subsellij parte; vnde pedanei dicebantur, Brisonius, lib. 14. verbo, *pedaneus.*

16 Dicendum est, ex paritate rationis in vtroque iudice, tam in iudicante, quam in exequente Vlpiani sententiam admittendam. Nec obstat vers. *sed perraro*, cuius ea est interpretatio. Posse iudicem, & arctare, & prorogare iudicati tempus in omnibus regulariter causis, in quibus qualitas, & obsequium condemnati, id patiatur. Quasdam tamen esse, quæ excipiuntur in quibus *perraro*, id est, *fere nunquam*, intra statutum tempus sententiæ exequuntur, veluti si alimenta constituantur, vel minori 25. annis subueniatur.

17 Ratio in promptu. In alimentorum petitione arctatur tempus, qui in his mora periculum allatura est, quippe sine alimentis viui non potest. Differenda autem res non est, quæ sine periculo non potest differri, l. de pupillo; 5. §. siquis viuos, D. de oper. nou. nunc. quem in pulchro casu notat Bar. in l.1. nu.5. D. de officio eius. Melior † textus, in l. siquis filio exhæredato, 18
6. § hi autem omnes ibi; *Nisi forte latro manifestus sit, vel seditio prærupta, factioque cruenta, aliaque iusta causa, quam mox præses litteris excusauerit, mora non recipiat, non pœna festinatione, sed praueniendi periculi causa, tunc enim punire permittitur, deinde scribere.* D. de iniusto rupto, quem bene explicat idem Bart. d. nu.5. Bartholom. Cepola, cautela 2. nu.1. & addes, l.16. & ibi Greg. gl. 1. tit. 23. par.3.

Vnde, & de alimentis summarie tractandum est, l. 19
1. §. Iulianus, l. siquis à liberis, 5. §. si vel parens, D. de lib. agnosc. exornant & explicant Molina, lib. 2. de Hisp. primogeniis, c.7. n.63. Lara de Cordona, in d. § si vel parens, nu.1. qui infinitos alios adducit. Fallitur tamen, dum existimat conclusionem hanc non probari in d. §. si vel parens, neque in d. §. Iulianus. Quoniam etsi in eis iuribus non dicatur causam alimentorum, sed filiationis summarie tractandam, si filiationis causatam, quam præiudicialis ad causam alimentorum summarie tractanda est. Ergo multo magis summaria erit alimentorum causa, ex reg. authen. multo magis, C. de sacr. sanct. Eccl. in alimentorum causis dilationes longè minores concedendæ, vt in h. l.2. notauit per eam Bart. num.5. Abbas, numer. 7. in cap.1. de dilationibus, Menoch. de arbit. casu 51. num. 12. & cum aliis Cordona, in d. §. si vel parens, nu.17. Petr. Surd. tract. de alimentis, tit. 8. priuilegio 2. ex num.1. maximè, num.6. Molina, lib. 2. de Hisp. primog. c.15. num.75. & induces bonam legem Regiam 6. ibi; *De su oficio deue saber si es su fiio de aquel por cuyo se razona, o non. E si fallasse que es su fiio, deue mandar al otro que lo crie, y lo prouea*, tit. 19. par.4. tractarique etiam possint diebus feriatis, non solum vindemiarum, & messium, verum etiam in iusticiis, & festiuitatibus in honorem Dei, Sanctorum, & Principis, l.2. D. de feriis, gl. in c. fin. extra eodem, Bart. in l. filiusfam. nu.5. D. de donationibus, Tiraquelus, de priuilegiis piæ causæ, priuilegio 156. in fin. Couarr. in 4.2. par. c.8. §.6. num.6. Lara de Cordona, vbi sup. nu. 5.6. & 7. & cum multis Petrus Surdus, vbi supra ex num.7. & probat l. 35. tit. 2. part.3. dum tamen, & à paupere petantur præsentia, siue futura, non si à diuite, aut ratione præteritorum alimentorum causa agitetur, vt in præcitatis locis animaduertunt Surdus, & alij.

Alter casus, in quo iudicati tempus aduersario ex 20
sententia Vlp. in h.l.2. arctatur, est causa minorum; quorum persona meretur præcipuum fauorem, vt & eorum restitutio, & moræ definitio, quam in eorum persona ex re ipsa fieri receptum est, facilè declarant soti tituli, de minoribus, D. & C. & nominatim in l. minorum, † 3. C. in quibus cau. in integr. restit. non 21
est necess. quam docte, & vtiliter explicat, & exornat F. Muñoz de Escobar, lib. de ratiociniis, cap.15. ex num.32. & nos multa disputatione de mora, num. 38. cum seq. & iterum de minorum restitutionibus, earumque priuilegiis, in §. extraneis, ex nu.17. Inst. de hæred. qualit. in §. extraneis, ex numer. 27. ad num.73. Inst. de hæred. qual. Humanum est, reo dilationem dare, vt num.1. supr. insinuauimus: sed humanius minoribus consulere qui propter infirmitatem ætatis sibi prospicere, & res suas recte agere non possunt, l.1. D. de minorib.

Regulariter igitur semper iustum tempus reo ser- 22
uandum est, nisi quæ iusta causa afferatur cur coarctetur, duas nominatim ab Vlp. in h.l.2. expressas audiuimus, & exornauimus iam, alias insinuat in illis verbis. *Pro causæ qualitate, & quantitate, vel personarum obsequio, vel contumacia*, ex quibus constat indignos reos audiendos non esse, eos namque ius pœna afficit,

vt

vt dignos præmio, l. 1. D. de iust. & iur. Cuius generis est ille, qui aut conuenitur ex maleficio, & dolo suo, aut contumax est. Altera causa, si reus rei præstandæ quæ petitur facultatem habet, aut summam pecuniæ facile poterit expedire pro facultatibus; aut si cum ea vtilitas publica coniuncta erit. Quæ omnia, cum certa non possint regula definiri, l. omnis definitio, 203. D. de regul. iur. iudicantis religioni erit relinquendum, ex reg. d.l.1. in fin. D. de iure delib. & diximus, sup. n. 27. §. 3. Quod hic præter alios Donellus accuratius explicuit.

23 Verum vehementer his eiusdem Vlpiani sententia videtur obstare, in d.l. 4. §. siquis condemnatus, ibi; *Sed siquidem minorem diem statuerit iudex tempore legitimo, repletur ex lege, quod sententiæ iudicis deest*, inf. eodem, ex quibus generaliter docemur sine distinctione, iudicem statutum tempus seruare debere, si minorem diem statuerit, ex lege supplendum esse, Accurs. vt nodum dissoluat. in h.l. 2. vers. *coarctat*, existimat speciali reorum fauore procedere decisionem, d. §. si quis condemnatus, argu. l. fauorabiliores. 168. D. de reg. iur. l. Arrianus, 16. D. de oblig. & act. Sed conuincitur manifeste ea interpretatio, ex h. nostra, l.2. vbi & coarctatio, & prorogatio indistinctè à pari procedunt. Vndè communiter omnes Accurs. reprobant. teste Abb. in dict. cap. quo ad consultationem, num.19. Iaso in eadem, l.2. num.20. Ripa nu.10. Zasi,
24 in d. §. siquis condemnatus num.8. † Quare secundo idem Accurs. eodem verbo, *coarctat*, & d. §, siquis condemnatus, verbo, *minorem*, docet ex iusta causa posse iudicem tempus legale minuere, sicque h.l. 2. intelligendam, illa cessante non posse, eoque casu, quod sententiæ deest, ex lege suppleri, d. §. siquis condemnatus, Accurs. sequuntur Bar. num.7. Paulus, num.2. in d. §.2. Iaso, Ripa, & Zasius, in d. §. siquis condemnatus, Abb. in cap.1. de dilationibus, nu.4. Felin. in cap. cum sit Romana, num.13. de appellation. Hæc tamen solutio admitti non potest, quoniam vt rectè in eadem, l.2. pag.2. in fin. Donellus aduertit, iudex impune, & sine fraude, aut iniuria tempus iudicati non seruat, iusta tamen interueniente causa alias eius coarctatio non valet. Ergo cum in d. §. si quis condemnatus valuerit prorogatio ab eodem facta, vt constat ex versic. *sin autem*, iustam causam, vtroque casu supponi necessarium est. † In eandem interpreta-
25 tionem incidit, alia, quam scripsit Abbas, in c. prudentiam, nu.5. de off. deleg. Felin. in c. super his, de maior. & ob. d. Quippe tempus iudicatis in sententia assignatum, & præfixum in fauorem eorum, qui condemnantur dari, d.l. intra dies, 7. ibi; *Quia constitutorum, dierum spatium pro iudicato non contra indicatum per legem constitutum est*, inf. eodem. Vnde iudex sine causa non poterit illud coarctare, & si de facto illud coarctauerit tex. illud supplet. Prorogare tamen illud poterit reorum fauore, etiam sine causa. Quomodo (aiunt ipsi) accipiendus est text. in dict. §. siquis condemnatus. Vndè inferebant, quod si tempus non in fauorem, sed in odium adsignatum esset, versa vice valeret coarctatio, non prorogatio, sine causa. c. oblatæ, 57. iuncto. c. cum sit Romana. 5. in princ. de appellationibus. Sed quod attinet ad hæc iura, in d.l.2. & in d. §, siquis condemnatus, facile ea interpretatio reiicitur: siquidem ex iam animaduersis constat vtroque casu, & in coarctatione, & in prorogatione iustam causam interuenire debere.

Quare ex sententia Duareni, in d. l. 2. dicendum
26 est, eam legem intelligendam de magistratibus P. R. velnti Prætoribus Vrbanis, Præsidibus, aut Proconsulibus Prouinciarum, qui pro tribunali cognoscunt (ad quos priora verba eiusdem legis referuntur) & sententias iudicum à se datorum exequuntur, l. à Diuo Pio. 15. in princ. inf. eod. vbi audiemus: qui iudicati tempus non tenentur seruare, sed possunt ex iusta causa minuere, vel prorogare, tex. vero, in d. l. si quis condemnatus, de iudice dato intelligendum, vt eius sæpe repetita mentio insinuat, ibi: *statuerit index*, & ibi: *quod sententiæ iudicis deest*, & ibi: *iudex præstitit* qui extendere, vel minuere iudicati tempus non potest, nec iubere, vt sententia sua intra certum tempus exequatur, vel ante non exequatur; nec legem imponere superiori magistratui, ad quem eiusdem 27
sententiæ pertinet executio. Nec † quod ibi, *de termino* dicitur ad restrictionem legalis, & temporis iudicati faciendi referendum est, sed ad terminum concessum à iudice in sua sententia, ad soluendum, vel faciendum id de quo reus condemnatus fuit, qui dicitur pars sententiæ, & terminus condemnationis, vel iudicialis potius, quam executionis, & legalis, vt constat ex eodem textu in principio. Vbi I.C. dubitat, an terminus legalis computetur à tempore sententiæ, vel ex eo quo dies statutus præteriit: terminus † enim 28
statutus in sententia facit condemnatum in diem debere, & ideo ante diem non potest obiici eius debiti compensatio. l. quod in diem. 6. D. de compensationibus, cuius contrarium decisum est in termino legali ad executionem dato, l. si cum militi. 16. §. cum intra, illo titulo, de compensationibus; terminum ergo iudicialem iudex datus constituere potest, per quod tempus legale non restringitur, sed repletur, ex lege quod sententiæ iudicis deest, etsi ampliorem numerum dierum iudex complexus fuerit, computabitur reo, & legitimum tempus, & quod supra id iudex statuit.

Ex qua interpretatione infero Hugonem Donel- 29
lum, in d. §. siquis condemnatus, eiusdem textus sententiam non percepisse, dum quod ibi de statuto die Vlpianus ait, de termino à lege statuto interpretatur, quod iudicati tempus appellari admonuimus. Conuincitur enim expresse ex illis verbis: *Siquis condemnatus sit, vt intra certos dies soluat, vnde ei tempus ad iudicati actionem computamus vtrum ex quo sententia prolata est, an vero ex quo dies statutus præterierit?* Manet ergo Vlp. ibi non de tempore iudicati, de quo in h. l.2. sed de tempore iudiciali in sententia expresso loqui.

Superest adhuc, & alter scrupulus aduersus hanc 30
Vlpiani sententiam, quæ iudici eam tribuit potestatem, vt legitimum hoc iudicati tempus, & coarctare, & minuere possit, iudicem omnes terminos legales sequi, & obseruare debere, l. nemo. 3. auth. ei qui. C. de temp. appell. l. superuacua. 7. C. de temp. in integ. rest. l. adulter. 5. D. de adulter. adeo, vt neque partium consensu possint immutari, vt post alios resoluit Alex. consil.24. num.9. volum.2. vnde neque iusta interueniente causa posse eos iudicem mutare ex communi resoluit Tiraquel. lib. 1. de retract. §.8. glos.2. num. 14. Did. Perez, in l.1. tit.8. lib.3. ord. glos. *bastas nueue dias*, ergo, & id in h. leg 2. & in dict. §. siquis condemnatus obseruandum fuit.

Contrariam tamen sententiam docuit Accurs. in authentico de exhibendis reis. § sancimus, verbo, *hoc est*, Bart. hic, num. 4. Alexand. num. 5. Castrensis in l. interdum. D. de iudiciis Vincentius in h.l.2. num. 15. idem Alex. in rub. D. de success. edict. Abb. Felinus, & Decius in cap. cum sit Roman. 5. de appellationibus, quibus primo fauet h.l.2. generalitas, ex qua satis cōstat, etiam legalem terminum iudicem posse mutare Deinde inducitur, tempus triginta annorum datum ad agendum. l. sicut, 3. l. omnes, 4. l. cum notissimi. 7. leg. si quis emptionis. 8. Cod. de præscriptione 30. vel 40. annor. princip. Instit. de perpetuis, & temp. act. posse iudicem ex causa minuere l. Titia, 18. D. de accusat. l. diffamari, 5. C. de ingenuis, & manum. Cui consonat l.46. vers. *e la vna de ellas es*, tit.2. part.3. vbi vtiliter explicat Gregor. Bart. in l.1. §. huius autem. D. vti poss. Matthæus de Afflictis, decis. Neapolitana, 268. & qui Hispanum, libellum in casu eius legis, scri-

 psit

pſit Gundiſ. de Paz, in praxi, 5.tom. cap.9.§.1.per totum, viterius: quadriennium conſtitutum ad petendam reſtitutionem.d. l. ſuperuacuam, poſſe ex cauſa extendi, l.intra vtile, 40. D.de minoribus, leg. petenda,6.C.de tempin integr.reſtitut.Prætetea, licet hæres vſque ad triginta annos, poſſit hæreditatem adire,l.licet, 8. vbi Accurſ.& omnes,Codic. de iur.deliberan.exornat cum multis noſter vidac. Spino in ſpeculo teſtamentorum,gloſſ.33. principali, ex num.53. petentibus tamen creditoribus legatarijs, poteſt iudex ſtatuere tempus hæredi, intra quod adeat, leg.ſi quis inſtituatur,23.§.ſed ſi bonorum.D. de hæred. inſtit.leg.fin.§.1. C.de iure deliberandi. denique, licet ad opponendas dilatorias exceptiones tempus à lege ſit conſtitutum, l.ita demum, 13. C. de procurator.ib. Exceptionem, 19.C.de probationibus,l.9.tit.3.part.3. Ordinatio Luſitanorum,lib.3.tit.37.§.1.exornat Gondiſ.de Paz in praxi, 1.part.tom.5.tempore ex num.14. ex cauſa tamen poteſt iudex illud, vel coactare, vel prorogare, cap.paſtoralis,4.de except.

31 Pugnant igitur, & iuris vtriuſque authores, & interpretes in ea quæſtione, adeò, vt & ſi numero pugnes, vltra earum communior ſit,vix intelligas, quod & in hl.1.quaren.vidit, res tamen diſtinctionis fœdere componenda eſt. Namque ſi legales termini, cum expreſſo, vel tacito hominis miniſterio concedantur, poſſunt ab eodem homine coactari, & ampliari iuſta interueniente cauſa, quomodo poſterior hæc opinio probatur. Si vero ſimpliciter,& ſine iudicis miniſterio, non poſſit iuxta primam ſententiam, num.17.ſupra relatam quomodo rem diſſoluunt.Bald. qui hanc meram veritatem eſſe dicit, in Authent. iubemus, C.de iudiciis, & alij relati à Ripa,nu.15.in h. l.2.Menoch.lib.2.de arbitrio,caſu 52.nu.5.

32 Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ diſputant hic Bart.nu. 4.Alexand.nu.7.Ripa,nu.26.Menoch.d.caſu 52.nu.9. quæ in ſumma cum ex perſonarum,cauſæ & temporis conditione oriantur,iudicis arbitrio, & religioni relinquuntur.

33 His denique addenda eſt l.1.tit.5.lib.4 nouæ Recopil.& l.1.& tit.6 eiuſdem libri, illa enim nominatim eauetur,quod etſi primæ citationis ſtatutus ſit legitimus octoginta, vel centum viginti dierum terminus, ſi tamen perſonarum cauſæ, & temporis, ſiue diſtantiæ locorum, ſiue regionis qualitas illum, vel coactari, vel prorogari ſoadeat id iudices iubere poterunt. Idem, & in probationum termino, vt poſſet ex cauſa minui,poſterior lex ſtatuit,iuxta quam multam propoſito eiſdem in locis obſeruat Alphonſ. de Azeuedo,& in optimo,& practicabili caſu Ioan.Parladorius lib.2.rerum quotid.cap. fin.§.part.§.10.n.10. & num.23 quamuis Bart.in h.l.2.quem Alexan.ſequitur,nu.5.Vincen.nu.17.Abb.nu.10.Felin.num.1.Anton.nu.12.Dec.n.13 in d.capit.cum ſit Romana,vtroque caſu dilationes in arbitrio iudicis eſſe exiſtiment, quod rationi eſt ſatis conſonum, cum multa accidere poſſint, propter quæ coactari, vel prorogati expediat,à qua ſententia non multum diſcrepat Rob.Maranta omnino videndus, in praxi, 6.p.tit.de dilatione, num. 16.

De poteſtate condemnandi, & abſoluendi, de iudicibus datis, & interpretatione l. qui damnare, 3. l.ait Prætor, 5. in principio,l à Diuo Pio.15.in principio,l. quidam conſulebant, 57. cum aliis, D. de re iud. §.7.

SVMMARIA.

1 *Iudex datus, qui damnare poteſt, an & abſoluere poſſit,& ex num.16.& nu.20.*

2 *Iudices dati,qualis eorum poteſtas, ſorte electi, non inuitis litigantibus dati, & multa l. C.loca animaduerſa,& num. ſeq. & iterum ex nu.6.*

4 *Iudices dati pro delegatis à legum Partiarum conditoribus male accepti.*

5 *Decuriones à conſilio ciuitatis iudices dati, an recuſari poſſint? & l.1.tit.16.l.7.tit.18.lib.4.nouæ Recopilat. explicata.*

7 *Iudicia ordinaria alia,alia extraordinaria.*

9 *L.qui iuriſdictioni, 10.D.de iuriſd. omn. iud. & l. in primatij, 77. D.de iud.*

10 *L.2.C.de pedaneis iudicibus.*

11 *L. Prætor.5 in prine. D. de re iud.*

12.*L.cum fideicommiſſum, 7. D.de confeſſis.*

13 *L.cum Papinianus,13.C. de ſent.& interlocut.omn. iudicum.*

14 *Iudices arbitri, qui,& Prætoris formula in iudiciis bonæ fidei, & fiducia.*

15 *Iudices recuperatores,qui,& quibus rebus dati.*

16 *L.qui damnare poteſt, 3.D.de re ind.*

17 *L. nemo,38.D. de regul.iur. cum multis aliis de iudicibus datis.*

18 *Iudex, qui damnare non poteſt,an abſoluere poſſit? 19.C.per hoc,17.de bazet. lib.6.*

REm iudicatam illam eſſe, quæ pronunciatione iudicis controuerſiarum finem accepit condemnatione, vel abſolutione, docuit Modeſtinus, in l.1. ſupt. h.t. ſublatenter inſinuans,non alias ſententiam valere, quam ſi is, qui eam tulit iudicandi habeat poteſtatem (adnotauimus nos iam ſup.§.2.numer.6.) quam non habet plenam, niſi qui & damnandi, & abſoluendi iure fungitur. Hoc an eo ipſo, quis habeat,quod damnare poteſt, dubitat Iul.Paulus, in h.l. 3.Dubitandi ratio ex formula, quia iudex datus ſoit naſci potuit: Finge ſic datum. *Gallus Aquilius iudex eſto, ſi paret Sempronium centum mutua dare oportere eum condemnato.* An is, qui ita iudex datus eſt poſſit Sempronium abſoluere, ſi pateat nihil eum debere: reſpondet Paulus poſſe, quia poteſtatem damnandi (ſic legiunt in Florentinis) ſiue condemnandi) ſic in vulgatis Codicibus) habet,is abſoluendi quoque poteſtatem habet. hæc dubitandi, hæc decidendi ratio, hæc huius,l. 3.ſententia. 1

Sed vt eam, infinitaque alia iuris Ciuilis loca, in quibus datorum iudicum mentio fit, penitus intelligas, in primis meminiſſe iuuabit, Prætores, alioſque magiſtratus, qui iuridicundo olim Romæ præerant, variis impeditos negotiis priuatas cauſas non indicaſſe: ſed iudices ex ſelectorum turba litigantibus petentibus dare conſueuiſſe, intra formulæ tamen præſcriptæ cancellos, ita concluſos, vt neque tranſuerſus vnguem ab ea recederent. Iuriſdictionem enim non habebant, ſed tantum notionem, & iudicandi, cognoſcendique facultatem iuxta formulam illam à Prætore præſcriptam. Huc reſpicit,l.1. ibi,*iudices litigantibus dare*, l.imperium 3.ibi; *iudicij dandi licentia*, D.de iuriſdict.omn.iudic,d.l. ait Prætor,5. in principio,l.à Diuo Pio,15. in principio,l.quidam,57. verſic. *ſed eiſi forte*, inſt. hoc tit. text. in principio, verſic. *ideoque*, Inſt.de officio iudicis. †Iudices hi non inuitis dabantur, ſed partium conſenſu, aut ſorte eligebantur. Sed ſorte electi ſtatim reiici, & recuſari poſt ſortitionem poterant, vt colligitur ex eleganti Plinij loco,in panegyrico ad Traianum. *Sors* (inquit) *& vrna iudicem aſſignat, licet reiicere, licet exclamare hunc nolo*, partium conſenſu electi non poterant,iuxta quæ intelliges tex. in d.l. quidam 57. verſic. *ſed eiſi forte*, inſ. eodem,l.2.§.ſi index. l.obſeruandum 47.l.ſi in iudiciis,8o. D.de iudiciis. Horum itaque iudicum, quorum operam dirimendis priuatorum controuerſiis ſumenda foit, nomina albo quodam fuiſſe contenta cognoſcimus, ex Seneca, lib. 3. de beneficiis, 2

Gellio,lib.14. noct. Atticar. cap. 2. ex quo electum, edumque iudicem, ſibi litigatores poſtulabant, cum ex eorum conſenſu dabatur, niſi forte fieret electio, quoniam vt Cicero pro Cluentio ait; *Neminem voluerunt Romani,non modo de æſtimatione cuiuſquam,ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem,niſi qui inter aduerſarios conueniſſet*, dicta lege ſi in iudicio, 8o. D. de iudiciis, lege ex conſenſu 23.D. de appellat.is tamen iudex, quem nominatim altera pars peteret dari non poterat,lege Iuſianus, 16. dicta lege obſeruandum,47.D.de iudiciis, & cum inter vtrumque litigatorem de iudice conuenerat, ex conuentione iudicem litigatoribus addicere Prætor dicebatur, lege iudex datus, quadrageſimo ſexto. D.de iudiciis.

4 Planè quamuis ſeptem partiti iuris conditores rem hanc è media antiquitate repetitam, ſuorum temporum iniuria non fuerint aſſecuti,idem tamen ius ſcripſerunt, in l. 20.tit.4.part. 3.licet quod de iudicibus datis Iure Conſulti ſcribunt in delegatis accipiunt, quorum longe diuerſam naturam eſſe audiemus ad l. à diuo Pio, in principio, infr.eodem, lex Regni. *Eſtan delante el Rey ambas las partes à las vegadas, e pidiente merced que les de algun Juez delegado que les oya,e libre el pleyto, e la contienda que han entre ſi,e à las vegadas la vna parte à tan ſolamente.E por ende dezimos que quando ambas las partes lo pidieran,que deue el Rey guardar,o aquel quelo diere, que les de tal ome para ello que plega con el tan bien à la vnaparte como à la otra, &c.*

5 ex qua obſeruatione ſoleo ego deducere diſſolutionem quotidianæ apud forenſes quæſtionis, quippè an in caſibus, in quibus ad Ciuitatis necutiones cauſæ per appellationem deferuntur, vel ex eis duo iudices ordinario recuſato adiunguntur,iuxta l.1.verſic. *Y en los pleytos criminales*,tit.16.*de las recuſaciones*,& l.7.tit.18.*de las apelaciones*,lib.4.nouæ Recopilat. poſſunt duo iſti iudices à ciuitatis concilio dati recuſari, quam nouiſſime ad partes diſputat Bouadilla, libr. 3. cap.8.ex num.121.& quamuis ipſe,eodem in loco,ſub nu.125. taxet opinionem, & ſententiam Alphonſi de Azeuedo,in additionibus ad Curiam Piſanam, lib.4. cap.6.nu.68. exiſtimantis ab appellante eos non poſſe recuſari, bene tamen ab appellato: huius ego ſententiam noua conſideratione, ex his quæ iuxta iudices datos ſupra reſolnimus, magis probo, nempe ſemel approbatos necutiones, niſi ex noua cauſa non poſſe recuſari, ſunt autem omnes de Concilio approbati: quorum ſi aliquos habeas ſuſpectos, ne vel electione, vel ſorte ei iudices dentur, in primis ſupplici libello appellationis eos reiucere oportet, ſed iam ex diuerticulo ad viam redeamus.

6 Superiores igitur magiſtratus (vt nu. 2. infinuauimus) in iudiciis ordinariis non iudicabant, ſed ius dicebant,quæ diuerſa ſunt, l.4.D. de interrog. actio. l. quidam 57. verſiculo *proinde*,infr.eod.tit.C ne quis in ſua cauſa iudicet, aut ius ſib. dicat. *Ius dicere* eſt *iudicium componere*, iuxta formam traditam à Theophilo,in princ.Inſt.de interdictis, actionem concedere, l.2.n.quod cum eo, l. ſi finita, 75.§. eleganter, D.de damn.infect.l.1. C.de for.ſubla.iudices dare,l.1.l.3.D. de iuriſdict. omn. indic. adnertunt infra citandi, & Duarenus,in Apologia de iuriſdictione, & imperio, Corraſius,lib.3.miſc.c. 18. Reuard. Pro tribunalium, c.11.& lib.1. de præiudiciis, c.4.

Vndè iam colligitur extraordinaria iudicia fuiſſe 7 illa,in quibus prætores iudices non dabant, ſed cognoſcebant,l.1.§.medicorum,& tot.tit.D.de variis, & extraordin.cog. explicant iam citati Briſon. & Hotoman.de verb.s, iuris, verb. *extraordinaria iudicia*, id initio naſcentis Reipublicæ, quo tempore duo tantum Prætores in vrbe erant, Poſtea autem ad octodecim Prætoribus auctis,l.2.§.deinde, & §.capta, D.de orig.iur.Roſino, lib.7. cap. 11.negotia etiam pro in-

iuncto munere iudicabant quomodo intelliges,l. Titia 35.D.de auro,& argent.legato. Vbi Prætor fideicommiſſarius ſententiam pronunciauit. Intelliges,& infinita alia iura, quæ nominatim adducunt F. Hotoman.& B.Briſon.verbo iudex datus, quæ tranſcribere eſſet otioſum. Formam autem † dandi iudicis ex probatiſſimis antboribus, & pluribus Iuris Conſultorum locis, adducunt Duarenus, ad tit. de iuriſdict.omn.iudic.cap.2.& in l.iuriſgentium,7.§.*Et ideo*, verſic.*actionem dandam*, D.de pactis, & in l.2.& in l. 3 huius tituli,& lib.1.diſput. animaduerſarū,cap.51. cap.53.Ioan.Gorraſius,lib.3. miſc.cap. 18. pleniſſimè Anton.Cotrea Saſius Luſitanus Doctus, & diligens, in commentariis ad titul. 1.lib.5.ordin. Portug.nu.49. & ſequentibus,Coſtanus,lib. 1.quæſt.iuris,cap.9.n.3. & qui antiquiores refert Ant.Alciatus,lib.2.paradox. cap.5.Couatruu.in reg.poſſeſſor.2. par.§.6. num.4. & neminem referens Ant. Quintana Ducnas, lib.1. de iuriſd.& imperio tit.5.ex nn.14. Pet.Auguſtinus Morla, in emporio,1.par.tit.2. de iuriſdict. omn. iud.q. 1. ex nu.83.Briſonius,lib 5.de form. p.464. Cuiac.tract. 5.ad Africanum, ad fin. doctiſſim. Præceptor noſter Gab.Hentiquez,in comm.ad d.l.à Diuo Pio, in pr. ex nu.19.plura iura inde interpretari, ſed præcipue † tex 9 in l.qui iuriſd.10.D.de iuriſd.omn.iud. & in l.ptinatis 77. D. de iud. quarum legum deciſiones iure Regio Hiſpano omni ex parte ſunt ſublatæ, per leg. 9. verſ. *E tal pleyto como eſte*,tit.4.p.3 ex qua id Greg.ibi notat nullis in cauſis patrem filium, aut filium patrem iudicem habere poſſe.

Item & text.in l.2.C.de pedaneis iudicibus, cuius 10 verba: *De iis cauſis,in quibus quod ipſi non poſſent cognoſcere,antehac pedaneos iudices dabant*, ma'e Accurſ. Bart.& antiquiores ad facti impedimentum referunt; natus error ex huius antiquitatis ignoratione, ex qua conſtat in eiuſmodi cauſis, quia iudices dare debebant eos cognoſcere non poſſe. Denique † tex. in l. 11 ait Prætor.5. in prin.inf.eodem, quam bene ibi hodie accipiunt Duarenus, & Donellus, cum tamen antiquiores interpretes aſſequi non potuerint. ad quem iudicem referatur illa Vlpiani nota (*melius diuiſſet, cuius de ea re notio eſt*) quæ ex ſuperioribus ad datos iudices referenda conſtat,Io. Roſinus,lib. 9. antiq. c. 18. & c.20.

Illud vero antequam hinc abeamus memineris, 12 quod pauci aduertunt, non omnes hos iudices eadem formula, atque poteſtate dati conſueuiſſe. Namque in actionibus ſtrictis nihil iudicis arbitrarui permittebatur,ſed ſtrictim formula obſeruabatur, cuius rei elegans exemplum eſt, in l.cum fidei commiſſum, 7. D.de confeſſis, vbi arbiter ad reſtituendum fideicommiſſum datus, ſi comperiat fideicommiſſum non deberi,quia relictum non fuerat, non poteſt abſoluere, ſed hæredem ad prætorem remittere debet, quem tamen locum Acc.& antiquiores nullo modo perceperunt. Ex eodem † fonte intelliges iam diff. etiam tex. 13 in l.cum Papinianus,13. C. de ſenten.& interlocut. omn. iud. quo in loco Papiniani ſummi ingenij viri, & laudatur,& ab Imperatore ſequitur ſententia, ducta ſane ex hac noſtra obſeruatione, fuit apud eum, lib.1.quæſtionum agitarum,an ſi iudex datus eſſet illa formula, *Iudex cum condemnato*, poſſet actorem ipſum, qui iudicem illum impetraſſet, condemnare, & Papinianus, cum ſubtilitas hæc formularum paulatim abolefceret, conſuevit actorem condemnari à iudice recte poſſe, rationem ſubiungit Imperator, quia cuius in agendo, quis obſeruat arbitrium eum habere contra ſe iudicem,*eodem in negotio*,non debet dedignari,quam in hodie,& vere,& nouæ præter alios ntelliges.

In actionibus vero bonæ fidei in conceptione for- 14 mulæ, ſi de contractibus res erat illa verba adiiciebat prætor. *Bonæ fidei*,ſi vero fiduciis illa, *vt inter bonos*

bene agere oportet, & sine fraudatione, quid sit *fiducia*, lege apud Ciceron. lib. 3. officiorum, & lib. 7. epist. famil. epistola 12. & in oratione pro Sexto Roscio, & Hotoman. & Brisson. lib. 6. de verb. sign. verbo *fiducia*, & fiduciæ iudicium, & vete, quæ nos scripsimus, in §. vnico Inst. de fiduciaria tutel. In arbitrariis, *quantum æquius melius*. Quæ formulæ satis testantur, multo plus arbitrio quam iudici permissum esse. In iudicio nihil est, nisi directum, alterum, simplex in arbitrio mite, moderatum, & quantum æquius melius de re bonus locus apud Senech. libro 3. de benef. cap. 7.

15 Solebat, & prætor iudices, qui recuperatores dicti sunt dare, sic dicti, vt Theophilus, in §. eadem, Inst. quib. ex caus. man. non licet ait, quod per eos vnusquisque suum recipiebat, præcipuè in iniuriarum iudiciis: vnde Cicero in libris Rhetoricorum iudicium recuperatorum appellat iudicium iniuriarum. Eorum meminit Liuius, lib. 28. & 43. & Gellius lib. 20. dum ait, *iniurias æstimandas Prætores se daturos recuperatores ediderunt*, qui modo supplenda sunt, quæ de his iudicibus diligens Brissonius scribit, lib. 16. de verb. sign. verbo. *Recuperatores*. Hoc tamen iudicium triplex genus, *Iudicia arbitri recuperatores* frequenter eadem notione promiscuè in libris istis enumerantur. Hæc de iudicibus datis insinuasse sufficiat, ex quibus innumera iuris ciuilis loca, quæ passim offendes exactissime intelliges.

16 Sed nominatim nostram hanc, l. 3. in qua vt nu. 1. diximus, & aduertunt Duaren. & Donell. dubitandi ratio ex stricta illa formula, qua iudex dabatur nascitur; nam si damnandi tantum modo potestas formula comprehensa fuit, vt in exemplo, num. 1. proposito, quomodo absoluere iudex poterit, qui eam potestatem non accepit, cum ei data non fuerit. Nihilominus tamen eum iudicem pro potestate sibi data absoluere quoque posse, respondet Iulius Paulus, quem hunc habuisse sensum facile tibi persuadebis, si cum hac nostra, l. 5. quæ ex eo sumpta est, lib. 17. ad edictũ conferas l. cum prætor. 12 D. de iud. l. Pomponius, 36. Inter pares. 38 infr. hoc tit. quæ ex eodem libro ductæ sunt, vt earum iuris icant inscriptiones, & contestantur Ant. August. lib. de nominibus propriis I. C. cap. 1. col. 186. Io. Vvolfagus Freymonius in Symphonia iuris chronologica. pag. 605. in quibus I. C. Paulus de iudicibus à prætore dandis agit: qui dare possunt, qui dari, & quomodo, in pio potestate valet sententia lata ab vno si sint plures iudices. Posse autem absoluere eum, qui damnandi potestatem accepit, inde efficitur. Nam prætor, qui fecit potestatem condemnandi, vt ipsa. & absolvendi potestatem fecisse intelligitur voluntas, ex eo depromitur. Quoniam si magistratus voluit, qui reum deberet condemnare in hoc iudicio, multo magis voluit absolui, si non deberet. Sanè ita credendum est, cum magistratus viri boni, & eius, qui ius reddat officio fungi voluerit, nam cum vtrique parti in iure reddendo consulendum fuerit, l. iustitia. 10. D. de iust. & iur. tum vero ad absoluendum promptiores esse debemus. l. Arrianus. 46. ff. de oblig. & act. l. absentem 5. D. de pœn. l. fauorabiliores. 168. D. de reg. iur. deinde quoniam si voluit eum iudicem, quem dabat habere damnandi potestatem; multo magis eum voluit habere absoluendi potestatem, cum multo plus sit condemnare, quam absoluere: Ideo ergo in huius iudicij formula absolutionis Prætor non meminit, quia superfluum fuit, ptiore illo concesso, vel iuncto, vt scilicet damnare posset, posterius adiicere, cum & ex verbo, *iudicis*, atque iudicij, item, ex eo quod in iudicio maius erat, & difficilius, id quod minus est, nec tamen minus ad officium iudicis pertinet, datum intelligatur.

17 Eodem sensu accipienda. l. nemo, 38. D. de reg. iur. sumpta ex Vlpiano, lib. 71. ad Sabinum, ex quo loco sumpta est etiam, l. cum qui. 13. D. de iurisd. omn. iud. l. si locus, 59. D. de iudic. l. iudex postea quam, 52. infra hoc tit. in quo libro, & locis, Vlpianus, de iudicibus datis, deque eorum potestate agit, quam siue iuxta Pandectas Florentinas leges nemo, *qui condemnare potest, absolutre non potest*, siue iuxta vulgatem lectionem, *nemo qui condemnare non potest, absoluere potest*, semper idem sensus manet, vt rectè ibi Pet. Faber aduertit, quippe, vt is demum absoluendi, qui, & condemnandi potestatem habeat, quod & nostra leg. 5. iam fuerat expressum.

Sed an, qui damnare non potest, absoluere possit, 18 dubitat Accurs. hic, quam quæstionem negatiua regula communiter ab omnibus approbata definit, fallitur tamen, & conuincitur, tam ratione, tum auctoritate. Quoniam si absoluendi potestatem nominatim accepit, non ideo minus poterit absoluere, quod non possit damnare; non enim, si cui conceditur, quod minus est, ideo id non potetit expedire, quod ei, quod maius est, non concedatur. Vnde neque affirmatiue poteris arguere: potest absoluere, ergo & condemnare. Quod nominatim docet Imperat. in d. l. 3. §. adeo autem. C. vbi senator, vel clarissi. & auth. vt clerici apud prop. Episcopos, § si tamen, & in authentico de sanctiss. Episcopis, & cleric. Ergo quamuis absolutio, & condemnatio in eodem sint iurisdictionis gradu, vt notat Baldus in l. imperium, 1. l. ct. num. 7. D. de iurisdict. omn. iud. Feltnus in cap. anditis, nu. 20. de præscriptionibus: ex defectu tamen potestatis sæpe non concurrunt, vt in dictis locis, sed (vt inquit Vlpianus) in l. solet, 9. in princ. D. de offic. Proconsul. & legat. *Extraordinarium est hoc genus mandati*, quoniam regulariter, quis liberandi reos ius non habet apud quem accusari non possint. Data ergo, siue mandata causa id datus, siue delegatus iudex poterit, quod specialiter ei datur, mandatur non vltra, nec est eadem condemnandi nis, & absolutionis ratio ex supra obseruatis.

Ex quibus infertur in praxi confirmatio, glossæ verbo, *contra eos*, in Clem. 1. de hæret. quippe quod, cum actionem iure posset Episcopus, in crimine hæresis, cognoscere, & sententiam ferre sine Inquisitore, c. per hoc, 17. de hæretic. lib. 6 quamuis nona d. Clem. 1. decisione statutum sit, vt alter sine altero, non possit sententiam ferre contra reum hæreticæ pravitatis, cum de absolutione d. Clem. nullum verbum faciat, in ea seruandum erit ius antiquum, ex reg. l. præcipimus, 12. C. de appell. quia eius, & condemnationis longè alia est ratio, vt nuper diximus, quod glos. non relata, & nuar. in d. l. 3. hoc tit. admittit, & ad partes dispntans laso, ex nu. 5 ad nu. 10. 20

Relinquitur igitur, vt ad eandem l. 3. redeamus, ex tam longè petitis, cum iudicem, qui condemnandi potestatem habet, & absoluendi, ius etiam habere; similes sunt, l. qui vetante, 103. §. eius, D. de reg. iur. *eius* (inquit) *est alienem denegare, qui possit & dare*: nam sicut se habent condemnare, & absoluere, in iudice dato, ita in magistratu actionem dare, & actionem denegare: quoniam cum permittitur magistratui actionem dare, permittitur denegare, item & text. in l. nolle, 4 D. de acq. hæred. l. eius est nolle, 3. D. de reg. iur. de quarum vera legione præter Petr. Fabr. ibid. qui acute rem explicat, videndi sunt Ant. Aug. lib. 1. emend. c. 2. nuar. in h. l. 5. & in paraphrasi, de acq. hæred. c. quæ sint necessaria ad repudiationem, Cuiac. lib. 5. obs. c. 39. Robert. lib. 2. receptæ lectionis, c. 26. & an semper à pari absolutio, & condemnatio procedant. Vide apud Socin. reg. 4. Bern. diaz. reg. 6. & 8. Sebast. Med. reg. 9. Felin. in c. cum inferior. de maior. & obed. eun. & nec in c. non potest, de re ind. Comar, in c. alma mater, 2. p. §. 12. num. 2. & omnino quæ hic scribit laso, ex nn. 1. ad vlt. l. 7. 1. 16. l. 19. 2. 12. p. 3. Greg. omnino videndus in l. 55. gl. 6. tit. 15. p. 3. qui rectè in finem

finem illius glossæ, eandem, l. 55. ibi *Pierdese la carta*, interpretatur, & diximus (supr. c. 4. nu. 4.

Eorum, quæ in sententiæ, aliorumque instrumentorum executione, iudex, & aduocatus obseruare debent. Epitome: hodiernam praxim luculenta methodo perstringens. Pro explicatione, l. à Diuo Pio, 15. in princ. & §. 1. cum seq. & l. 16. cum sequent. vsque ad l. 31. l. 41. l. 49. l. fol. 56. l. 59. in princ. h. t. D. de re iud. l. 1. cum seq. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop.

SVMMARIA.

1 *Executionum materia commendatur.*
2 *Executionis processus, Latino laconismo propositus.*
3 *Executionis processus Hispano sermone comprehensus.*

1 CLaudet nostram hanc de re iudicata, & effectu sententiarum tractationem aureis numerosis clausulis in maximam vestram vtilitatem horum capitum, quæ in inscriptione iudicati expositio, in quibus Tribonianus, licet confusè, & sine delectu (provt solet) I. C. ea de re sententias texuerit, nos eas simul & ordinem, quem in extraordinaria hac executionis sententiæ persecutione disserti iudices, & aduocati, obseruare debent, exponemus, cuius rei tanta est vtilitas, vt commendatione non indig. at, ipsa enim se ostendit, cum nulla, nec frequentior, nec vtilior in omnibus tribunalibus occurrat; à nostris, & exteris prolixè adeò exatata, vt sine magno labore non possint eorum commentariis tyrones instrui. Nos id efficiemus, vt qualiter in speciali, vel parui lumine montes apparent celsi, flumina, saxa, ferè sic breui gytolongis sciissis ambagibus grandia huius rei sensa comprehendamus, quæstionibus non latè discussis, sed insinuatis, & iuxta hodiernam praxim resolutis; interpretum allegationibus sic exornatis, vt ex à nobis obseruandis, regulisque proponendis, alias, atque alias dissolnere possit is. Hem ergo iam totam tem mira breuitate hoc laconismo comprehensam.

2 Transacta sententia in authoritatem rei iudicatæ, eius virtute, vel alicuius alterius instrumenti, quod pararam habeat executionem, per creditorem, vel eius procuratorem, coram competenti iudice petitur aduersus debitorem executio. Iudex visis instrumentis, absque alicuius partis citatione, mandatum de exequẽdo interloquitur, quo illam fieri iuris ordine seruato iubet. Nuntius (Hispanè *Alguazil*) cum tabellione capit debitoris bona, ad eam vsque quantitatem, quæ debetur, primo mobilia, deinde immobilia, posteremo iura, & actiones. Quorum nisi fideiussor exactionis (vulgo *de saneamiento*) detur, debitor carcerari vinculis non possit. Præconia dantur, tertio quoque die mobilibus bonis captis; nemo vero immobilibus, quibus præconiis omissis nulla esset executio, nisi inter creditorem, & debitorem, vt eorum fieret renunciatio conueniret, ideſt *que se huuiesſen por dados*. Ad quæ Reus citandus nõ est, sed datis præconijs, ad sententiã diffinitiuè, quæ vulgo appellatur *de remate*. Post tium dierum spatium illi datur, intra quod se executioni opponere possit (sic nostri dicunt) Deinde, & alij decem dies dantur, intra quos exceptiones, si quas habet, & opponere, & probare tenetur. Quod si aliquis tertius sit, qui quia potior est iure contendat se in bonis debitoris potiorẽ esse eo creditore, in cuius fauorem executio fit; intra cũdem decem dierum terminum comparere debet. Si comparear, filet extraordinariũ hoc executionis iudicium, & res cum eo, iudicio ordinario, vsque ad sententiam discutitur. Quo peracto, sine quia tertius nullus fuit, qui se opponeret, decẽ oppositionis diebus elapsis, diffinitiuam sententiam iudex profert, Quæ si in fauorem creditoris ferenda sit iubet executione procedi, & bona vẽdi, & in publica subhastatione maiori licitatori adiici, vt ex eorum pretio creditori satisfiat, data ab eo in primis fideiussione, quæ appellatur apud nos, *de la ley de Toledo*, quæ executio & pro principali debito, salariis, & expensis, & sportulis, sine decima) vt iuxta consuetudinem soluitur) facienda est, quod si in fauorem rei sententia ferenda, & pronuncianda sit, decernit iudex vt reo pignora, omniaque bona capta libera, sine expensis restituantur, quorum etiam hoc casu iuste cõtra petitorem fit condemnatio.

Quod si adhuc tibi, vt & laconismum hunc, aper. 3 tioris intelligentiæ gratia quo magis illum memoriæ retineas, in angustiorem ducamus gyrum placet, in illum sic Hispane compello.

Obseruanda in iudicio executionis.

Aduiertaſe, quien, contra quien, ante que juez, en virtud de que recaudos, ſe pidio, y mandò hazer la execution: ſi ſe hizo, y trauò en bienes muebles, inmuebles, derechos, ò acciones del executado. Si ſe dio fiador de ſaneamiento: ò por no ſe dar, y ſer el deudor tal, que pueda eſtar preſor por deudas, fue encarcelado. Los plazos de los pregones, citation para la ſententia de remate. La opoſicion del deudor, alegation, y prouanzas de exceptiones, y ſi la hizo algun tercero, y ſe ſiguio con el la cauſa en via ordinaria. La ſentencia de remate, por principal, coſtas, y ſalarios, y decima, donde ay coſtumbre de pagarſe; y la fianza de la ley de Toledo; y auiendoſe declarado no auer lugar la execution, ſi la ſentencia abſolutoria manda boluer: y deſembargar los bienes al executado con las coſtas.

Examinis, & Institutionis processus, in causis executiuis præcepta,

1 *Ante todas coſas ſe aduertirà, quien pide la execucion.*
2 *Vea ſe luego contra quien ſe intenta, y pide.*
3 *Lo tercero, ſi pide, la parte ò ſu procurador, y ſi los poderes del executante, y executado, ſon baſtantes.*
4 *Vea ſe anteque juez ſe pide: ſi tiene iuriſdicion para executar.*
5 *Vea ſe ſi la ſentẽcia, en virtud de que ſe pide, paſſò en coſa iuzgada, y eſtà executoria daòò ſe pide en virtud de otros inſtrumentos, ſi ſon tales, que conforme à derecho, traygan aparejada execution.*

6 *Vea se luego el pedimiento de la execucion: el mandamiento della, y si se proueyò como conuino.*
7 *Vea se, si en el hazer la execucion guardò el executor el orden de derecho si se traspassò, ò hizo la execucion primero en bienes muebles: à falta de muebles, en bienes rayzes, à falta de todos, en deudas derechos, y acciones del executado.*
8 *Vea se si se dio fiador de saneamiento, y la forma de la obligacion de la fianza.*
9 *Vea se, si por no dar el deudor fiador de saneamiento, se hizo la execucion en su persona, y si es de los que no pueden ser presos por deudas.*
10 *Vea se los plazos de los pregones, si se dieron de tres en tres dias, si la execuciò se haze en bienes muebles: ò de nueue en nueue, si se haze en bienes rayzes.*
11 *Vea se si fue el deudor citado personalmente para remate, ò no pudiendo ser auido, se notificò el remate en su casa, ò a su familia.*
12 *Vea se si el Reo executado se opuso dentro de los tres dias de la citacion, para remate.*
13 *Vea se si auiendo se opuesto, se encargaron los diez dias, para alegar contra la execucion, paga, ò quita, ò otra razon legitima.*
14 *Vea se si la prouò en el termino de la ley, ò quando.*
15 *Vea se si huuo tercero opositor, ò opositores, y como se prosiguio con ellos la causa en via ordinaria.*
16 *Vea se la sentencia difinitiua en fauor del actor executante, para que sea pagado de principal, y costas: dando ante todas cosas la fianza de la ley de Toledo.*
17 *Vea se la sentencia absolutoria en fauor del Reo, en que se le mandan boluer los bienes executados, las costas.*
18 *Vea se si ha de pagar, y deue decima de la execucion hecha.*

EXAMINIS, ET INSTITVtionis Processus in causis executionis.

Præceptum Primum.

Ante todas cosas se aduertirà quien pide la execucion.

De personis à quibus executo peti potest. §. 1.

SVMMARIA.

1 *Exequentis persona in primis legitimanda in iudicio extraordinario executiuo.*
2 *Minor sine tutore, aut curatore executionem non potest petere.*
L. non eo minus, 14. C. de procur.
3 *Vxor sine consensu viri, executionem non petit.*
4 *Monachus sine Abbatis licentia, ius exequendi non habet.*
5 *Filius iniussu patris debitores suos exequi non potest.*
6 *Tutor, & curator, & ante satisdationem, & inuentarij confectionem pupilli debitores, non exequuntur.*
7 *Creditor debitorem suum rectè exequitur.*
8 *Hæres pro virili sua portione exequendi ius habet.*
9 *Hæreditatis empor debitores hæreditarios exequi potest.*
10 *Fideicommissarius hæreditarios debitores exequitur.*
11 *Fideicommissario competunt facta restitutione omnes actiones hæreditariæ.*
12 *L. si hæres pecuniam, 73. D. ad S. C. Treb.*
L. hæres à debitore, 22. D. de fideiussoribus.
13 *Cessionarius ius exequendi habet.*
14 *Fideiussor cessis actionibus debitorem exequitur.*
15 *Cessio, quomodo fieri debeat, vt legitima sit.*
16 *Cedens cessione facta, an ius exequendi habeat.*
17 *Legatarius nominis debitorem exequi potest.*
18 *Executor testamentarius, hæreditarii debitores exequitur.*

1 VÆ in actione ordinaria mouẽda considerari oportere Rex Hispaniæ Alphonsus monet, in rubr. tit. 1. part. 3. cum in executionis causa obseruanda esse, ne alias inauspicato lis cedat, perspicuum sit hinc, & illud exequentis personam in primis considerandam, an scilicet ad agendum habilis sit, legitimaque personam habeat stãdi in iudicio, siue is proprio, siue alieno nomine accedat. Nam vt legitimum iudicem, ita legitimum litigatorem esse oportet, vt palam ostendit Imperator Iustinianus epigraphe tit. 6. lib. Codicis; *Qui legitimam personam in iudiciis habent, vel non*, & Rex Hispanus; l. 1. & sequ. dict. 2. par. 3. quod in quouis iudicio, quantumuis summario, extraordinarioue necesse esse, monuit etiam Baldus in lege fin. quæstione quinta, Codice de edict. D. Adriani tollend. eoque respicit frequens clausula libellis omnibus à pragmaticis inseri solita. *Que la demanda no es puesta por parte, & que la execucion no es pedida por parte*, quia forsan proposita, vel petita à non habente personam stãdi in iudicio, vt si à pupillo sine tutore, à minore sine curatore: à filiofamil. sine consensu patris, ab vxore sine licentia mariti; ab excommunicato, ab aliisve quibus ius agendi, & exequendi interdicitur. Ex quibus intelliges, quod scriptum est apud Bart. in l. 1. §. & patui refert, num. 6. D. quod vi, aut clam. Guido Papæ, tractatu de compulsoriis, quæst. 3 num. 5. Auendan. ad l. 4. & 5. tit. *De las excepciones*, num 5. Anton. Canarius, tract. executionum, q. 15. Anton. Gallesius, tract. ad formulam Cameralis obligationis, 4. parte quæst. 1. numer. 3. exceptiones, quæ ex persona descendunt, exclusas non videri ab statuto, quo exceptiones omnes aduersus instrumentum guarentigium excluduntur, vt nominatim in d. l. 1. num. 9. & num. 60. cum seq. obseruat Alphonsi. Azeuedo, Ioann. Gutierrez, lib. 1. practicarum quæstionum, quæst. 111. Ioan. Grac. reg. 438. numer. 12. post Roderic. Suarez, Gregor. Lopez, & alios, etsi sint, qui contrarium teneant; quos iidem reiiciunt; & alios adducens Iacobus Valdes in additionibus ad Rodericum, in declaratione legis Regni, versic. *Venio ad secundam partem*. ex quibus concors est opinio, legitimas quasque exceptiones, hoc casu etiam admittendas, quomodo interpretabirisque verba l. 1. ibi; *Tal, que derecho se deua recibir*, & l. 2. ibi. *O legetima excepcion*, l. 19. ibi: *Y alegare excepcion legitima*, tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. iuxta quas plura alia nos infra adducemus, præcipuè §. 13. interim vnde Parlad. lib. 2. c. fin. 5. par. § 11.

2 Ergo (vt nominatim iam quid tradamus) ex verissima hac doctrina descendit, vt si creditor minor sit annis 25. non nisi tutore, aut curatore authore executionem rectè intendat; cum certi iuris sit minorem in iudicio, non nisi tutore, aut curatore authore stare posse, l. lecta. 45. §. fin. infra hoc tit l. 1. 2. 3. & 4. C. qui leg. perf. hab. ff. in iud. l. clarum, 4. C. de auth. præst. §. item inuiti, Inst. de curatorib. l. 11. tit. 2. par. 2. d. 23. tit. 16. par. 6. l. 1. tit. 25. par. 3. Ordinar. Lusitanorum, lib. 3. tit. 49. §. & tit 86. §. 2. exornant Caldas, in l. si curatorem, in princ. ex num. 8. C. de in integrum restitut. nos in dict. §. item inuiti, num. 9. Sed repugnat non leuiter difficilis text. in l. non eo minus, 14. C. de procuratoribus. Vbi non eo minus sententia iuris ratione subsistit, quod minor sine curatore, matito causam agendam mandauit, minoribus enim ætas in damnis subuenire, non in rebus prosperè gestis obesse consuenit, vt eo loci bellissimè Imper. & Hispanus Rex in d. l. 11. ad fin. tit. 2. & in l. 12. tit. 22. par. 3. tradunt Bart. & Bald. in l. si tutor. C. in quibus caus. in integr. restit. nõ est necess. Maranta de ordine iudiciorum, 4. par. dist. 16. num. 25. quod neque nouum, neque insolens videri debet, si consideres in minore, decisionem text. in l. Iulianus, 13. §. siquis à pupillo, D. de act. empt. & in maiori. l. sicut emptio, 20. §. interdum, D. locati, & quæ scripserunt Caldas vbi supr, num. 30. Iacob. Cuiac. lib. 16. obseru. c. 21. Respondebis tamen d. l. non eo minus accipiendam, de his quæ acta fuerunt à minore, antequam aduersarius illi curator is obiecerit defectum: nam si aduersario contradicente, iudex, curatore ad litem non dato in causa processerit, nullius omnino momenti erunt, quæque postmodum gesta fuerint, etsi magis in minoris vtilitatem cedant, vt ex Bald. in cap. 1. col. 3. de rescript. in d. l. non eo minus, scribit Iaso, nu. 1. Quibus in elegantibus casibus subscribunt Cassanens. in consuetudinibus Burgundiæ, rubr. 4. §. 1. n. 27. Tiraquel. in leg. connubialib. glos. 8. qu. 10. n. 88. Felinus in cap. causam, num. 9. de iudiciis, pulchrè Pinelus in l. 1. 3. par. ex num. 32. C. de bonis mat. Palacios Rub. de donat. inter vir. § 68. nu. 7. Francisc. Sarmiento, de reddit. Ecclesiasticis, 1. par. c. 2. nu. 13. Ioann. Gutier. pract. quæstion. lib. 2 q. 22. nu. 7. & in proposito Parlad. vbi sup. 3. par. § 1. nu. 9.

3 Descendit præterea, neque mulierem sine consensu mariti, neque Monachum, sine sui superioris copia, neque filiumfam. iniussu patris, neque tutorem aut curatorem, qui satis non dedit, aut inuentarium non fecit, petere executionem posse, iuxta quos (ne nimij simus, quia multa præterite placet) latius non insistimus, verum quod de vxore probamus moner. l. 55. d. 50.

4 Tauri l. 2. & 3. tit. 3. lib. 5. nouæ Recop. vbi latè Hispani interpretes. †Monachum, sacri Canones prohibent, 5 c. placuit, 16. quæst. 1. cum vulgatis, aliis† filiumfam. l. fin. §. 1. C. de bonis, quæ liber. cui in proposito addes Alex. Iaso, & alios in l. si emancipati, C. de collation. Cepolam, cautela 118. Minchacam controuers. illustr. lib. 2. c. 8. §. nu. 13. quamuis multi sint casus. in quibus filiusfamil. sine consensu patris, stare in iudicio potest, c. 3. de iudiciis, in 6. l. 2. tit. 1. l. 2. tit. 2. par. 5. Socinus, re-
6 gula 151. †Tutorem, aut curatorem, omissa satisdatione, inuentarii que confectione, agere vetat. l. tutor, qui repertorium, 7. D. de adminisst. tutor. l. fin. §. fin. C. arbitrium tutelæ. Speculator. tit. de tutore, § 1. num 3. Boerius decis. 53. num. 5. Maranta vbi sup. nu. 33. idemque probat l. 15. tit. 16. par. 6. latè Baeza de decima tuto. cap. 2. ex num. 41. & nominatim, num. 61. Igitur generaliter docendum est eas personas, executionem petere posse, quæ alias in iudicio stãdi, legitimam personam habent.

Vndè illud est consequens, à nemine melius, quàm
7 ab ipsomet creditore, cui actio, & obligatio iure cõpetit, executionem intendi, ex regul. textus in princip. Instit. de actiõ. Et Inst. de iis, per quos agere possumus, & iis quæ in proposito resoluit Auendano, in d. l. 4. & 5. *De las excepciones*, num 20. versic. forma. & regula l. quæcunque gerimus, 11. D. de obligar. & action. Ex quibus fit, creditorem hoc loco eum accipiendum, qui in sententia, siue instrumento nominatim comprehensus est, non alium, quantumuis sua interstit, ex iæpè repetita à Baldo doctrina, in leg. ad probationem 21. per text. ibi: *quem tenor scripturæ designat*, C. de probation. in l. si pater, 5. C. de dotis promiss. in l. 1. C. quorum legatorum, in cap. per venerabilem, de electione, vbi non inuenusstè, ait: *De quo non cantat instrumentum, neque ego quoque cantabo*, quæ est ex multis recepta, vt testatur Iaso, in l. juris gentium, 7. §. Prætor ait, D. de pact. in l. cum filius famil n. 9. D. de verborum obligatione, Boërio, decisione 221. numero 4. Decio consilio 410. Maranta de ordine iudiciorum, titulo de executione, numero octauo, & in primis à iudice obseruanda:

Ergo cum constet hæredem eiusdem iuris; potesta- 8
tisque esse, cuius defunctus fuit, l. hæredem, 59. D. de reg. iur quam exornabis ex à nobis traditis in rubric. ex nu. 21. Institut de hæredib. instituend. eique nõ minus, quam sibi testatorem prospexisse, l. si pactũ. 9 ad fi. D. de probationibus, adeoque, & contra eum actiones incipere l. 1. C. vt actiones ipsi non minus quàm creditori executionem competere dubitauerit nemo. Quod cum in statutis, ex quib. exequendi ius conceditur (quæque strictim accipienda esse iam diu vulgo placuit) probauerint interpretes ad l. postulante, 44. D. ad Trebellian. in nostratibus legibus Regiis, idem admiti inficias ibi nullus, docuitque nominatim Rodericus Suarez, in l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni, extens. 1. n. 10. Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 3. par. §. 3. ex num. 1. Memineris tamen velim, ne maiore forsan ex parte in casum executorium recidat iudicium, quod si plures sint hæredes, suo nomine, non nisi pro virili portione vnum ex eis executionem petere, ex reg. l. pro hærædit ariis, 2. C. de hæred. act. quo casu aliorum superueniens, ratihabitio non sufficiet, cum nihil eorum nomine fuerit gestum, ex regula iuris; conualescere tamen iudicium; si reliqui illi suas cederent actiones, ex sententia leg. si rem alienam 9. §. fin. D. de pignorat. act. qua cautum est, quod quando ius intentatum supernenit, pendente iudicio ex causa de prætorio, potest sequi condemnatio (cui consonat l. 25. versic. *Esto se entiende*, vbi Gregor. glos. 4. tit. 2 part. 3. §.) & Baldi doctrina in l. ordo, ad fin. C. de execut. re, indic. Nouell. de dote, 6. part. preuilegio 71. Anton. Gabr. libro 2. communium opinionum concl. 2. & 3. Ergo si pro cæterorum portionibus, executionem etiam vnus intendat, si tanquam litis consors id effecerit, obtinebit, l. 2. C. de consortibus, ejusdẽ tit. l. 10. tit. 5. part. 3. qua vt rectè ibi admonent Gregor. gl. 7. etiam antè litem contestatam, consortem posse suo, & consortium nomine experiri, constitutum est: etsi id olim tantùm post litem contestatam liceret, ex d. l. 2. dum tamen se hæredem esse in primis iudici ostenderit, cuius probatio, nisi fortan proximior consanguineus sit, illi incumbit, ex vulgatis, & quæ vtiliter in proposito considerant Cumanus, in l. sed si de sua. Alex. & Iaso. nu. 85. in Lis potest, d. de acquir. hæred. Rodericus Suarez quem omnino videas. d. extẽs. 1. nu. 3. & 11. Greg. in l. 11. glos. 4. tit. 2. p. 3. Ant. Gomez, in l. 64. Taur. num. 5. Duenas, reg. 276.

Idem, quod de hærede dicimus, & in hæreditatis 9
emptore probandum est, vt scilicet ei aduersus hæreditarios debitores executionem demus: id enim inter emptorem, & venditorem hæreditatis agi intelligitur, vt neque plus, neque minus iuris habeat emptor, quam apud hæredem futurum esset, l. 2. in princ. D. de hæred. vel act. vend. vnde nec de euictione hæres emptori tenetur, d. l. 2. in princip. sed solum le hæredem esse emptori præstare, ex eleganti leg. si nomen, 4. ibi: *Locupletem esse debuerem, non debet præstare, debitorem autem esse præstare*, l. 5. l. 6. l. 17. l. 19. 23. §. 1. de hæred. vel act. vend. notat in vtili, & sequenti casu Gaspar Rodriguez, lib. 1. qu. 21. ex nu. 5. maximè nu. 10.

itaque

itaque omne emolumentum, omneque periculum, rerum perfecta venditione ad emptorem pertinet, d. l. 2. §. sicuti, vicem enim hæredis obtinet, eadem l. 2. §. cum quis, in princip. quare quicquid ex hæreditate peruenit, peruenturumque est, & actiones earum rerum, quæ nondum peruenerunt, præstare illi venditor debet, dict. l. 2. §. peruenisse, l. emptor. 5. C. illo tit. quamquam & suo nomine intentare vtiles etiã sine cessione, possit, dict. leg. emptor, quam vtiliter explicat Ant. Gomez. 2. tom. cap. 2. nũ. 5. inducereque poteris text. in l. qui stipendia. 9. C. de procur. iunctis à Batt traditis, in l. 1. num. 16. D. de oblig. & act.

10 Hæredi, hæreditatisque emptori fideicommissarius, id est, is cui voluntate testatoris hæreditas restituta est, proximus est, transeũt enim in eum hæreditate restituta, ex S.C. Trebelliani dispositione, actiones omnes hæredi competentes ita vt si non directo, vtiliter tamen quasi hæres agere possit, & conueniri, l. 1. l. postulante, 44. §. 1. D. ad S.C. Trebellia. l. 1. & toto tit. de fideicomm. hæredit. petit. §. restituta, 2. Instit. de fideicommiss. hæred. Vlpianus in fragmentis, titul. 25. Paul. lib. 4. sẽtent. tit. 2. & confirmat. l. 14. tit. 5. part. 6. Explicuimus copiose ad d. §. restituta, maxime nu. 10. Nec obstat, quod quemadmodum rerum corporalium, siue traditione, nulla est acquisitio, nulla translatio, l. traditionibus, 20. C. de pactis, ita res incorporales, quales sunt actiones, l. vltim. vers. & ideo. C. de longi tempor. præscript. text. in princip. Instit. de rebus corporalibus, fine cessione solẽniter facta, in alterum trãsire non possunt, l. 3. iuncta glos. vbi verbo, statio. D. pro socio, quia actiones adeò nostris ossibus inhærere dicuntur, vt à nobis auelli non possint, leg. quis ergo casus, 17. l. si ticho. 54. D. de peculio. l. 3. C.

11 de nouationibus, quoniã † vt rectè Ripa, in d. l. 1. n. 9. D. ad Trebell. existimauit, ministerio, & auctoritate S.C. effici, & operari potuit, vt absque aliqua cessione actiones in fideicommissarium transirent, licèt aliàs quando ab homine transferuntur earum cessio necessaria omnino sit, vel dici subtilius potest ipsammet hæreditatis restitutionem fideicommissario factam, cessionis vicẽ sortiri, nam hæreditatis appellatione, jura quoque, & actiones contineri dubium non est, l. nihil, 24. D. de verbor. signif. l. hæreditas, 63. D. de reg. jur. vt latius diximus in tubr. Instit. de hæred. instituend. ex num. 17. & licèt solæ actiones, sine cessione transire non possint, ex dictis iuribus, tamen per hæreditatis restitutionem rectè fideicõmissario adquirerur, ex reg. & sententia, l. in modicis, 24. D. de contrah. empt. l. quædam sũt. 62. D. de acquir. rer. domin. cap. ex litteris, 7. de jure patron. & his quæ in eorum proposito vtiliter satis resoluũt Hippolytus in l. 1. ex num. 10. D. de offic. eius. Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. 2. part. quæst. 5. art. 15. nu. 2. Couarru. lib. 2. var. cap. 18. num. 8. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen.

12 cap. 234. per tot. maximè num. 19. & 20. †Nec iterum obstabit, si obiecẽris, l. si hæres pecuniam, 83. D. ad S. C. Trebellian. & l. hæres à debitore, 22. D. de fideiuss. vbi probari videtur, non aliter actiones transferri posse in fideicommissarium, quã si particularis earum cessio intetuenerit. Respondendum etenim est, ea iura loqui, & procedere in actionibus, non quæ à testatore descendunt, sed illis, quæ postea ab hærede, & adquisitæ & cõparatæ sunt, quas verum est sine cessione in fideicommissarium non transire, quia ex bonis defuncti nõ pendẽte, in leg. qui ita, 66. §. si dãmm. D. ad Trebellian. notat Ripa sup. & cum aliis, nos, in §. restituta, nu. 49. ex quibus omnibus iam cõstat, creditoris hæredem, hæreditatis emptorem, itemque fideicommissarium executionem rectè pe-

13 tere posse.

Item & illud, quod ex eisdem descendit, eum etiã cui actionibus cessis creditorius aduersus debitores suos dedit, executionem rectè petere posse, est enim creditoris loco, si legitimè cessio fiat, ex celebri decisione l. per diuersas, 22. l. ab Anastasio, 23. C. mandati, l. 64. tit. 18. part. 3. quibus in locis Bald. & alij, & in d. l. postulante, Bartol. in l. 1. num. 22. D. de oblig. & act. sequũntur plures relati à Roderico Suarez in leg. post tem iudicatam, in declaratione l. Regni, extensione, 7. vbi in eius additionibus Iacobus Valdes. Paz in praxi. 1. tom. 4. part. cap. 1. n. 34. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 4. ex num. 1.

†Vnde, & illud est consequens, fideiussorem, cui à 14
creditore aduersus debitorem cessio facta est, executionem habere, quicquid contrarium existimauerit Francisc. Auiles in capit Prætor. c. 10. num. 38. verbo, *execucion*, dum tamen in primis; hi, quorum hoc numero mentionem facimus ius eis cessum esse docuerint, vt iam citati resoluunt, nam si fideiussori actio cessa non sit, aut aliàs à reo principali, indẽnitas nõ est ei repromissa, quamvis quod pro eo soluerit recuperare, & exigere valeat, id tamen non extraordinario executionis iudicio, sed actione mandati ordinaria consequetur, l. 2. & per tot. D. mandati, l. 12. cum seq. titul. 12. part. 5. Planè, quæ interuenire debeant, vt cessio legitima sit, deduces, ex d. l. per diuersas, ex d. l. ab Anastasio, & his quæ in earum proposito adducunt iam citati, ab eisque relati. Batr. consilio 90. numero 3. Fab. de monte, de empt. & vendit. quæst. 2. in princip. numero 20. Socin. reg. 67. Cuiacius libro 16. obseruat. capit. 16. & 24. & omnino videndus Par- 15
ladorius d. §. 4. ex numero 6. † Illud tamen perpetuo obseruabis, cessionẽ fieri debere tempore quo pecunia soluitur, alioqui post aliquod interuallum facta cum nulla iã superfuerit actio, quæ cedi possit, nullius momenti erit, celebris text. in l. Modestinus, 76. D. de solutionibus l. 11. tit. 12. par. 5. l. 4. titul. 18. lib. 3. fori quare si cessio nõ præsenti pecunia fiat, ne in ea de iam facta solutione, sed de facienda mentio fiat, cauendũ est, vt scripsimus copiosè in princip. ex nu. 54. Institur. quibus mod. toll. obligat. vtrecte animad. uertit Hispanus Gabriel Monterroso in sua praxi, tractat. 7. *De escrituras publicas*, §. practica *de carta de poder, y lasto.* part. 1. 3. 1. formam horum mandatorũ & cessionum Hispanè concipiens. † Quibus autem 16
casibus, cedens, cessione eiam iã facta, possit ab antiquo suo debitore exigere, actionum directarum ratione, quæ illius ossibus adhærẽt, vide l. si delegatio, 3. C. de nouatiõ. & quæ in eius proposito nouissimè post alios scribit Petrus Barbosa, in l. si alienã, 11. ex num. 62. D. soluto Matrimon. & quæ nos de actionũ cessatione scripsimus in princip. ex numero 54. Instituit. quibus mod toll. obligat. & nominatim, in §. Præterea nouatione, numero 13. illo titul.

His qui suo non alieno nomine exequuntur, quo- 17
rum hactenus meationem fecimus, iungendus legatarius est: namque si cui debitoris nomen legatum est; quamvis ab his, qui successerunt actionibus, non mandatis, directas quidem non habeat, vtilibus suo nomine rectè experietur, text. in l. ex legato, 18. C. de legatis, cui cõsonat, l. 15. iũcta glos. 2. titul. 9. part. 6. notat illic Bald. in fin. verbis. Rodericus Suarez, iam citatus, extensione 1. numero 12. quoniam non tantum is, cui directa, verum, & cui vtilis competit, exequendi jus datur, vt exemplis multis iam supra, ex num. 1. ostendimus. Planè illud obiter memineris, quia sæpius in hoc §. 1. directarum, vtiliumque actionũ meminimus, inter eas quoad effectum nullum esse discrimen, leg. actio, 47. D. de negest. diximus in §. quos autem, num. 52. Inst. de bonor. poss. & quare directæ, quare vtiles nuncupentur, latè in §. 1. ex num. 28. maximè num. 30. Institut. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.

Denique eis testamentarium executorem, cui bo- 18
norum defuncti dispositio commissa est, annumerabis, idem enim juris eo est ex quo à testatorib. frequenter eam habet facultatem, vt pro voluntatis eorum executione hæreditaria bona distrahere possit,

sit, vti nominatim docuit Speculator, tit. de instrumẽ. torum editione, §. nunc a liqua, vers. *Sed an executor vltima voluntatis*. Salicetus in leg. si quis ad declinandum, Cod. de Episcop. & Clericis, cum aliis, Didacus Spino de testamẽt. glos. 28. numero 31. quare exequi eum debitorum nomina posse docuit Bartol. in leg. Firmio. §. 1. Dig. quando dies leg. ced. Bald. in dict. leg. si quis ad declinandã. Didac. Castillo in leg. 32. Tauri, verbo, *causa*, l. 2. l. 4. titulo 10. part. 6. vbi Greg. vtiliter rem explicat.

Secundum Præceptum.

Vea se luego contra quien se intenta, y pide la execucion.

De personis, aduersus quas executio locum habet, §. 2.

SVMMARIA.

1 *Hæres debitoris, item & hæres hæredis executionem patitur, ac idem ipse debitor: non tamen intra nouem dies, quibus debitoris fumus exequitur.*
2 *Hærede non adeunte, deliberandi tempus coarctari potest, & hæreditati curator dari.*
3 *Hæres pro hæreditaria tantum parte executionem patitur, hypothecaria tamen ratione possessionis conueniri in solidum potest & num. seq.*
5 *Census pignora a suppositi possidens etiam excussione non facta exuti potest.*
6 *Tertius singularis possessor, exequi non potest, limitatur numeris sequentibus.*
7 *Tertius emphyteutica successor, exequi pro canone eum possit.*
8 *Litigiosæ rei possessor, exequi potest.*
9 *Litigiosa res quæ dicatur.*
10 *Tertius possessor, dolo possessionem rei nactus, pro possessore non est.*
11 *Tertius soluutus possessor, exequi potest.*
12 *Pacto de non alienando contractui adiecto, exequi tertius possessor potest.*
13 *Pactum de non alienando, rerum in contractibus validum sit, & num. seqq.*
14 *Pactum de non alienando in re aliena inefficax.*
15 *Pactum de non alienando in re propria, obligat pacisentem.*
16 *L. si creditor, 7 §. fin. D. de distract. pign. num. seqq.*
17 *Tertius possessor, principali non excusso hypothecaria non conuenitur.*
18 *Tertius possessor, etiam principali non excusso, conueniri potest, pacto de non alienando adiecto.*
19 *Pacto de non alienando in publica cautentigio instrumento adiecto, tertius exequi potest.*
20 *Vendita res, etiam si tradita secundo emptori sit, prior venditio valet pacto, de non alienando adiecto. L. quotiens, 15. C. de rei vindicat.*
21 *Emptor rei emptæ colono stare compellitur, si in locatione rei locatæ hypotheca, cum pacto de non alienando fuerit apposita. L. emptorem. C. de locato.*
22 *Pactum de non alienando, non excludit beneficium, l. ade, 3. C. de locato.*
23 *Hypotheca generalis, an vt ea specialis necessaria sit in specie. l. creditor. §. fin. D. de distract. pignor.*
24 *L. fin C. de pact. inter emptorem.*
25 *Lex lege, 3. C. de condict. ob causam.*
26 *L. fin. C. de rebus alienis non alienand.*
27 *L. fin. C. si mancipium ita fuerit alienat.*
28 *Census contractui post nouam Pij V. constitutionem, quando pactum de non alienando adiici possit.*
29 *Tertius possessor in contractu censuali, principali non excusso non potest.*
30 *Tertius possessor in censibus, vt principali non excusso exequi possit, qua clausula adiicienda.*
31 *Tertius possessor, quibus casibus exequi potest a debitore causam mediate, vel immediate habere debet.*
32 *Fideicommissarius, item is qui pro possessore hæreditatem possident, exequi possunt.*
33 *Filius in tertio, & quinto meliorat. (sic aiunt) an à paternis creditoribus exequi possit.*
34 *Fiscus, qui delinquentis bona occupauit, ab eius creditoribus exequi potest.*
35 *Monasterium ab ingressis creditoribus, cuius bona retinet recte exequitur.*
36 *Executores testamentarij, penes quos defuncti bona sunt, exequi possunt.*
37 *Vxor pro medietate lucrorum exequitur.*
38 *Hæreditatis emptor exequi non potest, rectè tamen conuenitur si venditor soluendo non sit.*
39 *Donatarius omnium bonorum, an exequi possit?*
40 *Vsufructuarius omnium bonorum, an & quando exequi valeat?*
41 *Minor, sine tutore, aut curatore, executionẽ nõ patitur.*
42 *Tutor & curator quando pro pupillis, sine minoris debitis posse exequi?*
43 *Debitoris bona, qui occupant exequi, quomodo possint.*
44 *Fideiussores à confideiussore, qui debitum soluit, an exequantur?*

SVadẽt ea quæ suprà resoluimus, vt quemadmodũ 1
creditor, eiusve hæredes aduersus debitorem in sententia, siue instrumento nominatũ, exequendi ius habent, idem & aduersus eius hæredẽ recipiendum, sine vlla dubitatione sit ex ratione, sententia text. in leg. postulante, 44. in princip. D. ad S.C. Trebel. vbi ad id quod poterat compelli defunctus potest compelli, & eius hæres, cuius argumento id notant ibi Bart. & Angel. idem Angelus, in leg. penult. ad fin. D. de his, quæ in test. delent. Rod. Suarez, in dict. l. postẽ iudicatam, in declaratione legis Regni, extens. 1. ex num. 1. 6. si par. Cauallinus, lib. 2. milleloq. cap. 651. Minchac. lib. 1. de success. creation. §. 6. num. 39. & 42. Baeza, de inope debitore, cap. 6. Azeuedo, in leg. fin. num. 86. tit. 21 lib. 4. nouæ recopil. earlad. d. cap. fin. 4. part. §. 1. & nos infra, §. 4. ex num. 3. Quod cũ ex adductis probare sit facile, tum maxime ex l. ex cõtractu. 44. inf. hoc ti. dum tamẽ exequenti onus aduersarij hæredẽ esse probanci incumbere memineris, nec enim sufficit filium, siue fratrem debitoris eum esse, ostendere cum plura euenire possint, propter quæ nõ capiat, vt nominatim docuerunt Paulus, in l. 2. D. de condict. furtiua, Guillelmus in cap. 2. aynutius, verbo, *mortuo*, in 2. nu. 87. latè Rodericus à legem Regni extens. 1. adeo, vt etsi is instrumento, vel sententia non exprimatur hæres carceri mancipari, sicut & debitor ipse possit. Quod cum Bart. docuerit, in l. postulante, vbi omnes adnotantur, D. ad S.C. Trebell. sequuti sũt Boërius, decis. 10. Bornius Causalcanus, lib. 2. Milleloq. cap. 651. Minchac. libro 1. de succes. creatione. §. 6. n. 39. & 41. Baeza, de inope debitore, cap. 6. Azeuedo, in l. fin. nu. 86. tit. 21 lib. 4. nouæ cop. Ant. Gomez, in l. 64. Tauri. nu. 5. Quod & ad hæredẽ extendendum putat Rebuffus, 1. tom. ad leg. gallicas, tit. de liter. obligator. art. 6. glos. 3. num. 74. & art. 8. glos. 2. num. 2. it tamen, nec ille, qui testatori debitori succesit, intra legitima conficiendi inuentarij tempora exequi non possit, neque debitorũ testatoris occasione in carcerẽ detrudi, vt in l. fin. §. in cõputatione, versic. *donec*, C. de iure deliberãdi, notarũt omnes, nisi vel hæredis fuga timeatur, vel ex iusta aliqua causa dilationẽ res non recipiant, vt in iam citatis locis adnotarunt Rebuff. art. 3. gl. 2. nu. 32. Anr. Gomez d. n. 5. Baeza, cap. 6 n. 16. Azeuedo, nu. 78 elegantere egregorius, in l. 7. tit. 6 part. 6. Burras, regul. 277. & alij plures, quos refert Iacob. Valdes, in additiõ. ad Roderiũ. dicta extens. 1. n. 6. Parladorius, lib. 2. cap. fin. 4 part. §. 1. num. 7. & 5. part.

§. 1.

§.1.num.18.quamvis ex opinione Petri de Auendano, in tit.*de las excepciones*,num.25. Didacus Perez,in l. 3.titul.8.lib.3.ordinaméti, vltra nouem dies à morte testatoris hæredibus indulgendum non esse, verius, & æquius videatur,propter authoritatem tex. in authentico,vt cum de appellatione cognoscitur,§. meminimus,collatione,8.leg.fin.tit.13. part.1.l.13.tit. 9. part.7.quibus expresse cautum est,ne hæredes,aut cæteri defuncti intra nouem dies quibus funus prosequitur, pro suo, hæreditariove debito exequantur;
2 †& quia iniquum esset,si omnia inuentarij curricula expectarentur, creditores bonis suis fraudari. Igitur vel conficiet iura nouem illos dies inuentarium hæres,aut eis elapsis executionem patietur: monendus ergo in primis est,vt vel adeat,vel repudiet.l.1. §. sane,D. de successorio edict.leg.si curatoris.9.C.de iure delib.si dit expedita res; si tacet consulito text. in l. fin.§.sin autem,illo tit.si repudiat, curator bonis dandus erit.l.1.2. & seq.D.de curatore bon.dando,l.si diù 8.D.quib.ex caus.in possess.eatur,Greg.in l.12.verbo, *non valdria*,tit.2.part.3.Capicius,dec.87.quo casu,scilicet cum creditores vrgent, deliberandi etiam tempus hæredi coarctari posse,idque iudicis arbitrio, ratio ipsa suadet,item & Baldi authoritas,cui sic placuit, in rubr.C.de success.edicto,quem iure alij sequuntur referente ibi d.Iasone,nu.4.Greg.in l.2.verbo,*a lo menos*,tit.6.p.6.Palacios Rubios,in repetitione rubricæ, §.66.n.5. Didacus Perez,in additionib.ad Seguram in l.cohæredi,§.cũ filiæ n.102.D.de vulgari,Tiraq.de retractu lignag.§.1.gl.10.nu.31.& 58.nouissimè Alphõsus à Villadiego,in sua Politica institutione,c.2.n.56.cum seqq.

3 Simili modo, quemadmodum hæredem non, nisi pro hæreditaria, vtilique portione, executionem petere posse resoluimus,d.art.2.nu.8.si plures sint hæredes,non insolidum aduersus quemlibet, sed aduersus singulos pro hæreditariis portionibus petendam suadet,eadem illa reg.d.l.pro hæreditariis,2.C.de hæred. act.l.1.C.si cert.pet.in quarũ proposito passim plura interpretes comminiscuntur,dicemusque nos,si Deus faxit,sequenti anno,ad interpretationem,l.2.§.& hærum,D.de verb.oblig,cuius cum plures sint limitationes,quarum aliquas recenset Bar.& Ripa,in l.4.§.Cato,illo tit. Afflict, decisione 332.nu.1.Bald.cõsil.194. Romanus,consil.189.Decius, consil.337. Rodericus Suarez,vbi sup.limitatione 1.nu.42.Anton.Gomez,2.
4 tom.c.10.nu.3.& 8.& cap.11.num.12. † illa prætermiti non potest,quæ ex eadem lege,versic.*nisi intercedat* colligitur,pignore,vel hypotheca interuenientib. in creditoris potestate esse, an personali actione aduersus singulos hæredes, an verò hypothecaria aduersus pignus,vel hypothecam possidentem experiatur.Quod idem deduces,ex text.in l.si necessarias, 8. §.si vnus,D.de pignoratitia actione, l.creditoris,8.D. de distract.pignor. rationem verò ex l.fin. vers. *cum eius vindicatio non personã obliget sed rem sequatur.* C. si vnus ex plurib.hæred.ornata à Ias.in §.item Seruiana,nu.110.& 127.Inst.de act.à Roderico,d.n.14 quod idem admittes,si non apud plures hæredes, sed apud plures singulares possessores pignus extet, quoniam quamvis controuersum sit,an hoc casu quilibet insolidum conueniri, an verò solum pro virili excuti debeat-docueritque Dynus,in l. Moschis 47. D. de iure fisci pro virilli,aduersus quemlibet possessorem agendum esse, cui accedit Faber,in §.item siquis in fraudem,n.26 Inst.de action.Cassaneus in consuetudinib. Burgund.rubr.5.§.2.num.37.& æquiorem opinionem contestentur, Actis ad constitutiones Regni, lib. 1. rub.17.num.16.Couar.lib.3.variarum capite septimo numero septimo.Contrarium tamen,quinimo insolidum,aduersus quemlibet possessorem agi posse,tenuit Accursius in dicta lege Moschis,verbo, *possessorem*,& ibidem Bart.Iaso,vbi suprà numer.128.Corneus consilio 131.libro primo,Negusãtius de pignorib.8.part. membr.1.numero 50.dicit frequentius receptam Couar.sup.Petr,de Salazar,de vsu,& consuetudine, c.27. numero 85.Didacus Perez,in proœmio,titulo secundo,libro octauo, ordinam.pagina 35.Valascus,de iure emphyteut.quæst.31.numero 15.Azeuedo,in lege prima,n.14.tit.15 libr.quinto,nouæ Recopillationis,Felicianus de Solis,lib.3.de censib.c.4.n.10.* Parladorius libro secundo,rerum quotidianarum, capite fin. paragrapho primo,num.20,Antonius Capicius, decisione quinquagesima prima, numero octauo, & nono,Milanesius, libro secundo, decisione prima, numero primo, Auendanus de censibus, capite 23. ex numero 11.

Meminisse tamen oportet plurimum interesse, an aduersus hæredes,siue pignoris possessores, quis personali pro virili,an verò hypothecaria actione, insolidum experiatur siquidem, qui hypothecariam intendit, illud petit rem pignori nexam, sibi restitui, vt eam teneat, donec debitum exoluatur, cum verò executio petitur personalis intenditur, leg. sicut in executio petitur personalis intenditur, leg. sicut in remed. 3. vbi glossa, verbo, *persecutione*. Codic. de præscription.30.vel 40.ann.vnde fit executionem hoc casu aduersus singulos hæredes pro virili portione locum habere, non aduersus pignus, vel hypothecam tenentem, quamvis is, aliàs insolidum possit conueniri, vt vel pignus restituat, vel debitum integrum exoluat. Quomodo interpretaberis text. in dict. leg.pro hæreditariis,& similes, suprà allegatos, estque summe in praxi notãdum.* Huius interpretationis illa commendatur ratio,quia cùm is,qui pignoratitia, vel hypothecaria conuenitur, ob id tantum vrgeatur, quia rem tenet,si eam dimittat,vt creditor rei ratione ius suum consequatur, consequens est, re ipsa dimissa liberari, leg.etsi fortè,6.§.etiam.D. si seruitus vindicetur, ibi: *Labeo autem hanc seruitutem non hominem debere, sed rem.* Denique licere domino rem derelinquere scribit. leg. filiusfamilias, 114. §. apud Marcellum, D. de leg.1. vbi probatur legatarium dimittere debere fideicommissario fundum, cui ex eo aliquid annuum est relictum:si nolit annuum præstare auth.de non alienandis,§.scire,quem textum adducit Bald.in auth.si quas ruinas,n.17.col.5.C.de Sacrosc. Eccl.Afflictis,dec.95. ad quẽ obseruat Vrsilis eo laudato,guido Papa,decis.42.& decis.431.& 573.Felicianus,dict.libr.3 cap.fin.Gaspar.Rodriguez, lib.2.qu.9. n.56.Conarru.lib.3.variar.cap.7.nu.6,vers.hinc etiam deducitur,Auẽdaño,de censib.capti. 99. quod tamen caute accipiendum est in eo,qui conuentus,vt vel debitum soluat,vel rem dimittat, alterum elegit, hanc enim habet potestatem: id, vel illud præstare, leg. si fundus,16.§.in vindicatione,D. de pignorib.ibi: *Aut pecuniam soluat,aut rem restituat.* Electione tamen iam facta,& res hypothecæ nexui supposita,retenta volũtarie rem creditori dimittere, vt à debito liberetur non poterit, vt benè vidit Couarr,d.num.6.vers.hinc etiam deducitur, si tamen ea res, absque possessoris fraude,qui rem possideret,& retinere elegerit ad aliũ deuenerit,non poterit vlterius ad solutionem vrgeri, Gaspar Rodriguez,d.lib.2.qu.7.nu.12.& qu.9.nu. 56. Auẽdaño,dict.cap.99.num.3.vltra quos in proposito induces rationem,l.sub.hac,8.ff.de obligat.& action. sub hac enim condition.*si volam*, nulla fit obligatio, pro non dicto enim est,quod dare,nisi velis cogi non possis.Electione ergo semel facta,& obligatione iam constituta, & eius iure creditore quæsito, integrum non est ab ea eximi debitori, quomodo intelligendũ est,quod Bal.scripsit in d.§ Labeo,quod quando onus respiciens rem venit,ex dispositione contrahentium, rẽ relinquẽs nõ liberatur, cuius sentẽtiam sequuntur Guido Papa,Hipolyt. Tiraqu. & alij relati ab Vrsilis ad Matthæũ de Afflictis,loco citato,& supplẽda,quæ in proposito scribunt Hieronymus Gab.conf.47.n.12. & 13.Cẽsius de cẽsib.q.5.ar.8.n.8.& art.9.n.81.Auen,

daño, vbi sup.c.112.n.13.Gutier.l.2 pract.q.177.n.3. & 4.Perez de Lara,libro 1,de Anniuersar.cap.8.n.26. & nominatim num.30.ad fin. versic.quod in tantum.

5 Sed illud longe magis, quod est valde in foro frequens, proximam hanc doctrinam limitandam, in contractu censuali, in quo etiam aduersus pignorum possessorem executionem locum habere, etsi excussio facta non sit aduersus principalem debitorem, cum multis ostendit Couar. lib. 5.variar.cap.18.nu.6.quem sequitur Parladorius, lib. 2. rerum quotid.c.fin.4. par. §.1.num.19.Felicianus de Solis,dict.cap.4.num.15.ex l.fin.C.sine censu. vel reliquis,l. Imperatores,7.D.de publicanus,& vectigalibus,l.hactenus,7.D.de vsufructu.Quamuis Gaspari Rodrig.lib.2.de annuis redditibus,quæst.7.num.18.& quæst.9.num.61.vers.*secundo limita*, & multis aliis, quamuis multis aliis contraria sententia placuerit, scilicet etiam in hoc contractu pro rata tantum possessores via ordinaria conueniri posse, quos iam relati,& recensent, & eorum argumenta reiiciunt,nobis latius discutere non vacat; iam pergamus.

6 Illud nunc adiungamus, an regulariter aduersus tertium possessorem,seù singularem successorem, executio extra superiori numero relatum casum, admittenda sit,planè tertium possessorem hoc loco eum accipimus,qui non est hæres, vel successor ex asse, vel ex parte illius in quem exequendi jus competit, sed rem singulari titulo nactus est,vt legatarius, donatarius,emptor,& similes,ex sententia.l.quædam,9.§. nihil interest.D.de edendo,l.si hæreditatem,32.D.mandati,§.legatariis,Inst.de testam.ordinand. Et cum constet rem inter alios actam aliis præiudicium non afferre,l.sæpè.63.D de re iudic.tit. C.res inter alios actas, vel iudicatas aliis non nocere, l. 20.tit.22.part.3.Bart. in l. de quibus,num.11.D.de legibus, Couarr. practicar.quæst.cap.13. asseuerandum est, siue ex personali, siue ex reali actione agatur (vt Bart.in l.3.C.de pignoribus placet,sub num.10.& aliis quos refert Parladorius, dict.4. part.§. 5.) aduersus tertium executionem locum habere non posse,siue ea ex re iudicata, siue ex contractu guarentigio petatur,d. l. sæpè.63.& induci potest,leg.nam postea,5.§.fin.& leg.seq.D.de jure jurando,l.si superatus,3.§.1.D.de pignoribus,l.1.& 2.C. quibus res indicata non nocet, verùm cum is, qui ex titulo nullo,& à lege reprobato possidet, pro possessore non sit, & alienatio,ac si non fuisset facta,eo casu aduersus eum executionem dandam, superioremque regulam limitandam scripsit Bart.vbi sup.num.13.

7 Ergo † cum rei emphyteuticæ,sine domini voluntate alienatio facta nulla sit ipso iure, leg. fin. Codic. de jure emphyteut.leg.fin.titul.8.part.5. diximus latè, in §.adeo,ex num.39.Inst.de locatione, & conduct. si emphytheuta predium, sine domini voluntate alienauerit,& is malit canonem petere,quam commissi agere,poterit ex emphyteutico instrumento, in re hac emphyteutica aduersus istum tertium possessorem executionem petere,quod vt in foro frequens,& quotidianum obseruandum est,potestque comprobari,ex leg.commissa,14. D.de publicanis,& vectigal. & admittit Franc.Auiles,in Capo. Prætorum,cap. 10. vers. *Execucion*, num. 56.versic.*Fallit etiam*. Parlad.d.lib. 2. cap.fin.4.part §.1.num.18.&.§.5.nu.5.à quibus tamen discedit Gaspar.Rodriguez, libro 2. de annuis reddit. qu.9.nu.61.ad fin.eo quod aduersus tertium non personali,sed reali actione ratione possessionis, quis expeciatur,quod iam suprà animaduertimus, num. 4. ad fin. quamuis illorum opinionem tributo Principis, in pensione annua super aliquo fundo pro alimentis imposita, vel pro anniuersariis defunctorum, vel decimis,aut oblationibus, pro quibus etiam contra tertium possessorem datur actio personalis; ex sententia Guidonis Papæ,qu.576.tradit Vincentius Carocius, tract.de locato, ad l. siquis domum,§.1.locati,qu.4.n. 6.& 7.quoniã quando actio personalis est restricta,& contracta ratione rei certæ, tunc possessorem sequitur admitti posse,credunt nonnulli,limitata l.fin. §.si. D. de contrah. empt.quod latius disputat Gaspar.dict.
loco. Pari † ratione, cum litigiosæ alienatio sitita sit, 8
sine emptor sciens, siue ignorans vitij huius fuerit, l. fin.versic.sin autem.C.de litigiosis,l.13.vbi Gregorius adnotauit,tit.7.part.3.Couar. practicarum quæst. cap. 15.num.7. si post inceptam litem, rem de qualis erat tertius nactus sit,aduersus eum executio rectè procedet,vt deduces,ex d.l.si superatus,3.§.1. D. de pignoribus, leg.si mater,11.§.fin. D. de except.rei indic.l.2. & l. fin.C.de litigiosis, vbi Bart. & Salicetus adnotarunt, idem Bart. in dict.l.3.C.de pignoribus Roderic. Suarez, in leg. post rem iudicatam, in declaratione ad legem Regni, limitatione,1. numero 5.& cum
aliis Parladorius,dict. §.5. numero 6.† Planè quamvis 9
controuersum nimis sit, quæ res litigiosa, hoc casu æstimari debeat,vti deduces ex Bart.in l. quamquam. §.1.D.de aqua pluuia arcenda. Abb.in cap. fin.de alienatione iudi. Tiraquel.de retractu conuentionali, ad finem tituli,numero 171.Couar.dict.numero.7.dicendum est,quod siue actione in rem, siue in personam puta ex empto,vel stipulatu,vel alia, siue de re ipsa, siue de quo alio iure agatur,alienationem rei,de qua, aut super qua controuersia fuerit, lite pendente factam nihil impedire,quo minus possit actor ius suum, hoc est rem iudicatam aduersus tertium possessorem, non aliter, atque ac si alienatio nulla facta esset, persequi,vti deduces, ex dict.leg.quamquam,§. Iulianus,dict.leg.si mater,§.si egero, & dict.l.2.C. de litigiosis.
Cui † tertio possessori, de quo nunc egimus,& 10
alter ille similis est,qui dolo alicuius rei possessionem nactus fuerit, nam, & aduersus eum executionem porrigendam auctor est Cynus,in l.1.quæst.9.Cod.de alienatione iud. quod tamen ne Bartoli repugnet auctoritas,in l.3. num.13. Cod. de pignoribus ex Baldo, in leg.ob maritorum,2.C.ne vxor pro marito, & in l. executorem,8. C. de executione rei iud. sic accipiendum est, si dolus in executionis fraudem, & quando iam lis pendebat, commissus fuit,nam si in creditoris fraudem,ordinaria via agendum est, ex toto titulo de his, quæ in fraudem creditorum. Accedunt Baldo, Paulus,Iaso,Zasius, & Herculianus, in §. si super rebus huius legis,Couarr.vbi suprà, Ioannes Baptista à Villalobos,in Ærario commun.opinalict.A.num. 132. Parlad.dict.2.cap.fin.4.part §.5.num.14.

Atqui cum certum sit, simulatum contractum nul- 11
lius esse momenti,l.nuda 65.D.de contr. empt.l. 2.C. plus valere,quod agitur,perindeque haberi, ac si celebratus,non esset,aduersus tertium possessorem, qui per simulatum contractum rem fuerit adeptus,executionem quoque dandam,suadet eadem illa iuris ratio: item & Baldi auctoritas,in d. leg. executorem,col. 3. quemadmodum si res istæc penes aliquem deposita, vel commodata esset,nam ac si penes debitorem ipsum esset,executio locum habet.Accur. in auth. de fideiussorib.§.sed neque debitorem,collat.1. Quod idẽ & de reliquis,qui quamvis rem teneant,non tamen suo,sed alieno nomine possident,dicendum est, quoniam, ac si possessio penes dominum esset,æstimatur, ex reg.l. officium 9.D.de rei vindic.leg.certè.6.D.de precario.

Denique ex eodem illo fonte fluit,quod siquis pi- 12
gnori rem supposuerit, pacto de non alienando adiecto(hoc est promittens creditori se pignus, aut hypothecam e inuito non alienaturum) quoniam alienatio,postea facta nulla est,leg.si creditor.7.§. fin. iuxta literam negatiuam,D.de distract.pignorum,leg.fin. in fin.tit 5.part.5.aduersus tertium possessorem, eo casu executionem quoque dandam,vt cum Bart.& Saliceto pluribusque aliis,resoluit idem Parladorius,dict. c. fin.4.part.§.5.num.16.Verùm quando in rem hanc in vsu forensi,quàm frequentissimam incidimus; pauli-

ſper ſubſiſtamus oportet (vt aliàs inquit Iulius Paulus, in leg. leganit.26. ibi : *Et plenius rogo,quæ ad hæc ſpectant attingas quotidiana enim ſunt*.D. de liberat.legata)quoniam de huius pacti de non alienando juxta alienam rem oppoſito valore,& effectu dubitari multa paſſim audio.

13 Ergo ſciendum eſt,quod etſi valdè cõtrouerſum ſit, nunquid alienationis prohibitio in contract. valida ſit, videanturque ea in re non ſolùm interpretum opiniones verum & leges ipſæ diffidere , vti deduces ex l.penult.D.de pactis,l.ei fundo,19.& l.quoties,15. D.de ſeruitut.l.ſi ita quis,135.§.ea leg.D.de verb.oblig. d.l.ſi creditor.7.§.fin.D.de diſtract. pignor. l. ea lege, 3.Cod. de condict.ob cauſam.l. fin. C.de pactis inter empt.ex quib.aliquæ valere alienationem, & ad intereſſe ſolum agi poſſe docent. Aliæ rem ipſam quaſi alienatio nulla fuerit,condici poſſe affirmant.Vt pan-
14 cis agamus reſolues,pactum† de non alienando appoſitum in re aliena, non inducere neceſſitatem obſeruationis,quia non poteſt , quis ſine cauſa liberam de re ſua diſponendi facultatem domino auferre , quomodo procedit text.in dict.l.penul.& dict.l.quoties ,
15 Quod ſi † huiuſmodi pactum apponatur in rei propriæ traditione,& aliquod intereſſe paciſcentis poſſit conſiderari,vel preſens,vel in futurum , valet prohibitio,& ita intelligitur text.in d.§. ea lege , vbi facta alienatione contra prohibitionem appoſitam in contractu,agitur ad intereſſe,ergo præſupponit I.C.prohibitionem,non alias effectum operari,quam ſi interſit illius , qui prohibitionem oppoſuit , vel hæredis ipſius,cui quis in dubio proſpicere videtur,l.ſi pactũ, 9. in finalib.verbis,D.de probationib.cuius rationem in eleganti caſu exornauimus , in §. ex conditionali. Inſt.de verbo.oblig.num.10.& ita intelligi etiam poterit,l.ei fundo.19.D.de ſeruitut. ſcilicet, de conſtitutione ſeruitutis,quæ in futurum vtilis eſſe poteſt conſtituenti, vt ibidem notant Bart.& Iaſ.in l.1.num 18. D.de pactis,nec diſſentiunt Conan. lib.4.cap.7.nu.3. Goueanus,libro 1.variat.capit.15.& nos in rubr.Inſt. eod.num.5.

16 Ex qua reſolutione primo infertur interpretatio ad tex.in d.l.ſi credit.7.§.fin.D.de diſtract. pigno. vbi pactum de non alienando appoſitum in re aliena valet,juxta literã negatiuam,quam cum Bart.in l. filius fam.117.§.Diui D.de leg.1.num.14.& in aliis pluribus locis defendit Ant. Auguſt.lib.4.emendationum.c.17. Ioãnes Gutier.in l.nemo poteſt,n.28.D.de leg.1.quia pactum oppoſitũ fuit à creditore habente ius hypothecæ in illa re,cuius intererat non alienari.Et hinc interpretari debet Bart.d.n.14.verſ.*eſt alius caſus*,receptus ſecundum Ripam,n.87. Roderic.Suarez allegation.9.n.14.& in l.poſt rem iudicatam,limit.1.ad legem Regni,nu.12.& 15.& ad id text.in d.§.fin.extollunt plurimi interpretes,quos accuratè retulit Ioannes Gutierrez, d.n.28. & comprobet expreſſe, l. fin. in 2.par.tit.5.p.5.vbi etiam obſeruauit Greg.gloſſ.fin.

Quibus addo ego ex Bart.in dict.§.fi.venditionem ibidem non omnino infirmari,ſed eatenus,quatenus damnum allatura eſt paciſcenti : & ſic ratione intereſſe,iuxta ſup.traditam reſolutionem.

17 Quo fit,vt quamvis aduerſus tertios poſſeſſores agi non poſſit hypothecaria,niſi excuſſo prius principali debitore,auth.hoc ſi debitor.C.de pignor.juxta quã omnino videas,quod de excuſſione Parladorium ſcripſit,lib.2.cap.fin.4.par.§.7.l.14.tit.13.par.5.in ſpecie
18 tamen,dict.§.fin.rectè poterit, qui hoc eſt intereſſe creditoris,ne cogatur excutere principalem debitorem,ſed perinde perſequatur rẽ,ac ſi in bonis debitoris manſiſſet,quod nominatim obſeruat Bart.in d. §.fin.ſub. n.2.dicit mirabile Rodericus Suarez.d.limita.1.num.13.& antè ſub num.5.ſequũtur Couarr. Minchaca,Paz & alij plures quos in additionibus ad eundẽ Suarez nouiſſimè retulit Iacobus Valdes,qui tamen non vidit Ioannẽ Gutierrez eandem ſententiam ſequentem,vbi ſup.n.25.& ſequenti.Qui† omnes elegãter ſatis indè ſubinferũt,quod ſi huiuſmodi clauſula,& pactum de non alienando,cum hypotheca ſpeciali eiuſdẽ rei,oppoſita ſit in inſtrumento publico,quod iuxta leges Regias paratã habeat executionem,licèt aliàs exequẽdi ius quando perſonale eſt,nõ tranſeat aduerſus tertios poſſeſſores,ex regula,l.1.§.ſi hæres præcepto fũdo.D.ad Trebel.l.fin.§. fin.D.de contrah.emp.& magis,ex l.ad probationẽ, 21.ibi;*Sed quẽ tenor ſcripturæ deſignat*,C.de probatio. diximus ſupra latius,num.5.hoc tamẽ in caſu etiam contra tertiũ poſſeſſorem executio locum habebit , quamvis excuſſio facta nõ ſit,hoc enim intereſt creditoris,vt ac ſi res nõ exiſtet de bonis ſui debitoris, integrum maneat exequendi ius:quod in ardua cauſa defendiſſe teſtatur Rodericus , & ſequuntur iam relati.

Deduci etiam ex his poteſt,quod ſi ſecundus ven- 20
ditor,cui res tradita eſt,præferatur priori, qui antea cõtraxerat,leg.quoties,15.C.de rei vind.l.50.titul.5. l. 4.titul.13.p.5.& in Ord.Portugal.lib.4.tit.18.appoſito tamen à primo emptore pacto de nõ alienãdo cum hypotheca rei,non poteſt,cum præiudicio primi tradi ſecundo,cuius emptio eatenus quatenus præiudicat primo nulla eſt, ideo hoc caſu nõ erit locus d.l.quoties.

Præterea infertur optima declaratio ad l. empto- 21
rem,9.C.de locato.l.16.tit.8.p.5.quibus canetur emptorem non teneri ſtare colono, vel inquilino, qui rem conductam habebat à venditione,vt laté explicant Doctores,præcipuè Petrus Barboſa,in l.ſi filiofam.§.fin.D.ſoluto matrimon.Alciat.in l.2.n.20.D.ſi certum petatur.Ducñas,regul.140. Pinelus, in l.1.3. part.n.68.C.de bonis mater.Ioan.Gutierrez, in d.l. nemo poteſt,dict.num.28.Couarru.libr.2. variarum cap.15.Anton.Gomez,2.tom.cap.3.num.3.nõ enim procedit,vbi fuiſſet oppoſitum prædictum pactum, cum hypotheca , quia tunc locationi ſtandum erit, perinde,ac ſi res non exiſſet de poteſtate locatoris: quod nominatim docet Rodericus Suarez,in d.leg. poſt rem iudicatã,1.limitatione, num.8. Anton.Gomez 2.tom.capit.3.num.9.ad fin.Ioanes Gutierrez,in dict.nemo poteſt,num.42.Couarru.lib.2. variat.cap. 15.n.3.Fanus,de pignoribus,2.part.1.membro,nu.6. Oroſcius,in d.l.penult.D.de pactis,num.17.Aluarus Valaſcus,de iure emph. quæſt.22.n.4. quamvis ſola hypotheca ad hoc nõ ſufficeret,vt adnotauit Bartol. in d.l.emptorem,num.2.Couar.dict.num.3.

Quib.antequam hinc abeamus,& illud eſt addẽ- 22
dum,prædictum pactũ,cũ hypotheca non excludere beneficũ,l.æde.3.C.de locato,vt cõtra alios obſeruat Valaſcus,vbi ſupra qui mouetur ea ratione,quoniã hypotheca firmat contractũ ſecundũ ſuã naturã,nõ verò tollit ea,quæ ſũt de natura contractuũ, s.ſoluitur.5.D.quib.mod.pignus,l.2.C.per quas perſon.nob.Vndè cũ ſit de natura locationis,vt poſſit locator domũ ad propriã habitionẽ auferre , hoc per pactũ de nõ alienãdo,cũ hypotheca rei ſublatũ cẽſeri nõ debet.Sed ego magis ea ratione moueor,quia prædictũ pactũ efficit,vt res non videatur exiiſſe de bonis locatoris q.quidẽ non tollit beneficiũ,d.l.æde.

Sed illud prætermittendum non eſt, controuerſũ valdè eſſe , vtrum ſufficiat generalis hypotheca ad hoc,vt procedat text.in dict.§.fin.vt conſtat ex Imola,& Iaſõ,in dict.leg.ſi ita quis,155.§.ea lege. D. de verb.obl.Couar.dict.c.15.Duẽñas, reg.240. limitatione,1.Villalobos,lit.A.num.139.& ſufficere tenet Crotus, in dict.§. Diui numero 96. Socinus Iunior, cõſil.129.num.4.lib.2.Caſſaneus,in conſuetudinibus Burgund.rubr.11.§.5.n.54.pro quibus,leg.qui generaliter,D.qui pot.in pig.Sed nihilominus ſpecialem hypothecam deſiderat communis,quã refert Negu-
ſancius

ſancius de pignoribus,1.membro,2.part.numer.5.Couarr.cap. 15.num.3.ad fin.quod late diſputat omnino videndus,Ioan.Gutierrez,vbi ſup.num.57.licet generaliter ſufficere magis amittant, præter jam relatos , Emanuel Suarez,in communibus opinionibus,verbo *alienatio*,& verbo,*prohibitio*, Greg.in leg.73.verbo,*ni las enagenaria*, tit. 18 part.5.quos nouiſſimè ſequitur Parladorius,dict.cap.fin.4. part.§.5.num.7.

24 Secundò principaliter ex ſuperiori reſolutione infertur interpretatio ad text.in d.leg fin.C.de pactis inter empt.omiſſis etenim quatuor interpretationibus, quas aſſignat Ant.Gomez,in leg.40.Tauri,num.17.in quas incidũt tradita à Balduino in Iuſtinianum , pag. 403.Ioann.Roberto,lib.3.ſentẽtiarum,cap.24.Iacobo Cujacio, in leg.qui Romæ,§.cohæredes, D. de verb. oblig.exiſtimo ex mente Baldi ibidem,& in dict.leg. ea lege,quẽ ſequuntur Aretinus,& Imola,in dict.§.ea lege,in d.leg.fin. non fuiſſe appoſitum pactum de nõ alienando,ſed de non eximendo loco ab humano cõmercio, vt expreſſa textus verba demonſtrant, quod pactum, quia non omnino adimit liberam facultatem diſponendi de re , admittitur à Iuſtiniano propter rationes ibi expreſſas maximè in illis verbis : *Forſitan enim multum eius intereſt*,vbi ratione intereſſe venditoris nullam eſſe facultatem emptori eximendi illũ locum Iuſtianus conſiderauit,vt & I.C.in dict.leg.ſi ita qui,135.§.ea lege inf.de verb.oblig.agi propter intereſſe poſſe.

25 Offert ſe poſt hæc interpretandus text.in dict.leg. ea lege,3. Cod.de cond.ob cauſam. Sed dicendum eſt ibi condictionem,non competere ad rem ipſam repetendam, ſed intereſſe,ad quod agit donator , vel eius hæres per conditionem, & eruditè videndus omnino
26 obſeruat Cujacius, in dict.§. cohæredes. Qui † ſanè rectè etiam conſiderat.leg.vlt.Cod.de rebus alien.non alien.parum aptè in hanc quæſtionem adduci, ſiquidem, vt miſſas faciamus plures interpretationes,quas eidem aſſignant relati per Ripam.d.§.diui,numer.85. Marianus,num.175.Pinellus, in leg.1. Cod. de bonis matern.3.part.num.18.Ioann.Robertus,dict. cap.24. Balduinus,vbi ſup.pag.406. conſtat ſolum ibi decidi, alienatione prohibita, non ſolũ prohiberi actus illos, per quos transfertur dominium, qualis venditio , & ſimiles,verum & illos,per quos conſtituitur jus in re, qualis eſt pignoris, aut ſeruitutis conſtitutio, non tamen inde ſequitur,facta vẽditione rei prohibitæ alienari, in contractu dominium non transferri,neque id ibi Iuſtinianus exprimi , decidendum autem erit ex aliis juris locis.

27 Conſiderat præterea,& idem Cuiacius in d.§.cohæredes,text.in leg.penult.C.ſi mancip.ita fuerit alienat. ad hanc rem non pertinere,quicquid alii putauerint , loquitur ibi Gordianus Imp.de ſeruo vendito ea lege, ne manumittatur,quæ impedit libertatem,non de ſeruo prohibito alienari , lex ne manumittatur perſonæ ſerui cohæret,lex ne alienetur non item. Igitur in ea lege prohibitione manumittatur non efficit, quin & vendi,& per quemcunque contractum in alium trãſferri poſſit , dum tamen ad libertatem non perducatur.

28 Sed iam vela contrahamus, & eo,vnde digreſſa eſt noſtra ſe conuertat oratio , adiiciamuſque illud pro huius quæſtionis,quam ſup.numero octauo excitamus coronide, quod etſi non minus ſit controuerſum, an hæc conuentio in contractu cenſuali valeat , ne debitorem cenſui ſuppoſitam , ſine creditoris conſenſu poſſit alienare,quam à trabellionibus frequentiſſimè adiici dedoces ex formula, quam nuncupatim ſcripſit Hiſpanus Gabriel Montetroſo,in ſua praxi,tract.7.*de las eſcrituras publicas*,pag.135.ad fin.eãque adiici poſſe defendant Ioann.Medina, de reſtitutione, cap. de cenſu redimibili,fol.180 Soto lib 6.de iuſtitia.& iure, quæſt.5.art.2.Mercado de cambiis,cap.de cenſibus,ad fin.Michael Palacios,In praxi Theologica,libro quarto cap.6.ad finem Couarru.libro tertio variar.cap.7. numero ſexto,Petrus Auendaño.reſponſo,12.Petrus de Salazar,de vſu, & conſuetudine,cap.11.numer.65. Ioannes Gutierrez,in dict.leg.nemo poteſt , ex num. 36. Emanuel Rodriguez , in explicatione Motus Proprii ſtatim referendi,dubio 5.Gaſpar.Rodriguez,libro ſecundo de annuis redditibus,quæſt.9.ex num.54.maximè,num.58.quibus inter alia tria præcipuè ſanẽt argumenta,quæ recẽſet Felicianus de Solis,libro primo de cenſibus,cap.10.ex num.1.Ego cum expreſſe eam pactionem prohiberi videam,Pontificia Pii V.conſtitutione *de forma creandi cẽſus*,edita anno 1568.14.kal. Februarii, verſic.*Quemadmodum, nec pactum auferẽs, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitã*, & inter alias conditiones hanc obſeruandam referant Lodouicus Lopez in inſtructorio negotiantium,libro primo cap.57.Dominicus Bañez, lib.de iure,& iuſtitia, quæ.68.art.4. de cenſibus,dubio vlt.col.1.vt cenſualis contractus iuſtus ſit,& argumenta quæ pro cõtraria opinione vrgent,& inducuntur,facillimè diui animaduertam , ſecluſa etiam Pontificia prohibitione. (Quam,quinimo,& totam ipſam Pii V.conſtitutionẽ proximè relatam, apud Hiſpanos non eſſe admiſſam, ſed ab ea à Regio fiſcali ſupplicatũ conſtet,vt apparet in Curiis de Madrid,anno 1585.cap.2.animaduertunt Salzedo,in practica Bernardi Diez,cap.88.Ioan. Gutierrez,libro ſecũdo pract.quæſt. cap.177.Laſarte, de decima venditionis,cap.10.num. 2. & 20.Manuel Rodriguez,vbi ſupra,in pr.Gaſpar Rodriguez,lib. 1. q. 4.n.28.& qui diſputat,an ab ea potuerit ſupplicari,& an ſupplicatione non obſtãte nihilominus liget, Felicianus,lib.1.de cenſibus,cap.6 apud quos de huius contractus iuſtitia & conditionibus ad eã neceſſariis plura diſputantur ,) eam conuentionem , de re non alienanda , niſi vltra pretium legitimum aliquid pro eo grauamine venditori daretur,in ſenſuali contractu
vitioſam eſſe ſuſpicor. Inferens † inde (quod ad nos 29
nunc pertinet)quod etſi inſtrumentum guarentigium ea adiecta clauſula regulariter aduerſus tertios poſſeſſores exequatur, vt late ſupra ex num.9.probauimus & cum aliis admittit etiam Felicianus,dict.cap.10.numero tertio, in contractu tamen cenſuali aliud dicendum eſt, cum conſtet eam clauſulam, & prohibitionem nullam eſſe , indeque nullum poſſe producere effectum, ex regula leg. non putauit, 8. §. non quævis,D.de bonor.poſſeſ.contra tab.leg.4.§. condemnatum,ſupra hoc tit.quibus accedit,vbi nullus eſt contractus,nullumque eſſe inſtrumentũ,omneſque clauſulas in eo contentas.Accur.verbo. *Fabiana*,in leg.3. D.de iis,quę in fraud.patrin.Romanus,conſil.42.col.1. Maranta,diſput.6.num. 29.Palacios Rubios, in repetione rubr.§.76.numero ſexto Paz,in praxi,4.part. 1. tom.cap.5.numero ſecundo Ioannes Gutierres,de iu-
ram.confirmat.1.part cap.36.num.6. Ergo† vt aduer- 30
ſus tertios poſſeſſores in ſenſuali contractu executio locum habeat pactum de rei cenſui ſuppoſitæ poſſeſſione propria auctoritate ingrediendo adiicere vtile erit , cuius praxi meminit quoque Hiſpanus Monterroſo,vbi ſupra,fol. 136.pag. 2. ad fi. decreuntque Aretin.conſ.21.col.pen.& vlt.Socinus conſ.82.col.3. volum.3.Maranta,de ordine judic.6.part.de executione ſentẽtiæ,n.33.Neguſancius de pignoribus,4. part. principali,nu.21.Ioan.Gutierrez,vbi ſup.nu.59. & de juramento,1.part cap.23.num.33. quibus, & Felicianus,dict.num.3. accedit, & (quos ſi non adducunt) Matthæus de Afflictis,deciſ.326.Tiraquelus, de jure conſtituti,1.par.nu.37.Menoch. de recuperanda poſſeſſione,rem.1.qu.22.& rem.5.q.8.num.18.Rodericus Suarez,in d.l.poſt rem iudicatam , in declaratione legis Regni, limitatione,1. n.6.quomodo ea, quæ ſup. num. 5. diximus ſuplenda ſunt, Quamvis de juſtitia huius conditionis,& de hac praxi dubitet Gaſpar.Ro-

driguez,libr.2.de annuis redditibus,q.7.nu.16. & q. 9.num.58.& larios,q.11.ex num.1.& quando pactũ de rẽ pignoratam propria auctoritate ingrediendo validum sit,iuxta l.speciẽ,l.3.C. de pignoribus, l.7o. tit.18.part.3.l.11.tit.13.part.5.& quid operetur,latè scribit Iacob. Menoch. tracta. de adipis.en. possess. rem.5.ex num.1.

Ergo (vt ad rem jam redeamus) ex dictis supra, certis quibusdam exceptis casibus,constat aduersus tertios possessores executionem locum non habere, sed jure ordinario experiũdum fore,facta in primis aduersus principalem,eiusque fidejussores excussio-
31 ne,vt nu.17.insinuauimus. Meminisse† tamen oportebit,quibus in casibus executio aduersus tertios ad. mittitur; probandum à creditore exequente,eos ab illis, aduersus quos principaliter ius exequendi cõpetebat, causam, & titulum habere, vt nuncupatim docet Bartol.in d.l.1.num.13.C.de pignorib.Roderi. cus Suarez,vbi sup.*Ergo si tertius possessor à debitore causã nõ habet,quia nec eius hæres,neque ab eo aliquo titulo, etiam singulari rem habeat exequi non poterit.Ioann. cutier.in l.nemo potest,numer. 27.& 36.n.de legatis,1 Felicianus de cenſibus,lib.1. cap.10.num.3.& 4.Curia Philipica,1. part.5.tertero possedor.§ 11.num.14.Plane causam à debitore,non solum eum habere dicimus,qui immediatè rẽ ab eo nactus est:sed & qui mediate,aliis interpositis personis.ex l.sæpe 61.inf.hoc tit.conjũcta,l. sicut.7.§. superueuit,D.quib.mod. pignus, vel hypotheca solvitur,cui adde And. Alciatus,lib.1.Parerg.jur. cap. 10.leg hæredis,65.n.de verb.signif.leg qui per successionem.194.D.de reg.jur.Denique memineris,eis in casibus excussionem aduersus principalem non requiri,sed tecta via ad tertios iri posse,Menochius, de adipiscenda possess.rem.6.q. 19. Villalobos, in Ærario com.it.A.num.139.& in elegãti casu Alex. consil.85.num.4.vol.6.

Diximus aduersus principalem debitorem,quem tenor scripturæ designat.& aduersus eius hæredem, qui vna veluti , eam eo personã fingitur,executionẽ dandã.& qualiter,sub numer.1.2.& 3.hoc articulo, & aduersus tertium possessorem:sequentibus numeris;exposcit igitur jam tractationis series,vt de reliquis personis,quæ exequi possunt attexamus nõ ni-
32 hil.Et† vt generale,quid paucis dicamus, in primis aduersus omnes, qui hæredis loco sunt,executionẽ locum habere resoluendum est.Ergo aduersus eum, *qui pro possessore hæreditatẽ possidet,l.controuersia.14.D.de trãsact.l.regulariter,9.D.de petit.hæred. l.fin.C.eod.tit.nam.num.7.Orosius,num.13.in dict. leg.controuersia.Idem Bartol.in l.non solum,§.mortẽ,nu.34.D.de oper.nou.nunciat.Franciscus Caldas, de renouatione emphyteu.quæst.7. num.9.per totũ. Item & aduersus fideicommissarium vniuersalem , leg.1.§.D. ad Senat. Consl. Trebell. quia is hæredis vicẽ sustinet hæreditate restituta vt luculenter,in §. restituta,nu.10.cum sequentibus Inst. de fideicõmi. hæred.adnotauimus. Aduersus omniũ bonorum legatarium,leg. nam quod.14.§.fi.cũ l.sequenti D. ad Trebell.est namque veluti fideicommissarius , nihil enim interest rogatus hæres sit restituere hæreditatem,bona,familiam, pecuniam, vel vniuersam testatoris rem,vel omnia sua,patrimoniũ,aut facultates, & quemadmodũ eo casu adire,& restituere cogi potest hæres,sic & is cui restitutio facta est hæreditariis creditori satisfacere,& respondere ex dictis juribus, & l.cogi.16.illo tit.Sed an† aduersus filium,cui à pa-
33 tre trienti,aut quincuncis (vulgo tertij aut quinti) factũ est prælegatum executio locum habeat, an eũ an vero hæredem hæreditarij creditores conuenire debeant,maximè attentata noua dispositione l.21.in legib.Tauri l.5.tit.6.li.5.nouæ recop.grauiter cõtrouersum est,vt constat ex his,quæ auctores Regni in dictis locis scripserunt,Sarmiento,li.8.selectarũ. 3d l.siquis seruum §.si cui certam,n.61.Peralta,in l. cũ autem,D.de legatis,2.& in l.3.§. qui fideicommissã, nu.142.D.de leg.1.Rodericus Suarez,in l.quoniã in prioribus,amplitione,7.nu.8.Conarru.lib.2. variar. cap.1.copiosè Molina,lib.1.de Hispan.Primog.cap.8. num.18.& cap.10.ex num.13.Ioann.Gracia de expẽsis,cap.11.num.62.&cap.16.nu.7.accurate Velazquez de Auẽdaño,in d.l.21.Tauri.glos.1.ex num.1.cõ videbitis, nec enim prosequi nunc omnes quæstiones vacat,præcipuas indicasse sit satis:videbitis,& pro eadem quæstione Anton.de Quesada,lib. vnico quæstionũ juris,cap.14.Parladorium,d.cap.fin.4. par §. 2.num.5.Hæc cum auditoribus meis Salmanticæ,anno 1607.die 24.Ianuarii dictarem,dixi obiter de tertij,& quinti meliorationibus nonnullas inter alia eo. tum meliorationæ factã,prius quàm fauore animæ, deinde tertium esse deducendum:quod quia frequẽs est , ita ab auctoribus obseruatum esse meminisse oportet,juxta l.14.in legibus stylivi nominatim docet Aut.gomez,in l.27.Tauri,n.2.ibid.Spino,in Speculo testã,glos.28.num.30.Angulo in l.9.gl.2.num. 2.& in leg.10.glos.nu.2.tit.5.lib.5.Recopilat. Ioan. Matienzo,in l.1.glos.1.num.2.Azeuedo,in leg.13.n. 19.tit 6.lib.5.Recopilat.& qui ex aliis in elegãti casu limitat Did. Gomez Cornejo , in additionibus ad Antonium,vbi supra.His † similis est fiscus,qui de- 34
linquẽtis bona occupauit,eius namque creditoribus satisfacere necesse habet,leg.si marito 32.in pr.n.soluto matrim. adnotarunt explicantes Barr. nu. 20. Iaso,num.166.Barbosa.num.30.in leg.si constãte,in princ.illo tit.Petr.Dueñas,reg.277.ampliat 41.Ergo †cum & monasterium,quod vniuersa religionem in- 35
gressi bona occupauit,hæredis loco,iuxta multa ab interpretibus tradita,in cap.in præsentia de probationibus,authẽtica ingressi,C.de Sacrosanct.Eccles. æque aduersus id executionem dandam constat, & argumẽto est Accus. in l.peculium,10.§.1.verbo *debetur*,ibi ; *Sic ergo,& deduco post manumissionem,vel alienationem:sunt enim morti similes*,D.de peculio,vbi omnes,& in locis citatis,Bald.in leg.2. C.de hæred. 36
vel act.vend.peciis,cons.350.vol.3.Similimodo†& aduersus testamentarios executores,quo casu anima testatoris hæres instituitur(vt loquuntur nostri(siue propriis causis bonorum distributio eis relinquitur executionẽ locũ habere resolues,ex his quæ sup.§.1. num.18.scripsimus,conjuncta regula,siue loco à cõtrariis, ex quo validissimum constroi argumentum cõstat ex Velleio ad Ciceronis topica.§. 26. Euertado in topicis legalibus,cap.19.scribunt que nominatim Batr.Bald.Alex. & Castellus, quorum meminit Parladorius,lib.2.cap.fin.4.part.§.2.nu.3. Qui in eã- 37
dem causa esse vxorẽ,quæ communes matiti fortunas agnouit,contendit:pro vtili enim parte aduersus eam executio locum habet,quoniam cum eo casu, quo mulier bona matrimonio constante quæsita repudiat,nulla ex debitis constante matrimonio factis soluere cogitur,ex expressa decisione,l.60.Tauri.l.9. tit.9.lib.5.Recopil. sic & quo casu illa agnoscit pro sua parte creditoribus satisfacere necesse habet, ex ejusdem legis regiæ sententia & ratione,l.1.tit.3.fori legũ,versi.*Ca assi,&c.*& l.3.tit.9.libr.5.Recop.leg. 207.in legibus stylibi:*E como quiere parte en las ganancias,assi deue pagar las deudas*,docent nuncupatim Palacios nabtos,in repetitione rubricæ,de donationibus inter vir.§. 66.numer.11.Petrus Auẽdano.responso,20.Matienzo,in d.leg,tertia glos.9.num. secundo & cum multis Azeuedo,in dict.leg.9.num.18. & vt indubitatum supponit Ioan.Garcia , tract. de conjungali acquestu,num.149.Didacus Perez,in additionibus ad Seguram,tract.de bonis lucratis constante matrimonio,numer.6.Cassaneus,in consuetudinibus Burgundiæ rubr.4.§.9.Conarru.lib.3.variar.

cap.19.num.3.Bæza,de non meliorandis filiabus,c. 11.num.43.

38 Porro ille casus dubitabilior est,an aduersus hæreditatis emptorem executio admiti debeat , si eorum,quæ sup.resoluimus memineris,& eorum, quæ de loco à contrariis superiori num.subinnximus.Verum quod ibi diximus emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere, respectu venditoris intelligendũ est:nam quod ad creditores,& legatarios attinet,eorũ jus non trahendo debitor hæres tollere, aut mutare non potest.l.3.D.fam.ercisc.und.l. debitorũ,25. cum lege sequẽti,Cod.de pactis,nec in aliam personam trãsferre obligationem,quam adita hæreditate spõte suscepit,§.hæres,vbi late diximus.Inst.de obl. quæ ex quasi contract.vnde rectè à creditoribus cõuenitur, etiam post factam venditionem ; emptor vero inuitus nequaquam , quia nullum negotium , cũ creditoribus gessit leg.2.Cod. de hæred.vel act. vẽdita,quamvis quo casu venditor hæreditatis soluendo non sit emptorẽ pro hæreditariis debitis vrgeri posse,admittant ibi nonnulli,& in l.1.C. de pactis,quibus sine scrupulo accedit Parladorius,d. §.2.
39 num.5.Quod siquis† profusa liberalitate,siue prodigalitate omnia bona sua donationis titulo largiretur, neque vllum alium reliquisset hæredem, donatarius ab hæreditariis, siue donatoris hæredibus conueniendum,& ordinaria,& extraordinaria executionis via, siue iudicio concordi animo , testantur prolixe rem prosequuti, & sane vtiliter Guido Papæ, decis. 105.& 460.Guillielm.Benedictus,in cap.Raynutius verbo,*carere bona*,ex n.46. Si vero præter donatarij relinquat alium iuris successorem donator,(quamvis cum bona hypothecæ nexa sunt,hypothecæ jure,nõ quidem executiuo,sed ordinario vigeri, donatarius possit principali tamen prius debitore excusso,iuxta regul.auth.hoc si debitor.Cod.de pignoribus,vt tradunt Abb.consil.102.libro 2.necius.consil.137.nu.6. volu.2.Ceisus,consil.13.numer.22. Pinelus,in leg.2. Cod.de rescind.vend.2.par.cap.1. Boërius,decis.204. num 41.) aduersus eum executionem dandam non esse,sed hæredem donatoris,conuenientẽdum, insinuare videtur,tex.in lege hæreditatem,28.D. de donat. cuius argum.id recipiunt,Guido,Benedictus,Decius Abb.& Conarru.in iã citatis locis, & Capella Tolo-
40 sana.qu.386.Quemadmodum,&† quo casu,quis omniũ bonorum,seu quotæ hæreditatis vsufructuarius constituitur , nam eo casu aduersus hæredem, siue hæreditaria bona executionẽ dandam,non aduersus vsufructuariũ,placet Paulo Castrensi, in l.fin. §. sin autẽ æs alienum,C.de bonis quæ lib.& consil. 387. quem sequũtur Alexander.Iaso, & necius,quos refert idẽ probans Parladorius,vbi sup.æx num.6.Conarru.lib.2.varia.c.1.Ioann. Gratia de expensis,cap. 11.nu.6. quamvis possit eo casu hæres hæreditaria bona ad executionẽ nominare,ac petere,vt ea ad æs alienum dissoluendum distrahantur. Item & vsufructuarius,siue bona distrahantur, æs alienum soluat, extincto vsufructu possit illa retinere , donec quod soluit,sibi restituatur,vt Bart.in l.fin.D. de vsufruct. leg.placuit:& sane recte quoniam cum ex hæreditatis bonis æs alienum deducendum sit,& in eorum commodum vtilitet vsufructuarius soluerit,cur illud non retinebit,ex l.quæ vtiliter,45.§.Titius,l.cũ pecuniã 43.D.de negot. gestis & his quæ omnes adnotarunt,in l.idẽ Iulianus,§.hæres,D.de leg.1.Hi quorum hactenus(ex num.1.maxime tamen,num.21.& seqq.)mentionem fecimus,quia quodammodo jutis successores sunt,quamvis cum creditoribus non cõtraxerint , executiua via (vt nostri aiunt) impeti possunt:de reliquis jam subiiciamus.

41 Aduersus minorem 25. annis cum is sine tutore, aut curatore in iudicio esse non possit , vt diximus sup.executionem locum nõ habere,quæ ibi diximus

Antonij Pichardi Præl. Instituti.

suadent;ergo ante omnia curator ei dãdus erit,quẽ etsi inuitus accipere cogi possit , non tamen alium quam ab eo designatum,leg.munus,43.§.is qui D.de procuratoribus,l.qui habebat,5.§.fi pupillus D.de tutelis,l.3.D.qui petan.tutores,l.1.C.eod,quem si designare recusauerit minor, judex suo fungetur officio, vt inibi Cæsares admonent.Si minor impubes sit nõ curator,sed tutor dãdus est,dicto §.fi pupillus,juxta quem d.leg.1 intelligenda est,exornandaque ex traditis, à Bald.in tit.de milite vassallo, qui contumax est,numer.19.Fabro,in §.1.Inst.de curatoribus. Alex. consl.122.numer.3.volum.1.matthæo de Afflictis,decis.262.

Planè aduersus tutorem,vel curatorem pro pupilli 42
debito executionem locum nõ habere,probat leg si se nõ obtulit.4.§.tutor,sup.hoc tit.l.1. Cod.quando ex facto tut.l.2.D.de administr.rer.ad ciuitatem pertin.l.1.C.quando fiscus,vel priuatus,nisi propriio nomine,non tutorio in pupilli rem caueris,l.post mortem,l.5.§.tutor,conjuncta glos.fin ibidem,D. quando ex facto tutoris, exornãda ex traditis à Petro de Auẽdaxo in l.4.§.5.tit.*de las ex especiones*,libro tertio ordinamenti,sub.num.25.Quod si cum pupilli bona habeat,illa non exhibeat,in carcerẽ detrudi jure poterit,vt Bald.in d.l.1.C.quando fiscus,vel priuat.adnotauit. Quod † idem , & in aliis omnibus , qui 43
quia qui rem debitoris gerunt exequuntur, dictum putat , veluti in institoribus, dominum officialibus , œconomis , quæstoribus , Senatoribus , qui pro dominis ciuitatibus, & Ecclesiis , quarum nomine contraxerunt finito officio non renentur,quod nimis animaduertendum suadet auendañus omnino videndus , dict. numero vigesimo quinto quem Parladoriussequitur,d.c.fin.4.part.§.3.† Apud quem, 44
quemadmodum aduersus confideiussores fideiussor, qui soluit executionem petat, leges sub.§.6.dict. 4. part.* Adde quæstionem eam,an Senatores,vel Decutiones pro debitis ciuitatum , & oppidorum teneãtur,aut exequi possint,controuersam nimis esse: tam apud nostros,quam apud exteros,vt constat ex his,quæ scribunt Barr.in l.ciuitas,num.9.D.si certum petatur,Platea,Guid.Pap.Greg.Auend.Aniles,Montaluo, Azeuedo,Gironda,& aliis quos refert Bobadilla in Politica, libr.3.cap.8.qui ex num.72.cum sequentibus argumentis pro vtraque parte adductis eam disputat,cum omnino vide,qui est proclivior in eam sententiam, vt exequi Decutiones pro ciuitatũ debitis possint.

Tertium Præceptum.

Vaese si la execucion la pide la parte,ò su procurador,y si los poderes de el executado,y el executante son bastantes.

De procuratore in causa executiua, §.3.

SVMMARIA.

1 *Procurator ad lites, nisi speciale ad id mandatum habeat, executionem petere non potest.*

2 *Procurator in rem suam , vel generalis executionem petit.*

Esset hic,quæ supra,in prima huius promptuarij parte de procuratoribus,& mandatis diximus,ni repetitio molesta foret, inculcanda, illis præmissis, quia generalia sunt de procuratoribus , qui alieno nomine agunt,an & hi executionem petere possint, sermonem late instituere vetat Rodericus Suarez , qui in loco jam à nobis citato,quæ.3.principali, ac-

curare, & vtiliter tem examinat nouissimè Ioann. Parladorius, dict. capit. fin. 3. par. §. 2. Sanè illud certissimum est procuratorem ad litem sententiæ executionem petere non posse, si eam petierit exceptionis opere moueri posse, l. si procurator, 28. §. 1. ad fin. D. de procuratoribus, l. hoc jure, 86. vbi Bartol. adnotauit, l. vero procuratori, 12. D. de solutionibus, quia qui ad 1 agendum, vel ad litem mandatum habet, cum lata sententia illud expirauerit, judicati actione agere non potest, ex regul. leg. Græcè, 9. §. post litem, D. de fidejussoribus, leg. cum apud, 10. D. judicatum solui. confirmat Rebuffus, 1. tom. ad leges Gall. titul. de sententiarum execut. glos. 13. art. 7. numer. 8. & 9. Didacus Perez, in leg. 4. tit. 8. lib. 3. ord. vbi Auendañus, numer. 22. Hieronymus Zaualos, 1. part. practicarum communium, cap. 632. nu. 8. Nisi † vel ad id speciale mandatum habeat, vel in rem suam procurator datus sit, ex dict. leg. si procurator, §. 1. dict. leg. hoc jure, vel pro suis expensis condemnatur exequator, quia tunc pro suo interesse agit. l. actoris procurator, 30. vbi notat Angel. D. de procuratoribus, mirabiliter Iacobus Menoch. de arbitrariis libr. 1. quæ. 80. num. 60. vel nisi procurator generalis ad lites presentes, & futuras (quod hodie est in vsu) constitutus sit vt in dict. leg. si procurator, & in dict. leg. hoc jure, Bart. docet. Rodericus, vbi supra, numero 6. Parlador. numer. 1. quamvis solutionem recipere non possit, dict. leg. vero procuratori, 12. l. hoc jure, 86. l. inductum, 22. C. de solutionibus l. non abstulit, 4. C. de nouationib. l. 7. tit. 14. part. 5. §. nisi vel in rem suam, vt jà diximus, datus sit vel omnium bonorum sit ei administratio concessa: d. l. vero procuratori, & dict. l. 7. partitæ: quæ de personis, quæ executioné petere possùt dicta sufficiãt.

Quartum Præceptum.

Vea se ante que juez se pide la execucion, si tiene jurisdiction para executar.

De iudicibus coram quibus executio peti potest. §. 4.

SVMMARIA.

1 *Actor sequi debet etiam in executiuis causis forũ rei.*
2 *Renunciatio proprij fori, quid in publicis instrumentis operetur.*
3 *Remissio de vno iudice ad alium in contractibus, quando locum habeat.*
L. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ Recopil.
4 *Renunciatio. l. si conuenerit. 8. D. de iurisdict. omnium iudic. quem effectum habeat.*
L. 20. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil.
5 *Executio quoties per relationem (vulgo requisitoria) fit, inseri instrumentum: siue debitoris nomen debet, & late ex num. 30. & 38. & sequent.*
6 *Hæres debitoris exequi potest, vbi defunctus poterat.*
7 *Clericus laicis hæres, quando apud secularem iudicem exequi possit.*
L. 37. tit. 6. part. 1. explicatio.
8 *Clericus particularis laici successor, conuenitur apud secularem pro annuo reddito.*
9 *Iudex ordinarius proprio iure suam exequitur sententiam.*
10 *Iudex delegatus suam exequi sententiam, ex communi non potest, quæ tamen reijcitur, num. 15. cum seqq.*
11 *Executio sententiarum, mixti imperij est.*
12 *Delegari non possunt ea, quæ specialiter alicui Magistratui committuntur.*
14 *L. fin. C. de iudicijs.*
15 *L. à Diuo Pio. 15. in princ. D. de re ind. & num. seq.*
16 *L. 1. tit. 27. p. 3. non loquitur in iudicibus delegantibus.*
17 *Iudicis delegati, & delegatæ iurisdictionis vis, & potestas.*
18 *Iudex datus quis, & potestas eius qualis.*
19 *Arbitrorum, & datorum iudicum, quæ differentia.*
20 *Iudices dati, & iudices arbitri suas exequi sententias non possunt.*
21 *Executores sententiarum aut mixti, aut mixti sunt, & quale eorum discrimen.*
22 *Executor merus causa cognitionem non habet, mixtus vero habet.*
23 *Executore à mero regulariter non appellatur, à mixto appellatur, nisi re indicata datus sit.*
24 *Recusari quando executores possint.*
25 *Exceptiones, quæ aduersus executorem admittuntur.*
26 *Exceptio, quæ directo oppugnat sententiam executori non obijcitur: bene tamen quæ illam temperat, cuius differentia exempla proponuntur.*
27 *Exceptio etiam, quæ directo sententia aduersatur, potest executori, si de ea antea cognitum non fuit.*
28 *L. tamets. 11. D. ad Macedon.*
29 *L. & ex diuerso, 18. § fin. D. soluto matrimonio.*
30 *Exequuntur sententias, non solum magistratus, qui illas protulerunt, sed & alij illorum iussu, & num. seq.*
31 *L. à Diuo Pio. 15. § sementiam Romæ, D. de re iudicata. & de vera eius lectione, & num. 35. & 37.*
32 *Iudex alienus exequitur alterius sententias ex alterius requisitione.*
33 *Præsides, quale imperium in prouincijs habebant: & in eis exequi sententias an possent, nu. seq.*
37 *Romanis magistratibus plura concessa, quæ Prouincianum Præsidibus interdicebantur.*
L. 1. §. deportatos, D. de legat. 3.
38 *Iudex requisitus, cognoscit de iniustificatione literarum rogatoriarũ & earum executione vitia quædam.*
39 *Literarum rogatoriarum vsus etiam inter diuersi fori iudices admittendus.*
40 *Litera rogatoria, quomodo ordinanda, vt ab alijs iudicibus exequantur.*
41 *Litera rogatoria ab inquisitoribus missa exequenda, etiamsi aliorum exemplum non habeant.*
42 *Index requisitus, si iniustas rogatorias literas cognoscit, an eas exequi debeat.*
43 *L. cum vnus, 12. §. it qui. D. de bonis authore iud. possid.*
44 *L. argentarium, 35. §. fin. D. de iudicijs.*
45 *L. 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop.*
46 *Instrumentorum, & sententiarum executio, æquiparatanoue iure, & quomodo.*
47 *Instrumenta, sine literis rogatorijs exequuntur.*
48 *Arbitrorum iudicum sententiæ, quomodo hodie exequenda.*

CVm sit generale, vt actor forum rei sequatur, l. 1 juris ordinem, 2. G. de jurisdict. omn. jud. c. cum sit generale, 8. de foro com. l. 32. tit. 2. part. 3. vbi late Greg. glos. 1. Socin. reg. 15. Duchas, reg. 21. Menoch. de recup. possess. remed. 10. nu. 40. Iulius Clarus, lib. 5. §. fi. qu. 37. Conarr. lib. 1. var. cap. 18. id & in iudiciis executiuis pariter obseruandum erit, quod & nominatim probat, l. cum antea, 5. versic. *in hac quidem*, Cod. de recep. arbit. leg. 35. versic. fi. tit. 4. par. 3. vbi notabiliter Greg. verb. *ad juez ordinario*, l. 4. coniuncta, l. 20. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. late Roderic. Suarez. in l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regni, qu. 5. Ioann. Yañez Parladorius, lib. 2. rerum quotid. capit. fin. 2. part. §. 1. num. 1. Ioann. Horoscius in l. si conuenerit. num. 9. D. de iurisd. omn. iud. Greg. in leg. 13. tit. 11. p. 5. Auendañus, in tit. *de las exceptiones*, nu. 9. & responso, 22. Azeuedo, inl. 1. num. 54. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. Paz, in praxi. 1. tom 4. part. cap. 2. num. 3. Anto. Massa, in forma cameralis obligat. particula. 3. q. 1. Asinius, in praxi.

praxi. §. 3. 1. cap. 9. numer. 2. qui de competenti judice
2 ad executionem plura cumulant. † Vide cum extra forum rei, peti executio non possit vtiliter hodie tabelliones in publicis, quæ conficiunt, instrumentis illam adiiciunt clausulam, qua reus debendi proprio foro, & domicilio renunciat, sesequo omnium iudicum potestati, & jurisdictioni submittit, quæ id præ-
3 stat, vt licet alias † in contractibus de vno judice ad alium, non habeat locum remissio, sed ita demum contrahentes apud judicem contractus, conuenire possint, si ibidem reperiantur, leg. hæres absens, 19. §. siquis, 2. de judiciis, cap. Romana, 1. §. contrahentes, de foro comp. lib. 6. hæc tamen adiecta clausula efficitur, vt reus vbi vis inuentus ad judicem contractus remittatur, quam praxim deduces, ex eleganti l. 1. ibi; *Nisi suo priuilegio specialiter renunciauerit*, coniuncta Accursij interpretatione ibi, glos. 1. versic. *tamen*, d. si quis in jus vocatus non ierit, quam mirabilem dixit Iaso, in l. si conuenerit, nu. 40. D. de iurisd. omn. iud. Couarr. in pract. cap. 10. n. 3. 4. Auendañus, de exequendis mandatis 2. p. cap. 7. num. 9. quomodo intelligenda est Regia, l. 1. ibi *ò dendores*, tit. 16. lib. 8. nouæ Recopil. qua in contractibus remissionem locum habere disposuit, confirmatumque, leg. 2. & sequentibus eisdem tit. vti accipiunt, & interpretantur Parladorius, & Auendan. iam relati, Alphonsi. Montalnus in repertorio, verbo, *delinquens*, Franciscus Auiles, in capitib. Prætor. cap. 17. verbo, *entreguen*, num. 16.

4 Sed cum non sit infrequentior altera illa adiectio, qua contrahentes celebrimæ decisioni. leg. si conuenerit, 18. D. de iurisd. omn. iudic. renunciant, quid in executiuis iudiciis operetur, intelligere satis vilitatis afferet, pro cuius legis explicatione præter ordinarios, & Ant. Fabrum in eiusdem text. rationalibus videbis Abbatem, in cap. 1. ex num. 17. de iudiciis, Ant. Gabrielem, lib. 9. comm. opin. 1. tom. pag. 600. Couarr. in capit quamvis pactum, 1. part. §. 4. num. 7. & 8. tit. 9. part. 1. leg. tit. 22. part. 3. & Iacob. Cuiacium, tract. 7. ad Africam. in prin. Igitur resolues, quod etsi Bald. in cap. P. & G. de officio deleg. eius renunciationem non valere scripserit, contrarium tamen magis communis recipit sententia, quam Alberic. in d. si conuenerit, resolvit post eum Ioannes Oroscius, num. 9. communi totius orbis consuetudine admitti, contestantur Iaso, in l. si quis in conscribendo num. 11. C. de pact. Guido Papæ, decis. 77. operabiturque, vt licet alias reus debendi, non nisi in proprio foro, vel apud judicem contractus exequi possit, ea tamen adiecta renunciatione, apud omnes judices, vbi reus inuentus fuerit executio peti valeat, quamvis neque ibi bona aliqua habeat, neque ibi contraxerit, quo iure in praxi vtimur. Intelligesque text. in leg. 20. col. 4. versic. *Y otro si mandamos, que en virtud*, ibi, *Tan solamente hallandose la persona, ò bienes en la iurisdicion de juez ante quien se pidiere la tal execucion*, tit. 21. lib. 4. nouæ Recopilat. quam diurna noctumaque euolues in executiuis indiciis manu, quippe docet quomodo, & apud supremа, & inferiora tribunalia executio petenda sit: per-
5 petuoque memineris. † Quibus casibus extra territorium, & proprium rei forum executio per relationem ad alium judicem fit (vulgo dicimus, *por carta requisitoria*, qua de re late inf. cod. §. ex num. 10.) necessarium esse, vt index, qui literas requisitorias mittit, mittat insimul exemplum nominis, siue obligationis, quam exequitur, quia alias index requisitus illis parere non debet, ex eleganti Bart. Pauli, & Iasonis doctrina, in l. magistratibus, 12. D. de iurisd. omn. iud. Couarr. d. cap. 10. ad fin. Relinquitur itaque regulariter executionem apud rei conuenti judicem, & in eius foro petendam esse, obseruatis tamen semper regulis, & declarationibus dict. l. 10. tit. 21. lib. 4. Recopil. * procedit autem decisio, d. leg. 20. tit. 21. lib. 4. Recopil. ibi, *Hallandose la persona*, etsi apud judicem vnum, ex his executio petatur, & judicium cœptum sit, possit nihilominus creditor denuo executionem eandem apud alium, qui sit competens petere, nec obijci ei exceptio litis pendentis possit, Iason, consil. 9. & 28. lib. 1. Nat. ad Alexan. consil. 130. num. 15. additione, 6. lib. 4. Lancellotus de attentatis, 2. part. cap. 4. limit. 3. n. 76. Paz, in praxi, 4. par. 1. tom. cap. 2. nu. 3. Ant. Massa Gallesius, ad obligationem in forma Cameræ. 3. par. qu. 2. Felicianus de Solis, lib. 3. de censibus, cap. 20. num. 9.

Vnde fit, quod cum sententiæ, quæ in rem transierint judicatam, item, & alia instrumenta, quæ paratam executionem habent, non tantum contra eoldemmet debitores, verum aduersus eorum hæredes excqui possint, ex sententia text. in l. post latore. 44. in princ. D. ad S.C. Trebell. diximus supra. §. 2. num. 1. 6

Etiamsi clericus hæres laici sit, perinde, ac ipse defunctus apud secularem iudicem conueniendum esse, sint qui putent, licet lis cum defuncto cœpta non sit, memorat glos. in cap. clericum nullus, 11. qu. 1. desendit Albericus, in l. hæres absens, 29. in pr. D. de iudiciis. Imola, in l. si cum hominem, D. de fidejussorib. quorum sententia expresse videtur comprobata Regia, leg. 57. tit 6. p. 1. quam absonam à iure non esse, contestantur Rodericus Suarez in d. l. post rem iudicatam in declaratione legis Regni, extensione, 1. num. 4. Palacios Rubios, in repet. rubr. §. 31. num. 8. Auiles, in c. Prætorum, cap. 10. nu. 66. arridetque text. in leg. 15. tit. 4. lib. 5. Recop. qua cauetur clericum laici hæredem testamentum offendere, & aperire coram judice seculari opportere, vbi Ioann. Matienzo, glos. 1. plura in proposito addicit, & nominatim Menchaca de success. creat. §. 26. nu. 58. & 59. sub lib. 3. contraria tamen sententia, longe verior est, quo casu lis cum defuncto non est cœpta, & in ordinariis, & in executiuis iudiciis, clericum laici hæredem apud ecclesiasticum conueniendum esse, ex glos. in d. cap. clericum nullus, & in c. is qui in jus 46. versic. *item fallit in conuentionalibus*, de reg. jur. lib. 6. quas sequuntur Bar. & reliqui, in d. l. hæres absens, & alij relati per Couarr. in pract. quæst. cap. 8. nu. 4. Parlador. d. cap. fin. 2. par. §. 1. numer. 8. quoniam si lis iam cum defuncto cœpta fuisset, apud eundem iudicem terminandam, etiam clerico laici hæredi existenti, docent idem, quomodo, & casu dictam leg. in partitæ accipiendam, placet Gregor Lopez ibidem, Auendano, in c. Prætorum, 1. p. cap. 1. nu. 35. verum eam interpretationem eius verba non patiuntur, quæ latissime patent, ac sonant, animadvertuntque Villalobos, in Æratio comp. op. lit. C. num. 101. Olanus eadem litera, num. 18. Dicendum ergo est Hispanos Reges, sine Hispani iuris auctores primam opinionem secutos Regiæ potestatis fulgorem conniuentes eam tamen legem magno consensu à posteris, vt Sacrosanctæ Ecclesiæ libertati, Pontificiæque auctoritati contrariam explosam fuisse. † Quibus illud (quia in vsu forensi est valde 8
frequens) adiicies in clerico particulari laici successore in prædio pro censu ab eodem laico specialiter obligato, cum clausula de non alienando, superiora admittenda non esse, nec audiendum clericum fori præscriptionem allegantem, quando non consentiente creditore emit: quoniam cum eo casu contractus, & alienatio nulla sit, ex reg. si creditor, 7. §. fin. ibi: *Nullam esse vẽditionem, vt pallioni stetur*, D. de distractione pign. clericusque prædonis iure possideat, fori priuilegium attendendum non est, quia Ecclesia, vt vult ne sua sibi fraudetur jurisdictio, ita debet velle, & aduersus alios, ex reg. cinouit. 13. de iudiciis, & traditis à Baldo, in l. fin. q. 6. C. de edict. D. Adr. in l. testamenta, C. de testam. in l. acceptam, C. de vsuris. Auferario, de potestate sæculari, reg. 2. num. 10. Bertachino, de Episcopis, quæst. 49. par. 5.

Sed an omnes judices exequi sententiam possint in- 9
telligere necessarium erit, & cum de ordinariis, & qui Proprio non alieno iure jurisdictionem exercent du-

bitatio nulla sit, parum enim esset ius dicere, nisi dictum exequi possent, arg.l.2.§. post originem,& successionem iuris,D.de origine iuris,c.vbi periculum,3.§.præterea,quia parum,de electione,in 6.l.15.tit.part.
10 1.l.15.tit.4.part.3.delegatis, maxima est. † Et cum ex Vlpiano,in l.à Diuo Pio,15.in principio,D.de re iudic. constet, eos qui iudices dederunt iudicum à se datorum sententias executuros,hinc putarunt omnes delegatum iudicem, idest, eum qui non proprio iure, sed alieno beneficio iurisdictionem habet,suam non posse exequi sententiam; Quia delegatus iudex, qui alieno beneficio iurisdictionem habet, l.1.§.qui mandatam, D.de off.eius cui mand. est iurisd.postquam sententiã tulit functus est officio suo,l.iudex posteaquam,55.D. de re iud. quam in delegato accipiendam putarunt plures,quos Menoch.refert,lib.1.de arbitr. quæst. 67. num.21.vnde nec de eius nullitate cognoscere potest, l.si vt proponis,4 C.quomodo & quãdo iudex,(iuxta communem allegationem) cum tamen ordinarius id efficere possit,l.si præses,6.C.illo tit.l.1.in fine,C.de sent.& interlocut.omn.iudic.l.si accusatoribus 4.C.de accusation. retinet enim semper iurisdictionem ordinariam,quam à se abdicare non potest, l.penult.D.de officio Præsidis,cuius virtute,non tantum suam,verũ & sui delegati iurisdictionem exequitur, quam rationem Bar.insinuat in principio,d.l.à Diuo Pio,sub num. 14.Eamque differentiam inter iudicem ordinarium,& delegatum,ex d.l.si vt proponis,obseruat gloss.ibi.verbo, *commisit*, quam à multis communiter sequutam contestantur plures relati à Tiraquel.in l.boues,89.§. hoc sermone,limitatione 1.nu.4.D.de verbor. signifi-
11 cat.Bellono,lib.1.supput.cap.18.num.1.Deinde† quoniam sententiarum executio mixti imperij est,l.iubere cauere,4.D.de iurisd.omn.iud.ea autem,quę mixti imperii sunt, delegari non possunt,l.1.D.de officio eius, iuxta communes interpretationes,iuncta l.ea quæ,26. §.magistratibus,D.ad municipalem, vti ex d.l.1.deduxerunt,præter alios, Alciat. in c.quod sedem, nu.5.de off.ordin. Couarr.lib. 3. variarum cap. vltimo,induci- que potest,text.in leg.solent,6.in principio, D.de off. Proconsulis,leg.nec quicquam, 9.§.vbi decretum,illo titulo lege nemo potest gladii,70. D.de reg.iur,quod & in d.pr.Accursius insinuauit,verbo,*à se*,versic.*quia*
12 *executio*,quem probat Iaso,n.5.Alex.n.6.Quibus † finitimum est,quod cũ à Diuo Pio magistratibus populi Romani)& perinde reliquis omnibus,vt recte Bart. ibi num.1.interpretatur) sententiarum executio specialiter in illa lege fuerit commissa, in delegatum transire non posse,satis probat, d.l.1.in princ.D.de off. eius, item cum nominatim eis,qui iudices dederunt data sit,de legatis prohibita censetur, ex reg. leg cum prætor.12.D. de iudiciis, ex quibus iudicem delegatũ sententiam exequi non posse,probat communis,cuius extitit auctor Accursius,d.verbo,*à se*,in principio,Bar. num.15.Iaso 3.& 5.Alexan.6.idem Accur.in l.tale pactum,§.qui prouocauit, D.de pactis, quos sequuntur Abbas,in cap.si quis contra clericum,numer.28.Felin. num.fin.Socinus.nu.14.de foro comp. resoluit etiam communem Beroius in cap.significasti, num.8.de off. delegati.Claudius,in l.1.n 2.D.de off.eius, Guido Papæ,qu.60.& inter communes, retulerunt Franc. Viuius, & Bellonus in suis receptis opinionibus verbo, *delegatus*,col.1. Ferrara in practica in forma libelli in actione reali, verbo: *executioni mandare*,col.1.Franc. Marcus.q.71.n.1.in 1.par. Cornens,consil.72.nu.12. Duarenus,lib.1.disput.cap.53.Menoch.lib.1. de arbitrar.qu.74.& plures alij quos in dictæ l.à Diuo Pio cõmentariis,in principio,num.8.recenset eruditus egregiusque huius sæculi,I.C. Hispanus,Præceptor noster Doctor Gabriel Henriquez, apud nostros Salmanticenses Primarius legum interpres.

13 Contrariam tamen sententiam,quinimo delegatum iudicem exequi sententiam suam posse,plures defendunt,quoniam iurisdictione concessa ea quoque concessa videri,sine quib.iurisdictio ipsa explicari nequit, præter vulgare principium,l.ad rem mobilem, 56.l. ad legatum 62. D. de procuratoribus probat expressa l.2.D.de iurisd.omn.iudic. quam in mandata, siue delegata iurisdictione, loqui Accur. Bar.& reliqui ibi putarunt,teste Horoscio,n.1. vnde cum nihil sit iudicare, nisi dicta sententia executioni possit mandari, meritò delegatum sententiam suam exequi posse, dicendum videtur,quam † exequi eum debere,non qui 14
eum dedit,probat l.fi.ad fin. C. de iudic.qui textus,& si in Principis delegato à communi accipiatur, vt ex Acc.vbi supra Bar.n. 2.Fulg.2.Iaso,n.10.Alciat.n.37. in rubr.de off.ord.Alex.in l.2.n.10.D.de iurisdict.omn. iudic. & in delegato ab inferiori accipi nunc placet, iuxta eiusdem legis priora verba ibi:*Cum specialis iudex, siue ob Augusta fortuna, siue à iudiciali culmine datus est*, quibus coniunges exemplum cap.cum venissent,3. de eo qui mittitur in possess. vbi delegatus executus fuit sententiam suam per missionem in possessionem. Ex quib. opinionem hanc veriorem putarunt multi,ex glos.in c.quisquis,2.q.6.verbo,*quisquis*, versic.*sed hoc non est verum* & in c.si quis contra clericum,4. verbo *ipsius*,de foro competent.resoluuntque ibi Abb.nu.28.Felinus,qui septem pro ea rationes recenset,num. fin. vbi etiam probat Marinus Socinus, Alex.in robr.D.de off.eius,nu.9.& in l.2.D. de iurisd. omn.iud.numero 10.& Longouallius,in l.imperium, eiusdem tit.numer.170.Bernardus Diaz reg.178.

Qua admissa sententia, quæ pro priori adduximus 15
argumenta non obstant,non primum,ex d.l.à D. Pio, cui respondere solent interpretes, non ideo quod delegantibus iudicibus sententiarum à delegatis prolatarum executio tribuitur,de legatis interdicitur; nam cum delegatus delegantis vice fungatur,quodammodo sententia ab eo lata à delegante videatur proferri, ex d.§ qui mandatam,l.1.D.de off. eius,cui mandata est iurisd.Ergo quemadmodum suam posset ipse sententiam exequi, sic & sui delegati exequitur. Quam interpretationem assignatam à glos.in dict. cap si quis contra clericum,referente Abbate ibi,num.34.proba-
re † videtur text.in leg.1.tit.27. part.3.ibi;*Esso mismo* 16
pueden fazer los maiorales de ellos. Verum nec ea interpretatio verbis dictæ legis quadrat, quibus non cumulatiue (vt logici loquuntur) maioribus magistratibus sententiarum iudicum à se datorum, executio tribuitur,sed priuatiue, vt vera ad illam legem interpretatio demonstrabit; vt scilicet hi tantummodo sententias exequantur,qui iudices dederunt, non qui dati sunt.Nec verba, d. l. partitæ de delegantibus accipi possunt, sed de maiorib.iudicibus, quos inferiorum sententias exequi posse, nemini dubium est: vt recte Greg.ibi interpretatur.

Quare pro exacta huius legis interpretatione adnotandum;Iudicum,qui non suo,sed alieno iure iudicant, alios iudices delegatos esse, alios datos iudices nuncupari, alios arbitros dici, inter quos omnes maximum est discrimen], quoniam delegatus iudex, † quamnis verum sane sit proprium nihil habere,sed 17
eius,qui mandauit iurisdictione,vti d. §. qui mandatam, vnde cum iurisdictionis tantum vsum habeat ordinario volente reuocari potest, l. iudicium soluitur,58.D.de iudiciis,subdelegare nequit, leg. à iudice, 5.C.illo tit.morte delegantis finitur,l.& quia 6. D. de iurisd.omn. ind. consuetudinemque terræ delegantis, non suæ delegatus sequitur,l.& si prætor.3.illo tit.& inde causam coram delegato cœptam finire delegans possit,Bartol.quæst.1.in leg.vbi cœptum,30.D.de iudiciis,quia non iurisdictionis radix,siue proprietas, sed vsus in delegato tantum est,vt Bald.in rubr.de officio delegati adnotauit, cum tamen iurisdictionem habeat,quinimo, & imperium quod iurisdictioni cohæret mandata iurisdictione transire, recte docuerit Iu-
lius

lius Paulus,in d.§.qui mandatam,ad fi. posse eum suã exequi sententiam artis principia suadent, quod quamuis in Principis delegato speciale, ex d.l.fi.C.de iudiciis, existimauit ibidem Bar. & communem opinionem dixerit Fulgosius,Decius,in c.significasti, de officio deleg.Alciatus,in rub.de officio ordin.n.18.& in delegato Papæ probent expressa iura,in d.c.significasti,7.in capit.pastoralis,28.§.quia vero,cap. ex literis,29.de off.deleg.quibus constat eum si velit executionis ius habere, (quomodo ea iura intelligenda esse,item & text.in d.c.cum venissent,3.de eo qui mitt. in possess. cum erudito Antonio Quintana Dueñas, lib.2.de iurisd.& imperio.tit.7.num.10. probo) id in omnibus,quibus etiam ab ordinario iudice mandata iurisdictio est ego probo: probatque præter alios Quintana Dueñas, vbi sup.numer.11.

18 Iudices vero dati,arbitrive (quorum mentio, in d. l.à Diuo Pio, ab Vlpiano sit,) quamuis iudicare inter partes possent, executionis tamen ius non habebant, quod vt penitus intelligas qualisque eorum esset potestas percipias, meminisse iuuabit: quod cum olim Prætores multis Romæ impediti negotiis, priuatas causas iudicare non possent, litigatoribus petentibus iudices dare solebant: Prætor namque statuta die ad se litigatoribus vocatis, eisque summatim auditis, ex proposita causa formulam concipiebat, quæ totius litis, & controuersiæ, ita componebatur, vt iudici à se dato, qua de re iudicandum esset præscriberetur adeo stricte, vt à Prætoris præscripto ei recedere non liceret, sed omnis eius potestas intra formulæ terminos, & cancellos concluderetur, vt ex Seneca.lib.6.de beneficiis,c.5.& 6.deprehenditur, ex aliisque bonorum auctorum testimoniis; constituto iudicio addebatur index ex numero selectorum à Prætore,vt videre est apud Gellium,lib.14.c.2.qui nõ inuitis litigatoribus dabatur, sed partium consensu, aut sorte eligebatur, eum si non placebat statim reiicere,& recusare post sortionem licebat. Plinius,in panegyrico, *sors* (inquit)*& vrna iudicem assignat, licet reiicere,licet exclamare hunc nolo.*Is formulam à prætore conceptam secutus, cognoscebat, & iudicabat: nec ab ea recedebat,quamvis id æquum esse indicaret,iurisdictionem nullam,ne mandatam quidem habebat,sed notionem tantum,quæ à iurisdictione mul-
19 tum differt.† Quid autem inter arbitrum & datum iudicem differret, nullus melius, quam Seneca, lib.3. cap.7. de beneficiis expressit. *Melior* (inquit) *videtur conditio causæ bonæ fidei, si ad iudicem, quam ad arbitrum mittitur,quia illum formula includit,& certos quos non excedat terminos ponit:huius libera,& nullis adstricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adiicere,& sententiam suam,non prout lex, & iustitia suadet,sed prout humanitas,& misericordia impulit,regere,* & libro secundo de clementia,*liberum arbitrium*(ait) *habet, non sub formula iudicata.* In hoc ergo arbitri à prætore nominati, à datis iudicibus differunt, quod hi secundum formulam à Prætore præscriptam iudicare solebant, illi quod æquum,& bonum videretur,
20 in eo † tamen conueniunt, vt neuter possit sententiam suam exequi,sed is, qui eum dedit,aut executor ad hoc deputatus,iuxta tex.in dict.leg.à Diuo Pio, & d.l.fin.Cod.de iudiciis,quæ iura sic necessario intelligenda sunt, vt & multa alia,quæ de arbitris, & datis iudicibus passim occurrunt, obseruaruntque iamdiu Duarenus in l. iuris gen.7. versic. *Actionem*,D. de pactis,& ad tit.D.de iurisd.omn.iud. cap.2. in princ. in leg. ait Prætor D. de re iudicata, & lib. 1. disputat. Anniuers.cap.53.Corasius lib.3. miscellan. cap.18.Rebardus pro tribunalium, cap. 12. & lib.1.de iudiciis, cap.4.Alciatus lib.2.paradox. cap. 5. Costanus lib. 1. quæstion.iuris,cap.9.num.3. Brisonius,libr.5. de formulis,pag.470.& 506.Anton Correa Lusitanus,lib.1. ordinament.Portugaliæ,tit.1.num. 49. Couarr. in regula possessor 2. parte §. 6.numero 4. præceptor noster, in dicta lege à Diuo Pio, in prin. numero 19.& post cum Anton. Quintana Dueñas, d.tit.7.num.21. ex quibus quam supra nu.6.in pr. proposuimus quæstionem recte dissolues, delegatum iudicem sententiam suam exequi posse, siue is à principe ab inferiori alio, qui delegandi potestatem habeat, iurisdictionem acceperit.

Verum nunc opportunè, & commodè satis illam adiungemus,quam in d.l.à Diuo Pio glos. verb. *A se*, versic. *item si cui executio mandatur*, in quaque totus ibi Bart.fuit.An versa vice is, qui sententiam exequitur aliquam causæ cognitionem habeat, frequens sane, & quæ cum difficultate summam habet vtilitatem coniunctam,quam vt dissoluas memineris † Exe- 21
cutorum summam diuisionem in duo genera deduci, aut enim meri sunt,aut mixti, glos. verbo, *& si sciat*,in cap.pastoralis,28.§.quia vero, de off. deleg.& in cap.de cætero 5.verbo,*fraus*, de re iudicata, consentit Bart.vbi proxime, numer. 4. quatenus autem merus à mixto discernatur, non satis conueniunt. Nam glossa merum esse executorem ait,quando præsentibus partibus cognitum est de causa, iudexque mandat alicui, vt sententiam exequatur;mixtum vero,qui cognitionem habet annexam,vt puta cum Papa mandat alicui rem restitui,vel beneficium dari per executorem. Bartolus † vero contendit merum exe- 22
cutorem esse eum, cui nudi facti executio committitur, mixtum cum ad rem iudicatam exequendam aliquam causæ cognitionem adhibere necesse est, glossam sequuntur Abb.in cap.fi.de præsum.Iaso,in d.l.à Diuo Pio,nu.14.Greg.in l.52. verbo,*señalado*, tit. 18. par.3.Paladorius,lib.2.cap.fin. 2.par.§.3.nu.2.Bartolum admittit Felinus, in d.cap. de cætero, in principio,& multis exornant Menoch.lib. 1.de arb. quæst. 38.ex nu.1.Bernardus Diaz, reg.270. inclinat in hanc partem præceptor noster,in §.1.d.l.n.21.Ergo glossam, & Bartolum non discrepare existimo:quid enim aliud est sententiæ partibus præsentibus dictæ,an vero,nudi facti executionem demandare? quid eam, quæ cognitionem habet annexam,vel eam, quæ vt exequatur eam requirit? Merus ergo executor nullam habet causæ cognitionem d.cap.pastoralis 28.§. quia vero,l. executorem,8.C. de execut.rei iud.l.si,vt proponis,6. illo etiam tit.Mixtus autem de causa cognoscit,leg.& si non cognitio. 4. Cod.si contra ius, vel vtilit. publ. quæ cum præcipua inter eos differentia sit;& illa eos longe dissimiles facit † si quidem à mero executore 23
non appellatur, nisi is modum excedat:à mixto bene appellatur, glos.in dict.§.quia vero, quæ communiter recepta est. Cæterum, si iam re iudicata datus sit executor, siue is merus siue mixtus sit,siue nudi facti is executor sit, siue etiam cognitione opus habeat (si tamen modum in exequendo non excedat (ab eo appellare non licere, l. ab executore, 4. D. de appell. l. ab executione,5.quor.appell.non recip.capit. quoad consultationem,15.de re iudicata,cap.nouit.43.de appellationib.leg.52.tit.18.3.p.quæ leges cũ ab eo executore, non esse appellandum generaliter definiat, cur eas restringamus non est, alioquin enim ex re iudicata via fieret ordinaria, quod tamen ferendum non est. Quæ † & de recusatione dicta velim existi- 24
mes,ex d. cap.nouit, & iis,quæ inibi late tradunt interpretes.Didacus Perez, in l. 4. tit.8.lib.2.ordinam. Auend.de exequend.mandatis,2.par.cap. 23.num.10.

Restat, quas exceptiones admittere executor pos- 25
sit,audiamus, nullam namque admittendam esse probare videntur text.in leg.Nesennius,41.§.in solidum, D.de re indicata, leg. cum fideicommissum, 7. D. de confessis. Cæterum ex eleganti Bart.doctrina,in principio,dict. l. à Diuo Pio,numer. 10.quam repetit, in leg.1.C.de iur. & fact.ignor. vbi sequuntur, & exornant Iaso,num.15.Meneses,num.36.Albericus,in fundo,D.

do,D.de rei vind.Boerius quæstió.53.nu.18.Menoch. dict.quæst.58.num.10.Ioann.Garcia,tract.de expens. capit.6.numer.15.Petrus Barbosa,in leg.maritũ, 13. num.47.ad finem,D.soluto matrim.Res sic explicã-
26 da est,vt † scilicet exceptio,quæ directo oppugnat sententiam post rem judicatam opponi nullo modo possit,adeo vt si daretur executoria sentẽtia,admittentis talem exceptionẽ,ipso jure nulla esset, leg.1. Cod. quando prouocare non est necesse, cap. inter monasterium,10.de re judicata,leg.15. versi. *Ca defines*,tit.11.vbi glos.4.leg.13.tit.22.vbi late,& vtiliter glos.2.p.3. quibus cautum est, executoriam contra executoriam non admitti. Si vero exceptio sententiam directo non infringeret,neque eam de iniustitia arguat,sed ad eam moderandam pertineat, cum post sententiam tũc opponi possit,cap.Oduardus,3. de solutionibus,vbi Imola, nu.10. ordinatio Lusitanorum,libr.3.titul.71.§.18.posset, & de ea executor cognoscere,quomodo intelliges text.in l.ex diuerso, 17.§.fin.D.soluto matrimonio,dict.§ in solidum,l.si fidejussore,41.§.idem respondit,D.de fidejussor.dixi,in l.16.infr.eod.num.3.

Cuius doctrinæ exempla cum plura extent,vnum tamen, aut alterum adduxisse satis erit. Ecce egit, quis vindicationis reali actione obtinuit, rei possessionem vindicanti possessor restituere condemnatus fuit,is expensarum, quas in re fecit exceptionem illi obiicit,cum exceptio hæc nec sentẽtiam directo infringat,nec eam de iniustitia arguat,post rẽ iudicatã opponi,deque ea executor cognoscere recte potest Bart.in princ.d.l.à diuo Pio,& in l.in fundo,nu. 16.D.de rei vindic.& in l.Paulus,D.de doli exceptione,Boerius,decis.43.num.9.Bertrandus,consil.25.nu. 50.volum.1.Menoch.& Ioan.Garcia jã relati.Aliud, mulier ejusve hæredes dissoluto matrimonio aduersus maritum ad dotis restitutionem agerent,eam,vt restitueret condemnatus fuit,in executione sententiæ re jam iudicata,se quatenus facere posset tantummodo condemnandum maritus allegauit,ex leg. maritum, 13.cum leg.sequenti, D. soluto matrimonio, cum exceptio hæc directo sentẽtiæ non aduersetur, sed eam moderetur tantummodo,siue ejus executionem eam admittendam,& de ea cognoscẽdum post rem etiam judicatam,probat,text.in dict.§. insolidũ cum aliis,Petrus Barbosa,d.nu.47.

27 Verum habet ea doctrina elegantem limitationem,vt videlicet admittatur,quoties exceptio hæc in iudicio fuit opposita,nec de ea cognitum,nec super ea pronunciatum,eo nãque casu posset in executione opponi:nã si opposita jam fuisset, quia tacite videretur rejecta,cap.ex parte,67.de appellationibus, Bartol.in l.à procedente,num.4.Cod.de dilationib. de exceptione semel rejecta amplius non potest opponi,cap.suborta,21.in fine,de re judicata,Clem.fin. de appellationibus,l.quod in diem,7.§.fin.D.de compensation.iterum non posset in executione opponi, ita docente Accurs.verbo,*non tenetur*,in dict.§.insolidum,quem communiter sequutum contestatur Iaso, in d.l.1.num.19.ad fin.C.de juris,& facti ignorantia Brunus tract.de cess.bonor.4.part.principali,quæst. 20.num.27.& exemplis illustrante Pet.Barbosa,in d. l.maritum,num.48.

28 Superiorem tamen doctrinam,ejus exempla,& limitationẽ difficiles reddunt text.in leg.Tametsi,11. D. ad Macedo.vbi filiusfam.ex mutuo condemnatur quia Macedoniani exceptionem omisit,postmodum executioni sententiæ potest illam objicere,quam tamen certum est directo sententiã impugnare. Item
29 † & text.in l.& ex diuerso.18.§.fin.D. soluto matrimon. ibi:*Ignorantia iuris lapsus condemnauit maritum insolidum*, ex quibus verbis deprehenditur maritum exceptionem opposuisse, judicemque per imperitiam illam rejecisse, & nihilominus doli mali exceptione opposita,non in solidum,sed quatenus,facere posset,condemnandum.

Sed defendenda adhuc est,& superior doctrina,& ejus à nobis adducta explicatio,neque obstat text.in d.l. tametsi, omissa enim solutione existimantium ideo post rem judicatam eam admitti ibi exceptionem, quæ directo sententiam oppugnat, quia odio creditoris inducta fuit. Quæ solutio conuincitur ex eodem text.ibi: *Exemplo mulieris intercedentis*, conjuncta,l.1.& sequẽtibus,D.ad S.C.Velleianum.Item & ex eo: nam cum filius sui juris effectus exceptionem remittere posset,leg.Zenodorus,2.C.ad Maced. posset etiam per lapsum termini legalis eam exceptionem amittere: dicendum est,exceptionem illã, vt ex l.1.illius tit.constat,non tantum odio creditoris,sed & fauore patris inductam fuisse,vnde quamuis filius sibi ipsi posset nocere eam exceptionem omittens, non tamen patri, quare jam omissam in executione santentiæ recte objicit, ne alias iniqua per eum patri conditio inferatur.

30 Minus obstat text.in d.l.ex diuerso,18.§.fin.quoniam omissis pluribus interpretationibus quas recẽset,& accurate refellit Barbosa,in dict.l.maritum,ex numer 50.cum Paulo eodem in loco,num.1.Cumano,in l.rei judicatæ,§.fi.num.1.ad.med.dicendũ est, maritum quidem opposuisse exceptionem,sibi competentem ex priuilegio,dict.leg.maritum,nihilominusque judicem eum in solidum condemnasse,quia tamen expressim exceptionem eam non reprobauit, adhuc in executione ea vti potest.Nec enim ferẽda est vxor,si ex tacita judicis mente illam reiici velit, eandemque mentem tacitam nõ admittat,vt sic sententia pro se lata mero iure valeat,cum tamen ex ea manifestum iuris errorem sententia contineat, qui sententiam nullam ipso iure facit,l.2.C.quando prouocare non est necesse.

31 Est tamen pulcher articulus,& qui non minus vtilitatis,quã difficultatis in hac tractatione habet, an illi solum magistratus, qui sententias protulerunt exequi eas possint,an vero,& alii. Et cum Vlpianus in dict.leg.à diuo Pio,15.in principio,D.de re iudicata,arbitrorum,datorumque iudicum,sententias majores magistratus,qui illos dederunt executores scripserit,insinuans sublatenter alios non posse,id accipiendum esse subdit(in §.sententiam Romæ † eiusdẽ legis) inuitis magistratibus, qui eo dederunt vel qui judicarunt, nam si Prouinciarum Præsides sententiam Romæ dictam exequi à Romanis magistratibus jussi fuerint,eam ad finẽ persequi posse, & à D. Pio, patreque suo rescriptum contestatur,quæ est illius §. sententiam Romæ explicatio, si Pandectarum Florentinorum lectionem admittas, ibi, *Si iussi fuerint*, quã tanquam veriorem magis probant Duar.ibi Forner.lib.1.select.cap.18.Rod. Suarez, in leg. post rem judic.q.5.nu.1.Couarr.pract.quæst.cap.10.nu.2.A qua tamen vulgaris, quæ habet *si visum fuerit*, quicquid alij putauerint, non multum discrepat,quoniam licet Florentina necessitati vulgaris exequentis judicis voluntati tribuere executionem videatur,hæc non juxta eum sensum accipienda est, nec ad exequentes judices referenda, sed ad magistratus, quorum auctoritate executio fit, quibus si hoc visum fuerit ab aliis executionem fieri iubere potuerunt,quod & Bart. & Alexan.& Duar.& Præceptor noster ibid.recte obseruarunt Rod.Suarez dict.q.5. probatque expresse, l.1. vbi adnotauit Greg.glos.5.tit.17.part.3.

32 Iuxta quam explicationem colligitur executionem sententiæ petendam quidem esse coram iudice, qui illam protulit,quod si vel debitor, vel eius bona, in quibus executio facienda est,in alieno sint territorio, ad proferentis preces per judicem alterius territorij fieri posse,quomodo intelligendi sunt tex.in l.properandum,11.§. sin autem reus, vbi adnotauit Accurs. verbo,

verbo,*ad maiorem*,Cod.de iudiciis, cap.postulasti, 14. de foro comp.capit.1.§. contrahentes, ad finem, eodem tit.lib.6.quibus cautum est,vnius territorij judicem, alterius exequi sententiam posse, vt scilicet id recipiendum sit, si magistratus literas scribat ad alterum magistratum,vulgo:*Rogatorias*,siue *Requisitorias*, appellamus quod ex illa lege post Accurs. Bartol. & reliqui adnotarunt Suarez, & Couarruu. vbi supra, Bossius,in praxi, titul. de executione sententiæ, num. 15. Ergo si lata fuerit sententia alibi, quam in domicilio condemnati, ex qui ea sententia per domicilij iudicem,nisi ad alterius requisitionem, non poterit,Bart.in dict.§.sententiam Romæ,numer. 1. receptus communiter ex Alexan.num.6. Felino, in d.cap. postulasti,nu.11.Ex quibus descendit, regulam, l.1.§. initio,D.de officio. Præf.verbis, leg.fin. D. de iurisdiction.omnium iudicum,cap.ex parte, el 1. de verbor. signification.non procedere, vbi qui ius extra territorium dicit, ad alterius iudicis requisitionem id facit, quia alias illusoria redderetur, sententia, cum ab eo, qui eam protulit non posset exequi, argum.l. si Prætor.75.D.de iudic.vti Goueanus notauit, in l. 2. D. de iurisd. omn.iudic.

33 Sed superiorem sententiam, & doctrinam difficilem,sequentia argumenta reddunt.Primum,quoniam cum constet,in Prouinciis Præsides maius imperium omnibus post Principem habere,l.& ideo,8 D. de officio Proconsulis, l. Præses, 4. D.de officio Præsidis, æqualemque potestatem omnibus magistratibus Romanis simul,l.ex omnibus, 10. illo eodem titulo,cautumque sit,non solum inferiorem in superiorem,verum neque parem in parem imperium non habere, l. nam magistratus,4.D.de arbitris, non posse magistratus Romanos Prouinciarum Præsidibus præcipere, vt eorum sententias exequantur videtur.

34 Deinde, quemadmodum extra territorium ius dicenti impune non paretur,leg.fin.D.de iurisdict. omnium iudic.c.fin.de constitutionibus, quia extra prouinciam suam magistratus priuatus est,l.3. D. de offic. Præsidis. Sic & extra eam iubentij paria enim sunt,vti nominatim docet Iulius Paulus,in l.cum vnus,12.§.is qui possidere. D.de bonis rot.iud.possid.vbi decretum magistratus vltra fines Prouinciæ, quam regit, non
35 porrigitur.Præterea † cum executio sententiæ ad terminationem litis pertineat, quæ donec executioni mandetur durare censetur, cap. in literis,9.de officio delegati, & litem coram vno iudice cœptam coram alio prosequi non posse,doceat,l. vbi cœptum,30.D.de judiciis, executionem coram alio, quam eo, qui ius dixit, vel iudicauit fieri non posse videtur.

36 Denique (versa vice) impunè posse iudicem alterius territorij sententiam, ab alio contra suum subditum latam,etiam sine iis literis rogatoriis exequi probare videtur,text.in l. Argentarium,45.§.fin.D.de iudiciis, vbi cum pupillæ nomine in prouincia tutores condemnarentur,eius curatores Romæ, vbi mutuam pecuniam mater acceperat,cui filia hæres extitit, iudicatum facere coguntur.

His tamen argumentis non obstantibus,quam supra proposuimus doctrinam verissimam contendimus,nec adducta obstant.Non primum,quoniam etsi eo moti, putauerint nonnulli vulgarem lectionem Florentinam veriorem esse, quia iuxta eam necessitas imponitur Præsidibus Prouinciarum Romanorum magistratuum sententias exequendi,quam tamen excludit potestatis æqualitas, ex dist. leg.ex omnibus, & d.leg.nam magistratus, & verbi posse significatio, quod liberam voluntatem, & arbitrium non necessitatem inducit,l.sæpe,8.l. generaliter,9. (vbi Bart. & Albericus plura, eorumque additionatores de verbis imponentibus necessitatem.) D. de offitio præsidis,
37 dicendum est. † Magistratibus Romanis præfectis prætorio,præfectis vrbi, consulibus,prætoribus, reliquisque qui Romæ cognoscunt multa concessa fuisse,quæ præsidibus legimus interdicta.Quale est illud, quod nobis exempli loco esse poterit,quod Vlpianus, in leg 1. §. deportatos, D. de leg. 3.adducit,præfectis prætorio, eis qui vere præfecti ex mandatis Principis cognoscunt,idemque præfectis vrbi Epistola, D. Seueri,ius deportandi datum esse, præsidem autem deportare non posse,leg.2.§.constat.D. de pœnis, leg.inter pœnas,6.D. de interdictis, & relegatis (cuius rei differentiam post Dynum,in cap.cui licet, de reg. juris,lib.6.disputant Accurs. Bart.& reliqui in leg.illicitas,6. §.qui vniuersas,D.de officio præsidis,veram tamen tradit Alciat. lib.1.parergon.cap.15.quem Petr. Velleius sequitur,& exornat in d.§.qui vniuersas, nu. 3. Quamuis ergo (vt adductam primam difficultatem dissoluamus) omnia, de quibus, vel præfectus vrbi, vel præfectus prætorio cognoscunt, per præsidem expediantur,(his exceptis, quæ nominatim aliquibus concessa erant) idest,omnia, quæ Romæ varios iudices habent, in prouincia solus Præses explicet,non tamen intelligendum, ob id ei omnium magistratuum priuilegia, & honores esse concessos,quãdo id ad Prouinciæ gubernationem scimus non esse necessarium, longeque minorem præsidum potestatem esse,constat & ex eo,quoniam cum quæsitum ante fuisset,an liceret à præfectis prætorio appellare, & iure liceret,& extarent exempla eorum,qui prouocauerunt, postea publicè sententia lecta principali, appellandi facultas interdicta est,leg.vn.D.de off. præfecti prætor. quod priuilegium ad præsides non esse translatum, vel ex sacrarum literarum testimoniis, & actis Apostolorum,cap. 25. & 26.constat, illudque ex superioribus iuxta Pandectarum Florentinorum lectionem posse Romanos magistratus Prouinciarum Præsidibus sententiarum executionem præcipere.

Quod si vulgarem retinere malis, & iuxta eum sensum, d. §.sententiam Romæ accipere, sententiam Romæ dictam etiam in prouinciis posse præsides ad finem persequi, reiecta opinione Cumani, qui illa verba ad partem exequentem refert, quasi in eius sit potestate,dum actione iudicati experitur, cui voluerit iudici iurisdictionem præstare, quem intellectum suum esse contendit Vincentius ibi, nu.2. quæ tamen expresse conuincitur,ex reg.l. priuatorum 5. Cod. de iurisd. omn. iudic. omissaque alia, quam adduximus sup.& Iasoni, nu.1.ibi probatur,ad eum iudicem,cuius iussu executio fit ea referenti,vtiliter illa requisitum iudicem referre poteris, qui etsi † causæ cognitionem nullam habeat, regulariter tamen cognoscit 38
de rogatoriarum literarum iustificatione, cum in eis literis inseri necessario debeat, exemplum videlicet contractus celebrati in prouincia requirentis, sententiæ ibi lem prolatæ, actorumve summarium delicti ibidem commissi, l. non est dubium, 11. ibi, *cum elogio*,D.de custodia reorum.l.fin.D.de offic. præf. vigilum quam sic intelliges,item & text.in d.c.1.§.contrahentes,de foro compet.lib.6. notat Bald. in l. 1. C. vbi de crim.agi oport.Bart.& reliqui,in l. magistratibus,D.de iurisd.omn.iud. Cassaneus,in consuetudinibus Burgund.rub.12.num. 6.Couarr.in practicis,cap. 11.nu.8.Parladorius,lib.2.rerum quotid.cap.fin.2.par. §.1.num.7. & §.2.num.4.

39 Qui cum verissimum illud sit, iuxta hanc doctrinam, harumque rogatoriarum literarum vsum, non solum admittendum inter eiusdem fori indices, sed etiam inter diuersi, veluti Ecclesiasticus postquam censuris vsus fuerit contra laicos aduersus quos sententiam exequi non potest, brachij secularis auxilium inuocauerit, vt captis bonis, & persona condemnati (iuxta infra dicenda) sententiam exequatur, Bart. in d. §.sententiam Romæ,num.4.gloss. verbo, *publicum*. vbi Abbas,Felinus,Alciatus, & alii,in cap.1.de officio

cio ordin. iidem in cap. 1. de maledicis, cap. dilecto, de sent. excomm. lib. 6. Rubuf. 2. tom. ad leg. Gall. tit. de literis requisitoriis, in princ. num. 1. & 3. Palacios Rubios in repetitione capituli per vestras, 2. notabili, §. sed est pulchra dubitatio, num. 17. Covarr. in pract. cap. 10. ex num. 1. novissima cum aliis Michael à Guia, tract. de exhibendis amissis utriusque brachij, quæst. 1. cum sequentibus.

40 Addit hoc quoque casu actorum exemplum saltim summarim seculari judici edendum, vt intelligere possit, iuste ne Ecclesiasticus judex dixerit, quod & alij quoque ab eo adducti probanerant. Sed obstat text. in cap. vt inquisitionis, 8. § prohibemus, & text. in cap. Præsidentes,, 6. de hæreticis, lib. 6. ex quibus contrarium probant, quippe judicem sæcularem à magistratu Ecclesiastico requisitum, vt suam exequatur sententiam, parere teneri, suumque auxilium impartiri absque eo quod de processu, cui de iustitia, & vtribus sententiæ stat, sibi fides.

41 Facilis tamen est explicatio, ex dict. §. prohibemus, ibi, *cum mere sit Ecclesiasticum*, ex quibus constat verbis in detestationem hæreseos criminis, & quia mere Ecclesiasticum illud est, singulari iure statutum, vt non editis actibus sæcularis in lex parere teneatur. Quam conclusionem, vt vetissimam scripsit D. Thom. 2. p. quæst. 95. art. 2. Dominicus Soto, lib. 2. de iustitia & iure, in principio. Simancas de Catholicis, inst. tit. 9. numer. 39. Bernardus diaz, in praxi, cap. 114. Navarr. Covarr. & alij, quos refert Michaël à Guia, vbi sup. concl. 5. quam & in quocumque alio mere Ecclesiastico crimine, quia in eodem militat ratio, admittere debes, ex vulgatis, vt nominatim docuerunt Abbas, & Butrius dict. cap. 1. de officio ord. decius, in d. leg. magistratibus, num. 13. & in cap. etsi clerici, col. 7. in princ. de iudiciis.

42 Si igitur ex actis secularis judici constiterit Ecclesiasticum judicem, iniuste executionem decernere, subsistere, ad malum enim auxilium præstare non debet, vt in dict. cap. 1. de officio ord. resoluunt omnes, Cardinalis, in Clem. Pastoralis, de re iudicata, Iolius Clarus, in practic. §. fin. quæst. 86. Aulles, in cap. prætorum, cap. 20 nu. 19. sed repugnat text. in cap. pastoralis, 28. §. quia veto, de officio deleg. quo expressim cautum est delegati sententiam, etiam iniustam ordinarium judicem necessario exequi debere. Cui difficultati variis modis satisfacere conantur interpretes, vt constat ex multis, quæ ivxta eam adducit Michael à Guia iam relatus, concl. 8. casu, & seqq. Placet tamen interpretatio glossæ ibidem, vt siquidem sententia sit nulla in dex requisitus exequi non debeat: quia nullitatis exceptio executionem sententiæ impedit, vt in l. 4. 5. condemnatum, n. de re iudicata, & in d. l. à nino Pio 1. §. si super rebus, illo tit. Sin veto sit contra ius litigatoris exequi teneatur, si in rem transierit iudicatam, quia de eius iniustitia cognoscere non potest, ex d. §. quia vero, cap. 2. de exceptionibus, lib. 6. Innocentius, in d. cap. 1. de officio iud. ordin. Guido Papæ, decisione 574. Nanatrus, in cap. cum contingat, de rescriptis. Maranta disputatione 1.

Non obstat sequens, quod sup. adduximus argumentum quod sane procederet, cum iussu iudicis, qui iudicauit non intervenit, nam eo intervenient nihil impedit iudicem alterius territorii in quo reus, vel res super qua lis agitata est, invenitur sententiam exequi, quia cum executio adiudicantis per se fiat, per ipsum fieri videtur, arg. l. 1. §. qui mandatam, D. de iurisd. omnium iudicum, & l. cum essent, 33. §. fin. verbo, *solet*, ad medium, D. de seruitur. rust. l. vnum ex familia. 69. §. si de Falcidia, D. de legat. 2. atque ita per eundem dicitur lis finita à quo cœpta est. Nec hoc casu dicere poteris requirentem judicem extra territotium suum ius dicere, dixit enim in suo, in alieno à
43 proprio iudice exequitur. Ex quibus † descendit interpretatio text. in dict. l. cum vnus, 12. §. is qui D. de bon. auth. iud. possid. procedit enim, vbi quis per se, vel per suos executores, seu apparitores vellet executionem facere in alieno territorio, quod ipsi non licet, recte tamen per eiusdem territorij iudicem per literas requisitorias, iuxta veram interpretationem, d. §. sententiam Romæ, & late sup. adducta.

Denique non obstat text. in d. l. argentarium, 45. §. 44
fin. D. de iudicijs, quoniam omissis variis interpretationibus, quas ad eum textum nostri commiserunt, quarum pleraque refert, & improbat egregius Gabriel Hentiquez, in d. §. sententiam Romæ, ex numer. 5. ad 12. dicendum est, quod & Accurs. verbo. *in provincia*, insinuat, sequitur Rodericus Suares, dict. quæst. 5. num. 8. sententiam Romæ exequi, lata cum, fuisset in Provincia, quia proferentis iudicis requisitionem interuenisse præsupponit. I. C. ex reg. l. qui testamento, 20. D. de testam. potuitque recte exequi contra curatores, quæ aduersus puellæ tutores dicta fuerat, quia cum puellæ mater mutuum Romæ accepisset; ibique contrauisset, & contractus ratione forum esset sortita, ex reg. l. hæres absens, 19. 5. 1. C. de iudiciis, cap. Romana, 5. contrahentes, de foro compet. lib. 6. eodemque in loco sit conueniendus hæres, quo defunctus poterat, d. lege hæres absens, quamvis Romæ puella domicilium non haberet potuit ibi, eiusque curatores eius nomine conueniri; quia eiusdem iuris cuius fuit defunctus non potentioris esse constat, ex vulgatis.

Verum sententiam hanc, superioremque resolutio- 45
nem euertere nouissime videtur: l. 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopilation. versic. *Y esto mismo mandamos que se guarde, pidiendo se execucion de sentencia passada en cosa juzgada*, ex quibus verbis coniunctis prioribus, ibi; *Quando los mercaderes, ò otra qualquier persona, ò personas, mostraren ante los Alcaldes, &c. cartas, ò contratos publicos, y recaudos ciertos de obligaciones, mandamos, que las justicias las cumplan, y llenen à devida execucion*, cum æquiparetur executio sententiæ, & publicorum instrumentorum, consteque publica instrumenta per quemcumque iudicem, qui ratione rei, vel contractus competens sit, sine literis requisitorijs executioni mandari, ex Bart. de Ctrina, in dict. §. sententiam Romæ, num. vlt. (quam hodie ampliabis, ex traditis à nobis supr. numero tertio & numer. 4.) consequens est, sententiam quoque, sine literis requisitorijs, hodie apud quemcumque iudicem exequi posse, quod nominatim docuit Ioannes Olanus, in concordia iuris litera. S. num. 11. motus etiam, l. 5. tit. 8. lib. 3. ordinam. l. 3. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopilat. ibi. *Si los deudores en quien son hechas execuciones por contratos, ò obligaciones, ò por sentencias*, eadem extat æquiparatio. Quinimo, & iure etiam Ciuili Romanorum, idem admittendum, quando executio non petitur indicis officio, sed actione iudicati, seu in factum, docuit in d. §. sententiam Romæ Bartol. num. 1. ad fin. quomodo intelligendum esse tex. in d. leg. Argentarium, 45. §. fin. D. de iudicijs putanit Paulus ibidem, num. 2.

Verum his non obstantibus defendes superiorem 46
doctrinam, & iure Ciuili Romanorum, & Hispanorum, ex supra traditis requisitorias literas iudicis, qui sententiam protulit necessarias esse. Nec contrarium probant verba, d. leg. 2. & dict. leg. 3. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. quoniam cum expresse, & antiquo iure, & nouo etiam Castellæ à iudicibus proferentibus, ab aliisve, illorum tamen iussu exequendam esse, dispositum sit, ex d. leg. 1. tit. 27. par. 3. & leg. 6. titul. 17. lib. 4. nouæ Recop. vbi copiose Alphonsus de Azevedo, ex numer. 7. & legum correctio semper sit vitanda, ex vulgatis ex dict. leg. 2. & 3. inducendam eam non esse contendo, quarum verba, quæ sententiam contractui publico similant, ac æquiparant, procedunt quoad hoc,

hoc, vt quemadmodum aduersus illum vltra decem dies exceptio nulla opponitur, intraque illos certis quibuldam tantum modis, sic & in sententijs dicen-
47 dum sit; Non † tamen quoad executionem faciendam, cum literis, aut sine literis, de quibus nihil in illa lege cautum est, quæ quoad hoc iuxta d. l. 1. partim intelligenda erit, vt cum iudicio aduersus Ioannem Olanum resoluit Parladorius, d. lib. 2. cap. fin. 1. par. §. 1. n. 13. & nemine relato, tem tamen latius probans Præceptor noster, n. 112. in d. §. sententiam Romæ.

48 Sed his pro coronide addendum est, superiorem doctrinam, qua probamus judicis vnius sententiam ab alio, sine requisitorijs literis est qui non posse limitari, si judicis arbitri sententia sit. Quam opinionem præter Alex Imol. Iaso, & alios sequitur, & explicat Rodericus Suarez, vbi supr. quæst. 5. num. 10. cum sequentibus, Parlador. d. 1. par. §. 2. num. 26. habet tamen ea assertio non leuem difficultatem: quoniam cum arbitrorum sententias, neque actionem judicati parere, neque executioni mandari posse certissimi juris sit: eisque parere metum tantum pœnæ, quo casu compromisso fuerat adjecta; quæ sit adiecta non fuisset, neque arbitri sententiæ pareretur, ad id quod interest actio dabatur, quia priuatorum consensus jurisdictionem arbitris dare non poterat, regul. l. priuatorum, 3. C. de jurisdict. omn. judic. (quomodo intelliges, leg. 2. l. idem proferre. 27. §. Itari, D. de receptis arbitr. l. 1. C. eodem tit. cap. per tuas 9. de arbitris, l. 23. tit. 4. par. 3. & quod ex eis deducitur, arbitri sententiæ omnino standum esse, scilicet, vt necessitas parendi non sit præcisa, sed casuatius, vt noster loquuntur, nisi velit condemnatus pœnam soluere, ea enim soluta, non cogitur stare arbitrio) arbitrorum sententias exequi non posse videtur. Facillime tamen hunc remouebis scrupulum, si mœmineris, d. l. 2. & similes limitari, quo casu ex sententiæ à partibus esset omologatæ, idest approbatæ, vel expressim, vel tacitè, tunc enim veteri etiam jure executioni dabentur, leg. cum antea, 5. C. de arbitris, lege. 23. leg. fin. titul. 5. parte 5. eaque Bartol. doctrinam admittes, & sanè rectè, quoniam cum jurisdictionem arbiter non habeat, vt ab alio ejus sententia exequatur, necessarium est, ab eo ergo judice fiet executio, cuius forum pars perlequitur, juxta d. l. cum antea, *vers. in hac quidem*, coniunctis obseruatis, sup. §. 4. quomodo intelliges text. in leg. 4. vers. *Ante el juez, ò jueces ante quien se pidiere, ò suere de executar la sentencia*, tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. ex qua cum none generaliter dispositum sit arbitrorum sententias exequendas esse; quemadmodum si ab ordinarijs judicibus proferrentur, dicendum est exequi quidem etiam, sine literis requisitorijs posse, vt præter iam relatos adnotarunt Alphonsus de Azevedo, in d. l. 4. num. 17. Ioannes Gutierrez, in l. nemo potest, num. 141. D. de leg. 1.

Quintum Præceptum.

Vease si la sentencia en virtud de que se pide execucion, passò en cosa juzgada, y es à executoriada; y si se pidiere en virtud de otros instrumentos, vea se si son tales, que conforme à dereecho, traygan aparejada execucion.

De sententijs, & instrumentis, quæ paratam habent executionem. § 5.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ in rem transiuit iudicatam, cui extraordinario iudicis executioni mandatur?*
2 *Sententiam hanc executioni mandari iure ciuili, & Regio Hispano.*

Antonij Pichardi Pract. Institut.

3 *Arbitrorum judicum sententiæ executioni, quæ mereantur.*
4 *Iuramentum quod, & quando paratam executionem habet?*
5 *Confessio in iure facta, qua & quando exequi possit.*
6 *Confessio indiuidua, quæ diuersas continet partes, an exequi pro parte possit.*
7 *Chirographum in iure recognitum executionem meretur.*
8 *Chirographum defuncti ab hærede recognitum, an exequi possit?*
9 *Chirographum à minore recognosci an possit, vt executionis mandetur.*
10 *Instrumentum publicum, quid executionem mereatur nostro iure Hispano?*
11 *Guarentigia clausula quæ?*
12 *Testamentum, an, & quando habeat paratam executionem?*
13 *Hæres ex asse, & ex parte in possessionem bonorum indicio extraordinario executione reste mitti expellat.*
14 *Legatarius, an virtute testamenti executionem pro legato habeat: & quid in eo cui prælegatum relictum est, numero 15.*
16 *Rationes vulgo, cuentas, quando paratam habeant executionem.*
17 *Regia præcepta, vulgo, prouisiones, y cedulas Reales, exequi quando debent.*

QVia post absolutum dimissumque iam negotium 1
nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia, l. 2. C. de iudic. & lit. expend. recte, & ciuili Romanorum, & nostrati Hispano iure cautum est, ex sententijs actionem judicati oriri, quæ non iure ordinario in judicio proponatur, sed extra ordinem exequatur, cum tamen prima via ordinaria fuerit agitata, id præterquam concors omnium probauerit opinio, in l. à Divo Pio, 15. in principio, D. de re judicata, probata auctoritate illius tex. ibi: *Sententiam exequantur*, l. 4. 6. ex conuentione, illo titulo, ibi, *manebit ordo executionis*, suadet vius, & spiritus rationum si post definitam litem per sententiam, à qua appellari non licet, judicati actio esset deinò via ordinaria instituenda, necessitas esse alia sententia, quæ pareret actionem judicati, sicque in infinitum lites protraherentur, contra expressas iuris decisiones, quæ litium finem in sententia positum esse voluerunt, ergo sententia, quæ per appellationem non est suspensa, neque potest suspendi, sed quæ in rem transiuit judicatam (vt Pontifices loquuntur, c. cum inter, 1. 3. ibi: *Cuius sententia cui nulla fuerit appellatione suspensa, & rem transiuit judicatam*, cap. quoad confirmationem, 15. ibi: *Quia cum sententia post decem dierum spatium in auctoritatem rei transiit judicatæ*, de re judicata, quam dicendi rationem prasis, & stylus loquendi vbique admisit Rebuff. 2. tom. ad Regias Constit. tit. de sentent. executione, in præfat. num. 9. Sarmentus, lib. 1. select. cap. 15. in principio. Præceptor noster in principio, dict. leg. à Divo Pio, num. 2. (executionem meretur, vt quintum hoc monet præceptum. Cuius argumentum (quo insinuatur non solum sententias, quæ in rem transierunt judicatam, sed & alia quoque instrumenta, paratam executionem habere) cum latissimum sit ab aliisque multis accuratissime, & fusissime quoque enarratum, ne rem actam agamus, nostrique instituti cancellos egrediamur, quæ paratam executionem habeant numerabimus numerantes quoque, qui de eorum executione, aliisque, quæ occurere possunt copiose differunt, quos cum res inciderit consulere poteritis.

Propositam igitur conclusionem, sententiam quip- 2
pe quæ in rem transiuit judicatam, executioni mandandam, probant. d. l. 4. 6. ex conuentione, d. l. à Divo Pio, 15. in principio, l. post rem judicatam, 56. cum mul-

tis alijs,ejusdē titul.D.de re judicata, l.minor,41.D. de minoribus (conjuncta vera interpretatione, quā ad eam scripsit Præceptor noster Gabriel Hēriquez, vbi sup.n.7.)l.si pignora,50.D.de euictionibus,l.4.& 5.vbi Gregor.tit.23.& in l.1.glos.3.tit.27.par.3.l.1.tit. 21.lib.4.nouæ Recopilat.Bar.& cæteri in præcitatis locis.Bald.in l.2.col.1.C.de execut.rei judic.Brison. lib.4.select.c.1.vbi elegāter explicat quid esset extra ordinem sententiā exequi,& quibus modis ea fieret executio,plura Marāta,de ordine judiciorum.vltima parte,tit.de executione sentētiæ.Afflictus,in praxi, §. 31.Rebuf.jā citatus,Ant.Gab.lib.2.tit. de executione rei judicatæ,Lancellotus de attentatis,2.part.c.12. ampl.1.num.8.Octauianus Vestrius, in praxi Curiæ Romanæ,lib.8.c.vlt.Ant.Sola ad constitutiones Sabaudiæ,tit.de sententiarum executione, Menoch.de arbitr.q.84.Couarr.in pract.c.19.& 25.Rod.Suarez, in d.l.post rem judicatam,notab.1.Anton.Gomez,& alij,in l.64.Tauri Gundisaluus de Paz,in praxi,1 tomo,4.par.c.1.num.1.Parlad.lib.2.c.fin.1.par.§.1.ex n. 1.*Obiter tamen animaduertes magna contentione inter nostros quæri.An se nomine,quæ in rem trāsiuit judicatam executio,siue etiam ejus à qua prouocatur impediri prætextu citationis possit,præcipuè in nobilitatis causis,juxta quam,quia quotidiana res est,vide omnino Otalorā de nobilitate,3.partis 3. par.c.6.Ioannem Garc.eodem tract.gl.6.§.2.n.17.cū seq.Zeuallos q.commun.c. 830. Flores de mena,lib. 1.cap.5.ex num.49.

3 Quam & in arbitrorum sententijs admittes,licet enim olim jure ciuili Romanorum executionī non mandari,l.1.l.cum antea 5.C.de arbitris,ex communi opinione resoluit Rodericus,in d.l.post rem judicatam.notab.8.num.1.quem secure sequitur ejus additionator Iacobus Valdes,quod & Bar.docuit,in leg. si intra,D.de re judicata,verius tamen est,si à partibus essēt omologatæ,id est,approbatæ,vel expressim, vel tacite,veteri etiam jure executioni dari:vt cum Cumano contra. Bart. animaduertit noster Gabriel Henriquez,vbi.n.5.post cum Ioan.Pariador.d.1.par. §.1.n.1.quib.d.l.cum antea fuerit expressa verba,ibi; *Non solum reo exceptionem veluti pacti generari, sed etiam alteri ex nostro numine in factum actionem,quatenus possit sententia eius executioni mandari.* Quod cum Partitarum jure fuerit admissum,ex l.23.vbi Gregor. adnotat, & ex l.fin.tit.4.part.3. est nouiori nostrati jure indubitatum,ex leg.4.tit.21.lib.4.Recop.ex qua sic docent Rodericus,vbi sup.Auiles, in cap.prætor.c. 10.num.9.& 26. Auend.c.1.n.29.& in l.4.& 5.tit.*de las excepciones*,n.35.lib.4. ordinam. Oroscius,in l.de quibus,num.87.D.de legibus,Ioann.Gutierrez, in l. nemo potest,n.417.D. de leg.1. & de juram. confirmat.3.par.cap.14.Castillo,in l.64.Tauri,n.75.Paz,& Parladorius,vbi supra.

4 Iuramentum quoque paratam executionē habet, siue decisorium sit à parte parti delatum,vt siquis illud deferat parti,velitque parere,& stare eius declarationi jure jurādo firmatæ,est enim solutionis loco, & paratam executionem habet, in l.manifesti, notant Cuman.Fulgos.& Socin.D. de jure jur.Abb.in c.fin.de jure jur.Campegius,de dote,5.par.quæ.111. num.7.Menoch.de arbitr.quæ.50.& casu 189.leg.4. vbi Greg.gl.1.leg.12.vbi Greg.gl.4.tit.11.p.3.siue decisorium à judice delatum Paul.Alex.& Iaso,in dict. l.manifesti,& in l.2.num.20.in l.admonendi,n.73.D. de jur.jur.Rod.Suarez.in d.l.post rem judicatā, notab.2.§.considera vltimo,num.8.Auiles, in c.prætorum,verbo,*execution*,num.36.cap.10.Anton.Gomez, leg.64.Tauri,num.5.Paz,d.cap.1.n. 51. Parlador. d. cap.fin.1.par.§.5.num.1.siue confirmatoriū,quod in contractibus,qui rescindi possunt ad eos confirmādos ponitur,& adiicitur,vt in vulgatis exēplis auth. sacramenta puberum,si aduersus vend.& similium notant Felin.in c.si cautio,n.47.de fide instrumentorum,Matth.de afflictis,in constitutionibus Neapolitanis,rubr,40.n.10.& 14.Rebuff.1.tomo,tit.de liter. obligat.art.6.gl.1.n.8.Pacillis,in l.siquis major,nu.6. C.de transactionibus,Ioann.Gutierrez,de juramento confirmatorio,1.par.c.62. n.3. Probaturque vulgaria jura,in l.2.D.de jure iur.& in l.actori,8.Cod.eodem, quod admittes,siue ante,siue post litem contestatam iuramentum interpositum sit , vt contra alios bene docet Parlador.d.§.3.siue quando nihil,siue quando semiplene,qui illud defert probauerit, quamuis id non fuerit sine controuersia,vt constat ex Abbate,in cap.fin.de iur.iur.Socino,reg.205.Hippolyt.sing.83.

Confessionem in iure factam executionem quo- 5
que paratam habere docet idem Vlpianus,in d.l.post rem iudicatā,& l.1.D.& C.de confessis,l.7.tit.5.par. 3.leg.5.tit.21.lib.4.Recopilat.dum tamen memineris plures in ea qualitates concurrere oportere; quæ cū ex dictis legibus deducantur,& ex iis quæ in eorum commentariis auctores scripserent,& mox referēdi adducunt transcribere esse otiosum. Videbis ergo præter ordinarios in præcitatis locis Rodericum Suarez,in dict.leg.post rem iudicatam,notabili,3.ex nu.1.vbi Iacob.Valdes eius additionator plus ex nostris,& exteris rē late prosecutus refert Ioan. Parlador.dict.cap.fin.1.part.§. 4. ex n. 1. illud tamen non prætermittes in criminalibus confessionem , nisi sententia sequatur exequi non posse,vt resoluunt Simancas, de Catholicis institutionibus,tit.13. Iulius Clarus,in practica,lib.5.§.fin.q.21.55.& 65.Ant.Gomez,3.tom.cap.12.n.3.& alii relati à Iacobo Valdes, in d.loco,col.5.

Illud in difficili est,an confessio limitata propter 6
exceptionem, vel qualitatē ei adiectam à confitente,paratam executionem habeat pro ea parte , quæ vtilitatem actoris concernit,in quo breuiter dicendum est,quod si confessio indiuidua sit vel capitula connexa habeat in totum , sit approbanda , vel reiiciēda reg.l.1.& 2.de adquir.hæredit.l.vnica,§.in his, C.de cad.tollend.vt siquis fateatur se obligatū fuisse,in diē tamen,vel sub conditione,quo casu qualitatis euentus expectari debet,& si hanc confessionē actor acceptauerit,cum sua qualitate exequenda est, quod si ex interuallo aliquod adiectū dicat,quo extincta obligatio sit per solutionem,videlicet,vel acceptilationem acceptare proprie confessio potest, cum separa contineat,arg.l.grege,9.ad leg.2. eius tamen executio pendebit,quo ad reos intra dilationem à iudice concessam probans condemnatus fuerit.

Chirographum in iure recognitum , an paratam 7
executionem habeat,quod attinet ad antiquum ius, controuersū fuit inter Lopecium,in leg.129. verbo, *fuesse*,tit.18.p.3.& Couarr.2.variar.c.11.n.4.vbi existimauit,quod licet jus priuatæ scripturæ recognitæ, publico instrumento adæquata sit,ex l.partitæ,l. cū de indebito,de probationibus,lege scripturas,C.qui potiores, tamen cum non omne instrumentum publicū executionem habeat , nisi cui clausula adiicitur guarentigia,vt latius ita, & in priuata scriptura recipiendum sit,vt cūq;tamē sit,iure nostro executio peti potest ex tali Chirographo,l.5.tit. 21. lib.4. Recop.quamvis nec diē habeat,neq;anuū:ea enim solēnitas in publicis instrumētis desideratur non in priuatis,l.penult.§.idē quæ sit,de pignoribus, qui antē recognoscere cōpellantur,& an quodvis Chirographum recognitum paratam habeat executionē prosequuntur Rebuff.de Chirographo,art.1.Auendaño, in c.correctorum,2.part.c.50.ver.7.Suarez,supra no-
tab.7.Parlad.dict.capit.fin.1.part.§.5.† Illud omittē- 8
dum non est,quod licēt hæres compelli non possit. vt Chirographo defuncti agnoscat præstito iuramēto,lege Marcellus,§.1. rerum amotarum recogni-
tum tamen executionem habebit.†Idemque dicen- 9
dum puto cōtra Parlador. sup.n. 10. in minore curatorem habēte,cuius recognitio,etiam sine curatore facta effectum executionis habebit,licēt aduersus recognitionem suam inconsulte factam restitui possit, in quo minorē à pupillo separasse mihi videtur Vlpianus,in l.certum,versicul.in pupillo de confessis , expendoque in eam rem non insubtilem rationem,nam minor, sine curatore saltem mero jure ex contractibus obligatur,l.puberes,101.de verborum, leg. more argum.ab speciali deducto,de acquirenda hæredit. & quidem cum ratione , quia curator non personæ,sed bonis datur,leg.sciēdum,10.de ritu nuptiarum,l.in copulandis,C.de nuptiis,ergo similiter actum à se gestū agnoscere,& comprobare poterit; nam huiusmodi recognitio nihil noui affert cōtractui,cui adiicitur,sed illi dumtaxat intra limites suos existenti extrinsecam qualitatem executionis superaddit, neque cui se obligare permittitur denegandum,id est,vt citius,tardiusve obligationē perducat ad exitū.Vnde cū hodiè,ex l.11.tit.11.lib.5. Recop. omnis actus à solo minore gestus,cūm curatorē habeat,ipso jure infirmetur,recognitio secuta nō subsistet, id enim, quod non est confirmari non potest, arg.l.asse toto,D.de hær.inst.

10 Instrumentum publicum,quod scilicet notarij publici auctoritate cōficitur iure ciuili paratam executionem nō habebat,l.minor.41.vbi communiter interpretes de minoribus,hodiè,ex l.2.tit.21.libr.4.Recop.omne instrumentum publicum contractū obligationum executioni mandatur,quantumuis clausulam guarentigiam non habeat,vt resoluunt Olanus, in concordia iuris,numero 40.Gomezius,in lege 64. Taur.n.4.Percius,in l.4.tit.8.libr.3.ord.glos.1.col.5. in princ.Cou.3.var.cap.11.n.3.Menesius,in l.1.n.21. C.de iuris & facti Parlad.d.lib.2.c.fin.1.part.§.11.ampliat.1.num.5.cum multis seq.vbi d.l.recopilationis multipliciter ampliat,& limitat Olanus in sua concordia,lit.L,n. 53. vbi dici hanc opinionem practicari, sed contraria magis conformis legibus Regiis, tenet Gutier.cum aliis quos refert de iuramēto cōfirm.1.part.c.2.nu.6.nam ex l.5.tit.21.libr.4.Recop. declaratur,& intelligitur,d.l.2.in contractibus gua-
11 rentigiis.†Est autē apud nos clausula guarētigia per quam contrahētes concedunt potestatem omnibus iudicibus,vt aduersus se faciant executionem, quemadmodum si id,quod inter ipsos cōuenit in auctoritatem rei iudicatæ transiisset.

12 Testamentum etiam paratam executionem habet, quoad effectum, vt hæres mittatur in possessionem bonorū,quæ defunctus habuit tempore mortis, leg. fin.C.de edicto Diui adriani,l.2.& 3.tit.4.part.6.l.3. tit.13.lib.4.recop.dum tamen iudici testamētum exhibeatur non ruptum,nec cancellatū,sed extrinseca forma solemne , intrinseca autem vitia huiusmodi missionē non remorantur,si legitimus contradictor non sit:quod & obseruauit Prætor in cōcedēdis suis bonorum possessionibus quippe exteriorem tantum solemnitatē inspiciebat Vlpian.in fragm.tit.23. vers. *si septem.* Competit autem hoc beneficium non solū hæredi instituto in vniuersa hæreditate, sed etiā in
13 cota,d.l.fin.ibi:Ex parte,vel ex asse,item & ei,qui in re certa instituitur nullo cohærede dato,nam,& hic iuris ministerio per omnia vicem hæredis gerit,l.1. §.si ex fundo. de instit. sicut, & fideicommissarius vniuersalis,aut substitutus,siue vulgaris sit,aut pupillaris,l.si filiusfam.5.§.1.ad Maced.l.cum in testamento si tantum fideicommissario,verbo restitutio facta sit;nam ante eam non transeunt in illum iura hæreditaria,l.restituta.l.facta 63.ad Trebell.planè ad omnia remedia adipiscendæ possessionis quæsitum esse oportet,licēt sine possessione,l.1.& 2.C.quorum bonorum,item,& substitutus ostenderit casum suæ vocationis euenisse,prosequuntur Gomezius, in l. 45.

Tauri,à num.134.Suar.in d.l.post rem.§.6.Parlad.vbi suprà §. 9. & relat.à Menoch. de adipiscenda rem .4. num.693.

Sed in legato maior est difficultas,an respectu le- 14
gatarij executionem habeat,& negatiuam partē defēdit Alexan.in l.si cum dotem,§.eo tempore,soluto matr.Decius,in d.l.fin.num.16.& relati à Parladorio, sup.num.2.pro quibus facit primo,quod beneficium, d.l.fin.non conuenit legatario,cū hæres non sit,leg. in tempus.14.§.1.de vsucapionibus §.legatariis,de testamentis,sicut nec instituto in re certa alio cohærede datonam & hic particularis successor reputatur, l.quoties,C.de hæred.inst.Secundo,quia regulariter instrumenta executionem non habent,d.l.minor.41. à qua regula non est excepta causa testamenti in fauorem legatarij,quinimo cum semper contradictorem habeat hæredem,cessat ratio,quam sup.respectu testamenti cōsiderauit,d.l.fin.quæ sententia licēt in puncto iuris verior sit, contraria tamen obtinuit in praxi,vt aduertūt Perecius & alij relati à Parlad.vbi proximē cum eo tamē temperamento,vt legatarius petat à judice,vt hæredi præcipiat intra certū diem soluere,quo elapso si iustam exceptionem proposuerit via ordinaria audietur,sin minus executiuè re expedienda erit,tradūt Guillelmus Benedictus,in cap. Raynutius,verbo,si absque liberis 2. n.191. & plures quos congerit Valdes,in additio.ad Rodericum, in d.l.post rem §.septimus casus,notab.6.in princ.

Ex quibus descendit, quid in prælegato dicendū 15
sit, an si in re certa consistat eodem iure censebitur quo legatū idemque erit,si ad cotam bonorum referatur,legatarius enim cotæ bonorū particularis successor reputatur,cum tale relictum merum lucrum contineat totius oneris expers, ex reg.l.subsignatū, §.bona,de verb.sign.ad differētiā legatarij cotæ hæreditatis,vt probatur,in l.siquis seruum 8.§.fin.cū l. sequēti,de legatis,2.Proinde legatarius cotæ bonorum non gaudebit beneficio,d.leg.fin.nec dicas cum Parlad.sup.§.9.n.8.quod cum ij legatarij nomine tātum differant, non re,differentia inter eos cōstitui non debet contra l.2.C.communium de legatis,quia considero adhuc inter eos reale discrimen esse, cum enim legatarius cotæ bonorum eam partē iure proprio,& directo occupare non posset, sed ab hærede accipere debeat deductis oneribus , idem ius in eo erit,quod in fideicommissario,quem diximus,d.l.fin. beneficio non frui,cū ante verbalem restitutionem ius quæsitū non habeat ad adipiscendam possessionē,prout testatur Gomezius,vbi sup.num.136.neque hoc correctum est,ex l.21.Tauri,vt defēdunt Peralta,in l.3.§.qui fideicommissariam,num.142.de hæred. inst.Garcia de expensis,cap.11.num.63. Auendaño, in d.l.21.gloss.1.num.8.Molina,de Primogeniis,lib. 1.cap.10.num.14.

Circa rationes autem,an paratam habeant execu- 16
tionem resoluendum est, quod si vel à partibus fiāt, vel à calculatoribus de earum consensu, non habebunt executionem si iudiciali auctoritate deficiantur leg.instar.de iure fisci,libro 10.Cæterum si vel iudicis accesserit confirmatio, vel partium, rationesque recognouerint ad executionem perduci potuerūt,ad instar recogniti instrumēti,argum.l.1.§ præterea n.de contraria,& vtili actione tutelæ docent Castillo in l.27.Taur.num.19.Dueñas regul.42.limitat.21.Parlador.vbi suprà §.6.Gutierrez,libro 1.practicarū ciuilium,q.37.Escobar,de ratiociniis,capit.31.illud nota, rationes factas ab arbitris,partibus consentientibus, posse mandari executioni si exhibita iudici calculatione , ipse, præcedente arbitrorum iuramento eam confirmet,eiusque copiam partibus fieri pronunciet, vt intra terminum exceptiones opponat pars grauatā contra rationes cōfectas,super quibus via ordinaria proceditur, & consequenter à sentētia confirmato-

rio appellatio interponi potest, quod si nihil obiiciatur terminus ad solutionem præfinitur, quo elapso executioni locus est, hodiè tamen ex c.49.in pragmaticis editis Matriti, anno 1565. simul atque calculatio fuerit sententia judicis comprobata, executioni mandatur, neque locus appellationi relinquitur præstita tamen soluenti satisfactione de re, cum fructibus restituenda, pro qua parte fuerit in calculatione grauata, Gutierrez. vbi sup. n. 3. Escobar. num. 9. est autem necessaria huiusmodi iudicis confirmatio ne rationes subiectæ maneant retractationi propter errorem, lege vnic. Cod. de errore calculi, l. 30. titul. 11. part. 5. & quidem vsque ad longum tempus, leg. calculi, D. de administr. rer.

17 Superest pro coronide, vt videamus, an regiũ præceptum, id est literæ à Principe emissæ paratã executionem habeãt, & habere probat, l. 1. de constitutionibus Principum, l. 30. & 32. tit. 18. part. 3. Dũ tamen, qui diuinstum non contineãt, aut cuius obseruatio vergat in dispendium publicæ vtilitatis, tunc enim secunda inspectãda erit, cum præsumptio sit, primam fuisse a Principe extortam per obreptionem, l. rescripta. 6. de precibus Imperatori offerendis leg. fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Idéque erit si in tertij præiudicium, rescriptum emanauerit, neque enim obseruãdum est, cum non sit vero simile Principem, cum alterius detrimẽto voluisse alicui indulgere, l. 2. §. siquis à principe, & §. merito, D. ne quid in loco publico itinere, l. fin. C. de inoffic. testam. § fin. inst. quib. mod. testamenta infirmentur, Quod procedit, etiam si sit adiecta clausula *de plenitudine potestatis*, tenet Innoc. in cap. bonæ de electio. & facit doctrina, gl. verb. nascatur, in cap. 1. de Constit. libro 6. vbi ait, quod si Princeps aliquid contra ius præcipiat, præsumitur circumuentus, & non debet rescriptum ad executionem produci, vt in c. si quãdo, de rescriptis. Qua de re, cum apud nos extet integer tit. 14 *de las prouisiones, y cedulas que se dan contra derecho y en perjuizio de partes*, libro 4. nouæ Recopil. vbi quando calibus, Regius præcepris & quibus obtemperandum sit, & quando ab eis possit supplicari, luculenter disponitur, pluribus hic immorandũ non est, videndus tamen omnino præter Alp. de Azeuedo, eiusd. titul. commentariis, qui tem serio tractat. Cast. Bouad. lib. 2. polit. c. 10. ex nu. 59. & quæ prosequitur late Parlad. cum numerosa Doctorũ allegatione, in dict. cap. fin. 1. part. §. cum seq. vbi disputat, an tributorum exactiones paratam habeant executionem, quẽ vide, & hæc dixisse sufficiat de instrumẽtis, quæ paratam habent executionem. *Quibus adde, quæ de executione mandatorum Apostolicorum, & quod similiter eam paratam habeant omnes probãt, in c. si quãdo per text. ibi de rescriptis, & in l. 51. t. 18. p. 3. Moedanus, decis. 35. Marquesanus de cõmissionibus 2. part. cap. 39. Gigas de pensionibus q. 85. num. 2. & & plures alios nouissimè refert Salgado, de Regia protectione, 3. part. cap. 3. num. 6. post Hieron. Gõzalez, in reg. 8. Chancel. gl. 9. in annotationibus, n. 220.

Sextum Præceptum.

Vea se luego el pedimiento de la execucion: ò mandamiento della, si se proueyò como conuiene.

De petitione executionis, & executorio mandato. §. 6.

SVMMARIA.

1 *Petitio executionis quibus verbis formanda sit considerari oportet.*
2 *Petitio in iudicio ordinario quomodo formanda, remissiuè.*
3 *Petitio in iudicio executiuo, si à patrono ineptè fiat, quomodo patri consulendum.*
4 *Executiua, & ordinaria via contraria sed diuerse.*
5 *Executio sententiæ, an per actionem, an per iudicis officium petenda sit remissiuè.*
6 *Executionem, qui aduersus plures petit, quid præstari debet, ne plus petentium pœna multetur, & numer. sequent.*
7 *Dies, quando solutioni non opponitur, quando executio peti possit?*
8 *Mandatum executorium quomodo concipiendum, & cui tradendum, & num. seq.*
9 *Mandatum executorium pro quantitate siue genere aliàs, aliàs pro certa specie decernendum.*
10 *Mandatum executorium, vt decernatur, rem citari non debere, nisi vel dies instrumento non sit appositus, vel hæres pro defuncti debito exequatur.*
11 *Appellaria mandato de exequendo non potest, à negatiuo de non exequendo potest, & quare?*

His igitur iam, iuxta formam, & stylum, qui in causis executiuis instituendis obseruatur, generaliter cognitis, & de personis, & instrumẽtis cõsideratis, processum ipsum iam auspicantes: ne, qui lites has aggrediũtur, errent in primis meminisse iuuabit ne in executione petenda vtantur verbis ad ordinariam viam spectantibus quoniã cum ex libelli conclusione, an ordinariam, an verò executiuam ingrediantur facilè constet ea, quam quis intendit, sibi parebit, argum. l. si mulier. 21. & fin. in fi. n. de eo quod met. caus. coniunct. Angeli doctrina, in §. omnium, num. 8. inst. de act. Decij consil. 493. numer. 28. † Quæ autem viam ordinariam, quæ viam executiuam spectent, enarrat Bart. in l. 1. Cod. de execut. rei iud. Panorm. in cap. olim n. 23. de litis contestatione. Ion. & Doct. in c. super literis, de rescriptis, Iaso, in d. §. omnium, numer. 128. Alex. consil. 121. nec. cõsil. 62. col. 2. erudite Rod. Suarez, in d. l. post rem iudicatã, §. fin. Quod mendum † si forsan inciderit, animaduertat Patronus expensis parti aduersæ in via ordinaria factis refusis à via ordinaria resilire posse, & executiuã iterum intendere, vt ex aliis docuit Rebuff. tract. de literis obligatoriis, art. 6. glos. 3. n. 7. sunt enim † via ordinaria, executiua non contrariæ, sed diuersæ, ergo electione non tolluntur, leg. quod in hærede, §. 8. eligere, D. de tribut. actio. quod praxis sæpiùs admisit. Quare etsi controuersum sit † pro executione sententiæ, quolibetque alio contractu, & instrumẽto, quod paratam executionem habeant, iuxta suprà tradita, an actio, & quæ, an verò iudicis officium competat, quod nuper examinat Parlado. libro 2. rer. quot. c. fin. 5. part. ex §. 1. n. 1. Posti interpretes alios, in d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ, cautius tamẽ faciet, qui per viam actus (vt nostri aiunt) quacunque executionẽ postulauerit, vt admonet Bart. in leg. intra, infrà hoc tit. Alex. in l. si cum dotum. §. eo autem tempore, col. 2. D. sol. matr. Rebuff. vbi sup. n. 5. cuius praxis meminit Paz, in praxi 1. tom. 4. par. c. 2. n. 1. & n. 18. & formam Hispano sermone tradit ibi cap. 7. ex nu. 1.

Animaduertet præterea petitor, quod si aduersus plures reos insolidum instrumento obligatos executionẽ intendat, protestari in primis debet se vna solutione contentum, iuxta Bart. doctrinam, in l. 3. §. 1. num. 4. D. de duob. reis, ne aliàs, tanquam plus debito petens in expensis forsan damnetur, quæ est plus petentis pœna, item & aliæ comprehensę, in §. plus autem, inst. de act. & in §. hodiè, inst. de exceptionibus, cap. 1. de plus petit. extorat Iaso, in l. pecuniam, nom. 10. D. si cert. pet. siue plus re, siue plus tempore petat, quod si nullum † cautioni adiectum sit, quamvis statim debeatur Leum qui Kalẽdis, 41. l. continus, 137. §. illud. D. de verb. obl. cum vulgatis, iure verò Regio decẽ dies indulgentur à lege, leg. 2. tit. 1. part. 5. lib. 6. tit. 17. lib. 4. Recop. qua de re etiã videbis tex. in l. 8. & 9. tit. 2. dict. libr. 4. recop. quæ plus petentium pœnas addunt, quorum, vt cesset malitia eodem iure itẽ quotidiano stylo caurũ, admissũ que est, vt in petenda executione iuret creditor summam, siue quantitatẽ, quam petit, sibi deberi, leg. 9. d. tit. 21. libro 4. Recop. quanquam si illud omissum sit, non tamen ideo executio nulla sit, Roder. Suarez, in dict. leg. post rem judicatam, §. fin. in cuius additionibus (alios tefe. rens) plura cumulauit, quæ ad petitionẽ executionis valdè pertinent Iacob. Valdes post Parladorium, & Gundisalvum de Paz, in locis supra relatis.

8 Executione ergo petita, maturèque à judice cunctis rimatis mandatum executorium decernitur, quo illam fieri juxta iuris formã jubet: de quo in scriptis cõstare omnino debet: alioquin enim non potest apparitor illi facere, neque in personam, neque in debitoris bona, vt placuit Bart. in leg. palatino. Cod. de collat. fund. fisc. libro 11. Philippo Franco, in cap. cũ parati. col. 7. de appell. Roberto Maræa in praxi 6. part. tit. de citat. num. 78. quod mandatum creditori ipsi non apparitori tradendum est alioquin executio nulla est, sic enim nouissimè Regia lege sãcitur, l. 17. tit. 21. libr. 4. nouæ Recopil. vt executorum fraudibus obuiam catur, quamvis de voluntate creditoris illis sæpè tradãtur, quæ semper præsumitur, si de contraria non cõstet. ex regul. leg. 2. D. solut. matrim. cessat enim legis ratio hoc casu.

9 Illud etiam memineris, executorium hoc mandatum nõ eodem semper modo, sed pro vt negotij postulauerit cõditio, aliter atque aliter decerni solere, oportereque, quo enim casu pro quãtitate, siue genere, aut specie iã perempta, in cuius locũ æstimatio præstãda est, petitur, decernitur à judice executio debitoris bonis captis, in publica subhastatione distrahẽdis, juxta formam hujus leg. à Diuo Pio, §. in venditione, de quo multa sequenti paragrapho dicemus. Sin autem res est in specie præstanda, eaque extet nõ longius res abibit, sed fiet præceptũ reo, vt intra certum tempus, puta tridiuũ rem restituat, eoque non restituente, aut mittetur actor in illius rei possessionem: aut cogitur reus, etiã si opus fuerit manu militari rẽ restituere, l. qui restituere, 68. in pr. in. D. de rei vindic. §. 2. inst. de offic. jud. l. 3. tit. 27. part. 3. l. 6. tit. 17. lib. 4. nouæ recop. est enim, & hoc casu necessaria citatio per hoc judicis præceptum, vt post glossã, in l. properãdum. §. fin autem reus, verbo, *audiatur*, notant illi Bart. & Bald. quamvis idem Bart. & alij in d. §. in vẽd. contrarium probent, sequãturque Duenas, reg. 94. Ioseph. Ludou. decis. 6. quod idem & aliis similibus in casibus, cum factum aliquod præstãdum est obseruabitur.

10 Planè in eodem executorio mãdati decernendo, reum citari nõ debere sanxit l. 19. tit. 21. libro 4. Recop. quoniam cum in pignoribus capiẽdis, peragẽdisque subhastationibus, citatio vlla necessaria nõ sit, vt suis locis infrà audiemus, sed ad vltimam tantũ addictionis sẽtẽriam (vt late examinabis ad §. 11. infrà) notatque Albericus, in l. creditor. C. de pistr. pig. Afflictis, decis. 358. numer. 3. Maræa, in praxi tit. de executione, nume. 19. quamvis decreto iam facto necessaria citatio sit (vt inter sit quippe eiusdem publicæ subhastationis præconiis, eaque vt aiũt dari videat, forsan enim statim fidem bonam agnoscet soluet) ante tamen quam decernatur, vt initium executorium iudicium capiat nulla est citatione opus, vt dicta lege 19. ibi: *Sin citar à la parte executada para ello*, vt ex communi etiam praxi ex Auẽdaño, Didaco Perez, Padilla, aliis, testatur Alph. Azeuedo, in dicta lege 19. & ex n. 28. vtiliter id limitans, quo casu in instrumento, cuius virtute executio petitur, dies solutionis non contineretur, citandus enim eo casu esset debitor, interpellandusve, vt intra certum tem-

pus soluat, decem videlicet dies, (vt diximus n. 1.) quo elapso, absque citatione executio decernetur, vt in terminis docuit Ioan. Gutierrez, de jurã. confirm. 1. part. c. 36. num. 1. Azeuedo, vbi supr. num. 15. omnino in proposito videndus. Quæ eadem, l. 19. in dict. versic. *sin citar à la parte*, an limitãda sit, quo casu aduersus debitorem hæredem sit executio, vel etiã aduersus ipsummet debitorem ex actione forsan alteri cessa, vide Parlad. d. c. fi. 5. p. §. 2. n. 14.

Denique memineris eadem ratione effici ab hoc executorio mãdato appellare non licere juxta verius rem, & magis receptam sententiam, quam resolvit Rolãdus, 2. Decius, in cap. nonit, column. 2. de appellation. & alij consil. 43. volumine primo, Alexandr. consil. 95. volumt quorũ meminit Parlad. d. 6. 2. n. 11. est enim hoc mandatum interlocutoria sentẽtia quæ per diffinitinam additionis bonorum (*vulgo de remate* appellane) potest renocari, & vt asũt reparari. Rod. Suarez, & alij relati à pidaco Perez, in l. fin. tit. 8. glossa fin. lib. 3. ord. col. 648. Rebuff. tractat. de sent. executione, glos. 12. nu. 18. cum tamẽ à pronunciatione negatiua de non exequendo appellare liceat, quia diffinitiua est, & aliã post se non expectat notata à Felino, in rubr. de re iudicata. *Sed cum ex leg. Regia, 64. Tanti ius exequendi per decenniũ præscribatur, & per triennium in casu, l. 32. tit. 16. libro 2. Recopil. nisi iã super eo iure fuerit contestatio facta ex dictis legibus. Quando contestationem in viis executiuis factum dicemus, varie resolvunt interpretes. Alij solam instrumentorum productionem sufficere existimant, alij missionem per Nuncium factam, iuncta mandati executini notificatione desiderant, nõnulli hæc non sufficere, sed necessariam esse oppositionẽ aduersarij volunt, vide Azeued. in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. Ioann. Garciam de expensis, cap. 9. num. 82. Gaspar. Rodriguez, de annuis reddit. lib. 2. qu. 9. num. 70. Parlad. lib. 1. rerum quotidian. cap. 1. §. 13. in fine.

Septimum Præceptum.

Vea se si en el hazer la execucion guardò el executor el orden de derecho si la trauò, ò bizò primeroen bienes muebles: à falta de muebles, en bienes rayzes, à falta de todos, en deudas, derechos y acciones del executado.

Quis ordo in executionibus seruatur. §. 7.

SVMMARIA.

1 *Condamnatus, vt sententiæ pareat, quomodo compellendus & multis septimum hoc præceptum exornatum.*
2 *Sententia judicis conditionem non admittit, & numero duodecimo.*
3 *Nomina debitorum prius quam immobilia pro debito extenuanda capienda, & num. 16.*
4 *Melior res in solutum creditori addicenda, & nu. 8.*
5 *Executio à rebus mobilibus initium capit.*
6 *Executionis ordo huius 7. præcepti, & §. in venditione, l. à Diuo Pio 14. D. de re iudicata, an creditoris, an debitoris fauore indultus?*
7 *Bona pretiosiora si in primis distrahantur appellari ab executore potest.*
9 *Executionis ordo si sit prætermissus, an executio valida, an nulla sit & numeris seq.*
10 *Forma omissio actus nullitatem inducit, remissiuè.*
11 *Executionis ordo si turbetur appellari potest.*
12 *L. 1. §. biduum. D. quando appell. sit.*
13 *Executionis sententia iuxta hoc præceptum non est conditionalis.*
14 *L. magis puto 5. §. non possim versicul. quare, D. de reb. eor.*

15 *Executionis ordo de quo in § in venditione, etiam in minoris bonis ſeruandus:ſecus in venditione voluntaria num.20.*
16 *Minor regulariter iure maioris fungitur.*
17 *Auth.hoc niſi debitor.C.de ſolut. loquitur de datione inſolutum & de ea,num.ſeq.*
18 *Solui aliud pro alio inuito creditore regulariter non poteſt,remiſſiuè.*
19 *Nomina debitorum exequi poſſe, quomodo accipiendum.& num.ſeq.*
20 *Nomina debitoris pignori dari poſſunt.*
21 *Nomen debitoris,vt exequi poſſit debet eſſe confeſſum, aliàs nouo alio iudicio opus eſt.*
22 *Nomen debitoris exequi poteſt, etiam ſi ſit negatum, ſi maliciæ in promptu adſit probatio.*
23 *Depoſita etiam pecunia in iudicati cauſam capi poſſunt.*

1 QVoniam,ni condemnati ſententiis pareant,capris,diſtractiſque pignoribus ſatisfacere cogũtur,teſte Cicer.philip.2.Vlpiano,in leg.ſiquis à liberis,5.§.ſiquis ex his,in princ.D.de lib.agnoſ,vbi ſup. num. 1.adnotauit rata quomodo judices ſuas exequi ſententias debeant,docet ſuperius præceptum quod ſuptum eſt ex Vlpiano,in hac leg. à Diuo Pio. § in venditione,vbi docet, quod ſi condemnatus iudici nonparet,capi, & diſtrahi eius bona debent primo mobilia,deinde immobilia, quæ ſi vel non ſint, vel non ſufficiant ad iura, & nomina debitorum peruenietur,quod etiam probat text.in leg.ciuitates,8. D. quod cuiuſque vniu.nom.in l.1.C.de præt.pign.l.3. tit.27.par.3.l.16.tit.21.libr.4.Recop. cõducit text. in l.17.tit.29.part.2.iũcta gloſ.3.idem,&in l.2.tit 8.p.3. vbi Gregor.gloſ.9.explicant,exornãt præter ord. in dictis locis Bart.in princ.dict.leg.à Diuo Pio, nu. 6. ad finem,& in l.alio hæred.num.13.& num.17.D.de alim.leg.Rod.Suarez, in leg. poſt rem iudicatam ad legem Regni.2.part.q.2.in princ.Ioann.Gutierrez, conſil.19.num 8.&9.& lib.1.practicar.quæſt. c 131. ex num.1.Paz in praxi,1.tomo 4.part.c.2. per totum maximè ex num.31.Azeuedo,in dict.l.19.ex num.4. Parlad. lib.rer.quot. cap. fin.5. part.§.3.num.1.

Verum quoniam Vlpiani doctrina maiori ex parte & nunc quoque in vſu forenſi eſt quo vtilior noſtra hæc diſputatio reddatur, quæ difficilem eam reddũt, & accurſ.Bartoluſque inibi adducunt,ecce.

Primo enim ſic argumentor Iudicis ſententia in eo præcepto conditionalis eſt,vt ex cõtextu conſtat,capi nunquã in primis judex jubet mobillia,& ſemouentia,ſiue animalia bona;quod ſi hæc non ſufficiãt, immobilia, ſi nec illa,debitorum nomina.At iudicis ſententia ſub conditione ferri non poteſt,l.1. §. biduum,D.quando appell.ſit,l.14.tit.22.part.3,ergo incongrue Vlpian.exemplum proponit.

3 Secundo ſic argumentor, ſi pro extenuando ære alieno minoris eius bona diſtrahenda ſint, prius ad debitorum nomina, quam ad immobilia bona perueniatur,leg.magis puto.5.§.non paſſim,verſic.*quærere*,D.de reb.eor.cui conſonat,l.10.tit.18.part.3.l.4.tit. 5.par.5.l.8.tit.16.p.6.ergo & hic ordo in noſtro caſu obſeruari debuit,cum ex eo quod in alienatione rerum minoris fiat,alius non deberet obſeruari, ne repugnet reg.dict.leg.ciuitates,8.

4 Tertio idem præceptum impugnat text.in auth.de fideiuſſoribus,& mãdatoribus,§ quod autem collat. 1.auth.hoc niſi debito.C.de ſolutio. quibus cõſonat l.3.tit.14.part.5. enim cauetur, ſi ſolutio facienda creditori ſit ordine huius text.& præcepti,nõ ſeruato,meliorem rem ei in ſolutum tradendam.

Quibus tamen non obſtãtibus,ordinem ab Vlpiano propoſitum,noſtroque præcepto inſinuatum obſeruandum juris ratio ſuadet,ſic enim facilius res ex-
5 pedietur,negotiũque finem accipiet† ſi prius in pecunia,aut qualibet alia mobili,ſiue animali re, mox immobili,poſtremo in juribus,& actio.executio fiat, quo obſeruato ordine creditori melius fiet ſatis;eius namque† fauore hunc ordinem,& exequendi formã 6
inductam fuiſſe,ſunt qui exiſtiment. Cumam. num. 1.Alex,num.3.Iaſo,num.14. in dicto §.in venditione,Socinus,conſil.158.num.14.Felinus, in cap.quoad conſultationem,num. 11. de re judicata:quod & probare videtur,text.in §.ſed ſi emp.inf.dict.l.à Diuo Pio, quamvis contrariũ inſinuat Accurſ.hic verbo,*animalia*,ibi,*quæ minus debitori nocerent*,quem admiſit Abbas,in dicto cap.quoad conſultationẽ,Antonius Fano,de pignoribus,1.part.membr.5.n.106. Maranta,in practica,vlt.part.num. 12.ergo initium faciendum eſt, ab his rebus parum adẽptio minus, eſt,grauis,ac damnoſa reo argum.l.1.§.diminutio,D. de ventre in poſſeſſionem mittendo, vbi cũ prægnantem vxorem ex mariti bonis alendam docuerit idẽ noſter Vlpian.idque pro vtriuſque dignitate faciendum:addit,diminutionem ad nos ſumptus fieri debere, primum ex pecuniã numerata,ſi ea non fuerit ex aliis rebus,quæ patrimonia onerare magis impendio,quam augere fructibus conſueuerunt, à qua opinione non diſſentit Iuſtinian.in lege fin.§.ſin autem æs alienũ,C.de bonis,quæ liberis,& iudici poteſt regula,leg.lex,quæ tutores,22. C.de adminiſtr. tut.4.tit.p.5.l.18.tit.19.p.9.verum ego priorem opinionem veriorem credo,nam in executione ſententiæ illud præcipuè ſpectandũ eſt, vt promptius, atque expeditius fiat,imputaturque reo,qui non ipſe bona diſtrahit, & ſatisfacit creditori,cum liberum ei fuerit diſtrahere,quorũ omiſſio ipſi futura eſt minus dãnoſa,cuius rei argumento eſt text.in dict. authẽt.hoc niſi debitor,C.de ſolutionibus, de qua poſtea agemus, quamvis fateat ciuili modo hæc accipienda, eſſet enim inciuile ea capere quorum ademptio parum profutura eſt creditori, nocitura multũ debitori,argum.leg.ſi cui,9.D.de ſeruitutibus,leg. ſi via 16.D.de ſeruit.ruſt.prædiorum,aliàs † poſſet ab 7
executore,quaſi excedat modum appellare,l.ab executione,5.C.quorũ appell.non recipiantur,vt rectè 8
hic Duarenus prælectione,18.admonuit,quã tamen noſtræ legis formã in Gallia non obſeruari, ſed electionẽ creditori relinqui teſtantur Guido Papæ, deciſ.281.& in eius additionibus Petrus Matthæus,frãciſci Regis edictum hac de re factum,anno 1539.referens,cuius etiam meminit Duaren.vbi ſupr.quod & in caſu,§.ſi pignora,in dict.leg.à Diuo Pio obſeruandum quoties videlicet pignora capta, quia emptorem non inueniũt,addicenda ſunt creditori, vt eligere is ex debitoris bonis, quæ malit,velit, reſoluit Gregor.in l.3.tit.23. p.3. ſequitur Azeuedo, in d l.19.numero 36.

Seſt an ſi hic ordo fuerit omiſſus executio vitietur 9
juxta noſtrũ text.proximamque reſolutionem,quærunt interpretes;ſũtque plures, qui putẽt ex verbis huius text.dict.§.in venditione,ibi: *Exequuntur itaque rem indicatam præſides iſto modo*, & dict. l.19. tit. 21.libro 4.nouæ Recop.*y por eſta forma ſe haga la execucion*,adeò eius obſeruationem neceſſariam,vt ſi ea prætermiſſa fiat,executio nulla ſit,ex reg.leg. cũ hi, 8†§.ſi Prætor.D.de tranſact.leg.non dubium,5.C.de 10
legibus;cum enim conſtet in hoc noſtro text.præcipueque,in dict.l.19.formã,qua executiones fieri debent, inductam fuiſſe aduerſus eam factam nullius eſſe momenti ex multis,quæ juxta formæ omiſſionẽ in non diſſimilibus caſibus reſoluunt noſtri, in l.1. D.de liberis,& poſth.Decius,Felinus,& alij in capit. cum dilecta,de reſcriptis, Tellus Fernandez, in l.3. Taur.2 p.num.16 Molina,lib.1.c.7.ex nu.3.& cap.9. ex num.17.& lib.2.c.6.ex n.37.Auẽdañus,reſponſo 14.ad fin.Octauian.deciſ.Pedemontana,164.ex n.11. ex quibus eam ſententiam poſt Imolam defendunt Alex.

Alex.num.13.Iaſo,num.19.hic,Felin.in d.c.cum dilecta,ad fin.deciſ.Pedemontana,34.num.6. Afflictis,deciſ.258.nu.1.& 2.Maranta,de ordine indic.tit.de executione ſententiæ,nu.9. Auendaũus,in cap. Præt.cap. 17.num.5.verſic.ego vero,Molina,libr.4. c.7.num.24. Parladorius,dict.cap.fin.5.par.§.3.num.4.Contrariam tamen opinionem inſinuat hic Bartol. num. 8. & 9. ſequitur Abb.in capit. quoad conſultationem, num.27.de re indicata,eſt commune placitum ex multis relatis à Iaſone, dicto numero 19. Azeuedo,in dicta lege 19.numero 40 admiſſum à Gregor. in dicta lege 5.gloſſa 1.tit.27.part.3.Ioann.Gutierrez, dict.lib.1. practicarum qu.135.nu.5.ergo ſi horum in nim prætermiſſo ordine executio fiat, primíque iubeat iudex
11 immobilia, quam mobilia bona capi quamvis† poſſit reus ab ea interlocutione appellare, ex reg. dict.l. ab executione, 5. C. quorum appell.non recipiantur, capit.nouit.43.de appellationibus, & iis quæ reſoluit Reboff.tit.de ſentent.execut.art. 7. gloſ.12.num.4.ſub 1. tom. ſi tamen tacuerit executio effectum ſortietur conualeſcit,ſæpe namque actus ſi is cuius intereſt tacuerit,nec repugnauerit, vt in leg. filio præterito, 17. D.de lib & poſth.paſſim. omnes adnotarunt, & Boërius,deciſ.96.vt ſic iam conſtet verba, dict.§.in venditione & dict.l.19. de forma. ſine ordine ſubſtantiali, cuius omiſſio actum vitiat,non eſſe intelligenda.

12 Nec nobis obſtant quæ ſuprà num.2.aduerſus noſtri præcepti contextum,& ſeriem adduximus.Non primum, ex dict.leg.1.§. biduum, D. quando appell. ſit.quoniam omiſſa opinione exiſtimantium text.noſtrum interlocutoria,dict.§.biduum in diffinitiua ſententia loqui, quaſi illa ſub conditione, hæc cum ea proferri non poſſit,quæ interpretatio,etſi,quoad eum text.veriſſima ſit,vt multis probat Anton. Gabriel. libro 2.comm.opin. de ſententiis concl. 1.num.10.Boërius,deciſ.68.num. 7.& qui melius reliquis diſputat, & reſoluit Alex.in dict.§.in venditione,ex nu.16.cum ſeq.Socinus,reg.123. limit.2. Bernard.Diaz.regul.77. quod tamen ad noſtrum præceptum hunc paragraphum attinet,ineptam eam diſputationem credo cum
13 in eo † neque ſub conditione de præſenti(vt plerique putant)nec ſub conditione de futuro nec ſub intrinſeca, nec ſub extrinſeca conditione prolata ſententia fuerit, ſed pure,& ſimpliciter, ea tamen forma executori præſcripta,vt prius in bonis mobilibus,deinde in immobilibus, mox in iuribus,& actionibus executio fiat, quod ſanè, quo ad noſtrum text. veriſſimum credo quicquid Bart. in dict. § in venditione, nu. 1. poſt gloſſam, verbo *capiantur*, reliquique reſoluunt.

14 Parum obſtat text.in dict.leg. magis puto.5.§. non Paſſim,verſic. *quærere*, D.de reb.eorum;quoniam exploſa opinione exiſtimantium eum textum in minore ſpeciali fauore ſtatuere, debita prius ex eiuſdem immobilibus, deinde ex debitorum nominibus his deficientibus pecunia ſoluenda:idemque & in Eccleſia, reliquiſque qui minoris iure funguntur, non vero,dict.§. in venditione ordinem obſeruandum;quam opinionem ex aliis refert Maranta,de ordine iudiciorum,6.par 3. & vltimo actu,num.12. rectè tamen improbat idem Bart. ſub eodem,num.1.ex leg.ciuitates, 8.D.quod cuiuſque vniuerſ.num.coniuncta, l. temp. 4. C.de iure rei publicæ,libr.10.l.1.tit.14.leg.fin.tit. fin.part. 6. & late ab Euerardo traditis in centur. legali,capit.28. cum eodem ibidem reſpondendum eſt Vlpia.ibi in voluntaria,non in neceſſaria allegatione loqui planè cum ad minoris inſtantiam & vt æs alienum extenuetur, bona eius diſtrahenda ſunt, vt illa prius, quarum ademptio minus eſt grauis ac damnoſa minori, venundentur,& ratio ipſa, & iuris menet
15 ſanctio,ex reg.leg.lex quæ tutores.cum aliis ſupr.nu. 2.adductis.Sin autem † alienatio neceſſaria ſit, fiatque ad creditoris inſtantiam,idque vt executio promptius,& expeditius fiat proclament iura,ne ex litibus lites oriantur ordinem, dict. §. in vend. ſiue debitor minor,ciuitas,ſiue Eccleſia ſit,idem Bartol. admonuit, cuius placitum communiter ab aliis receptum eſt,teſte Iaſ.dict.§.in vend.nu.25.Matthæo de Afflict. deciſ.225.regulariter niſi aliud expreſſum, ſit,aut mi- 16
nor lædatur, vel ſua facilitate, vel aduerſarij dolo, aut calliditate iure communi eum fungi, ſatis deduces ex l.1.D.de minor. & multis iiſque accuratè ſatis à nobis congeſtis, in §.extraneus, ex num.59. Inſtit de hæred. qual. & diff.

Reſtat interpretatio auth.hoc niſi debitor. Cod. de 17
ſolutionibus, verum aliorum omiſſis interpretationibus,facilis eius eſt explicatio, eſt enim certiſſimi iuris eam auth. non loqui de executione,& bonorum venditione,de qua nos loquimur, ſed de datione in ſolutum, & cum conſtet † aliud pro alio inuito creditore 18
ſolui non poſſe,ex regul.l.2. §. mutui datio, D.ſi cert.petat.vbi late ſermones omnes,Petrus Morla,in Emporio iuris,1.par.tit.§.qu.16.per totam,dixi ego rationem eius rei notans,& caſum,dict.auth.inſinuans, in princ.nu.28.& 29. Inſt.quib.mod. re contrah.obl.qui in id grauatur,vt aliud quam quod ei ſolui debuit recipiat,in alio debet releuari vt ſcilicet, melior,& vtilior res ei præſtetur. Planè,vt deciſioni illius auth.locus ſit plura requiri & in dict.§.mutui datio & eod.in loco adnotarunt interpretes, & qui eam copioſe,& erudite exornant poſt infinitos alios, quos referunt, adduximuſque nos in dict.nu.29. Gaſp.Baëz.de inop. deb.c.1.nu.49.cum ſeq.Ioan.Got.de iur. confir.1.part. c.29.Ioan.Parlad.libr.2.rer.quot.cap. fin.5.parte §. 17. n. 24.& quamvis docuerint nonnulli,inter quos Gregorius in lege tertia,verbo,del iuzgador,titulo 4.par. 5.eius deciſionem correctam eſſe,hodieque non teneri debitorem meliorem rem,ſed mediocrem creditori dare,ſed iudicis religione æſtimandum cenſeo, idque & olim etiam eodem modo admitti debuiſſe ex mente,dicta authent.hoc niſi debitor, ibi: *Cautela iudicis arbitrio creditori præbita*, quæ verba, etſi alio pertinere inficias non eam,ad hunc quoque caſum protrahi eadem ſuggerit ratio.

Sanè quod ſeptimum hoc noſtrum præceptum,Vl- 19
pianuſque in calce,dict. §.in venditione,docent mobilibus,& immobilibus bonis deficientibus,ad debitoris nomina peruenire poſſe, in eiſque executionem faciendam, qualiter ſit accipiendum inſinuat idem I. C.in dict.leg.à Diuo Pio, §. ſic quoque iudex 8. ſed etſi pecunia, 9. nunc enim in eis executio locum habet, ſi debitor debitoris illa confiteatur,non ſi neget, quæ res, quia copioſè ab aliis exponitur,& præterea, quæ ſcribentes.in §.ſic quoque,dict. leg. à Diuo Pio, tradunt deduces ex copioſè ſcriptis à Reboff. 1. tom. titul.de liter.obligatoriis, art. 4. gloſſ.3. numero 42. & art.12.gloſſ.2.numero 12.& art.1. gloſſ. 9.num.31. Rod.Suarez, in leg. poſt rem iudicatam, poſt legem Regni,qu.2.Paladorio, lib.2.rer.quotid.c. fin.5. part. §.3.numero 43.paucis agemus.Cum itaque debitorum 20
nomina in pignus dari poſſint, leg.nomen 4.C.quæ res pignori.Iaſo,numero 42.& 43.in § item Seruiana, Inſt.de actio.capi,& diſtrahi etiam poſſe conſequens eſt,dict.§.in venditione,& d.§.ſic quoque,etiam ſi ea pecunia pupillaris ſit, & ad prædiorum comparationem deſtinata, vt in §.etſi pecunia, dict. leg. à Diuo Pio,idem Vlpian. admonet, quamvis prædiorum loco ea pecunia habeatur,leg. quid ergo 3.§. vſuras, D.de contraria,& vtili actione, quod ſanè mirum non eſt, cum & ipſa prædia pro extenuando pupilli ære alieno diſtrahi poſſint, leg. magis puto 5.§. non paſſim. D. de rebus eorum.l. 1.C.de prædiis min.Verum tamen † memineris nomen debere confeſſum eſſe,vt exequi 21
poſſit aliàs iure ordinario aduerſus ipſum agendum eſt,leg. coniunct.gloſſ.ibi.Cod.quando fiſcus vel priuatus, vbi rectè Accurſ. communiter receptos docet, procedere niſi euidens ſit calumnia debitoris inficiantis,

tis,& in promptu adsit probatio.argu.leg.fin. Cod.de comp.l.2.C.ad leg. Corn. de falsis. Ergo † manifesto 12
de malitia debitoris negantis constare possit, vt puta quia constet de debito, aut per rem iudicatã, aut per contractum guarentigium, vel ius inrandum executioni locus erit, quomodo ex iam relatis text.in dict. §. fic quoque intelligendus est. Addicto autem creditori debitoris nomine, necesse habebit ille aduersus hunc alterum debitorem non soluentem executionem intendere, ex vtili actione, quæ ei ex nominis adiudicatione competit, dict. leg.nomen. 4. quo etiam refetendus est text. in dict. §. fic quoque, ibi: *Conuenient nomen, exigentque ipsum, id quod debetur*, & ibi; *Et necesse est, vt quod eis facilius videatur ad rem exequẽdam hoc faciant*, docet Bartol. ibi numero 3. post Accurs. in l.1. Codic. de prætorio pignore. Non † solum 13
autem debitoris condemnati nomina in executionis causam capi possunt, verum & eius pecuniæ apud argentarium, aliumve quemlibet depositæ: etiam si minor condemnatus sit, fundorumque comparationi fuerint destinatæ, in eamque causam repositæ. Velim autem sententiam intelligãs non nominibus depositæ pecuniæ, aut commendatæ, vt nonnulli crediderunt, sed de eisdem ipsis nummis, vt Vlpianus, in dict. §. sed etsi, dict. leg. à Diuo Pio, insinuat, verificul. *Præterea*, & Papin. in leg. commodis 49. D. de re iudicata, cui addit Greg. in l.3 gloss.8.tit.27.part.3. docetque Bartolus in dict. §. sed etsi, n.1. dum tamen qui vas pecunias detinet, & custo sit, debitoris esse confiteatur, non alias quam sensum habit, in d.§. sed etsi, ibi; *æque capi solet* juncto d.§. fic quoque, ibi, *& mayis, est, vt id dumtaxat capiatur*, notat Bartolus, in §.sed etsi, & in §. si iuper rebus, nu.fin.illius, l.à Diuo Pio.

Octauum Præceptum.

Vease si el executado dio fiador de saneamiento, y la forma de la obligacion de la fienza.

De captura debitoris, & euictionis fideiussione, §.8.

SVMMARIA.

1 *Debitor qui habet bona in quibus executio fiat carceri mancipari non potest, & num.5.*
2 *L.4.tit.13 part.3.explicata.*
3 *Debitor fisci, etiam si bona habeat carceri mancipatur.*
4 *Debitor, qui bonis cedit carceri traditur, nec ab eo eximi debet, donec creditoribus consultum sit.*
5 *Fideiussor de euictione (vulgo de saneamiento) qua ratione necessarius.*
6 *Debitor iudicare debet bona in quibus fiat executio, alias carceri mancipatur.*
7 *Testes, & nominatores de identitate veluti fideiussores sunt.*
8 *L.cum assendimus, 4. §. fin.de fideiuss.tut.*
9 *L.fin. §. fin.D. de eo quod rectus causa.*
10 *Executio, qua à debitore capitur a initium habet bonis extantibus, an validã? & num seqq.*
11 *Executionis ordine prætermisso si res capta debitoris sint, restitui illi cum fructibus debent.*
12 *L.2.C.de rescind.vend.& eius remedium, quo tempore expiret.*
13 *Ius commune & Regium Hispanum.*

1 EX superiori præcepto, & dict. §. in venditione, & dict. l.19. deducitur non obscure, debitorem qui bona habet, pro ciuili debito, etiam executio ordine agitur in carcerem detrudi non posse: est enim semper prius, quam ad debitoris capturam, siue carcerationem perueniatur excussio in bonis facienda: celebris Acc. traditio verb. *vinculis*, in l. 3.4. tutores. D. de suspect. tut. quam extollunt plures, Alex. in 5. vend. n. 8. Baldus, in l. si fine, D. de in ius voc. Ripa in l. obligatione generali, n. 20. D. de pign. relati à Cou. lib. 2. var cap. 1. nu. 2. Bæza, de inope debitore, cap. 1. ex nu. 15. Azeu. in dict. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. ex nom. 75. Iusta 2
† quam docendi rationem interpretari debet text. in l.4.titul.15.part.5. qua cautum est, soluere creditoribus suis condemnatum iudici non parentem, mann quoque regia soluere compellendum, in vinculisque detinendum: argum. l. qui restituere, 68. in prin. D. de rei vind. debitor enim, qui bona habet carceri non mancipatur, vt cum Abb. in cap. laror. nu. 1. de pignoribus, & in cap. pernenit. n. 3. de fideiuss. obiectat Bæza, vbi sup. nu. 26. † Nisi debitum propter regalia red- 3
dita contractum sit. eo namque casu, etsi bona habeat quo vsque solnat carceri mancipatur, l. nemo carcerem. 2. C. de exactor. tributorum, lib. 10. nec beneficio cessionis vti potest, vt ex ea lege plurib⁹ in locis asserunt interpretes, quos sequitur Soci. reg. 46. fallentia. 8. Guido Papæ, decis. 221. nu. 3. sed vt recte contra eam communem contendit Bæza, vbi sup. c. 13. nu. 17. Valenzuela, in d. l. nemo, num. 3. ibi ea sententia non probatur: quamvis veriss imum sit fiscalem debitorem, & si bona habeat, quo vsque tamen soluat vinculis detinendum esse. ex generali consuetudine, quam in dictis locis iam relati adducunt, & probat, l. 8. tit. 4. lib. 6. ord. l. 130. *del quaderno de las alcaualas*, l. 14. tit. 7. lib. 9. collect. Regia, conducit text. in l. 14. tit. 21. lib. 4. eiusdem collect. 12. lita ab eodem Bæza, d. c. 13. num. 21. & 22. Firmiano de Gabellis, 2. par. n. 16. Gironda, eodem tractat. 4. part. ex nu. 3. Quemada, in quæstionibus fiscalibus, qu. 9. Eodem † iure, & ille habetur, qui cum 4
publicis negotiationibus præpositus sit maximo ære alieno oppressus inducias à suis exigere creditoribus simulat, vt carcetis sic molestiam flebileque cessionis remedium effugiat, iuxta text. in l. & suum hæredem 8. §. fin. cum l. leg. D. de pactis, l. fin. C. qui bonis cedere possint. l. 5. & 6. tit. 15. part. 5. & quę inibi Gregorius tradit. Matthæus de Afflictis, decis. 188. Petrus Dueñas reg. 194. Berroius in cap. cum omnis, n. 63. de constitutionib. Acianus, collectanea, 391. qui late prosequuntur, & explicant, quæ vt huic dilationi locus sit requirantur, item & Suarez de Paz, in praxi, 1 tom. 4 part. cap. 6. & cap. 9. nouissimo namque inter carceri mancipandum esse, ab eaque non eximendum quamvis plura bona habeant, litibus inter eum, creditoresque suos, pendentibus cautum est, nouæ D. Philippi secundi sanctione, apud S. Laurentium lata 18. Iulij anno 1590.

Ergo regulariter tunc debitor in publicis vinculis 5
detinendus est, cum bona non habeat, ex quib. ea alienum solui possint ex Accurs. d. verbo, *vinculo*. Nec mihi obiicias de quotidiana praxi, & stylo, quo debitores ex instrumento publico, vel quolibet alio, quod executionem mereatur, absque citatione vel excussione in carcerem pertrahi, & detrudi videmus, nisi fideiussorem de euictione (vulgo *de saneamiento* dicunt) præstent. Quoniam omissa communi opinione existimantium, cum agitur ex causa iudicati personam simul, & bona capi posse, vt docet Paulus, in rubrica, & in l. 1. C. qui bonis cedere possint, & in leg. ob æs, Cod. de actio. & oblig. Iaso, in leg. nullis, 5. columun. Cod. de iudiciis, & in l. 1. in princ. col. 7. & in §. 1. col. 1. D. siquis ius dicenti non obtemp. Alexand. consil. 159. colum. fin. lit. A. lib. 2. quam improbat Barr. in dict. §. tutores, & plures quos citat Felinus, in cap. quoad consultationem, col. 7. de re iudicat. id effectum est, vt sic ementibus debitoris bona in publica subhastatione cautum sit, quamvis enim non possit à personæ captura executio incipere, potest tamen executor personam capere, quo vsque bona † in quibus execu- 6
tio fiat, indicet. Potenus, de syndicatu, verbo, *executio*, colum. 3. & quia indicata bona, vel aliena esse possunt, vel

vel non soluendo eundem debitorem detinere, nisi fideiussorem præstet qui caueat, & bona debitoris esse, & soluendo, vt docuit Maranta, in praxi, tit. de executione sententiæ, num 25. Quem fideiussorem si debitor non præstet, profetat tamen testes affirmantes iudicata bona esse debitoris, & debito pro quo fit executio, respondere in carcerem mitti non poterit.
7 Testes autem † de periculo veluti fideiussores, & nominatores tenebuntur, vt resoluunt Auendanus, in dictionario verbo, *almoneda*, & alij, ex eo enim dimittitur debitor præstito fideiussore, quia constat eum esse soluendo, & perinde testes, qui bona debitoris affirmant loco fideiussorum sunt, leg. cum ostendimus
8 † 4.§. fi. D. de fidei. & iudices, l. siquis, 5. § fi. D. de dolo, l. cuicunque, 6. §. sed & cum fullo, D. de institoria, l. si vero, 12. § siquis mandauero titul. 13. D. mandati tutorũ, atque ita confirmatur quotidiana praxis, & stylus.

Verum superiorem resolutionem turbare videtur
9 Bar. in d. §. in venditione, n. 6. qui quatenus, quid iuris sit, si rebus extantibus illæ non sunt captæ, sed ordine executionis in hoc textu præscripto interuerso, capta sit persona, atque ita soluere sit coactus, respondet text. esse notabilem, in l. fin. §. fin. D. de eo quod met. causa, extollit Iaso, in lege jubere cauere, n. 5. D. de iudic. Brissonius, lib. 4 selectarum. cap. 2. Rebuff. 1. tom. tract. de literis obligatoriis, art. 5. glos. 9. num. 6. ergo cum ibi probetur, quod si exactum fuerit aliquid per vim illatam à Præsidis apparitore, siquidem debitum fuerit, cessat repetitio, si vero indebitum repeti potest, sentire videtur Bartol. hoc idem admittendum quando ordine juris prætermisso, executio fuerit facta, aliquique soluere coactus. quod & Bartol. ibidem adnotauit, eodemque loco Baldus, idem Batol. in sua disputat. incip. Lapsus. Innocentius, in c. 1. de in integr. restit. conducit elegans, & pulchra Thomæ Grammatici sententia, de decis. Neapolitana 58. num. 6. vbi ex Bald. in leg. fundus. D. de rescind. scripsit. quod si ex inordinato processu fuit data tenuta, si prius res illa fuerat obligata propter debitum, potest pro debito teneri, qui cum alia pro sua opinione, & sententia adducant, non tamen text. in dict. leg. fin. §. fin. qui pro amirabilis, & signandus est.

Communiter tamen respondent interpretes eum text. in vi compulsiua loqui, in qua non debet statim fieri restitutio, sicut in expulsiua, arg. l. si mulier 21. §. fi. D. de eo quod met. cau. tesolut ex aliis Ripa, in l. naturalis, 5. nihil commune, n. 74. D. de acq. poss. Curt. Iunior. in l. si pacto, quo pœnã n. 8. C. de pact. Iac. Meno. de recuperãda possessem. 8. n. 18. interpretatio tamẽ hæc, etsi recepta, & in se vera sit, nõ tamẽ euadit difficultatẽ, quia cũ iuris ordo prætermissus fuerit in ea executione facienda, nulla debuit pronunciari, debuitq; statim fieri restit. ex l. extra 13. D. de eo quod met. caus. l. meminerint. 6. vnde vi, c. conquerẽte, 7. de restit. spol. Quare Iaso, in d.l. jubere cauere, n. 5. postquam plures alias retulit interpretationes, tandem cogitandum reliquit. Ergo eis reiectis, & quod scripsit Matth. de Afflictis, l. 1. constitutionem Rebuff. 2. n. 33. dicendum est, in eo textu solum actam esse actione quod metus causa ad damnum, quod debitor passus fuerat, iuxta leg. si cum exceptione. 14. §. Iulianus ait, leg. sed & partus 12. §. fin. D. quod met. causa, vnde cum eo casu nullum damnum passus fuerit qui pecuniam debitam soluit, dicit eo. I.C. ait restitutionem faciendam non esse.
10 Verum quoad praxim attinet in supremis tribunalibus receptum est, vt quoties executionis causa per appellationem ad ea refertur, si actio publica iuxta septem præcepti, & d.l. 19. formam aut aliam more regionis receptam, facta non fuerit, quamvis iusta facta sit executio reuocatur, & omnia bona sine expensis, cum fructibus restitui iubentur dummodo reus quantitatem publico instrumento, sententiave comprehensam creditori soluat, ab eo fideiussione, iuxta legem Toleti interposita, quæ praxis, nec à mẽte. Bart. nec à sententia text. iuxta communes interpretationes, in d. l. fin. alien. resist. vt Cou. lib. 2. var c. 10 consteratur.

Diximus quod si iuris prætermisso ordine res ca- 11
ptæ, & venditæ sint, reo cum fructibus restitui iubentur superiori numero Verum, quia iuris seruato ordine frequentius venundantur, desiderantq; debitores, eas euincere, intra quod tempus, id efficere possint, intelligere vtile erit, & quamvis Antonius de Padilla, in l. 2. n. 31. C. de rescind. vend. in omnibus tribunalib. intra quadrienium posse ad venditarum rerum recuperationem, reos admitti docueritte o quod † cum 12
in huiusmodi venditionibus, quæ in publica subhastatione fiunt læsio vltra dimidium iusti pretij præsumatur, vt late cũ multis Azeuedo, in dicta lege 19. n. 126. tit. 21. lib. 4 Recop. rediumque. l. 2. C. de rescind. (quod olim perpetuum erat, vt inibi. cum aliis idem Padilla, numer. 47. admouit. cui assentitur Pinelus ibidem 2. 13
part. c. 1. nu. 26. apud Lusitanos restrictum ad quindecim annos, lib. 4. ordinam. titul. 30. §. 5 apud Gallos ad decennium ex constitu. Ludouici. 12. & apud nos quadriennales, l. 4. tit. 7. lib. 5. nouiordinamenti, Antonius Gomez lib. 1. c. 1. n. 22. Padilla, & Pinelus iam relati) hodie intra id tempus reos admitti oportere videatur. Hæc tamen opinio iuris fundamentis destituta est, vti contra eam contendit Didacus Perez, in l. 4. tit. 8. lib. 5. ordinam. Ergo resoluendum est, subhastatione legitime facta habere reum ad retrahendas res mobiles *usufructum*, ad immobiles nouem dies vt ex communi totius regni vsu, & stylo consteratur. Didacus Castillo, in l. 70. Tau. verbo, *remate*, quam sequitur Cou. d. c. 11. numero 3. qui in summis tribunalib. etiam his diebus elapsis confirmato etium inferiorum iudicio, decernit, vt si reus intra certam diem pecuniam ratione contractus debitam soluerit, & executionis expensas refuderit, bona ex causa executionis capta, sibi reddantur.

Nonum Præceptum.

Vea se, si por no dar el executado fiador de saneamiento se buelue la execucion en su persona, ò si el deudor es de los que no pueden estar presos por deudas.

De personis, quæ quatenus facere possint conueniuntur rebusque, quæ in causam iudicati non capiuntur, §. 9.

SVMMARIA.

1. *Personæ plures non totum, sed quatenus facere possunt, & conueniuntur, & condemnantur, & n. seqq.*
2. *Persona, qua quatenus facere possunt conueniuntur pro ciuili debito carceri non mancipatur.*
3. *Conueniri quatenus quis facere possit quem sensum habeat.*
4. *Debitor, qui bonis cessit in posterum quasitis conuenitur quatenus facere potest.*
5. *Quatenus facere quis possit, iudicis arbitrio relinquitur, & num. 16. cum seqq.*
6. *Maxime quatenus facere possit iudex æstimabit.*
7 *Alimenta in primis relinquenda debitori qui bonis cedit, si ex his sit, qui quatenus facere possit conueniatur.*
8. *Quatenus, quis facere possit, an conueniri, an condamnari debeat?*
9. *Libellus quomodo concipiendus, cum petitur, vt quis quatenus facere possit conueniatur?*
10. *Exceptione quis vltra, quam facere possit condemnetur quando opponenda?*

11. *Exceptio*

11 *Exceptio peremptoria, qua sententia executionem moderatur, etiam post sententiam opponi potest.*
12 *Agendi ratio varia alim.*
13 *Exceptiones alim à Prætore impetrari solitas?*
14 *Judicium purum simplex,& asperum quale? & quale sub conditione.*
15 *Judicia bonæ fidei exceptiones quoque,illis verbis,ex fide bona comprehendebant.*
16 *Facere quem posse,an deducto aere alieno,an non deducto æstimandum sit.*
17 *Donator ære alieno deducto quatenus facere possit convenitur,& quare?*
18 *Maritus, an ex alienum deducat,vt eatenus quatenus facere possit condemnetur?*
19 *Donator in donationis tantum in casu privilegium ne conveniatur ultra quam facere posse habet.*
20 *Creditores quibus propter reverentiam conceditur,ne conveniantur ultra quam facere possint in quocunque negotio eo fruuntur privilegio.*
21 *Socius omnium bonorum non convenitur ultra quam facere possit, & quare.*
22 *Societas multis modis contrahi potest.*
23 *L. varium,6 4. D. pro socio.*
24 *Socius omnium bonorum propter inficiationem convenitur insolidum.*
25 *L.sed hoc ita,62.D.de re iud.*
26 *Doli clausula qua?*
27 *Dolus nemini prodest.*
28 *Maritus propter dolum insolidum convenitur,& numer.seqq.*
29 *L.sed hoc ita 22.§.quod autem, D.de re iud.*
30 *Privilegium amittit, qui eius causam negat,etiam si postmodum,quod negavit fatetur.*
31 *Socius qui negat,socium negat, sed simpliciter,petitum insolidum non exigitur.*
32 *Parentes non insolidum, sed quatenus facere possunt exiguntur & numer. seq.*
33 *Parentibus magna debita pietas, & reverentia.*
34 *L. lis nulla, 4. D.de judiciis.*
35 *Parentes,nec bonis cedunt, nec carceri propter filiorum debita mancipantur.*
36 *Juramento parentes,vt insolidum exigantur efficere non possunt,ergo nec alia renunciatione.*
37 *Pallium, vt quis insolidum condemnetur,cui propter reverentiam privilegium conceditur nullum.*
38 *Maritus,vt insolidum pro dote exigatur,nec renunciatione,nec juramento sufficere potest.*
39 *Socer insolidum pro promissa dote exigi,etiam si iure jurando privilegio renunciet non potest.*
40 *Patronus,patrona, liberique eorum, & parentes à libertis insolidum non conveniuntur,& quare?*
41 *Jus patronatus libertorum quotuplex,& qua ratione indultum.*
42 *Patronus qua ratione in jus non potest vocari eadem, nec insolidum exigi.*
43 *Patronatus jus etiam, qui non manumisit quinque modis acquirit, & num.44.45.46.47.48.*
44 *Collusionem detegens patronatus jus acquirit.*
45 *L.1.D.de jurejurando.*
46 *Servus emptus, vt manumittatur, ni legi paritum sit, sit ipso jure liber.*
47 *Ancillane prostituatur empta,si contra fiat,ipso jure ad libertatem erumpit.*
48 *Fideicommissarius patronatus jus acquirit.*
49 *Patronus quando in jus vocari, & insolidum convenire possit.*
50 *Patrona,neque in jus vocari, neque insolidum exigi à libertis potest.*
51 *Patroni liberi,& parentes, nec in jus vocari, neque insolidum convenire possunt.*
52 *Maritus de dote in quantum facere potest, non insolidum convenitur, idem si ex alio contractu.*
53 *§. item si de dote, Inst. de actionibus.*
54 *L. 1. tit.15. part. 5.*
55 *L. Divortio,33. D. de neg. gestit.*
56 *Maritus ex dolo, & delicto insolidum convenitur.*
57 *Socer à nuru pro dotis restitutione convenitus insolidum non exigitur.*
58 *Socer à genero pro dotis solutione conveniri insolidum an possit?*
59 *L. penult. D.de jur. dot.*
60 *Milites pro civili debito, nec insolidum conveniuntur,nec carceri mancipantur.*
61 *Nobiles non exiguntur insolidum,nec pro civili debito in carcerem detruduntur.*
62 *Nobiles si debitum ex delicto,aut ex fiscali causa originem habet, insolidum conveniuntur.*
63 *Nobilium arma,qui, habitationis domus in causam judicati non capiuntur.*
64 *L. 23.tit.21.part.2.l.3.tit.27.part.3.*
75 *Nobiles,an possint privilegio,ne insolidum conveniantur,renunciare? remittunt.*
66 *Clerici sacris ordinibus insigniti insolidum non exiguntur, neque nisi quatenus facere possunt excommunicantur, & an juramento renunciare huic privilegio possint, numero 69.*
67 *Clerici minoribus initiati insolidum condemnantur, & ob debita excommunicari possunt.*
68 *Doctores, & professores honestarum disciplinarum insolidum non conveniuntur.*
69 *L.8.tit.7 libro 1.Recop.*
70 *Tributorum immunitas quibus Doctoribus concessa sit.*
71 *Aduocati moribus,& scientia insignes,non insolidum, sed quatenus facere possunt conveniuntur.*
72 *Tutor pupilli debito in carcerem detrudi potest.*
73 *Tutor,qui pupilli bona habet, si illa non exhibet in causam judicati, carceri mancipatur.*
74 *Minor insolidum exigi non potest remittunt.*
75 *Instrumenta res rusticæ in judicati causam non capiuntur,& numeris seqq.*
76 *Agriculturibus ne insolidum conveniantur privilegium quale concessum?*

NOn sufficit ea observatio, quam suprà exposuimus,vt qui sententias exequuntur per legitimos tramites judicati causam prosequantur, est enim præterea,quid iuxta personas,quid iuxta res captas, siue capiendas observent, quorum explicationem Vlpianus,in leg.sunt qui. 16.D.de re judicata,& multis aliis sequentibus capitibus, I.C.alij proponunt,edicti verba, *condemnatus,vt pecuniam solvat,&c.* interpretantes illis namque,cum significetur totum exigendum esse, notant I. C.quasdam esse personas à quib.totum non exigitur,sed eatenus quatenus facere possunt, & conveniuntur,& condemnantur. *Socij bonorum† omnium,* 1 *parens,patronus,eiusque parentes & liberi,miles,donator, maritus,filius exheredatus,seve qui se paterna hereditate abstinuit,debitor qui bonis cessit,si quid postea acquisierit,* & generaliter, *quicunq; debitor si creditor,pallus fuerit, vt eatenus agat quatenus possit facere debitor.* His adde *feminas pudicam, & honestam vitam agentes,nobiles,clericos, Doctores,* & alios, qui quamvis conveniantur, quamvis tamen bona non habeant, carceri pro civili debito nunquam mancipantur, & antiquo, nono inter eos *rusticos* connumerabis,quorum privilegia iussum sibi expostulant volumen, quarum rerum cognitio,cum summe sit vtilis,& pro exequendarum sententiarum explicatione necessaria,quasi exceptio hæc sit, sine eorum omnium quæ (ab Vlpiano) suprà sunt tradita,& à nobis(ad eum) observata maxima, & nobilis limitatio paulisper subsistendum decreui, maximeque è re futurum,si hæc quæ tumultuarie nunc indicani sigillatim(pro huius & aliorum,quæ de hac re extant, capitum enarratione) prosequar. Meminetis † tamen ideo nos eas personas, quæ pro civili debito 2

carceri

carceri non mancipantur, illis qui quatenus facere possunt tantum conveniuntur, adnumeralle, quia apud nostros receptum est,eos quorum in dict.l.sunt, qui,& in aliis capitibus hisce capitibus I.C. mentionem faciunt reliquos,alios,qui codē potiuntur privilegio eis in casib.in caeterem detrudi non posse Bald. in leg. liber captus in fin. Codic. de postliminio reuers. Acetin. in leg. alia §. & eleganter, numero 6. D.soluto matrim.Auendanus, resp.onso 8. numero 7. Barbosa,qui rem exemplis illustrat, in leg. maritum, numero 2. D. soluto matrim. Bacza,de inope debitore,cap.5.nu.5.& cap.17.nu.34.& nos inf.nu.25.Ioan. Gutierrez, de juramento confirmatorio 1.part.nu.48. cap. 16.

3 Sed illud in primis, quod omnes has,& similes respicit personas inspiciendū est,quid Vlpianus,in dict. leg.sunt qui reliquique,I.C.in aliis illis verbis significent,*sunt qui in id quod facere possunt conveniuntur*,eā sum explicat Iulius Paul. in leg. inter eos, 19. §. fin. inf.d.l.sunt,qui meliorem in l.in condemnationem 173. D.de reg.iur. *in condemnatione* (inquit)*personarum quæ in id quod facere possunt damnantur,non totum,quod habent exequendum est,sed & ipsarum ratio habenda est.* 4 *ne egeant.* Erga † debitor, qui bonis cessit,quamvis(si posit bona sua vendita quæsierit) conuenitur, in id quod facere potest, eaque si non sint modica iterum veneantur:attamen, quia fraudandus non est alimentis quotidianis, liquid misericordia causa ei fuerit relictum,puta mensttuum,vel annuum alimentorum nomine, vel usufructus concessus, aut legatus, ex quo tantum percipiatur, quantum ex alimentorum homine satis est, non opottebit bona sua venundari,leg.15. qui bonis,4.iuncta leg.qui bonis, 6.D. de cess. bonor. Leum & filij 7.C.qui bonis cedere poss.ex contractu 5.vers. *at tunc demum*,Cod.de bonis auth.iud.§.1.inst. de action.cap.Odiar.lus.3.de solutionibus,l.3.d.15.p. 5 5. Verum tamen,† eum eorum qui bonis cedunt non semper vna sit ratio,personarumve qualitas,quid vnicuique ex postea quæritis relinqui debeat, iudex prosua religione æstimabit ex Baldo, & aliis Marthæus, Brunus,de cessione bonorum quæstio.30.& quæst.31. principali Bacza, de inope debitore, cap.17.num.74. 6 quod item, & in marito † accipiendum contra alios resolvit Barbosa in l.maritum 13. nu.1.D.soluto matrim.& in alio quocunque,cui privilegium hoc conceſſum sit Imola, & Angelus in l.Nesennius,§.fin.post ptine.1.d.l.sunt qui Angelus, in §. appellatur,num.7. Inst.de action.confirmat.ordinat Lusitan.lib.3.tit.21. 7 §.10.& tit. 89. §.1.in fin.Ex qua observatione† vtiliter inferes quo casu, is qui quatenus facere potest tantummodo condemnatur,vel bonis cedit, vel eum à creditoribus suis vrgetur,eos de iure suo docere ex-postulat,vt ex eius bonis eis suo ordine fiat satis, in primis alimenta, sibi iuxta status sui qualitatem necessaria iure impetrare illaque iudicem, nedum in sententia diffinitiua,verum,& in ipso litis ingressu assignare teneri,ex suprà adductis, & expressa l. fi C.de o.d.cognitionum,Petro Pechio,de inre sistendi, c.18. num.fi Couarr.lib.vn.pract.carum,c.6.ex n.1. & Sa.variarum,c.1.ex n.6.Ioan.Hotoscio in Isi vero § qui pro rei qualitate,num.4.D.qui satisd.Palac.Rubios,in cap.per vestras,1.notabili,in prin.num.7.Lara,in l.aliquis à liberis,§.solent.ex numer.37.& §.fi vel parens, numero 45.Menoch.libro 2.de arbitr.cen.2.casu 169. num. 11.

8 Secundo præmittendum est, à nostratibus valdè controversum,an ab hisce personis possit ab initio peti solidum,an vero,vt quatenus facere possint tantum conveniantur? Dubitandi rationem monet Vlpian. in d.l.sunt qui ibi,*Sunt que, in id quod facere possunt conveniuntur.* Similis locus in l.Patronus 17.inf.ibi,*In id quod facere potest conveniatur*, & in l.sed si ex parte 4. ibi,*In id quod facere potest debeat conuenire*.D.quod cū eo quib.locis cōstit.ab initio eas quatenus facere possunt tantummodo conuenientias. Contra vero solidum initio petendum suadent plura alia in quibus condemnationis, & exactionis mentio fit,lege maritum 13.l.si maritus 43.D.soluto matrim.l.miles 6.suprà dicta l.sunt qui.l.item miles 18.l.inter eos 19.§.is quoque,cum multis seqq.lege Divus Pius 28.in l.in condemnatione 173.D.de regul.iuris, & subtiliter inducas text.in lege maritum, 6.§.Idem Iulianus,ibi:*Maritum non posse,quod debitum soluerit*.D.de liberat. legata. & probat expresse Iustinianus,in §. item si de dote,Inst. de actionibus difficultatem dissoluit Bart.in dict. leg. sunt qui.num.3.libellum † simpliciter concipiendum 9 esse,totumque petendum, ex dicto §.Idem Iulianus, opposita tamen exceptione, reum quatenus facere possit condemnandum, leg.patet filio 7.D. quod cum eo Paulus aliter sentit Bartol.sequitur Alex.numer.3. Barto'i sententia verior est,cum exceptionem † ante, 10 post sententiam proponi posse, eoque respicere iura, quibus eas personas,nec condemnari,nec exigi vltra quam facere possint,probat leg.Nesennius, 41.§. fin. inf.leg.ex diuerso 17. fin. D. soluto matrim. Nec mihi obiicias, quod cum exceptio hæc peremptoria sit opponi ante sententiam debet,ex regula,lege peremptorias,2.Cod. sententiam rescindi non posse,quia id debet intelligi quando talis exceptio arguit sententiam de iniustitia,id enim ius non permittit lege postrum 36.inf.dict.leg.finit qui.Si autem talis † exceptio 11 non arguat sententiam de iniustitia,sed tantum petitoriae ad eius executionem moderandam, tunc post sententiam opponi poteris, dicto cap. Oduardos 3. de solutionibus, Ordinat.Lusitanorum,libro 3.titulo 71. §.18.quod accurate, & copiose nouissime scribit Barbosa, in dict. leg. maritum, numero 48. cum multis seqq. & à nos ad leg. duo Pio,in prin. ex num. 13. seq dict.leg. sunt qui.

Itaque vt penitius ea iura, & propius, intelligas, 12 resolues variam olim fuisse rationem agendi, namque ab initio poterat res petere à Prætore, vt in formula adderetur exceptio, tunc non dabatur iudicium purum, aut simplex,cui formulam sequebatur iudex condemnando,poterat & iudicium simplex dari, non contradicente reo per erroē fortem aliquem,& iuxta formam sequebatur condemnatio insolidum, quamvis in actione iudicati addi posset exceptio d.l.Nesennius 5.§ fin.d l.ex diuerso. 6. fin. quax & aliās sic interpretaberis vltra Bartol. & antiquiores Prane. quarenin dicta lege sunt qui, vltra quem tu pro huius rei explicatione meminetis; Romanos † olim eo modo ex- 13 ceptionibus vsos,vt eas à Prætore impetrare solerent, qui cum iudicium daret in formulam iudicij illam addere solebat, si vero actoris gratia inductus exceptionem nollet adscribere tribuni appellabantur, iuxta nobile illud M. Cicer. testimonium, li. 2. Academicar. quæst.his verbis.*Postulat,vt excipiantur hec inexplicabilia:Tribunorum aliquem censeo adesse à me istam exceptionem nunquam impetrabunt.* Itaque qui sancte,& integre ius dicere volebant, facile exceptionem aliquam qua frandem omnem excluderent admittere solebant, quem admodum Ciceronem fecisse videmus ad Atticum,lib. 6. verum si iudicium esset stricti iuris nominatim, & discretis verbis exceptiones erant adiiciendæ, quia iudex datus alioqui de his non cognosceret,si iudicium purum datum esset, & non sub conditione; Primum iudicium erat,quod & asperum,& 14 simplex Cicer.pro Rosc. Comœdo appellat, cum ita iudicium à Prætore dabatur. *Si patet Titium Mævio dare facere oportere Sēproniu iudex esto.* Cuius formulæ meminit Inst.in §.is quoque.Inst.quib.mod.re contrah.oblig.in §.fic itaque discretis,Inst.de actionibus, in §.præterea,Inst.de perpetuis, & temp.actio. Theophil.in §.tutores.Inst. de his per quos agere possumus, Brisonius,libro 5.de formulis,pag.415.sub conditione

vero,

vero,cum reus,apud Prætorem in accipiendo iudicio, non inficiabatur,quod ab actore petebatur verum esse,sed exceptionem , vt non peteretur allegabat , eoque postulante exceptionem iudicio adiiciebat. Ecce. *Si patet Titium Mæuio ex causa mutui cautum dare oportere Sempronius iudex condemnato si non pactū conuentum fuerit,ne ea pecunia mutua peteretur.* Quamvis in bonæ fidei iudiciis,vt de exceptionibus cognosceret iudex satis esset illud à Prætore addi, *ex fide bona*, obseruant Balduin.in prolheoriis ad titulum Inst.de exceptionibus, ex numero 6. Hotom. in eius principio enunc. 3. Brisson. vbi supra & fusius eodem libro 5. pag.430.cum seq.sed ad rem iam redeamus.

15 Ait textus.*In id quod facere possunt conueniuntur,id est non deducto ære alieno,* Quatenus autem facere quis possit, id in facto magis, quam in iure consistit,vt de eo,quod interest,& de mora dici solet. Nec vlla iuris constitutione in vniuersum id definiri potest , sed (vt num.2.indicauimus) iudicantis arbitrio relinquitur,cuius est æstimare non solum , quas habeat opes, sed etiā cuius artis professionisque sit,itē cuius dignitatis,& familiæ,nec refert,an bona mobilia,an immobilia,an actiones,siue nomina habeat debitor , sed & creditoris quoque habenda est ratio,si inopia laboret, cuius potior causa tunc esse videtur , quam debitoris, leg. verum,12.§. fin. D. de minoribus , intelligere ergo licet nullis certis præceptionibus iudicis religionem in d. l. sunt qui alligari iam. Vnde frustra in hac tractatione quæstiones pleræque à vulgaribus Doctoribus tractantur,quæ non minus à quovis prudente homine,quam à I. C. aliquo decidi possunt.

16 Planè illud certi iuris est debitorem,cum hanc exceptionem opponit creditori , æs alienum deducere non posse, si inter alios creditores habeat, quantumcunque certum sit per creditores hoc ei esse auferendum,vt ex d.l. sunt qui,& l.inter eos , 19. in pr.l.exhæredatū,49.in inf.l.maritus.53.D.soluto matrimon.l. verum,64.§.id quod facere potest,D.pro socio,quam-
17 vis † is qui ex sua liberalitate conuenitur , omni ære alieno deducto facere posse intelligitur,d.l.19.d.l. 49.
18 itaque si debitor † maritus, patronus,& similes habet forsan ducenta in bonis,& dotis nomine debeat vxori quinquaginta , alii creditori ex alia causa , item quinquaginta, cogetur ad solutionem dotis,ac si ducenta in bonis suis numeraret : & centum illi satis sunt ad tolerandam vitam vt ne egeat, integram vero
19 dotem persoluet;sed cur † tam variè in donatore, qua (vt ait Paul.& Trifonianus, in d.l.49 & 50.inf.)pinguius donatori succurrere,debemus,quam ei,qui verum debitum soluere compellitur ne ex liberalitate sua inops fieri periclitetur. At neque donantis mentem quisque interpretabitur fuisse aliam,quam vt sibi reseruaret ad victum, quod opus esset, nec in eo ære dumtaxat , quod debuit antequam donaret, valere debet ista æquitas, sed etiam in eo quod postea contraxit. Nam si futuras rei suæ difficultates habuisset bene prouisas nunquam donasset. Præterea cui donatur naturali quadam obligatione tenetur referre illi gratiam à quo accepit. Nam qui donat , etsi non fiat locupletior quamvis donatarium sibi naturali vinculo ad remunerandum adstringat,leg.sed etsi 25.§.consuluit.D.de petit. hæred.hoc ideò,quia naturale debitum ab inuito donatario exigi non potest,& vt Seneca,1.de beneficiis,ait,*nemo beneficia in kalendario scribit*, ea obligatio, & si non est ad agendum efficax satis , ad excipiendum tamen firma est vt donatori suo non plus exhibeat negotij,quam eius facultates omni debito liberæ , & vacuæ ferre possunt. In eo,& illud speciale est , vt licet perueniat ad pinguiorem fortunam semel deductum non teneatur restituere. Faber. in §.sed & siquis,num.5.Inst.de actionibus, quamvis contrarium sit in marito qui , quicunque alius debitor,cui hoc beneficicum concessum est, tenetur restituere , id quod dedit, si ad *pinguiorem fortunam*, peruenerit,l.vnica.§. cum autem, C. de rei vxor.act.
Id tamen † non vulgaris discriminis inter donatorem, 20
& alios debitores,obseruabis,vt ei in casu donationis tantum succurratur,l.Diuus,28.D.de regul.iuris marito, & aliis , etiam si super quocumque contractu ab eis , à quibus ea reuerentia præstanda est conueniatur,l.non tantum,20.inf.d.l.sunt qui obseruant, P.Loriotus,de reg.iuris,axiomate, 170. Conan.lib. 8.cap. 9. num.9. ad fin. Cuiac.lib.24.obser.cap. 38.Barbosa,in d.l. maritum,nu.100.sed iam de personis sigillatim.
Prior ergo inter eas personas (quibus beneficium 21
hoc ne amplius, quam facere possint condemnentur, datum est) omnium bonorum socius connumeratur, quasi indecorum visum est socium à socio omnibus fortunis spoliari , cum eorum magna sit necessitudo, & veluti fraternitatis species quædam, l.verum 63.in princ. D.pro socio,l.15.versic. *Otro si dezimos*,tit.10. part.5. vbi notabiliter explicat Greg.glo.3. Cæterum interpretationi, quam in d.l.sunt, qui Vlpian.facit,vt socium,in d.l.sunt qui,omnium bonorum socium accipere debeamus, idem sibi aduersari videtur , in d.l. verum,vbi ex Sabino refert,etiam si vniuersorum bonorum socius non sit,sed vnius tantum rei attamen in id quod facere possit tantummodo eum conueniendum, & condemnandum. Rem tamen hanc vt explices memineris societatem , † aut omnium bonorum, 22
aut alicuius negotiationis gratia contrahi posse omnium bonorum dupliciter , siue bifariam,aut hoc expresse acto,vt omnium bonorum socij sint,l.3.versiculo,*cum specialiter*,l.si societatem.73.D.pro socio,l.3.l.6.titulo 10.par.5 aut simpliciter,& indefinite,nō adiecto,cuius rei forma sit societas, an negotiationis alicuius,an omnium bonorum, vt puta si dictum sit, vt simus socij,l.coiri societatem , D. pro socio, l.7.d.tit. 10.quid autem inter vtrumque contrahendæ societatis modum intersit,exposuimus accurate, in princ. ex num. 5. inst. de societate vnius negotiationis gratia, veluti vectigalis publici conducendi , de rebus, quæ in prouincia aliqua compararentur, & in aliis exemplis de quibus,in l.1.ad fin.l.5.d.tit.10.& apud nos,vbi supr.ex nu.13 .vtroq; casu cum fraternitatis ius quoddam inter socios contractum sit, quod æqualiter lucra,& damna diuidenda suadet,nisi aliud de partibus actum sit,l.societate .5.leg.si non fuerint,29.leg.cum duobus,52.§.quidam,cum aliis multis ibi. D. pro socio,tex.in d.principio,vbi copiose, l.5.& 4.tit.10.par.5.socium à socio insolidum exigi,si eius id non suppeditent facultates,non finit ex nostro tex.& d.l.verum,
† quæ contrariæ non sunt,vt rectè Accurs.in d.l.sunt, 23
qui insinuauit, verbo,*accipiendus*,cum ait,*vel illa lex ad istam trahitur* tum quia non est credendum , quæ eiusdem auctoris sunt,nempè Vlpiani,lib.31.& 63.ad edictum,contraria esse, in d.l.sunt qui, ait huius leg. beneficium locum habere in omnium bonorum socio addit,in d.leg.verum idem esse in socio vnius rei plus, & minus dicere non est contraria dicere;planè si hæc vno in loco essent scripta nulla repugnantia reperiretur.
Addes his , quæ de sociis nuper scripsimus,vt hi 24
quantum facere possint condemnentur,Pomponij explicationem relatam sub.l.sed hoc ita, 22.versic.*quod autem*,inf.d.leg. sunt qui, nempè nisi negauerit se so- 25
cium, aut dolo fecerit,vtrumque colligitur ex Prætoris edicto , vbi causa cognita actionem se daturum prætor edicit , causæ autem cognitio in hoc versabitur,vt neganti se socium esse,aut ex doli clausula obligatio non succurratur , quod prudentum interpretatione receptum fuit , & sanè merito, quia nec dolus , nec mendacium prodesse cuiquam debet.
Doli clausula , quæ inseritur in contractibus , ita 26
concipitur, *dolum malum abesse abfuturumque esse*,leg. stipulatio ista,38.§.siquis dolū,l.stipulationes, 53.leg. doli,

num solui,quæ etsi in iudiciis bonæ fidei tacitè intelligatur , quia nihil est tam contrarium bonæ fidei, quam dolus,l.ea vero,3.§.fin.D.pro socio,vnde dicitur doli exceptione inesse bonæ fidei judicijs.leg. sed etsi,21.D.soluto matrimonio,leg.huiusmodi.84.§.qui seruum,D.de leg.1.maioris tamen cautionis gratia in societate adiicitur. Ergo propter dolum hoc amittet
27 priuilegium socius.Quia † iniquum esset dolum suum quemquam releuare,quod & in cæteris,qui in id quod facere possunt conueniuntur, & condemnantur accipiendum est d.l.verum,63.§.tempus,textus in d.l.sunt qui,& in l.siquis dolo,51.l. si rerum 52.infr.d.leg.sūt qui,l.vnica,§.cum autem,C. de rei vx.act.notabiliter Cornens,cons.28.num 5.inquiens in dolo videri esse eum,qui vel non implet promissa,l. dolus est, 44. D. mandati,vel qui rem alienam scienter consumit, leg. etiam,18.§.licet, D.soluto matrimon.prosequitur latè eruditus Barbosa in d.l.maritum,num.101.illo tit.
Amittit etiam,& propter mendacium hoc beneficium socius,d.l.sed & hoc 22.§.quod autem ibi,*vt neganti socium esse non succurratur*,l.si vnus 68.§.fin. D. pro socio,quod licet,in d. § quod autem dubitauerit
28 Duarenus † ad maritum, atque alias personas quibus hoc priuilegium concessum est , ne insolidum , sed quatenus facere possint conueniantur, merito communis extendit, quia generaliter constitutum est , vt siquis negauerit, id quod est causa priuilegij concessi,illud amittat,l.sed si ex parte,4.§.interdum,D.quod cum eo,l.si dubitet,11.§.ita demum,D.de fideiussoribus Auth.contra qui propriam Cod.de non num.pecun.& indices reg.cap.ex eo, de reg.juris. lib. 6. per quæ iura limitationem hanc ad d.l.maritum, scripserunt Bart.in d.l.etiam,§. licet, n. 3. D. soluto matrim, Alex.n.9. Duarenus sibi non constans, post princ. & cum multis Barbosa jam relatas,n.105. Quod tamen
29 † intelligendum est quando propter dolum,vel latam culpam negauerit , alias pœna perdicta non incurretur,cap.1.§.vassallus,ibi, *ex certa scientia* , si de feudo fuerit controuersia,vbi notauit Bald.num. 1. Alex. in d.§.licet,num 9.versi.*tertio limita*. Vincentius, in d.§. quod autem num.5.
29 Sed dubium est,quid si postea fateatur,quod negauerat, an & adhuc beneficij amissione mulctetur ? Et receptum est,vsque ad litis contestationem pœnitentiæ locum esse, quæ interpretatio humana est,& quæ in dubio admitti debet,reg.l.benignius , 18.D.de legibus, & ab edicti verbis non videtur aliena , cauetur enim causa cognita actionem,quatenus socius facere possit tantummodo dandam esse. igitur quando alterius jus deterius factum non est admittetur.Quod & exemplis non paucis confirmatur, aliud ex l. quamvis 31.D.de in jus voc.sequens ex l.quoties,21 §. Prætor ait,juncta l.electio.26 §.neque vers.*& ideò*, D.de noxal.action.tertium ex l.de ætate,16.§.fin. D.de interrog.actionibus , ex quibus Accur. vbi eam defendit opinionem Alex.in d.§.quod autem num.1. Vincentius,num.6.Quinimò sentit Accur.in §.ex maleficiis, verbo,*distulerent*.Inst.de action.etiam post litem contestatam posse reuocari negationem , si adhuc actor onus negationis non subiuit , nam cum per reuocationem,& pœnitentiam eum ab onere probandi liberet reus, excusandus à pœna videtur , ex eodem Accurs.in d.§ fi.l.de ætate,quod tamen Bart. admittit , in d.l.eum qui.D.de iur.iur.& ibi Alex.col. 3. post principium, nisi actor mendacium probare statim velit ; quia eo casu reuocatio mendacii nihil reuocanti proderit,quominus pœnas mendaci impositas incurrat,seq.Brunus,tract. de cess.bonorum quæstionis , 4. principalis,quæst.20.n. 14. Barbosa, in d.l. maritum, num.106.
Sed an si socius negauerit simpliciter, & generaliter,quod actor intendit, dict.l.sunt qui , beneficium amittat ; disputant Doctores,sunt tamen, qui putent propter inficiationem hoc beneficium amitti , quasi satis inficietur, qui simpliciter, & generaliter negat , duo namque actoris intentione continentur ; vnum quod societas contracta sit alterum quod reus debeat ex societate.Nec reus simpliciter,nec aliud exprimit, ergo inficiatur se socium esse,qui ita loquitur,sicut in l.si is qui.§ verum,D. de rebus dub.eorum quid, quæ tibi obiciuntur , fecisti ? non feci,idest , nihil horum feci,& in l.si sine,9.§.qui interrogatus,D.de interrog. action. interrogatus , an ex dimidia parte hæres sit ? respondit hæres sum:intelligitur ad interrogatum respondisse dicamus. Verum hæc licet subtiliter dicantur , & mero iure defendi possint,ab humanitate tamen longius recedunt , dubiumque est interpretari per prædictam generalitatem socium videri negasse id quod specialiter non fuisset negaturus,argum. leg. obligatione generali.6.cum seqq.D. de pign.& cap. fin.de offic.vicarii,lib.6. nec verisimile est, id dictum fuisse socium, propter quod in pœnam inciderit arg.leg.3.§ si procurator.D.quod quisque juris,leg.si procurator. 6D. de cond. indeb. interpretatio itaque huius orationis est ipsius rei qui id accipiet , quod ei est vtilius,leg.siquis intentione,66. D. de judic. vnde cum ambigua oratio sit , poterit reus sentire se non debere ex societate , quamvis reus sit, vnde consulte faciet actor si à reo petierit,vt specialiter declaret,an socius sit , cum per generalem negationem reus in edicti pœnam non incidat , vt nominatim docet Bart. in dict.§ ita demum.n. fin. Paul. Imola & Alex. in d. §.licet,num.9.& in l.eum qui num.14.D de jur.iur.& in dict.§.quod autem,num.10.vbi Vincentius,num.2. Duaren.ad fin.Iaso,in §.omnium, n.98. Inst. de actionib.Hippolyt singulari, 282. Gozadinus , consil. 86. campegius,de dote 5.par.q.105.
Item parens, Ait Vlpianus.Ex eo ergo numero pa- 32
rentes sunt,non quidem primi tantum gradus, sed in infinitum. Edictum enim Prætoris in quo parentis mentio fit , latissimam continet appellationem , & omnes in infinitum superioris ordinis cognatos cuiusque sint sexus,complectitur,l.4.§ parentem, D. de in ius vocan.leg.appellatione parentis,51 D.de verb. sign. quemadmodum ergo eos sine Prætoris permissu in ius vocare filius non potest , dict.§. parente cum multis aliis ibi,l.4.tit.7.p.3.sic. & venia vocatos, nisi in quantum facere possint exigere nequit,text.in d.l. sunt qui,& in §.item si de dote versi.*sed siquis cum parente*,Inst.de actionibus,l.1.ibi:*Padre,o abuelo ò alguno de los otros ascendientes*,tit.5.part.5.Propter † reueren- 33
tiam,quæ ipsis debetur,l.1.& toto tit.D.de obsequiis à liberis,& libertis parentibus,& patronis præstandis, filiis namque semper honesta , & sancta parentum persona videri debet,l. liberto, 9. illo tit. summaque semper veneratione,& pietate colenda,l.veluti,2. D. de iust.& iure. Vnde metus reuerentialis præsumptio exoritur,l.1. §. quæ onerandæ, D. quare rerum actio non detur eiusdem pietatis excludendæ ratio , quæ in multis quoque animantibus relucet , teste Ciconnia apud And.Alciat.lib.singulari Emblemat.c.30. Orum Apollinem. lib. posteriore, de Hierogliphicis , Pyerium Valerianum,lib de Hierogliphicis,17.multaque alia in iure nostro quorum aliqua indicauimus , in prin.ex num.56.inst.de inoffic.testam. & commemorant iuniores in iam relatis locis, reliquis autem omnibus elegantius & ornatius noster Ioan.de Solorzano Pereyra, lib 2. de Parricidiis , cap. 2. Sed cum ex
† I.C.Caio in l.lis nulla,4.D. de iudiciis, lis nulla no- 34
bis esse possit, cum eis quos in potestate habemus : quod & Hispano iure comprobatur,l.1.tit.2.part 3.l. 11.tit.17.part.4 res enim ipsa impedimento est,nam si pater cum filio agat,perinde est,ac si secum ipse agat, ac litiget. habentur enim pro vna & eadem persona, quod in d l.sunt qui. Vlpian.ait non de filiisfam. qui iure patriæ potestatis magis, quam edicto Prætoris

parentes prohibentur in jus vocare, sed de filiis emancipatis accipiendum est,qui parentes postulata venia possũt in ius vocare, sed quatenus facere possint tantummodo condemnare.

35 Vnde fit quod cum (vt sup.n.1. admonuimus,& cum aliis,probat Baeza de inope debitore,cap.17.n. 54.Ioa.Gut.de juram.confir.1.part.cap.16.n.48.) qui non tenetur vltra quã facere possit,propter æs alienum non possit in carcerem detrudi, non poterunt parentes à descendentibus ob æs alienum carceri mancipari. Quemadmodum neque tenebũtur à descendentibus conuenti boni cedere,cum remedium hoc ad effugiendũ carcerem introductum sit,l.1.vbi post Bald.notat Salicet,n.7.C.qui bonis cedere possint,Bart.in l.si filio fam.n.8.D.soluto matrimonio, Fabel.in §.fin. n.9. Inst. de actionibus, & Socinus, reg.46.fall.12.quod & probat text.in l.1.tit.15.p.5.& nominatim Baeza,vbi sup.cap.3.num.3.& d.cap.17. num.34.

36 Proceditque†vsque adeo sententia,d.l.sunt qui,vt exigi parentes,vltra quam facere possint,nequeant,vt nulla valeat beneficium hoc renũciatione tolli,Speculator,titulo de renunciatione §.1.Ioann. Andræas in cap.Osuardus,de solutionibus,Alex.in l.alia.§.eleganter,num.16.D.soluto matrim.etiam si jure jur.ea renunciatio vallata sit,quæ sẽtentia ea potest in primis confirmari ratione, quoniã cum filij egenos parentes alere teneantur,l.si.§ ipsum autẽ,C. de bonis,quæ liberis,l.siquis à liberis,4.vbi copiose Lara: ex n. 4. in princ. D. de liberis agnoscendis, longe magis eos ad egestatem traducere naturali,etiã jure prohibentur,quod nullo iure iurãdo potest, nec debet violari,nec iuramentum,quo patet huic beneficio renunciat vires poterit obtinere,ex reg.cap.non est obligatorium,de regul.iuris,lib. 6.cum sexcentis vulgatis,cum impium,abominandum, & execrabile sit parentem à filio carceri mancipari, cum ex eo, quod ab ea non eximatur à parente hereditate possit priuari.Authentico,vt cum,de appellatione cognoscitur.§.aliud quoque capitulum,collat.8.leg.4.cum seqq.tit.7.p.6. diximus in princ. n. 8. inst. de inoffic. testamento. Accedit † quibus casibus propter reue-
37 rentiam,quæ debitoribus debetur beneficiũ hoc indultũ est,si paciscantur,ne in id quod facere possint, sed in solidum condemnetur,hoc pactum seruandũ non esse,quia contra bonos mores est,& cõtra receptam reuerentiam,quæ maritis,parentibus,& patronis debetur,vt ex Sabino Pomponius,in l.alia 14. §. eleganter, D. soluto matrim: ergo nec iureiurando confirmabitur,d.c. non est obligatorium,l. iurisgentium,7.§.& generaliter,D.de pactis,quod in marito
38 † priuilegio suo renunciante expresse adnotarunt Bar.in d.§.eleganter,num.9.vbi communiter Doctores omnes sequuti sũt Alciat.in cap.cum contingat, n. 69. de iur.iur.Antonius Gomez,in l.53.Tauri, n. 49.Couarr.in c.quamvis pactum,3. part.in princ. n. 4.Baeza,d.cap.3. & cap.17.n. 37.Ioan.Gutierrez,de juramento confirmatorio,1.part.cap.16.num.49. Et
39 in socero † promittente soluere totam dotem cum iuramento, quod iuramentum in hoc casu non sit obligatorium ad tollendum, cum effectu eam exceptionem, prius à iuramento absolutione impetrata, fuit decisum in Capella Tolosana,decis.258.ex quibus constat perperam Ferd.Menchaca,lib.3. de succes.creatione,lib.3.§. 28. versic. teneo, docere iuramentum mariti suo priuilegio in vxoris fauorem renunciantis validum esse,nec ei fauent,quæ ex l.quãdo,§.illud,Cod.de inoffic.testam.& cap.quamvis pactum,de pactis,in sexto adducit:item nec illud posse iniurandum hoc sine salutis æternæ dispendio, tertiive præiudicio obseruari.Quoniam constat diuina lege vxores maritis, filios parentibus subditos esse; quã violari aduersus bonos mores,diuinos,& natu-
rales est,vt latius expendit Baeza,d.cap.17.quem ex num.38.cũ multis sequentibus videbis,disputat de parte spirituali,deque eius hærede,de liberis,an à parentibus in carcerem pro ære alieno conijci possint, de socero mariti, item vxoris,deque pluribus aliis: quibus priuilegium,d.l.sunt qui,concessum putatur, 40
quæ omnia prosequi,& nimis longum,& infinitum propè esset.

Ex eodem Vlpiano,libro 10.ad edictum subiungit in hac tractatione Tribonianus sub.17. cap.D.de re iudicata,*patronus,patrona,liberique eorum,& parentes,* desumptæ sunt ex eodẽ libro 10.Vlpiani,l.parent.5.l. licet 7.& ex lib.66.l.libert.9.D.de obsequiis præstãdis,quæ illi coniungendæ sunt, colligitur autem ex eis propter grande illud beneficium libertatis,quam seruo patronus dedit eamdem prope reuerentiam, item eius liberis,& parentibus exhibendam,quæ parentibus præstatur.*Libertus is est quicum in seruitute esset propter manumissionem libertatem est consequutus,* text.in princ.Inst.de libertinis.*Patronus is est, qui ex seruitute manumisit,*ergo cum ex omnium infimo,& miserrimo statu ad omnium optimum beneficio manumissionis seruus peruenerit,naturalis,& ciuilis ratio, ne gratum,officiosumque animum circa tanti muneris largitorẽ habere oportet,cuius,& filii loco habetur,text.in princ.inst.de legit.patron.tut. & tanquam naturali parenti honorem præstare debet,l.2.l.9.D.de obsequiis præst.l.1.C.eodem tit.& de libertis, & eorum liberis,l.8.tit.22.part.4.vndè veteres†prudentes 41
manumissori jus patronatus concesserũt,quo patrono, eiusque liberis in libertum,eiusque bona,& successionem prospectum est.Id autem triplex est:positum enim est in obsequio operis, & bonis ipsius liberti,quæ res,quia latissimo sermone à I.C.sub.lib. 37.Digestarum,ex tit.14.& lib.38.prioribus quinque titulis ab Imp.ex tit.3.lib.6.Codicis disputantur ab Vlpiano in fragm.tit.27.& 29.& l.1.tit.22.p.4.Con.nano,lib.2.cap.6.cum seqq.Petr.Greg.1.part.Syntag. lib.14.cap.5.nos ea tantum,quæ ad huius priuilegij explicationem attinet proponemus.

Verum cum I.Consultorum sententiæ quæ de non 42
conueniendis debitoribus vltra,quam facere possint, extant,cum edicto de personis,quæ permissu tantum Prætoris in jus vocantur, maximam affinitatem, & quandam veluti conjunctionem habeant, oriuntur enim ex eodem fonte,scilicet ex honore,& reuerentia,quæ eis debetur,quæ mancæ,& veluti concisæ in nostra tractatione à prudentibus,d.capit.17.tradũtur ex illis locis interpretanda,& supplenda sunt.Igitur quod in d.l.sunt,qui ait Vlpianus,patronũ quatenus facere possit, tantummodo conueniendum accipiendum est quocũque modo patronus,quis fuerit effectus, vt etiam contineat, eum qui non manumisit. Quinque casus†enumerat Vlpian. in l.adoptiuũ, 8. 43
in l.sed si hæc 10.D.de in ius vocãd.Vnus est siquis collusioné detexerit, d.l.adoptiuum, ibi:*Vel si collusionem detexerit,*hoc est si docuerit† libertinum,qui 44
in genuus non erat,per collusionem,& conniuentiã patroni ingenuum esse pronunciatum, qui certè cũ pro patrono sit,quantum ad edictum de in jus vocãdo spectat, patronus similiter intelligetur,& quoad hoc beneficium,quoniam ne quotũdam dominorum erga seruos,patronorum erga libertos nimia indulgentia amplissimum ordinem (idest Senatum) inquinaret, eo quod paterentur seruos suos, suosvè liberosque iudicari.Senatus Consulto Nomiano, vel Nomiano,vel vt Placẽtino placet,Viuiano Rofredo Iuniano,aut Domitiano,quia Domitiani temporibus factum est,cautũ fuit, vt siquis probasset per collusionem:quicquam factũ fieret eius seruus, eiusve libertus,qui detexisset collusionem,l.1.l.si libertinus, 4.D.de collusione,deteg.l. fin.C.eodem tit. à quibus non longe est,l.12. tit.1. p.7.Alter casus,siquis præ-
iudicio

judicio pronuncietur esse libertus,cum non fuerit:& quidem is pro patrono habetur,etiam quantum ad successionẽ,l.si jurauero 14.D.de jure part.quamvis in primo casu contra sit, ita nominatim cautum est Græca constitutione, cuius in institutionibus sæpè mentio fit,l.4.C.de bonis libertor.hoc ita tam varie, nam sententiæ statur,& judicata res pro veritate habetur:*tertius casus,* si deferente eo,qui libertus meus dicebatur,eum libertum meum esse jurauit;nam tametsi re vera non sim,habebor tamẽ pro patrono in causa huius edicti,nõ in successione,quia plus iudicis,quã litigatoris religioni defertur, hoc est rei iudicatæ,quã iure iurando,d.l.si jurauero,14.Nec ob-
45 stat text.†in leg.2.D.de jure jur. cui satisfacit Ant. Quintana duenas,lib.1.de jurisd.& imperio,tit.4.ex n.22.quippè Pauli sententiam,in d. leg.2. explicandam ita. Iusiurandum sententia superius,non esse in omnibus,sed illa ratione,quod sẽtentia per appellationem retractatur,jusiurãdum non retractatur,leg. admonendi,31.D.de jure iurãdo,quod si occurras,ex l.nam postea,9.§.si damnetur,illo titulo,respondebis cum eodem Antonio vbi sup.num.23.*quartus casus,* si
46 seruum†meis nummis emi, ea lege, vt intra certum tempus manumittam,neque manumittam,quia forsan ex constitutione Diui Marci seruus ad libertatem peruenit seruus ipse jure fit liber,ego tamẽ patronus per omnia habebor,licet libertatem lex,non ego dederim,l.3.§.is plane,D.de suis,& legitimis,leg.3.§.sed etsi,D.de legitim.tutor.leg.3.cum aliis ibi,D.qui sine manumissione ad lib.peru.exceptis actionibus ingrati,atque operarum,quas aduersus eum non habeo,l. siquis hac lege,36.D.qui & à quibus:non idẽ erit si seruum nummis ipsius serui,vel amici eius emerim quo casu seruus ipso jure nõ fit liber,leg.is qui.4.leg. siquis ab alio 19.D.de manumissionibus,l.quis edicit, 67.D.de iudiciis,vtrumque propriis rationibus.nam in primo casu,cum mihi pretium serui absit, æquũ non est,vt mora,& cessatio mea mihi ius patronatus adimat.Altero vero,cum fidem ipse fregerim,neque quicquam mihi absit,causa non est,cur mihi perfidia
47 mea hoc ius non adimat.*vltimus casus.*† Vlpian.cum quis ancillam ea lege vendit, ne prostituatur ab emptore,aut si prostituatur,vt sit libera ancilla prostituta ex Diui Vespasiani cõstitutione ipso jure,sic libera,& venditor,quamquã non manumiserit,quoniã eius legis dicẽdæ author fuit in omnibus pro patrono habetur,d.l.sed si hac,versic.*prostituta,*leg. Diuus Vespasianus,7.D.de jure patronat.His potest,& alius
48 †non dissimilis casus ex Iulio Paulo adduci,in leg.is quoque, 9.D. de in jus vocando, cum qui ex causa fideicommissi manumisit,quemadmodum in ius vocari non potest,sic nec vltra quam facere possit cõdemnari,quamvis non gratuitam,sed debitam libertatem præstiterit,l.nequaquam,24.D.de excusat.tut. nam quantum ad successionem, ad legitimam tutelam,ad originem,& patriam pro patrono habetur, leg.qui ex causa,29.D.de bonis libertorũ.l.libertus, 17.§.ex causa,D.ad municipalem,non tamen in aliis
49 patronatus juribus.Adiicies † denique hæc,quæ de reuerentia patronis præstanda diximus obtinere,ex Accurs.verbo.*Patronus,*in d.leg.sũt qui,nisi patronus jus patronatus amiserit,tunc enim,& in ius à liberto,sine venia vocari,& insolidum condemnari poterit,quod tamen tu cum Iaso.n.7.in d.c.17.in d.l.sũt qui.Duareno,Prælect.23.de re judicata,accipies: si patronus ob culpã suam patronatus jure priuetur:secus si sua sponte illud remiserit, debetur enim tunc ei nihilominus reuerentia,leg.fin. Cod.de bonis libert.

50 Ait lex *patrona,*idest,domina,quæ seruum manumisit,moueor ex sequẽtibus verbis,ibi:*Liberique eorum & parẽtes,* planè,si non de patrona,sed patroni vxore,Vlp.loqueretur,non plurali loquutione enũciasset,*sed liberique eius,& parẽtes,*dixisset,nec obstat sub masculino fœmininum etiam comprehendi,nam & sæpe fœmininũ à prætore suis edictis,quæ passim occurrunt,connumeratur.Patrona ergo, quæ vere manumisit, aut quæ pro manumissore habetur hoc quoque beneficio gaudet.

Ait lex,*liberique eorum,& parentes,*rationem dedu- 51
ces ex prænotatis (sup.n.14.)coniuncta,l.siquis à liberis 5.§.solent.D.de liberis agnosc.l.8.tit.22.part.4. nam si libertus inopes patroni filio,& parẽtes alere tenetur,eos ad inopiam,& egestatem trahere insolidum extorquens,prohibitum, quid nimium, jam de aliis subiiciamus.

Ait lex.*Item maritus de dote in id,quod facere potest* 52
*conuenitur:*latissimus †sese nobis disputationis campus offert, de marito,qui,& eodem hoc beneficio in exactione dotis vtitur,quod & multis aliis Pandectarum capitibus comprobatur,l.maritum,13.cũ multis sequentibus ibi,l.maritus,43.l.maritus,54. D.soluto matrim.concordat.text.in†§.item si de dote,Inst.de 53
actio.nec etiam contrarium est,quod ibi dicitur,maritum condemnari in quantum facultates ejus patiũtur,non enim significat facultates omnes ei auferendas esse, sed quatenus facultates patiuntur,idest quatenus facere potest,l.1.tit.15.part 5. Cuius tamẽ verba:*O si fuesse come que deuiesse algo à su muger,ò ella* 54
*à ella à su marido,*scrupulum iniiciunt,quoniam,dict. cap.17.de re iudicata,& similibus in locis,tantũmodo dicitur, quo casu maritus dotis nomine cõuenitur,quatenus facere possit condemnandum,nõ si ex alia causa conueniatur, quod & Prætoris edicto,ita expressum fuisse videtur, quare ad alios contractus produci,non potuisse videtur,l.quod vero,14.D. de legibus, verum ita Diui Pij constitutione admissum fuit, quæ jam tempore Modestini I.C.pro jure certo habebatur,justaque interpretatione ad mulierem extenditur,l.non tãtum,20.inf.d.l. sunt qui.Nihil ergo ex quo contractu agat maritus contra vxorem non magis,quam cum vxor contra maritum agit.

Sed grauiter † obstat difficilis tex. in l.diuortio, 55
35 ibi:*Sed & postea,quam patrimonium amiserit plena erit negotiorum gestorum actio,quamvis si dotis actione conueniatur absoluendus sit.* D.de neg.gestis, ex qua constat insolidum actionem vxori aduersus maritũ, si dotis nomine nõ agat dari. Difficultatem dissoluit Accur.in d.l.non tantũ,verbo,*condemnandus:*& in l. vxor marito, verbo, *iudicio,* D. de donat.inter vir. actionem vxori aduersus maritũ,ex alia etiam causa agenti non insolidum,sed quatenus mariti facultates patiuntur dari, si constante matrimonio vxor agat, secus si post diuortium,quia tunc etiam ratione cõtractuum constante matrimonio initorum insolidum exigit;communiter tamẽ ea opinio reprobatur,quoniam etsi maritus soluto matrimonio,pro contractu illo constãte celebrato conueniatur,in memoriam, & honorem ante acti matrimonij,d.l.sunt qui,beneficio gaudet,ex generali huius, d.l.sũt qui decisione, quæ indistinctè causam dotis aliis contractibus æquiparat,vnd Franc.Duarenus,prælectione, 24.d.l. sunt qui,ad d.l.non tantum,existimat,Diui Pij constitutionem accipiendam,cum hac exceptione, nisi contractus initus sit, soluto matrimonio, ponderat Scæuolæ verba;*Diuortio facto,*quasi hæc sit constitutionis limitatio trahendaque,d.l.diuortio,ad d.l.non tantum,sicq;interpretãdæ quod nouum non est,l.nõ est nouũ,26.D.de legibus,l.in toto jure,80.D.de reg. jur.Vereor tamen ne Duarenus decipiatur,cum Modestini hæc lex, quæ diui Pij constitutionem refert (qua prætermisit diligens alias Ioann. Vvolfangus Freymonius,vt videbis ex eius symphonia jur.Chronologica,pag.234.) temporib.Alexandri Seueri,cum quo ipse consul fuit anno ab vrbe cõdita. 680. facta fuerit:sumpta enim ex eodẽ lib.2.differentiarum,te-

ſte eodẽ Freymonio jam relato,pag.649.col. 3. Ant. Auguſt.de nominibus proprijs I.C.c.col.231.illa vero,l.diuortio.Scæuolã auctorem habeat lib. 1. quæſtio num,ex eodem Freymonio:pagin.357.col.1.An. Auguſt.col. 134. qui longè ante floruit, temporib. népè Marci Antonini Imp.cuius & conſiliarius fuit anno propè,911. vt ſic vix credendum ſitnot abilem hanc conſtitutionis Diui Pij explicationem , quam Scæuola ſcripſerat,eam ſerio explicans Modeſtinus in d.l.non tantum omiſiſſe.

56 Quare aſſeuerandum eſt diſertè Diui Pij conſtitutionem contractnum meminiſſe , nam ſi ex delicto conueniatur maritus , veluti judicio rerum amotarum,inſolidum condemnabitur,leg.ſi rerũ, 52.inf.d. l.ſunt qui, & receptum, cum multis Petrus Surd.de alimentis,tit.1.q.88.n.42.quemadmodum, & ſocius ex doli clauſula obligatus,leg.ſed hoc ita,22.§.quod autem inf.eo,quod generale eſſe,ſup.n.8.animaduertimus.Hoc ergo pertinet Scæuolæ reſponſum,in d.l. diuortio facto , negotia vxoris geſſit, cogi poſſe ad dotis reſtitutionẽ, nõ modo dotis actione,ſed & negotiorum geſtorum.Et tum demum inſolidũ,vbi nõ ſtatim,cum adminiſtrare cœpit, deſiit eſſe ſoluendo, vt jure poſſit ei imputari,cur tẽpeſtiuè inſolidũ à ſe non exegerit , alioquin ſanè habetur eius ratio, vt non conueniatur vltra quam facere poſſit,quod licet non ſic explicem,præſentiunt tamen Accurſ.verbo, facere,in d.l.diuortio,verſ.*Hic enim iſtud,propter delictum quod in adminiſtratione commiſit , quia à ſe non exigit*,Bart.& alii quos refert,& ſequitur Iaſo,in dicta lege non tantũ,numero octauo,infra dicta lege ſunt qui.Aliæ quæ juxta priuilegium hoc quod maritis indultũ eſt,adduci poterant,videbis apud eruditum Petrum Barboſa,in commẽtariis,dict.leg.maritum,fusè enim,& erudite per centum octo numeros
57 rem,poſt alios omnes tractat.† & Baeza,dict.cap.3. ex num.1.Planè quamvis in ſocero à nuru conuẽto pro dotis reſtitutione,quo caſu dos ad eum peruenit (juxta tradita,in l.ſi cum dotem, §. tranſgrediamur. D.ſoluto matrimon.)hoc priuilegium admittendum
58 ſit,l.rei judicatæ,16.§.ſocer illo tit.l.ſicut,21.D.de re iudic.In ſocero autem ad dotis promiſſæ ſolutionẽ, per generum conuẽto dubitabilius eſt propter repugnãtiam,l.ex diuerſo,18.in prin.D.ſoluto matrim.d. l.ſicut,21.de re judicata,& leg. penul. D. de iur. dotium.Rem latiſſimo ſermone examinat,idem Petrus Barboſa,in d.l.maritum,ex n.59.Zaſius,lib.2.reſponſorum,cap.9.lib.1.ſing.intellect.cap.5.accuratè Duarenus,in d.l.ex diuerſo.Ego animaduerſis verbis,d.l.
59 penult.ibi; *Ex cauſa & perſona id tribuendũ puto*,Ant. Fabri coniecturam, lib.1.coniectur. capit.14. valde probo,qui verba,d.leg.ſicut,ibi: *ſed alio iure vtimur* , ita legit,*ſed alio,& alio iure vtimur*,cuius quidem lectionis ſenſus eſt , æquum quidem eſſe,ſocerum ex promiſſione dotis,ſoluto matrimonio,non inſolidũ condemnari,ſed alio iure nos vti,ideſt cum nũc inſolidum condemnari,nũnc non condemnari.Regulariter non condemnari,ex cauſa tamen, & perſona condemnari,ſi dolo dotẽ promiſerit,vel ſi talis perſona ſit,quæ vix aliquo honore digna videatur,iuxta dict.l.penult.

60 Subdit ex eodem Vlpiano,lib.66.ad edictum,in leg. item miles,13.d.l.ſunt qui Tribonianus. *Item miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruit condemnatus,eatenus, quatenus facere poteſt cogitur ſoluere.* Inter reliquos igitur,quibus beneficium hoc d.l.ſunt qui,cõceſſum eſt,miles cõnumeratur. Ius ſingulare eſt propter fauorem militiæ propter quam plurima eis indulta priuilegia conſtat ex multis,quos accuratè cõgeſſimus, in rubr. n. 2.Inſt.de teſtam.militis,ex quibus & iis,quæ nos ad eum titulũ ſcripſimus quæ ad exornationem,d.l.ſunt qui,& leg.miles,6.ſup.eodem attinent repetenda ſunt.Illud nunc admonuiſſe ſufficiat,neque ſi plus,quam facere poſſit damnari, neque æris alieni cauſa in carcerem conijci poſſe explicant & exornant præter claſſicos,in d.l.6.& l.18.d.l. ſunt qui,& in l.Centurio,D.de vulg.vbi nominatim Alex.n.27.Bald.in l.1.n. 21. Cod. qui bon.ced.poſſ. Ferd.Menchaca,de ſucceſſ.creatione,1.par.lib.3.§.22. num.73.verum quia variæ hinc quæſtiones exoriũtur,& apud nos Hiſpanos ea in primis,quæ de nobilium priuilegiis diſputat, maximam coniunctionem cum hac habet,de ea, aliis deinde , quo vtilior noſtra hæc diſputatio fiat agemus. 61

Idem itaque ius in nobilibus apud nos admiſſum eſt,ne ſcilicet pro ciuili debito plus quam facere poſſint condemnentur , aut pro eo in carcerem conijciantur,quod quamvis,& Cæſareo iure recipiendũ cum Baldo,Iaſone,& Alexandro, & aliis ſcripſerint Couarr.lib.1.variarum,c.1.n.4.Baeza,de inope debitore,cap.16,num.8.& 9.Regia tamen lege diſertè cauetur in his nobilibus,quos *hidalgos*,vulgus appellat. l.4.& 5.tit.2.lib.4.ordinamenti,l.4.5.& 6.tit.2.lib.6. 62
Recopil.Niſi vel debitum † ex delicto deſcendat,leg. 79.Tauri,l.3.tit.2.lib.6. nouæ Recopil. vel ex Regalium vectigalium cõductione,vel alias fiſco nobilis, aut miles obnoxius ſit,vt eiſdem legibus cautũ eſt, vbi Ant.Gomez,& alii obſeruant,Couarr.& Baeza,in iam relatis locis , quod non tantum † in ipſorũ per- 63
ſonis admiſſum eſt, verum, & in eorum , & armis, equis,& quotidianis habitationis domibus,quæ pro executione æris alieni capi non poſſunt,l.3.4.& 5.tit. lib.4.ordinam.l.3.& 4.tit.2.lib.6.Recop.poſt ſup.allegatos nouiſſimè reſoluit Ioann. Yañez Parladorius, lib.1.rerum quotid.c.fin.5.par.§.3.n.30. & §.6. n.9. Ioan.Garcia,de nobil.gl.1.ex num.8.

Sed illud quæri ſolet, an ſi alia bona nobilis non 64
habeat,capi hæc iure pignoris poſſint:nã leg.23.ibi; *Non les deuen otro ſi prender los cauallos, ni las armas, fallandeles alguna coſa mueble,oreyz en que puedã fazer la prenda. E aunque no fallaſſen coſa en que la fizieſſen, non les deuen tomar los cauallos de ſus cuerpos,&c.*tit.21. par.2.etiam aliis bonis non extãtibus,vides hoc priuilegium nobilibus competere. At leg.3.ibi;*E nõ deuen entregar per razon de la deuda ſobre que fue dado juyzio, en cauallos, ni en armas de caualleros,& fallando otros bienes del vemido*,tit.27.p.2. priuilegium ceſſare ſi alia bona non extent probat. Noſtrates quoque ſcribentes non ſatis in ea re ſecum conſentiunt,Nã Pet.Auendaño in dictionario,verbo;*Cauallero*,putat priuilegium ceſſare,vbi alia bona non extant;e contratio Didac.Perez,in l.12.tit.1.lib.4.ordinam.negat etiã alis bonis non extantibus hæc capi poſſe,Ioannes vero Otalora,de nobil. c.fin.n.3. quantum ad arma, & equum ait, etiam aliis bonis deſideratis,capi hæc iure pignoris non poſſe,quoad domum vero ait raro id vſu obtinere,iuxta quam obſeruationẽ conueniendas , & conciliandas Regias leges exiſtimo , cum erudito Parlad.d.§.3.num.30.

An autem nobiles huic poſſint priuilegio renun- 65
ciare,vide Greg.Lopez,in l.34.tit.fin.par.7.Couarr.in c.quamvis pactum,in initio,2.par.num.3.Otalora,de nobilitate,2.par.3.par.principalis,cap.9.num.8.& late diſputantes,in d.l.79.Tauri,Did.Caſtillo,& alios, Ferdinand.Menchaca,de ſucceſſ.creatione §.22.n.74. Ioann.Garcia,de nobilitate,gloſ.6.num.18.Ioan.Gutierrez,de iuram.confirmat.1.par. c. 16.per tot.Parlad.d.§.6.num.11.

Deinde,quamvis ius ſingulare non facile ad con- 66
ſequentias ſit producẽdum, etiam ſi eadem forte ſit ratio) ſacræ militiæ militibus , ideſt , clericis ſacris ordinibus initiatis hoc idem ius,& beneficium conceſſum eſt,ne ſcilicet vltra quam facere poſſit conueniantur,neve in carcerem pro ciuili debito detrudãtur,quod cum & à iuris noſtri Cæſarei interpretibus iamdiu admiſſum eſſet,vt conſtat ex Accurſ.verbo,

bo,*facere poteſt*,in l.miles,6.ſup.d.l.ſunt qui Bart. & relinquis ibidem,& multis alijs quos adducunt mox referendi, Pontificia , Regiaque Hiſpana ſanctione cautum eſt,cap.Oduardus.3.de ſolutionibus,l.25.vbi Grego.verbo,*vn clerigo à otro* tit.6.part.1.ex quibus conſtat, neque execommunicationis ſententiam aduerſus inopem clericum pro ære alieno proferendã, ſed idoneam cautionem , ideſt iuratoriam, vt ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam , debita perſoluet
67 recipiendam ; memineris tamen † priuilegium hoc non omnibus paſſim conceſſum,ſed ijs tantũ,qui in ſacris ſunt conſtituti ordinibus,aut beneficiarijs.(vt Canoniſtæ aiũt)aut alicuius eccleſiæ miniſterio deputati ſunt,non vero minoribus initiatis,etſi ſcholares ſint,quicquid contendat Rebuff.in authentica , habita priuilegio 112.C.ne filius pro patre.eos vero quibus id competit,nec juramento illi poſſe renunciare,vt deduces ex frequentiori opinione,& ſentẽtia quam plura juxta hæc adducentes reſoluunt videndi Couarru.libro ſecundo,variarum cap.1.n.9. Ioann.Gutierrez(qui hoc contrarium tenet) de iuramento confirmatorio,cap.17.Padilla,in l.1.n.7. C. de iuris & facti ignorantia, cum infinitis Baeza, de inope debitore,c.17.ex n.1.Menoch.lib.2.de arbitrar. centur.2.caſu 183 n.30.Paz,in praxi,tom.2.3. par.c. vnico, qui obſeruandam ex hodierno ſtolo praxim, in hoc beneficio addidit.

68 Proxima eſt ſuperiori,& illa inſpectio,an & Doctoribus priuilegium idem concedendum ſit,Bar.in leg. medicos,C.de profeſſorib.& medic.lib.10.quemcõmuniter alij ibi ſequuntur,ſi doctor iuris profeſſor, alteriuſvè honeſtæ diſciplinæ præceptor ſit,admittit Guido Papæ,deciſ.88.& deciſ.388.& ſi actu non legat, idem probat,idque neruosè aduerſus Bartolum pluribus conſtructis argumentis contendit , ab eius tamen impugnationibus quibus ſigillatim ſatisfacit enixè Gaſpar Baeza,Bartolum defendit, cui & accedo ego,contendendum ergo eſt Doctoribus legentibus , hoc priuilegium concedi,non quidem his qui doctorali tantum titul.cohoneſtantur,ſed qui verè profeſſores , & magiſtri ſunt ; quod cum jure ciuili Romanorum certiſſimum ſit ex leg.medicos,leg.magiſtros,Cod.de profeſſorib.& medicis,lib.10.cõiuncta,lege vnica,Cod.de emend.Codicis ibi, & *Berytenſium Doctorem Dorotheum* , & lege prima Cod.de Iuſtinianeo Codice confirmando, ibi:*Iuris doctor in hac alma viue Theophilus* , quorum ſæculo nomina hæc doctorum, licentiatorum, & bachalaureorum, quorum tanta hodie copia non irrepſerat, ſed Doctores tantum illi appellabantur, qui ius ciuile,medicinam, philoſophiam, aliaſque honeſtas diſciplinas iuuenes edocebant,cum tamen nullo annulo pileove accepto doctoralis dignitatis,codicillos oſtenderent,vt multi hodie,qui nihil ſint minus quã Doctores Iure tamen Regio indubitanter quoque idem probandum eſt,leg.8.tit.31.p.2.ibi;*Otergaron priuilegio à los Maeſtros de la Eſcuelas*,& ibi, *Que mueſtran los ſabere en los eſtudio*,vbi nominatim Gregor.verbo, *que mueſtran los ſabere* , quod ſic in praxi admitti conteſtatur Baeza, dict.cap. 16. ex numer.127. Nec
69 † te turbet,leg.8. tit.7.libro primo Recopil.ex qua conſtat profeſſionem,non ſufficere,niſi, & quis doctoralia inſignia apud nos Salmanticenſes,Complutenſes,Pintianos,aut Collegium Ægidij de Albornos Bononiæ acceperit ; ea namque lex ſolum loquitur de immunitate tributorum,qua illa tantum gaudent
70 † Doctores,& candidati (vulgo,*licenciados*)quorum eruditio illis in gymnaſijs comprobata eſt, alia vero priuilegia profeſſoribus à jure conceſſa incorrecta manent,quomodo, d.l. 8.nominatim interpretentur Greg.Lopez,in l.3.verbo.*ſabiduria*.tit.12.par.2.Petr. de Auendaño de exequend.mandatis, 2.par.c,14. n. 29.& 30.Azeued.in d.l.8.in princ.

Anthony Picardi Pract. Inſtitut.

De aduocatis dubitant quoque interpretes,in d.l. 71
miles, 6. ſup. d.leg.ſunt qui,& alii omnes ſuperiore numero à nobis relati,omiſſa tamen ea diſtinctione, quam iuxta eos facere Baeza ſcribit,quoad hoc priuilegium reſoluendũ eſt,quod licet iure communi inſpecto eo gaudere debeant,quo & nouiſſimi appellantur,l.1.C.de adu.diu.iudic.lege prouidendum, 7. C.de poſtulando,non minuſque vtiles,quam milites cenſentur,cum & ipſi militares dicantur,l.aduocati, 14.C.de aduocat.aduerſ.iudiciorum,vnde,& militibus eos æquiparare docet ibidem Bald. eorumque priuilegiis potiri,maximè in huius noſtræ quæſtionis ſpecie,poſt gloſ.in d.l.miles Alex.& Iaſone ibi n. 8.& 9.& cum alii Rod.Suarez,in l.2.tit.*de los gouiernos*,§.quæritur quinto, n. 12.& lib.1. fori,quem ſecure ſequitur eis additionator Iacobus Valdes,vix tamen conſuetudine id admitti ſcribit Baeza,d.cap.16. num.152.quamvis ſine ſcrupulo ex eius ſententia ad priuilegium hoc eos admittendos ſi ſcientia , moribuſque inſignes ſint,ipſe ſemel,& iterum admoneat, à quo non multum diſcrepant Ant.Gomez,in leg.83. Tauri,num.17.Azeuedo in l.fin.num.63.tit.21.lib. 4. nouæ Recopil.

Sunt,& alii qui pro ciuili debito in carcerem non 72
conijciuntur,veluti tutor pro debito ſui pupilli,l.2. D.de adminiſt.tut.l.3.§.tutor quoque,ſup.d.l.ſũt qui, leg.1.C.quando ex facto tut.l.1.C.quando fiſcũ,vel priua.quamquam ſi pupilli † bona habeat tutor , ca- 73
que,vt pignori capiantur non exhibeat, donec exhibeat iure in carcerem detrudi poſſit, vt ſcribit Bald. d.l.1.C.quando fiſcus,vel priuat.vt cum aliis reſoluit Ioan.Parlad.d.lib.2.c.fin.4.part.§.in princ.& 5.part. §.6.num.143.Minor † quoque eodem gaudet priui- 74
legio,vti ſcripſerunt Angel.Peruſinus,in l.vacantia, C.de bonis vacantibus,lib.10.& in l.nemo Cod. de exact.tribut.eodem lib.Angel. Aretin. in §. fin.n.2. Inſt.de action,Bald.in l.1.num.14.C. qui bonis ced. poſſ.Roman.conſil.120.Greg.Lopez,in l. fin.verbo, *todo* tit.15.part.5.Parlad.d.§.6.num.15.

Denique ruſticis perſonis,an idem concedendum ſit dubitari rectè poteſt, quoniam ſi rei ruſticæ † in- 75
ſtrumentis id datum eſt priuilegium,ne pignoris nomine ex cauſa æris capiantur, neve à rei ruſticæ negotio adducantur.

Quando quidem ſunt hæc duri s agreſtibus arma,
Queis ſine nec patuere ſeri,nec ſurgere meſſes.

Vt apud Virg.lib.1.Georgicor. Vnde veteri Phrygũ inſtituto, ſiquis inſtrumentum agricolationi aptum furto ſuſtuliſſet,vel bouem aratorem cæcidiſſet,morte mulctabatur,vt refert Stobeus ſermone,42.idemque ex Solonis lege capitali eſſe,referente Plinio,lib. 8.cap. 45. & iuxta hæc Ælianus Attica lege cautum fuiſſe narrat, bouem qui iugum trahit,vel in aratro, vel plauſtro ne mactes, quoniam ille etiam agricola eſt,ac humano generi laborum ſocius lib.5.de varia hiſtoria,& ex aliis gentibus Diodorus,lib.2.c.3.conſtituerintque Romani Cæſares, ſœnos aratores quo iure , ac inſtrumenta aratoria pignorandos non eſſe obtentu æris alieni,l.executores,7.l. pignorum,8. C. quæ res pig.oblig.poſſ.quibus congruit Imperatoria Federici ſecundi ſanctio,tit.de ſtatutis,& cõſuetudinibus contra Eccleſiæ libertatem editis,§.Agricolores,collatio.10.ab Irnerio titulo,C.quæ res pign.obl. poſſ.Auth.Agricultores adiuncta,quam ſub dict.tit. Honorius tertius Pon.approbauit , quod cum & in patrias noſtras etiam conſtitutiones traductum fuerit, vt deduces ex l.23.tit.21.p.2.l.3.tit.27.p.3.l. 16. tit.21.lib.4.Recopil.l.5.l.6.l.12.tit.17.lib.6.eiuſdem Recopilat.& apud Gallos multis edictis admiſſum ea ſigillatim indicans , conteſtetur eruditus Renatus Choppinus,lib.1.de priuilegiis ruſticorum, capit.7. nec diuerſum in Romanæ Eccleſiæ ditionibus cuſtodiatur,reſcripto Apoſtolico pii V.anno 1566.quinto

Idus Octob. *de priuilegijs artis Agriculturæ, & rei frumentariæ*, & Neapolitanis quoque constitutionibus sit cautum, referente matthæo de Afflictis, in constitutionibus Neapolitanis, tit. de renouandis transeuntibus ad alienas habitationes, n. 1. vsque adeo, quod & si rusticanus fortunæ bonis careat, præter quã bubulo pecore, ligone, aratro, saeculis falce putatoria, messoria, fœnaria, bidẽtibus, qualis vindemitiatoris, & exceptoris, quæ in instrumento fundi Sabinus libris ad Vitellium enumeranit, neque tunc hæc iure pignoris capi posse aduersus Accurs. in d. l. executores, licet cum illis omnes probauerit Hippolyt. in rub. de fideiussoribus, n. 112. ripa, de peste, in rubr. de præseruatoriis remedijs, num. 211. Duenas, reg. 275. Choppin. d. c. 7. ad finem, frequentius sit admissum, Maranta, de ordine judiciorum, 6. part. actu 3. & vlt. num. 28. & nostrati jure nuper cautũ, l. 5. tit. 17. lib 5. l. 1. tit. 6 lib. 6. Recopila. contestantibus Gund. de Paz, 1. tom 4. part. capit. 2. n. 36. & cum multis Alphon. Azeuedo, in leg. fin. numero 48. tit 21. lib 4. Recopil. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. 6. 4. nu-
76 mero 20. & 21. Quare † & eisdem rusticis personis idem concedendum erit, vt sic agricolæ sedulo agriculturæ vacent, quã respexille videtur Calistratus, in leg. 2. D. de nundinis, Impp. in leg. 1. Cod. de collat. fund. primo lib. 11. quonã, vt Columella, libro primo in prœmio, ex alijs refert, sine agricultoribus, nec consistere mortales, nec ali posse, manifestum est, quos & reipub. nerues Dionysius Lusitanotum Rex appellat (vt decurionibus Imperator Majorianus adiũcta Cassiodori interpretatione, qua in tit. C. de decurionibus, lib. 10. Cuiacius tetulit) & non sanè infectores, vt ex platone, Aristotele, plutarcho, & aliis infra referendis commemorant adeo, vt apud Vtopienses (vt lib. 1. Vtopiæ, refert doctiss. Thomas Morus) nullam aliam artem, nullum alium officium cognitum fuisse commemoret: & apud Indos, in primo post sapiẽtes loco haberi Agricultores, ex Arriano, Strabone, & aliis Petrus Greg. 2. part. Syntagmat. lib. 28. cap. 5. n. 2. vnde recte de eis marcus Cat., in princ. de rustica. *Et virum bonum, cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. mercatorem autem strenuũ, studiosumque rei quarendæ existimo verum periculosum, & calamitosum, at ex agricolis, & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignitur, maximeq; pius quæstus stabilissimusque consequitur minimeque inuidiosi, minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt.*

Prudenter igitur Galli Principes, ne rustici ob æs alienum qualecumque abducerentur in carcerem constitutione lata, 8. Idus Octob. anno. 1571. sãxerũt. Prudentius noster Hispanus Rex Diuus Philippus II. apud Mattitum, 9. Martij, ann 1594. ne per semester ex causa æris alieni vinculis detineri possint, quod sanè ex d. authentic. agricultores, desumptũ non dubitauerint, vbi non sine distinctione immunitas, sed dum circa rem rusticam occupantur, dum villis insident, dum agros colunt, concessa est namque si in vniuersum, & in perpetuum, beneficium hoc eis indulgeretur, commerciis quodammodo interdicerentur, magnoque incommodo eius qualitatis homines afficerentur nemine cum eis contrahere volente (vt alias in minoribus inquit Iulius Paul. in leg. quod si minor. 2. 5. nõ semper, D. de minoribus) statuit ergo Hispanus legislator, quoad instrumẽta aratoria attinet, etiã nullis alias bonis extantibus, jure pignoris capi non posse, idque non semestri tantum, verum neque aliquo alio tempore præterquam in fiscalibus nominibus exigendis, in quibus cessa hæc rusticorum immunitas, excipitur quoque merces à colono agrorum proprietatario debita, aut siquid ab eo pro meliori culturæ expeditione mutuum acceperit, etsi quæ alia jura dominica fuere olim vectigalis prædio injuncta, quemadmodum Regio edicto continetur, his namque casibus si nulla alia extent rustici bona quibus æs alienum dissolui possit, etiam culturæ instrumenta capi possunt binis, exceptis dobus, aliisve aratoris iumẽtis, quæ nec hisce casibus capiuntur, quomodo d. nouæ Philippi. 2. facto anteriores leges explicuit. Quoad personas, de quibus nihil ante statutum iure Hispano tanxit, quò magis rei rusticæ possint incumbere, ne per continuum semestre à Kalendis Iulijs, ad Kalẽdas vsque Iãuarias, pro ære alieno ciuili (vt nostri aiunt) carceri manciparetur secus si factũ sit, & iudex & creditor maximis pœnis plectitur, cumque alia eadem constitutione rusticorum fauore tradita sint, illud maxime quod etsi olim harum feriarum in omnibus instrumentis frequens esset renunciatio, earumque renunciationem valere, ex l. 1. D. de feriis, scripserit Bartolus, tractat. de carceribus, q. 5. num. 9. hodie nulla erit Tabellionę, qui eam adiecerit insuper malitia multato, vti quinto eiusdem constitutionis, §. cauetur. Qua de re, quia nuper multa scripsit erudit. us Castillo de Bouadilla, lib. 3. Politica, cap. 3. num. 61. cum sequentibus, & multa integro, iustoque eam in temerario volumine Iacobus de Collãtes, libris tribus, ad ptagmaticum rei frumentariæ ideò non subsistimus, pergamus iam. His personis, quarum mentionem hactenus fecimus fœminæ quoque annumerandæ sũt, quæ pro debito, † aretvè alieno carceri non mancipantur, nisi aut debitum ex delicto, vel quasi delicto descendat, aut mulier adeo impudica, & inhonesta sit, vt publice corporis sui quæstus faciat, l. 62. Taurin. 10. tit. 3. lib. 5. nouæ Recopilationis, in quarum cõmentarijs Antonius Gomez, & alij Tautistæ, Ioan. Matienzo, & Alphonsus Azeuedo, cum ampliationibus, & limitationibus prolixe adeo rem examinant vt eam ad satuitatem habere possitis.

Decimum Præceptum.

Pensse luego los plazos de los progones, si se dieron de tres en tres dias, si la execucion se hizo en bienes muebles: ò de nueue, si se hizo en bienes rayzes.

De temporibus ad pignora vendenda, & de carum publica subhastatione. §. 10.

SVMMARIA.

1 *Bona in executionis causam capta, si creditori satis non sit, in publica subhastatione vendentur.*
2 *Tempus iudicatis humanitatis gratia ad soluendum conceditur.*
3 *Tempus iudicatis quantum olim daretur, hodie arbitrarium iure ciuili poniori.*
4 *Pignora in executionis causam capta trinundine peracto maiori licitatori adiudicantur.*
5 *Præconia quo tempore emitti debent, in mobilibus, & immobilibus bonis.*
6 *Præconiorum tempora aliquibus in casibus restringi.*
7 *Præconia partium consensu remitti possunt.*
8 *Præconiorum dies remitti non possunt.*
9 *Pignora breuiori licita tempora legitimo, an aditio valeat.*

ERgo sit reus in carcerem reclusus nõ soluat, aut 1
si ex his est, qui in quantum facere possunt tantummodo condemnantur, extra carcerem constituntur iudicato non pereat eius bona in causã executionis capta, publica sunt in subhastatione vendenda, quod cum antiquo iure ita caurum esset, d. l. à Diuo Pio. 15. §. in vẽditione, de re iudicata, l. ordo. 3. C. de executione rei iud. l. fin. C. si adue. fius fiscum, l. 1. cum seqq. C. de fide instrumentorum, & de iure hastæ fiscal. lib. 10. l. 6. titul. 27. part. 3. l. 11. tit. 35. p. 7. comprobatum etiam est, d. leg. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop. de quibus antequã agamus, quia plerique e id
2 non satis intellexerunt, meminisse oportet. † Quod cum quis damnatus est, non statim cogitur soluere, sed ei humanitatis gratia conceditur dilatio ad soluendum, l. si cum multi. 16 D. de compens. quemadmodum, & cum quis confitetur se debere, ex leg. debitoribus, 31. de re iudicata, quoniam confessio rei iudicatæ comparatur, leg. post rem. 56. de re iud. Hoc
3 tempus † olim ex duodecim tabul. tringinta dierum fuit *condemnatus ad soluẽdum triginta dies iustissumpto*, explicat Sextus Cecilius apud Gellium lib. 20. noct. Attic. cap. 1. & erudite Balduinus ad leges 12. tabul. cap. 46. Postea actum est, & statutum tempus duorum mensium ad extremum Iustinianus quatuor mensium statuit, l. 2. & 3. C. de vsuris rei iudicatæ, quod potest ex esula mutari dando, vel longius, vel breuius tempus, leg. 1. D. de re iudicata, arbitrioque iudicis tandem relinquendum Diuus Pius Catio Proconsuli rescripsit, d. leg. debitoribus, 31. Is ergo qui pro tribunali cognoscit non semper iudicati tempus seruat, sed nonnumquam actiat, nonnunquam prorogat pro causæ qualitate, & quãtitate, vel personarum obsequio, vel contumacia, vt dict. l. 2. & 3. Consulti animaduertunt; vbi præter antiquiores rẽ exactè Duaren. & Donel. exornatunt. Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 39. Fornerius, lib. 2. & 31. select. 15. Balduj. d. capit. 46. Socinus, reg. 396. Post eius temporis lapsum pignora capiuntur, vt distrahantur executionis causa, non ergo fit statim distractio pignorum postquam capta sunt, sed expectantur duo menses. Ex quo apparet iure pandectarum, ad vendendum tantum pignora duos menses dari, l. debitores, ad fin. quod alij non intellexerũt. Hodie trinũdino peracto
4 † majori licitatori addicuntur, d. l. 19. nouæ Recopil. Ante quam addictionem ter debent necessario proclamari mobilia † tertio quoque die, immobilia nono, si præco adsit eius boatu per iudicem, apparitorem, siue notarium, l. 11. tit. 31. p. 7. siue per edictum Anend. in capp. Præt. 2. p. c. 12. num. 2. primo nundino in debitoris monicipio, aliis apud iudicis exequentis forum, l. 1. & 2. D. de bõ. auct. iud. possid. l. 36. tit. 4. lib. 3. Recopil. quod cum hodie ex nostris luculenter explicent, variasque hoc spectantes quæstiones enarrent Azeuedo, in d. l. 19. Parlador. d. libr. 2. cap. fin. 5. p. §. 8. ex num. 1. Couarr. lib. 2. variarum, cap. 12. n. 3. Paz in praxi 1. tom. 4. part. cap. 2. ex n. 39. non subsistimus
6 Illud tamen prætermitti non potest tempora hæc aliquibus in casibus restringi posse, quorum ille magis est obuius qui deduci potest ex text. iũcta glos. in c. de causis. 4. de officio deleg. quippe cum delegati judices (dicimus Hispanè *de comission y pesquisidores*) ea restringunt quia modicum videlicet tempus habent, quibus adstipulatur text. in l. 45. tit. 15. lib. 8. recopilar. & in l. 18. tit. 7. lib. 9. eiusdẽ Recopil. quibus cautum est in rebus pertinentibus ad judices sodalitatis, siue, *de la hermandad*, in fiscalibusque debitis, intra breuiora longe tempora proclamata fieri, bonaque addici debere: quod & Perros de Auedaño obseruat, in dictionario, verbo. *Almoneda*, & in capitibus Prætorum. 2. part. cap. 12.

Remitti autem quamvis ex partium consensu pro-
7 clamata possint, ita vt pro emissis habeantur: vulgo, *se ayan auido por dados los pregones*, adhuc tamẽ dies
8 † præconiorum à lege concessi, tranire debent, vt locus sit vltimæ executioni, cum pro forma à dict. Regia requirantur, quod & nominatim Couarr. obseruat lib. 2. variar. c. 11. n. 3.

Et quatuis si breuiore, quam lege est finitũ tempus pignora licere contingat, auctio cum omnibus inde agitatia circũducẽda sit, & ex integro repetẽda sint præconia, & executio eum in locum restituẽda quo omnia erãt, ante quam bona licerent, relinquis in sua causa mantentibus, l. & post edictum 73. D. de iudicijs, leg. fin. C. si aduersus fiscum, l. 1. C. de side instrumentorum, & de in. hast. fiscal. lib. 10. si tamen in prolixius tẽpus protogata fuerit auctio, sustinebitur exceptio, vt ex aliis Parlador. docuit, d. § 8. n. 8.

Vndecimum Præceptum.

Vea se si fue el deudor citado personalmente para remate, ò no pudiendo ser auido, se notifico el remate en su casa, ò a su familia.

De citatione ad sententiam addictionis, vulgo, de temate. §. 11.

SVMMARIA.

1 *Citationis materia remissiue.*
2 *Citationem personalem ad addictionis sententiã omnino necessariam secundum plures.*
3 *Citatio ad domum quando in executionis causa sufficiat?*
4 *Curator bonis dari debet si reus latitat vel absit.*
5 *Oppositione à reo, ante, vel post addictionis sententiam facta, nulla est citatione opus.*

PLura hic de citatione examinanda occurrebant, 1
hæc cum omnibus sint obuia, & quid in executionis causa sit obseruandum adeo sit, d. l. Regia. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. expressum, vt dubitationis nullus sit relictus locus, ne actã rem agamus, videndi sunt Ioseph. Mascardus, de probat. volu. 1. 6clus. 290. cum quatuor sequentibus, & nouissimus Cardinal. Thuscus, practicarum conclusionum iuris 1. t. ex concl. 250. ad 66cl. 274. qui duo tibi pro infinitis sufficiant, & qui ex nostris, & aliis plures refert Hieronym. Zanallos pract. communiorum opin. concl. 171. & 366. & qui nominatim in proposito, d. l. Regiæ, & explicatione huius præcepti loquuntur præter Azeuedo, in eadem lege 19. ex num. 95. ad n 120. Ioan. Gutierrez, lib. 1. pract. quæ. cap. 133. Parladorius, d. 5. part. §. 9. per tot. Paz, in praxi 2. tom. 4. part. cap. 2. num. 45. Bouadilla, lib. 3. Politicæ cap. 14. num. 22. Ex quibus † colliges, quod etsi controuersia sit, 2
an in hoc casu personalis citatio omnino necessaria sit, an vero ad domum citati fieri sufficiat: placuerit-que Couarruu. Auendan. Auilesio, & aliis quos iam relati commemorant, citationem personalem omnino requiri; vetius esse ad domum factam sufficere † si 3
reus latitat, vel absens est à ciuitate, vel oppido iudicis exequentis, eiusque perquisitionis à nuntio fides sit facta; vt ex magis cõmuni contestantur Gutierrez, Azeuedo, & Parladorius, vbi sup. quod cum iure communi, vt aiunt certissimum sit. ex l. 1. D. de liberis agnosc. l. scire. 13. §. qui autem, D. de excus. tut. l. aut qui aliter. 5. D. quod vi, aut clam, quæ plura de denunciationibus, quæ fiunt ad domum addu-cens exornat Cuiacius, lib. 7. obseru. cap. 15. cap. causam 3. de dolo, & contuma. cap. fin. de eo qui mitt. in poss. l. 41. tit. 13. p. 5. l. 1. tit. 19. lib. 4. Recop. nominatim quoque, d. l. 19. cauetur: ibi: *Sea citado el dicho deudor para remate, en su persona, pudiendo ser auido, y sino en su casa, &c.* Quamvis eo casu † cautius sit bo- 4
nis ejus, qui vel latitat, vel abest curatorem, siue defensorem dari, cum quo iudicij acta celebrentur docuit Paz, d. num. 43. Azeu. d. l. 19. num. 120. Qua in re omnino meminieris, quod si reus † ante citationem vel post se executioni (vt aiunt) opposuit, nulla 5

est citatione opus, aut si minus est ritè facta conualesceret, quod ex aliis admittunt Gutierrez.d.cap.133. num.11.Parlador.d.5.9.num.2.& probabis ex lib.36. ibi: *Que si entre opositor, despues de ella no se de mandamento para citar para rematar*, tit.4.lib.3. nouæ Recopilationis.

Duodecimum Præceptum.

Vease si el Reo executado citado para remate, se opuso dentro de los tres dias de la citacion.

De rei ad addictionis sententiam citati oppositione. §. 12.

SVMMARIA.

1 *Oppositionis tempus olim arbitrarium, hodie trium dierum.*
2 *Oppositionis tempus ex quo currere incipiat, & numero 3.*
3 *Dies termini an computetur in termino remissiue.*

1 DEsumptum est hoc præceptum ex eadem illa, l. 19.ibi; *Y hecha la dicha citacion si dentro de tres dias se opusiere*, & ibi; *Haziendose como dicho es dentro* 2 *de tres dias*. Ergo quamuis † iure ciuili (quibus casibus executio admittitur, de quibus late sup. glos. 5.) tempus hoc esset arbitrarium secundum Romanum, consil. 79 colum. fin. & alios quorum meminit Iacob. Menochius, lib. 2. de arbitrar. cent. 1. casu 17. num. 8. hodie tamen ex hac lege, item & aliis huius titul. 21. trium dierum terminus præfinitus est, intra quem, nisi reus compareat, & aduersus executionem se opponat (vt aiunt) & alleget, capta pignora creditori addici iubentur, vt eadem, l. 19. ibi; *Y no haziendo la oposicion*, &c. ganetur quod si intra illos tres dies compareat, ex illa hora decem alij præscribuntur, intra quos, quas obiecit exceptiones, probet, vt mox audiemus, vulgo dicitur, *se le encargan los dies dias*, qua in re memineris, quod etsi sit † controuersum, an hi decem dies incipiant, statim ac oppositionem reus fecit, idest antequam iudex eam admiserit, an vero tribus oppositionis diebus elapsis; quod latius in statutorum similium terminis examinat Ant. Capic. decis. 83. eius opinionem, qua docet statim, atque index illam admisit, incipere probet nominatim, l. 64. Tauri, l. 5. ibi: *Coran desde el dia que se opusiere en adelante*, tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil.

Plane quamuis controuersum, sit dies termini, an 3 computetur in termino, vt infinitis aliis adductis, variis in quæstionibus disputat Bart. & reliqui, in l. 1. D. siquis caut. Accurs. in l. Gallus. 29. in princ. glos. fin. D. de liber. & posthu. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 4. num. 9. & de retract. municipali §. 1. glos. 12. numer. 17. Duenas. reg. 296. & 197. Ioan. Gracian. reg. 135. Ioann. Matienzo, in l. 7. glos. 6. numer. 5. & in l. 9. num. 7. Ioann. Gutierr. lib. 2. pract. quæstion. cap. 154. per tot. Hieronym. Zauallos, pract. qu. communium, cap. 401. Parlad. d. 5. part. §. 10. ex num. 2. Ex illis tamen verbis, d. legis Regiæ, ibi, *desde el dia* (quæ idem significant, ac si dictum esset &. Ab eo die ex quo terminus statuitur) placuit dum termini trium dierum oppositionis, non computati, in termino decem dierum, quod cum ex iure sit, nominatim quoque est obseruatum in nostra specie per Palac. rubi. 2. Castill. n. 82. in l. 64. 7 an. Azeuedo, in d. l. 5. n. 5. Io. Gutierrez, d. cap. 154. n. 4. Parlad. d. §. 10. n. 4. qui & alios commemorant, quibus accedit Zeuallos, d. c. 401. n. 6.

Decimum tertium Præceptum.

Vease si auiendo se opuesto el Reo, se le encargarõ los diez dias de la ley para alegar contra lo execucion, paga, ò quita, ò otra excepcion legitima.

De exceptionibus, quæ aduersus executionem obiici possint. §. 13.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones quæ aduersus executionem opponi possint, remissiue.*
2 *Exceptiones aliæ si legitimæ sint præter enarratas in legibus regni, admitti in executionis causa possunt.*

FActa oppositione intra triduum, aliisque decem diebus eidem Reo præstitutis, quibus possit ex- 1 ceptiones suas obiicere, & probare. Reus illas obiicit, & proponit earumque copia creditori datur, vt intra præscriptum decem dierum spatium, altet exceptiones, alius illarum repulsas probet. Plane quæ † à reo obiici possint nominatim exprimitur, in l. 1. & 2. 2 tit. 21. lib. 4. nouæ Recopil. iuxta quas ne nimij simus, quia quæ eisdem in legibus expressæ sunt, item & aliæ plures legitimæ sigillatim enarrantur ab Alph. Azeuedo, in d. l. 1. ex num. 59. ad num. 100. Gundisaluo de Paz, in praxi, 1. tom. 4. part. cap. 3. ex numer. 1. ad num. 50. Parlador. d. 5. parte §. 11. ex numero primo ad n. 55. & multis aliis quos recensent Iacob. Valdes, in additionibus Rod. Suarez, ad legem Regni §. sed pro euidentia, Ioan. Gutierrez d. lib. 1. pract. quæst. c. 111. & cap. 134. esseque nimis otiosum quæ hac iure ab aliis sunt tradita transcribere. Illud tantummodo admonuisse contenti simus, quod etsi sit valde controuersum, an præter exceptiones dictis in legibus enarratas, aliæ legitimæ admitti possint, idque non sine ratione, cum ea in re non solum interpretes inter se dissentiant, vt apud paulo ante adductos videbis, verum & ex diametro leges inter se pugnent, vt constat ex d. l. 1. verbis ibi; *E si otra qualquiera excepcion se alegare no sera recebida*, & aliis d. l. 2. quæ omnino contraria sunt ibi: *Saluo, si dentro de diez dias mostrare lata paga, ò legitima excepcion*. Placuit tamen post magnam disputationem, d. l. 1. friuolas tantummodo exceptiones repelli, non legitimas, vt cum multis resolut Gundisaluus de Paz, d. cap. 3. num. 35. Azeuedo, d. 59. Ioan. Gutierrez, d. cap. 111. numer. 2. ad fin. quamuis lxreat Parlador. toto illo §. 11. eoque iure vtimur. * Et illud itidem (quia frequentissimum in praxi) siquæ obiiciantur exceptiones, quæ altioré quæstionem habeant admittendas non esse, l. 3. §. ibidem, ibi; *Si obscuriar, vel que habeat altiorem questionem differendam indirectum iudicium re exhiberi iussa* D. de exhibend. l. ille à quo 13. §. si de testamento, D. ad Trebel. l. ordinarij 13. C. de rei vind. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 698. Peregr. de fideicommiss. art. 48. numer. 19. Rotæ, decisio. nouiss. 520. 2. part.

Decimum quartum præceptum.

Vease si la prouò en el termino de la ley, y quando.

De circunductione exceptionis. §. 14.

SVMMARIA.

1 *Termini præfixio nouas testium receptiones excludit.*
2 *Testes in termino producti possunt elapso eo examinari: licet*

ri: licet in causis executiuis contra, num. 4.
3 *Termino ad probandum, & probationem finiendam dato, elapso, testes examinari non possunt, l. 3. tit. 6. lib. 4. nouæ Recopilationis.*
4 *Exceptiones in causa executiua, & allegari, & probari in termino debent, limitatur, num. 5.*
6 *Exceptionis probatio per partis confessionem, etiam elapso termino admittitur.*

1 ADecimus hoc præceptum, vt commonitus patronus, & iudex sit, quod etsi in terminis probatoriis à iudice concessis sufficiant testes (vt aiunt) esse iuratos, quamuis adhuc non deposuerit, quia licet regulariter præfixio termini hunc operetur effectum, vt eo lapso amplius non possint testes produci, capit. licet cansam, vbi notant omnes, de probationibus, l. 34. tit. 16. part. 3. si tamen † testes sunt pro- 2 ducti, & iurati in termino, examinari poterunt elapso termino, vt ex communi resolut Felinus, in d. cap. licet cansam, num. 19. & cum aliis Didacus Perez, in l. 5. glos. *no se yendo legitimas*, t. 8. lib. 5. ordinam. Nisi forsan † dilatio non solum ad probandum, sed 3 & ad probationem finiendam simul data sit, vulgo dicimus: *A prueua con tantos dias, con toda carga de publicacion, y conclusion*, hic enim post dilationem, siue terminum recipi, aut examinari non potuerunt, Abb. num. 2. in dict. cap. licet, cum Marantа, in speculandic. 6. p. tit. de dilat. num. 19. Boerius, decis. 294. & probat l. 1. ibi: *Para prouar, y auer prouado, y presentar la prouanza*, 4. tit. 6. lib. 4. Recopil. vbi cum multis docte scribit Azeuedo, ex numero 7. Verum † in nostro casu nullatenus elapso decem dierum termino, 4 id recipietur quoniam cum sit à iure præfixus, & vt aiunt, legalis, prorogationem nullam, neque quoad examen admittit, sed intra illud, & examinandi quoque testes sunt quod cum in quocumque legali termino ex communi doceat Felinus, vbi sup. num. 20. Didacus Perez, iam relatus, & nominatim in nostra executionis causa, idem nidacus, & alij, quos refert secutus Gundisalu. de Paz, d. cap. 3. num. 36. Azeuedo, in l. 2. num. 9. titul. 21. lib. 4. Recopil. Parlador. d. 6. part. §. 10. expressum quoque est, d. l. 2. ibi: *Saluo si dentro de diez dias mostrare*, & ibi *tomados dentro del dicho termino*, & in d. l. 3. *tengan diez dias para alegar, y prouar*, quod ta vtiliter accipies, quando intra hos decem dies delitoris, creditorisve culpa, testes, neque producentur, neque examinantur, Secus si culpa † iudicis, aut notarij, quod 5 non est infrequens; quæ præsumetur, nisi pars id fuerit protestata, & de ea (vt aiunt) docuerit, vt fidem omnes supra admittunt. Hocque etiam probantes quamuis per instrumenta, exceptionis probatio fiat; non si per confessionem † partis: post 6 decem namque elapsos dies potest, tam reus, quam actor petere, vt altera pars iuret, & declaret de calumnia, vt cum aliis resoluit Ioann. Gutierrez, d. l. pract. cap. 117. Azeuedo, d. l. 2. numer. 13. Paz. d. cap. 3. numer. 39.

Decimumquintum Præceptum.

Vease si hauo tercero opositor, ò opositores, y como se prosiguio cõ ellos la causa en via ordinaria.

De tertio oppositore in causis executiuis. §. 15.

SVMMARIA.

1 *Tertius oppositor in via executiua de iure suo summatim olim docere debebat: secus hodie.*
2 *Tertij oppositio viam executiuam efficit ordinariam. L. 41. tit. 4. lib. 3. nouæ Recop.*
4 *Tertij oppositoris materia remissiue.*

ESt non infrequens is de tertio oppositore in executiuis causis articulus, cum quis videlicet videns debitoris sui bona alij addici creditori, compatet, contenditque in eis longe præstantius ius habere, quin maxime cum vxor mariti sui bona tamiam creditoribus per sententiam addicenda se omnibus potiorem asserit in eis. Quæ res nobis latissimum differendi offerebat campum, vtilissimamque materiam, de priuilegiis creditorum, deque eorum prioritate, & potiori iure; cuius maiorem partem plena manu quinque ab hinc annis hic Salmanticæ discussimus vtimamque illi si Deus faxit citò imponemus; quæ ad hoc nostrum institutum præcipue attinet: diffuse adeo prosecutus est doctissimus nidacus Couarruu. lib. singular. practicar. quæstion. ex capit. 13. maxime, cap. 16. item & ij quos statim nominatim allegabimus, vt nimis hodie subsistere esset otiosum. Tum maxime attenta † noua, l. 41. *tit. 4. lib. 3.* Recop- 1 pilat. qua expeditum est, quod si in executiua causa compareat tertius, quamquam summatim in continenti, de iure suo doceat (quod olim requirebatur, vt diximus latius, in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, ex num. 1. huius tit. vbi tradita essent hic repetenda) audietur eiusque admisso libello, & creditoribus aliis copia facta, executiua causa efficietur ordinaria; cum omnibus prosequenda creditoribus, quoslibet-que vniuersosque, iure, & prælatione sententia feratur, quæ si exequenda sit, restituta causa executiua in eum locum, quo erat ante tertij oppositionem, & ad eundem remissa iudicem, vsque ad additionis sententiam prosequenda erit, vt quotidianus obtinet stylus, quem exornant plura notatu digna hanc in rem scribentes, Couarru. † dict. cap. 16. Ancendañ. in 3 cap. Prætorum, cap. 16. ex num. 6. Ioann. Gutierrez, in l. nemo potest, num. 39. D. de leg. 1. & lib. 1. practicar. quæstion. cap. 118. Azeuedo, in d. l. 41. titul. 4. lib. 5. Recopil. & in l. 6. num. 7. & in l. 8. tit. 17. & in l. 4. ex num. 1. titul. 11. lib. 4. eiusdem Recopilat. Gundisalu. de Paz, in praxi, 1. tom. 4. part. capit. 3. per totum. Parladorius d. lib. 2. cap. fin. 5. part. §. 11. ex numer. 58. * Est tamen controuersum valde, an tertius is oppositor, siue contradictor, exceptiones, quæ executionem impediant opponere possit coram iudice requisito, isque eas audire, & cognoscere, & definire possit, quæstionem examinat Couarru. d. cap. 16. num. 5. Azeuedo in l. 6. num. 7. & 8. tit. 17. lib. 4. Recop. Zanallos, qui latius rem tractat, & alios plures retulit tractat. de cognitione per viam violentiæ, quæst. 16. ex numero 51. Item an causa executiua effecta ordinaria semper ordinaria, & appellabilis maneat, iuxta dict. leg. à Diuo Pio 15. §. si post additum. D. de re iudicata, vide Lancellotum de attentatis. 2. part. cap. 4. in præfatione num. 171. & cap. 12. limit. 14. num. 6. Rotæ, decis. 32. num. 1. 1. part. diuers. Marchesanum, de commiss. 2. part. de commiss. appellat. cap. 4. num. 59. Hieron. Gonzalez, in reg. 8. glos. 6. ex numer. 191. & 203 Parlad. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 15. numer. 4.

Decimum sextum Præceptum.

Vea se la sentencia difinitiua en fauor del Actor executante, para que sea pagado de principal, y costas: dando ante todas cosas la fianza de la ley de Toledo.

De sententia condemnatoria, & fideiussione, iuxta legem Toleti, §. 6.

SVMMARIA.

1 *Oppositionis decem diebus elapsis sententia condemnatoria, quomodo ferenda.*

2 *Lasso vltra dimidiam, an aduersus additionem possit proponi?*
3 *Gabella soluenda ex pignoribus in causam indicatis creditori additis limitatur num. 4.*
4 *Gabella, quæ ex venditione soluitur præferitur iuri creditoris, & decimæ iudicis.*
5 *Appellatio à sententia addictionis, deuolutiuum, non suspensiuum effectum habet.*
6 *Nullitas executionis effectum non remoratur.*
7 *Tolerata legis cautio quando in executione præstanda, & eius effectus.*

1 ERgo si tertius non sit, qui melius, aut potentius eius creditore exequente habere existimet, & intendat, aut si adfuit, & lis, cum eo, reliquisque omnibus creditoribus communis debitoris via ordinaria, vt prædiximus, agitata, finitaque fuit, decem oppositionis diebus elapsis, si rem quas obiecit exceptiones, intra illos non probauit, aut alias exequentis ius legitime non excluserit, profert index vltimam executionis sententiam, qua reum debitorem ad principalis debiti solutionem, cum expensis condemnabit iubebitque quartum publicæ subhastationis dari præconium maiorique licitatori siue creditori exequenti bona addici, sic enim scriptum est, in d. l. a Diuo Pio, §. si pignora de re iudicata, (quæ ibi diximus sunt hic inserenda) & in l. ordo. 5. C. de execut. rei iud. l. 6. tit. 27. part. 3. quæ in re, etsi plures possent obiici disputari quæstiones, iustitiæ tamen nostræ morari non simit: videndi sunt ea iure parlad. d. 3. par. §. 12. ex nu. 1. Paz. d. cap. 3. ex nu. 41.

2 illius tamen, quia valde frequens est non est omittenda resolutio, an si in hac adiudicatione vltro dimidiam iusti pretij, læsio interueniat, remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum habeat? eam disputat ad partes Pinelus, in d. l. 2. 1. p. cap. 4. n. 10. cui ex aliis locum habere placuit, estque crebrior, & æquior opinio, nam cum & in transactione admittatur, vt multis quoque placuit ex Pinelo supra, d. ca. 4. Padilla ibi, num. 21. Anton. Gabriel. 3. tom. comm. opin. tit. de empt. & vendit. § quibus modis rescindatur, num. 21. Io. Gutierrez, lib. 2. pract. quæst. cap. 141. Petr. August. Mola, in emporio iuris. 2. par. tit. 4. de transactione, quæst. 1. & veluti transactionem quodammodo hæc additio continere videatur, ex text. in d. §. si pignora, remedium hoc, & hoc quoque casu admittendum videtur.

Quemadmodum & illud, ex his pignoribus in iudicati causam captis, & in publica subhastatione licitatis, & creditori, quia emptorem non interuenerunt adiudicatis, siue additis gabella soluendam esse quia vero emptio, & venditio eo casu celebratur, iuxta tradita à Tiraquelo, de retract. lignagier. §. 1. gl. 1. n. 8. Greg. in l. 5. verb. *vender.* tit. 5. p. 5. Lassarte, de decima venditione, c. 7. n. 55. Gironda de gabel. 5. p. in pr. n. 47. & n. 55. & l. 9. tit. 11. lib. 6. Recop. l. 5. tit. 18. lib. 9. eiusdē Recop. quo tamen ego verum intelligo eo casu, quo creditori adiudicantur pignora pro executione capta eadem in quantitate, quæ debetur, iuxta veram interpretationem d. §. si pignora, in prima parte, quo casu emptio, & venditio contracta intelligitur, subfititurque creditor in emptoris extranei locum, eiusque quia non reperitur, fungitur vice. Sin vero pignora creditor in creditum possideat, siue pluris, siue minoris sint, iuxta secundam partem illius §. si pignora, quia quæ iam veluti transactione res sopita, de exteroque transactum censetur, gabella solui non debeat, leges namque gabellarum extra suos casus extendi non debent.

4 Sed quid in alio non infrequentiori resolues casu, pignora debitoris, pro rei iudicatæ, siue instrumenti executione capiuntur, in publicaque subhastatione venundantur, soluenda est ex venditione decima fisco, siue publicanis, item executionis ratione, vel iudicibus exequentibus, vel eorum ministris, & creditori exequenti debitum cum expensis cum omnibus bona non sufficiunt neque soluendo sunt, vter eorum potior est: Respondi, venditionis decimam Regio fisco, in primis soluendam, ex reliqua pecunia creditoti tuendum satis, ex reg. l. quod priuilegium. 8. verſic. *plane*. D. depositi, l. quantitatis. 7. 2. D. ad leg. Falcid. quantitas enim patrimonij, de iusto eo quod explicandum venditionum causa impenditur, computatur, quod recte disputans considerat Lassarte, de decima venditionis, c. 7. nu. 59. nox liquid superit exequenti iudici pro executionis sportula præstatur, nequæ enim ei debetur, quousque creditori fit satis, vt sic quorundam iudicum cupiditatem non dicam rapinam comprimas, cum Alphonso de Azenedo, qui cōtra Petrum de Auendaño, in capp. Præt. c. 27. nu. 10. sic nominatim resolut per textum expressum ibi in l. 10. tit. 2. lib. 3. & in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recop. sed redeamus ad sententiam addictionis.

Adergo quamuis debitor appellationem interpo- 5
nat, ea non obstante præcipiet index sententiam executioni mandari, d. l. 3. ibi: *Sin embargo de qualquiera apelacion*, quæ eadem verba repetuntur, in d. l. 19. in fin. tit. 21. lib. 4. ex his tamen verbis nollem intelligas omnino hoc in casu appellationem esse interdictam, sed illud solummodo eam non suspensiuam, sed voluntium tantum effectum habere. Est enim irregulariter versū cum omnibus in casibus in quibus appellatione remota procedendum est, vt late cum multis quos congerit, resolut Azenelo, in l. 6. tit. 18. lib. 4. Recop Menochius, de adipisc. possess. remedio 4. nu. 828. Rebuf. tit. de literis obl. ar. 1. gl. 10. ex num. 1. & in proposito Ant. de Canario de executione instrumenti, p. 46. & 47. Couarru. ibi sing. pract. cap. 25. ad fi. Did. Perez, in l. 5. tit. 8. lib. 3. ord. gl. pen. Quod idem & de nullitatis aductus sententiam allegatione dictum velim ex eisdem legibus Regis, quod an & aduersus tertium oppositorem intelligendum sit, disputat. Rebuf. vbi sup. Io. Gutierrez, in l. nemo potest, n. 190. D. de leg. 1. & cum aliis Azeued. in d. l. 19. nu. 141. Parlad. d. 5. par. §. 15. ex n. 2. 6

Ergo appellatione remota additionis sententiam 7
exequetur iudex, dummodo creditor præstet cautionem, quam l. 2. tit. 21. lib. 4. recop. exigit, dicimus frequenter, *la fianza de la ley de Toledo*, quia debitori creditor, cum fideiussore cauet se pecuniam, cum duplo restituturum sententia addictionis forsan rescissa, vbi sup. nu. 24. id admittendum ex aliis resolut Azenedo, siue à parte id petitum sit, siue non petitum, siue creditor pauper, siue dines sit, siue oppositionem (vt aiunt) fecerit, siue non fecerit, consentit cum aliis Parlad. dict. 5. par. ex nu. 1. §. 14. Paz, dict. 1. tom. 4. par. cap. 3. num. 43.

Decimum septimum Præceptum.

Vea se la sentencia absolutoria en fauor del Reo, en que se le mandan boluer los bienes executados, y las costas.

De sententia absolutoria, & expensarum condemnatione §. 17.

SVMMARIA.

1 *Actore non probante, reus etsi nihil præstiterit absoluendus est.*
2 *Victus victoris in expensis condemnandus.*

SOlet etiam frequenter reus quas aduersus executionem exceptiones obiecit probare, exequentis-

que ius legitime excludere, & causam vincere, quo casu absoluendum ab executione esse debium non est, omniaque pro executione capta pignora, sine bona ei restituenda iuris ratio suadet, quoniam si actor non probante, reus, etsi nihil præstiterit, absoluendus est, l. qui accusare. 4. verſic. actore. C. de ed. mbo, l. fin. C. de rei vind. l. actor. 23. C. de probd. l. 1. ab ea par. 5. l. in exceptionibus, 19. D. eod. c. accusator. 6. q. vlt. c. fin. de iur. iur. c. 1. verſic. cum enim vt. Ecclesiasticæ beneficia, leg. 36. tit. 2. p. 4. late Catelian. Cors, lib. 1. memorabilium, verbo actore, & relati ab Alphano collect. 102. Ioseph. Mascar. de prob. vol. 1. concl. 56. nuenar, reg. 1. Rod. Suar, ad L. post rem iudicatam in declaratione legis Regni 2. par. §. sed pulchrum iudium, num. 6. & magis, in l. 4. *de las tutor.*, lib. 2. fori, in cuius additionibus plura Iacobus valdes, longe magis, vbi plene intentionem suam probauit. Fertur itaque in eius fauorem sententia absolutoria eo quo prædiximus modo, quem & Hispane proposuit. Paz. d. 4. par. cap. 7. num. 11.

Condemnabiturque actor ei in expensis est, enim 2. regulariter verum dictum victori in expensis condemnandum, l. properandum. 8. sin autem alterutra. C. de judic. cap. finem litibus, de dolo, & cont. l. 8. tit. 22. part. 3. & nouissime, in l. 1. & 2. tit. 22 *de las costas y tassacion dellas*, lib. 4. nouæ Recop. qua de re adeo multa scripsit ibi Alphon. de Azeu. & eius allegatione contenti simus, videbis tamen præter eum Couarr. lib. sing. pract. qu. c. 27. Paz, in praxi, 1. tom. 1. par. 11. temp. ex n. 24. Parlad. d. c. fin. 5. p. §. 18. ex n. 1. & infinitos referentem Hier. Zaual. pract. comm. lib. 2. concl. 559.

Decimum-octauum Præceptum.

Vease si ha de pagar, y deue decima de la execucion hecha.

De decima executionis, §. 18.

SVMMARIA.

1 *Decima in executionibus præstanda iuxta consuetudinem, remissiue.*
2 *Auendaño error vindicatus.*

1 IVxta huius præcepti exercitiui interpretationem 1
paucis agendum est, diffinitur enim aperte quando, & quibus casibus decima debetur, in l. 7. cum seq. tit. 21. lib. 4. Recop. ex quibus illa conficitur: regul. executionis decimam à reo præstari exercitori debere, vbi illius exigendi fuerit consuetudo, non alibi; ergo si vt minor sportula soluatur magis est, id obseruabitur, l. 1. tit. 31. eod. lib. 4. quem Imolam, & apud Hispalenses, vt vigesimæ executionis tantum præstetur indicieur, l. 10. d. tit. 21. eumque de ea re plura dictis in locis tradiderit, Azeu. item & Petr. de Auend. in c. præt. c. 17. Parlad. d. c. fi. 6. p. §. vn. ex nu. 1. vbi aeg. cum 13. limit. scripsit Io. Gutier. lib. 1. pract. q. q. 35. & q. 127. & q. 129. & plures alij, quos nouissime refert Castillo de Bouad. lib. 1. Politicæ, c. 13. n. 123. Illud tantummodo † meminerim, quia quod eius dictum sit pace, errauit 2
Auend. vbi sup. consuetudinem attendendam esse non eius loci, vbi lis agitatur, & iudicium fit, sed eius vbi sita sunt bona, & est executio facienda, l. 3. tit. 4. lib. 3. nouæ Recopil. quæ l. 10. licet loquatur in tribunalibus, *de los adelantamientos*, generaliter tamen recipienda est, quemadmodum in proposito, l. 41. eiusdem tit. supr. obseruauimus, quia quoties Rex vni Præsidum rescribit omnibus rescripsisse censetur, inxta Bart. doctrinam, in l. regulatorum, §. interdicere, num. 3. D. de interd. & relegat. & iam diximus. † Et quod spatium temporis debeat continere hæc consuetudo decimam percipiendi controuersum inter nostrates magnopere est. Et licet Auend. vbi supr. num. 3. suam opinionem fundet ex verbis, l. 10. tit. 6. lib. 3. Recop. ibi: *Fundando se en la costumbre antigua*, quia illa verba probant ad percipiendam decimam consuetudinem immemorialem necessariam esse, vt constat ex verbis eiusdem: ibi; *Immo illa plus additis, quod non qualibet consuetudo sufficiat, sed illa qua sit immemorialis.* Quæ opinio in praxi obseruari non debet & à contrario recedendum non est, nam d. l. 10. tantum de antiqua consuetudine loquitur, non de immemoriali, vt ex eius littera constat, & vbi lex expresse non loquuta fuit de consuetudine immemoriali quælibet alia consuetudo sufficit, vt notat gl. in c. 1. de consuetudine, lib. 6. Bald. in c. cum esses, de const. & idem Auend. tenet, vbi sup. Azeu. in d. l. 7. numer. 10. & 11. Parlad. lib. 2. c. fin. 6. par. §. vnic. qui omnes contra Auend. affirmant ordinariam consuetudinem sufficere, & sic debet intelligi, & interpretari, d. l. 10.

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum judicum promptuarij, libri singularis,

PARS TERTIA;

Breui Gyro, & Laconismo Institutionem, & examen processus in causis criminalibus, & omnium delictorum pœnas remissiuè, Alphabetico ordine demonstrans.

Examinis processus in causis criminalibus, canones, siue præcepta Hispano sermone enuntiata, & sequentibus tribus paragraphis expolita.

1. LO primero, que ha de aduertir el juez, es la calidad del delito, y personas, de cuyo castigo se trata.
2. Lo segundo, como entra à proceder en el, si por inquisicion, ò pesquisa particular, ò general, por denonciacion, acusacion, ò de oficio.
3. Lo tercero, que ante todas cosas ha de constar auer se cometido el delito, y como se dira que consta por la summaria informacion.
4. Lo quarto, como ha de proceder à la prision de los delinquentes, y embargos de sus bienes, y si se han retirado à la Iglesia, si es caso en que les vale, ò no.
5. Lo quinto, preso el delinquente, procure tomarle la confession con brevedad, y no oluide, que sea debaxo de iuramento, y si es menor, procurele ante todas cosas de curador, siendo menor de veynte y cinco anos.
6. Lo sexto, la accusacion, quando quien, y como se puso, y lo que concluye, y si incidentemente se pide en ella algun interes pecuniario.
7. Lo septimo, la repuesta del Reo, y su contra replica à la replica del acusador; aduertiendo, que en las causas criminales, (regularmente hablando,) no se admite procurador.
8. Lo octauo, el auto de prueua, y ratificacion de los testigos de la sumaria, y las de mas nueuas prouanzas.
9. Lo nono, passados los prouatorios, la publicacion de testigos: aduirtiendo, que en lo criminal puede despues de officio, proceder à recibir mas informacion: como tambien el Reo prouar mas su innocencia.
10. Lo decimo, los escritos, ò alegaciones de bien prouado que ambas partes presentan; y si ay tachas, como recibe la causa à prueua sobre ellas, y sobre los abonos de los testigos, y las prouanzas de todo.
11. Lo vndecimo, si resulta el delito prouado, ò semi plene prouado, y que indicios ay; y si son bastantes para poner al Reo à tormento, y lo que en esto se ha de aduertir.
12. Lo duodecimo, la sentencia absolutoria, estando prouada la innocencia, ò no prouado el delito, y la condemnatoria, si lo està, y la pena que en el ha de poner; que se le señala aqui por el A.B.C.
13. Lo decimo tercio, si por auerse ausentado el delinquente se procede en rebeldia, llamandole à pregones la forma que en esto se ha de guardar.

De

De diuisione delictorum, §. 1.

SVMMARIA.

1 *Criminales quæstiones, & causæ vsu forensi quotidianæ*
2 *Delicti qualitas pœnam vel minuit, vel auget.*
3 *Delicta alia publica sunt, alia priuata.*
4 *Priuata delicta quæ?*
5 *Publica delicta quæ, & quare appellata.*
6 *Leuia delicta quæ?*
7 *Grauia delicta quæ?*
8 *Grauiora delicta quæ.*
9 *Grauissima delicta quæ?*
10 *Delicta an leuia, grauia, grauiora, an grauissima sint, iudicis arbitrio relinquitur.*
11 *Delicta alia nominata, alia innominata.*
12 *Delicta alia ordinaria, alia extraordinaria.*
13 *Delicta alia capitalia, alia non capitalia.*
14 *Delicta alia Ecclesiastica, alia secularia, alia mixta.*

1 QVONIAM Cæsarum criminalium quæstiones praxi vsuque forensi quotidie occurrunt, earúque decisiones, & à nostratibus, & ab exteris late sunt prosecutæ, singulisque, & publicis, & priuatis delictis à iure impositæ pœnæ latissimis commentariis explicatæ in eorum gratiam, & vtilitatem, qui maioribus rebus dediti, aut aliter forsan impediti, sigillatim cuiusque delicti pœnas ab auctoribus sparsim traditas petere non valent, sequenti tractatu omnium delictorum, tam publicorum, quam priuatorum pœnas remissiue ordine alphabetico congerere duximus, emptio tamen, vt hic noster labor vtilior reddatur, modum, & formam in eisdem criminalibus causis procedendi breuiter præstringere decreuimus. Ne tamen aliquis existimet aliena pro nostris vendicare nobis cordi esse, ab omnibus, qui huc vsque, tam Hispanis, quam exteris, vel priuate, vel publice hac de re scripserunt; dicenda accepisse fatemur (neque enim hoc in tractatu nouos, aut subtiles intellectus profitemur, sed indefessum laborem, & fidelem legum delicta punientium, & auctorum eas explicantium, relationem (exemplo ducti Sexti Papirij, qui, quia leges sine ordine latas in vnum composuit iuri ciuili Papyriano nomen dedit, vt refert Pomponius, in l. 2. col. pen. D. de orig. iuris.

2 Dicturus igitur de delictis, quia ex qualitate delictorum pœnæ, vel minuntur, vel augentur, l. respiciendum. 11. leg. facta. 16. D. de pœnis, l. 33. tit. 5. p. 1. principio noto delicta † alia publica esse, alia priuata, l. quid sit fugitiuus. 17. § noxas. D. de æd. edict. l. 4. § generaliter, D. de pœnis satis constat eo integro tit. D. de priuat. delict. & tit. D. de publicis iudiciis.

4 Plane priuata delicta sunt, in quibus iniuria, quæ 5 homini priuato illata est vindicatur. † Publica in quibus quæ reipublicæ, notarunt Hotom. Brisson. Bertrucius, & Prateius, de verb. iur. verbo, iudicia priuata, Anton. Gomez. 3. tom. cap. 1. num. 1. Iulius Clarus, lib. 5. § 1. Gundisalu. de Paz, in praxi, 1. tom. 5. par. cap. 3. nu. 33. Cantera, vbi supr. § de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, numer. 1. Ideo autem hæc publica delicta appellantur, tum quod eorum accusatio cuiuis de populo plerumque datur ex Iustiniano, in principio, infr. de public. iudic. coniuncta communi interpretatione, & l. palam. 43. § Senatus censuit, D. de rit. nupt. l. lege Cornelia 30. D. ad legem Cornel. de falsi. l. quamuis 30. C. ad leg. Iuliam, de adulter. l. 2. tit. 1. par. 7. l. 9. tit. 10. lib. 4. fori notant Anton. Gomez, d. cap. 1. num. 1. & 4. Iulius Clar. d. § 1. Iacobus Cuiacius, in d. principio, de publicis iudic. Rebard. lib. de iur. ambiguitatibus, c. 27. Robertus, lib. 4. recept. sentent. cap. 10. cum etiam, quia in foro circunstanti populo tractabuntur, l. qui dolo 10. D. ad legem Iuliam, de vi publica, item, quia in his criminibus tota respublica magis læditur, arg. l. Manichæos 4. versic. ac primum, C. de hæreticis. Denique, quia ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, vt Iulia Maiestatis, Iulia de adulteriis, extra, vt in l. 2. D. de publ. iudiciis.

Secundo obserua delictorum alia esse leuia, vt in 6 quibus dolus non intercenit, aut damnum iniuria datum, Lleuia. 6. vbi Bart. D. de accusat. Bald. consil. 412. lib. 4. alia grauia † vt crimina, quæ dolum requirunt, 7 & magnum afferunt nocumentum leg. auxilium. 38. §. in delictis, D. de minoribus, l. respiciendum, 11. §. delinquitur, D. de pœnis, notat Bald. vbi sup. † alia gra- 8 uiora, vt quæ ex animo prouenunt, siue publica, siue priuata, dict. §. in delictis, vbi gloss. verbo, atrociori-bus, idem Accur. in l. 1. §. siquis, verbo, atrociora. D. d. de suspect. tut. & alia † grauissima, vt crimina pro 9 quibus imponitur pœna mortis: quam distinctionem videtur obseruare, l. 20. tit. 9. par. 7. & omnino videnda, l. 33. & seq. tit. 5. par. 1. & vbique notauit Gregor. Lopez † quamuis hodie, quæ delicta, leuia, grauia, 10 grauiora, aut grauissima sint, iudicis arbitrio relinquendum esse testetur Bernardus Diaz, in pract. crimin. cano. cap. 11. & ibi cum aliis Ignatius Salzedo, & esse communem asserit Iulius Clarus, lib. 5. recept. sent. § 1. n. 9. Ioan Bapt. Villalobos, lib. comm. opinionum, lit. n. n. 64. Iacobus Menochius, lib. 2. de arbitrariis, cent. 3. casu 366. num. 2. & aliqua per Didacum Cantera, lib. quæstionum criminal. de quæstionibus tang. reum, q. 5. n. 1.

Rursus aduerte delicta quædam esse nominata, 11 quædam innominata; nominata delicta sunt, quæ à lege peculiare nomen habent, vt furtum, adulterium, & similia; innominata, quæ à lege peculiare non habent, sed facti tantum, vt percutere, verberare, ingredi domum alienam, quæ aliquando sine maleficio fieri possunt, aliquando non possunt, notat Bart. in l. nunquam plura, n. 4. D. de priuat. delict. cum aliis, Iulius Clarus, d. § 1. num. 8. à quo habuit, sicet dissimulet Paz dict. 5. par. 1. tom. cap. 3. num. 70. quibus finitima est, & alia delictorum differentia: nam quædam 12 sunt ordinaria, vt quibus lex certam pœnam statuit, vt adulterium, & alia infra referenda: quædam extraordinaria, quibus nulla certa pœna legibus imposita est, sed iudicis arbitrio relicta, vt crimen iniuriarum, stellionatus, & id genus alia, leg. hodie. 13. D. de pœnis, cum aliis, Paz, vbi proxime, n. 69.

Deinde nota delictorum quædam capitalia esse, 13 quædam non capitalia: quamuis autem capitalis delicti appellatione illud tantum dici posset pro quo mors naturalis indicitur, l. vltimum 21. l. capitalium. 28. D. de pœnis, l. transigere. 18. C. de transact. vbi gloss. verbo, capitali, communiter recepta, qui tamen vt refert Bald. in l. reos numer. 3. C. de accusation. homo triplex caput habere videtur, naturale, libertatis, & ciuitatis, eius appellatione, omne illud delictum late capitale dici poterit, pro quo pœna etiam mortis ciuilis, & amissionis ciuitatis imponitur, vt in §. cum autem, & §. pœnæ, seruus, Inst. quibus modis ius patriæ potestat. soluit. l. 2. l. qui vltimo. 19. D. de pœnis, l. qui cum maior, 14. §. is demum D. de bon. liber, l. cum patronum, 10. D. de iure patronatus, l. edicto, 15. D. de bonor. possess. l. licet 103. D. de verb. signi. ficat. toto titulo, Inst. de cap. diminut. text. in pr. vers. capitalia. Inst. de publ. iud l. 4. l. 6. titul. 31. part. 7. Quæ vero delicta, neque naturalem, neque ciuilem mortem imponunt, sed in corpus aliquam coertionem, vel pecuniariam pœnam, cum diminutione existimationis, hæc capitalia non sunt, lege 2. de publicis iudiciis.

Tandem præmittes, delicta aliena esse mere Eccle- 14

siastica, quorum cognitio iudicibus tantum Ecclesiasticis, etiãsi à laicis sint commissa, reseruata est, vt crimen hæresis, simoniæ, & similia, notat Iulius Clarus, lib. 5 §. hæresis, num. 4. & §. simonia, num. 7. alias mere secularia, quæ per laicos commissa soli seculares iudices cognoscunt vt homicidium, furtum, &c. Alia autem mixta, siue communia sunt, de quibus si à laicis patrentur, & seculares, & Ecclesiastic. iudices cognoscunt, vt adulterium, concubinatos, sodomia, vlura, sacrilegium, cap. cum sit generale. 8. vbi eleg. gl. extra de for. comp. vbi notant omnes, & Iulius Clarus, lib. 5. §. fin. q. 37.

Quibus modis in causis criminalibus procedi possit. §. 1.

SVMMARIA.

1 *Delicti ad punitionem tripliciter procedi potest.*
2 *Inquisitio generalis quæ?*
3 *Inquisitio generalis iure canonico permissa.*
4 *Inquisitio generalis iure Hispano prohibita.*
5 *Inquisitio generalis admitti iure Hispano aliquibus in casibus.*
6 *Inquisitio specialis quæ.*
7 *Denunciatio quæ? & quomodo fiat?*
8 *Accusatio quæ.*
9 *Delicto ex quocunque duplex actio criminalis, & ciuilis oritur.*
10 *Accusatio criminalis principaliter ciuilis incidenter proponenda.*
11 *Accusatio à querela quatenus differat.*

1 COmmisso ergo aliquo delicto tripliciter ad eius punitionem procedi posse sciendum est, aut per inquisitionem aut denunciationẽ, aut accusationem c. super his 16. cap. qualiter & quando, 24. de accus. tex in proœmio, part. 7. ibi: *E porque la verdad de los malos fechos que los hombres fazen, se pueden saber por los inquadores en tres maneras*, vbi notanter tradit Gregor. Iulius Clarus, lib. 5. receptar. sententt. §. fi. q. 2. nu. 1. Bosius, in praxi, tit. de Inquisitione, Paz, in praxi. 1. tom. 5. part. in princ. Didac. Cantera, lib. quæstionum criminalium. 2. prælud. num. 1. Inquisitio autem
2 duplex est. † Generalis, quæ ex indicis officio fit, ad inquirenda delicta, nulla nominata persona, sed super statu reipublicæ, l. congruit 13. C. de offic. Præfil. cap. sicut olim, de accusat. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 4. l. 16. tit. 4. p. 3. l. 4. tit. 15. l. 4. tit. 16. l. 6. tit. 22. lib. 8. Recop. text. in cap. 2. *de los Corregidores*, vbi latè Auiles, quæ generalis inquisitio, quæ vulgo
3 dicitur (*pesquisa cerrada*) quamuis de iure † canonico omni casu permissa sit. c. 1. de officio ord. d. cap. qualiter, & quando, & notant iam citati, iure vero ciuili non fit, nisi vbi causa præcesserit, quam etiam, & iure Canonico esse necessariam conatur defendere Socinus, in d. cap. qualiter, num. 396. Alciat. d. cap. 1.
4 num. 12. Nostro autẽ † iure Regio Hispano hæc generalis inquisitio, & (vt nos dicimus) *pesquisa cerrada*, prohibita est, neque fieri potest absque Regis mandato, l. 2. ibi: *A menos de mandado del Rey*, tit. 17. part. 3. l. 3. & 4. t. 1. *de los pesquisidores y pesquisas*. lib. 8. nouæ Recop. l. 3. & l. 11. t. 1. lib. 8. ordin. & in l. 11. &
5 12. t. 10. lib. 4. fori. Præter quã † si de certo genere delicti fiat, cõtra incertas tamẽ personas, quã quidẽ ex officio iudex facere tenetur, dũmodo infamia præcedat, d. l. 2. p. d l. 1. tit. 1. lib. 8. Recop. maxime in casibus, l. 36. tit 6. lib 3. nouæ Recopil. qua dispositum est. *Que los jueces tengan cargo de castigar los pecados publicos, jugos, y amancebados, blasfemos, vsureros, agoreros, adiuinos, y testigos falsos*. & in cap. 47. 48. & 53. *de los Corregidores*, l. 27. tit. 1. part. 7. notant Greg. in d. l. 2. p. gl. *amandado del Rey*, quinimò de quocunque genere delicti potest, si fama præcedat inquisitio fieri, ex d. legibus, etsi ex generali inquisitione contra certas personas aliquid resultet, contra eas procedere, ex Bartol. communiter recepta sententia, in l. 1. §. si publico, numer. 27. D. ad legem Iuliam, de adulter. Soto, lib. de tegendo, vel detegendo secreto. 2. membro, quæst. 6. Specialis autem inquisitio omni iure
6 † permissa est, sitque contra certam aut certas personas præcedente infamia, aut causa alia, nec interest delictum priuatum sit, vel publicum ex dictis legibus, & notatis ab Antonio Gomez. 3. tom. cap. 1. nu. 10. apud quem, & alios relatos supra, & ab eis adductos, quæ in inquisitionibus obseruari debeant, videbitis, & in d. lege ll. Regiis, maxime antem in d. tit. 1. *de las pesquisas*, lib. 8. nouæ Recopilat. Illud tamen inter alia prætermitti non potest, quod est in praxi summe notandũ, quo casu Hispano iure generalis inquisitio, Regis iussu, aut decreto fit nullam testium, siue depositionum copiam dari debere, l. 11. in 2 p. tit. 17. part. 3. l. 4. in prin. tit. 1. lib. 8. nouæ Recopil. si vero ex generali inquisitione specialis fiat, contra certam, certasve aliquas personas, & ab ea, eisve eorum copia petatur non posse denegari, ne eis defensionis facultas denegetur, l. defensionis facultas C. de iure fisci, lib. 10. cap. qualiter, in 2. 6. debet, de accusation. d. l. 11. tit. 17. l. 1. 2. & 4. in 2. part. d. titul 8. Est enim regulariter omnibus in causis danda, excipe casum c. fin. de hæreticis lib. 6. & de ea re vide Gregor. & Azened. in citatis Regni legibus, Simancas, de Catholicis institut. tit. 64. num. 30. Bouadilla, qui alios refert, lib. 2. cap. 21. num. 58. & Segura nanatos, præcipuè ab ipso relatum, qui de iustitia processus in causis visitationum agit. Adde insuper, quod cum iudicium omne tribus constet personis, iudice, actore, & Reo, cap. forus, de verbo. sign. in hoc præcipue, quod per inquisitionem fit, maxime tamen, cum iam nominatim contra aliquem inquiritur, procura or fiscalis semper creandus est, vt de generali consuetudine totius fere orbis contestantur infra citandi, idque Vlp. verbis in l. 1. ibi, *Ius dicentis officium latissimum est*, D. de iurisd. omn. iudic. comprehendi sunt qui putent vsque adeo, & in priuatis delictis propter vindictam publicam procuratoris fiscalis partes admittendas probent, iuxta ea, quæ late scribunt Molina, de iust. & iure, tract. 3. disput. 47. n. 4. Anton. Gomez. 3. tom. variar. cap. 1. num. 49. versic. tertio similiter & in num. 86. Iulius Clarus, lib. 5. §. fin. q. 1. n. 6. & 7. Farin. lib. 1. quæstion. crimin. tit. de inquisitione, qu. 1. numer. 10. versic. limita tertio, Petrus Zaullus, cent. 1. casu 124.

Denunciatione similiter in causis criminalibus 7
proceditur, cum quis apud competentem iudicem alterius crimẽ defert sine legitima inscriptione ad pœnitentiam, vel restitutionem eius, quod illa exigi, quod late prosequitur Nauatr. in cap. nouit. notabili, 5. n. 2. Angel. de maleficiis, verbo, ad denunciationẽ, præter supra relatos nemard. niaz, in practica, verbo, *denuncio*, & ad eum nouissime Salzedo. Quæ denunciatio, si delictum publicum est à quocumque de populo fieri potest, solet etiam fieri (maxime apud tribunalia Ecclesiastica) per officiales ad id deputatos, vulgo, *fiscales*, an autem denunciator, qui crimen detuli. & illud non probauit pœnæ subiiciendus sit, vide l. 27. tit. 1. par. & ibi Gregorius, verbo *prouar*, & l. penult. tit. 27. lib. 4. nouæ Recopil. versic. *si alguno denunciare*, post Bar. in l. Diuus Adrianus, D. de custod. reorum. Sa'icerus, ea quidem, C. de accusat. & quæ tradunt ij, quorum supra meminimus.

Præterea non inf. equentius ad delicti punitionem 8
per accusationem proceditur, est autẽ accusatio delatio criminis ad vindictam publicam in iudicio, legitima interueniente subscriptione, quam late explican

9 plican Dn. Ic in rub. de accus. Quia autem † ex quibuscunque delicto duplex consurgit, alia criminalis, quæ accusatio dicitur ad vindictam reipublicæ, altera ciuilis in factum ad damnum illatum, & eius interesse parti applicandum, l. qui nomina. 25. D. ad legem Corneliam, de falsis, vbi omnes, late Antonius Gomez. tom. cap. 5. num. 37. offensu criminali accusatione, & ciuili actione in factum experiri potest, quod in praxi obseruari maxime solent cum offensus officium, artificium vel aliquod exercet, vt sic damnum illatum, insuper, & lucrum amissum, & quod lucrari posset si iniuria facta non esset refarciatur, vt probatur, in d. l. qui nomine, l. item apud 29. beonẽ. 15. § siquis seruo. D. de iniuriis, l. qui seruum. 34. D. de obli. & actio. l. fi. D. de iis qui delect. vel effud. l. ex hac leg. 3. n. si quadr. paup. feciss. dicat, qua in
10 re illud meminisse iuuabit † accusationem criminalem principaliter proponendam esse, ciuilem autem actionem in factum incidenter implorando officium iudicis, ne alias obliset, leg. 1. C. quando ciuil. action. crimin. præiudicet, vt cum communi resolut Iulius Clarus, lib. 5. §. fin. quæst. 2. Solet etiam aliquando pars offensa non accusationem, sed querelam adversus delinquentem proponere, leg. si quis se iniuriã.
11 8. C. de accusation. † inter quam, & accusationem illud interest, quod accusato tunc proponenda est, cum ob delictum pœna mortis, aut amissionis membri imponenda est querela, quando aliter delinquens puniendus est, ita distinguit, l. 3. tit. 10. lib. 4. fori.

De ordine, & forma procedendi in criminalibus causis, vsque ad diffinitiuam. §. 2.

SVMMARIA.

1 *Delictum coram iudice esse debet, vt ad eius punitionem iudex procedat.*
2 *Delictum coram iudice quomodo iudici constare debet, vt ad punitionem procedere possit.*
3 *Delictum coram iudice si constet, ad delinquentium capturam proceditur.*
4 *Delinquente capto eius bona sequestranda.*
5 *Delinquentis bonorum sequestratio quomodo facienda.*
6 *Delinquens ad Ecclesiam confugiens extrahi inde regulariter non potest.*
7 *Immunitas Ecclesiæ delinquentibus sæpe non prodest remittit.*
8 *Delinquens si immunitate non gaudet ab Ecclesia extrahi debet.*
9 *Iudex secularis si ab Ecclesiastico impediatur, ne ab Ecclesia delinquentes extrahat, quid faciet?*
10 *Delinquente capto iudex confessim eius recipiet confessionem, & quid cauere ea in re debeat?*
11 *Iuramentum de veritate dicenda in primis à delinquente recipiendum iudex.*
12 *Confessio sola, an ad delinquentis condemnationem sufficiat.*
13 *Confesso delicto terminus vero ad allegandas exceptiones, iudicis arbitrio assignatur.*
14 *Minori delinquenti, curator in primis dandus, ne alias iudicium nullum sit.*
15 *Minor iuramentum de veritate dicenda præstare tenetur?*
16 *Minor aduersus confessionem restitui an possit?*
17 *Accusatio solemnis contra reum, quando & quomodo proponenda?*
18 *Procurator in criminalibus, neque accusando, neque defendendo admittitur: alias processus nullus.*
19 *Procurator in criminalibus quibus in casibus admittatur, remittitur.*
20 *Accusatione oblata, quid iudex decernit, eique quando reus respondere debet.*
21 *Reis responsis allati, eiusve replicatione reo, vt duplicationes aliaue præstanda ad probationes perueniatur.*
22 *Testes in summario producti, eorum in plenario iudicio examinandi, vt fidem faciat, & quare?*
23 *Termino probatorio elapso testium fit publicatio.*
24 *Publicatione testium facta in ciuilibus, testes ab vtraque non admittuntur.*
25 *Publicatione testium facta in criminalibus, iudex ex officio alias recipere probationes potest.*
26 *Reus etiam post testium publicationem ad confessionem, & diffitiendam, de innocentia sua decerni potest.*
27 *Sententia diffinitiua an ex nouis rei probationibus, an possit reuocari, an suspendi?*
28 *Publicatione probationum facta ab actore, & reo allegationes fiunt.*
29 *Testium repulsa quando obtinenda, & probanda.*
30 *Accusatione plene non probata, reus ad torturam condemnatur.*
31 *Delicto plene probato, reus torqueri non debet.*
32 *Tortura, & quæstionibus vt reus subiiciatur, quid animaduertere iudex debeat?*
33 *Delicto plene probato, sententia condemnatoria quomodo ferenda.*
34 *Reo absente, & fugiente iure communi quando procedi possit?*
35 *Reo absente, & latitante, iure Regio per præconia, & edicta proceditur.*

VBicunque igitur de delicto commisso constet, 1
siue per inquisitionem generalem, aut specialem, vt dixi supra, num. 7. siue per denunciationem, siue per accusationem, aut querelam (neque enim antequam † supradictis modis aut per famam, aut 2
alias coniecturas delictum commissum fuisse constet) index procedere potest, vnde Netarius. 25. §. fi. D. ad leg. Aquil. l. 13 item illud. & l. necessarios. 5. §. non alias. 9. ad Syllanianum. omnino videndus, in l. 1. §. fiquis vltra. n. de quæstionibus. l. 1. C. vbi causæ fiscales, cum aliis notatur Regius Bosius, in praxi criminali, tit. de delicto. n. 1. & instit. de tortura accusatori. n. 5. Iulius Clarus, lib. 5. §. 9 quæst. 4 * Farinac. de inquisitione, l. q. 2. per totam. Summaria, facta informatione quæ diligenter recipienda est, vt tradit Bernardus Diaz. in practica, c. 120. n. 3. & ibi ad cum Ignatius Salzedo, in exquestes per ipsummet iudicẽ examinandi, leg. 28. tit. 7. lib. Recop. de Solis. Couarru. lib. 2. variarum. cap. 13. n. 10. Iulius Clar. lib. 5. § fin. q. 20. cum sequentibus, Anton. Gomez. 3. tom. c. 9. n. 1. si ex ea aliqui delati criminis reus apparuerit, & contra eum aliqua præsumptio resultauerit, † iubebit 3
iudex delinquentem personaliter capi, & in carcere detrudi, & vinculis cõstringi, & imponi iuxta qualitatem delicti, & personæ. l. fin. C. de accusat. l. 1. de Custod. reorum. l. 4. & 6. tit. 29. p. 7. l. 16 tit. 1. par. l. 2. tit. 24. cum aliis ibidem, lib. 4. nouæ Recopilia. eleg. text. in Sancto Concil. Trident. sess. 5. de refor. cap. 6. Notat Antonius Gomez, d. tom. cap. 9. n. 6. Salzedo, ad Bernardum Diaz, cap. 124.

Capto vero delinquente & in carcerem detruso, 4
index faciet sequestrationem bonorum delinquẽtis, coram Tabellione, per inuentarium, & illa deponet penes aliquem rectum ne pereant, vel occultentur, l. 1. C. de requir. reis, † fin. D eodem. l. si quis intra. 7. C. de bon. præscript. & vbique notarunt Bart. & antiquiores, quos refert Antonius Gomez, d. cap. 9. num. 2. quod maxime procedit quando reus latitat, & fugiti, item quando pro delicto pœna confiscationis imponenda esset, quæ apud nos non nisi in casibus expressis locum habet, l. 5. ibi; *O en otros casos señalados*, tit. 31. par. 7. de quibus Anton. com. 2. d. 3. tom.

cap.14. Iulius Clarus, lib.5.§. fin.q.78. Bernard.Diaz, in pract.cap.132.

Quia tamen non semel contingit delinquentes ad Ecclesias confugere, vt earum immunitate gaudentes non inde extrahantur, quibus in casibus, qui ad eas confugiunt, earum immunitate gaudere debeant, inuitive extrahi possint, quibus locis concessa fuerit, & quo iure introducta, videbis tex.in c.sicut antiquitus, cum aliis ibi.17.q.4.in c.reos 23.q.5 in cap.de raptoribus.36.q.1.in cap.1.& per tot.de immun. Eccles. in Decre. & libro sexto, in Sacro Concil.Trid.sess.25.de reform.cap.20.& in tit.C.de his qui ad Eccles.confug. in l.2.& 4. & per totum tit.11. part.1. in l.7.titul.5. lib.1.fo.1. in l.1.cum seqq.tit.2.lib.1. nouæ Recopil. late per Remigium, integro tractatu de immunitate Ecclesiarum, aliqua Nauarr. in Manual. Lat. c.25. ex num.21.Bosius in praxi, tit.de captura, num.11. Bernardus Diaz, in practica, 125.& ibi Salzedo, Iulius Clarus, lib.5.§. fin. quæst.50. Didacus Couarr. lib.2.
7 variarum, cap.20.† & quinquaginta quinque casus, in quibus immunitas non seruatur congerit Gundisaluus de Paz, in praxi.1.tom.5.part.cap.3.§.3. per totum.*Ille tamen valde apud eum, & alios dubitatur, an si clericus perpetrato crimine, ad Ecclesiam confugiat extrahi inde possit, quam reobtinuit, quod ad potestates seculares immunitatem seruandum, secus si iudex Ecclesiasticus, & qui iurisdictionem in rebus, & persona eius habet extrahere eum velit. ita Abb. in cap.inter alia, num.6.& 13.de immunit.Eccl.quem sequuntur Remigius de immunitate, fallencia, 2. Bernard.Diaz,& plures, quos refert Guttier.pract.lib. 3.q.3.num.3 & 4. Farin. de immunitate, q.2. à n.36. Paz, vbi sup.num.141. qui alios refert, & cum milites Diui Iacobi, Alcanteræ,& Calatrauæ,& vere religiosi sint, & magistro ordinum priuatiue subiecti, vt docet Canedo, decis.41. num.6. Et sic à secularibus exempti sunt, in eis quoque idem ius, quod in aliis Ecclesiasticis, & regularibus personis receptum est animaduertendũ esse frequẽtius placet, vt lato calamo scribunt Molina, Belinga, Auendaño Mota, Garcia, Couarrun. Bernard. Diaz, & alij, tam Iuristæ, quam Theologi, vt resoluit idem Nicolaus Garcia, de benefic. 1.part. cap.13. num.15. & præcipue, num.21. Igitur si ille, qui ad Ecclesiam confugit immunitate Ecclesiæ gaudere debet, non potest Ecclesia obsideri, nec alimenta victus, aut vestitus confugienti denegari, nam hoc esset immunitatem violare, l.præsenti, 6.C.de his qui ad Eccles.confug.cap.definiunt 17. quæst.4. l.2.tit.11.p.1. notat Remigius, vbi sup.q.3.
8 Couarr.d.cap.num.17.versic.tricesimo primo. Quod si confugiens immunitate frui non debeat, iudex secularis impune poterit illum extrahere, etsi iudex Ecclesiasticus suis censuris impedire velit, ab eo appel-
9 lare † debet ad superiorem Ecclesiasticum, & protestari auxilium Regale quod dicunt, *de las fuerça*, mittereque ad Cancellarium casus relationem, item & mandatum cuidam procuratori, vt is iudicis secularis nomine ordinariam Regalem prouisionem petat, vt per viam violentiæ processus originalis ad Regios senatores remittatur, qui interim iubent per sexaginta dies excommunicatos absolui, & interdictum suspendi, apud quos si constiterit iudicem Ecclesiasticum vim intulisse, & recte secularem iudicem appellasse, remittitur causa, vt contra delinquentem procedat.
10 Detruso igitur in carcerem delinquente, & eius bonis apud aliquem sequestratis,& depositis, † quam
11 primum poterit † illum visitauit, & eius confessionem recipiet iudex, cauebit autem ne interim, eum aliquis alloquatur, & eum inguat ad negandum, vt admonet Greg.in l.6.verbo, *hablar*, tit.29.part.7. eius verò confessionem coram tabellione recipiet iudex, & in scriptis redigi faciet, quæ dixerit, præstito prius iuramento de veritate dicenda, l.4. & 6.tit.29. part.7. & vbique Grego. & si delictum fateatur donec de eo pronuntietur, in vincula publica conijciendus est, l. si confessus.5. D.custod.reor.l.16.tit.1.d.l.4. num.5.& 6.tit.29.part.7.quæ pronunciatio, & sententia iudicis super delicto semper necessaria est ex dictis legibus,& communi Accursij sententia in d.l.si confessus,& in l.1. C.de confessis, glos.soluere, ibi de criminali, † neque ex sola confessione, nisi & alias de 12
delicto constet proderit condemnari, ex iis, quæ supra diximus, num.10.* Constituto ergo de delicto sola rei sufficiet confessio, vt pœna ei imponatur ordinaria, iuxta late tradita à Farin. lib.3. tit.9. de reo confesso, & conuicto, ex cap.1. num.1. cum multis sequent.sub q.81. sed an eo casu audiatur, appellans, dubitant omnes, & appellationi esse deferendum, post glos.in l.constitutiones, 16.verbo, *vel duces*, D.de appellation. insinuare videtur Anton. Gomez 3.tom. cap.13. numero 51. versic. quod tamen limita, vbi citat text. in l.2.quot. appellat, non recip. quæ vtrumque requirit,& conuictum, & confessum esse Reum. Repugnat tamen in atrocioribus delictis (in quorum emendatione publica versatur causa, l.siquis filio exhæredato. 6.§. hi autem omnes, D. de iniusto rupto) expressa, l.16.tit.23.part.3.ibi: *Qualquier de estos sobredichos á quien se á prouado por buenos testigos, ó por su conocencia hecho en iuyzio sin premio*, vbi sic eam interpretatur Gregor.Lopez, vide Farin 1.tom.titul.4. quæst.30. numer.17.& quæst,33.num.15. & 23.vbi hunc in vrbe non auditi appellantem resoluit. Idque generali totius orbis consuetudine inductum, & in Hispanis præcipue tribunalibus, docet Couarr. omnino videndus pract. quæst.cap.23.num.5.ad fin versic. *Imo quibusdam placet*, vsque ad fin. vbi hac in re cautos esse iudices monet, vt priusquam criminales sententias exequantur, iuncta processus acta sigillatim inspiciant. Eorum ergo arbitrio, & religioni relinquitur. In supremis tamen tribunalibus, sine scrupulo (vbi causa publici exempli expostulat) prima sententia visionis executioni mandatur, supplicatione summa. Quamuis clericum ex sola confessione puniendum probet Bernardus Diaz in pract. cap. 128. vbi plura circa confessionem delinquentis scripsit,& Iulius Clarus, d.§ fin.quæst.55 Post quæ iudex delinquenti confesso † assignauit terminum arbitrio 13
suo, ad allegandas exceptiones & defensiones, quo elapso peruenietur ad sententiam, & eius executionem.

Cauendum tamen hac in re est, ne à delinquente minore viginti quinque annis confessio recipiatur † 14
antequam ei à iudice curator ad litem datus sit, cum enim is absque eo in iudicio stare non possit, l. clarum, 2.C.de auth.præst.sine curatore ab eo facta confessio nulla erit, l.cum minores, 4.C.si aduers.rem.iud. l.11.tit.2.part.3. communis sententia ex Iulio Claro, d §.fin.quæst.50.num.2. & quæst.55.num.12. Igitur 15
curatore dato † ab eo iuramentum recipiet iudex de veritate dicenda, quod ipse minor delinquens præstare tenetur, ex d.l. clarum, & communi, quam resoluit Anton Gomez, d.3.tom.cap.1.n.65.expendens, l.4.tit. 19.part.6. An autem † contra eam restitui possit mi- 16
nori, cum aliis disputant. Anton.Gomez vbi sup.n.66. Clarus, d.§.fin.quæst.60. Sarmiento, lib.3.select.c.15. Menochius, lib.2.de arb.casu 168.num.4. qui tandem eum restitui non posse contra confessionem, quando alias illa aliis iudiciis,& præsumptionibus comprobatur, testantur.

Quod si delinquens delictum neget † accusatio so- 17
lemnis contra eum in scriptis proponenda est, quæ continere debet personam accusatoris, accusati, Pontificis, Regis, diem, mensem, annum, locum commissi delicti, & ipsum delictum, cap.1. cap.quisquis, cap.fin. §.libellorum, 2.quæstio 8.lege libellorũ 3.D.de accusation.

cusation.leg.fin.Codic.eodem, l.14. tit. 20.lib. 4. fori.
18 Quæ accusatio † non procuratorem, sed per ipsummet accusatorem, proponenda est, quia in criminalibus, neque accusando, neque defendendo procurator admitti potest, l.penultim.§.ad crimen, de public. iudic.cap.veniens, 15.de accusat.& vbique glos.& cæ-
19 teri, l.12.tit.5.par.3.l.6.tit.1.part.7.† aliquibus casibus exceptis, de quibus per Anton. Gomez.3.tom.cap.1. numer.12. Iulium Clarum, d.§.fin.quæst.51.Menoch. libr.1.de arbitrar. quæst. 79.& 80. in quibus pars petit à iudice licentiam ad accusandum vel defendendum, alias processus cum procuratore gestus est nullus, vt notant proxime adducti, cuius accusationis singula verba optimis scholiis explicat Paz, d. 1. tom.5. part.cap.3.§.6.
20 Quæ coram iudice oblata, ipse iubet reo accusato intimari,& vt reus ad primam audientiam eidem respondeat, quod facere tenetur per verba, *nego*, vel *confiteor*, l.16.tit.1.part. 7.l.5.tit.10.part.3.l.1.tit.4.lib. 4.Recopilationis, notat vbique Gregorius; antea tamen recte poterit suas exceptiones proponere, l. si maritus, 15. §.præscriptiones, D. ad legem Iuliam, de adulter.d.l.16. vbi Gregor. verbo, *defensio*, cuius res-
21 ponsionis rei † copia exhibenda est, accusatori, qui intra certum terminum respondeat, & vtraque pars allegat, cum replica, & duplica ad probationem (neque enim hodie quælibet pars vltra duos libellos porrigere potest, l. 4.tit.16.lib. 2.Recopilat.l.2.tit.5.l.9. tit.6.lib.4.Recopilation.correcta, l.2.D.de exception. & textus, in principio institut. de replication.) deinde iudex profert sententiam interlocutoriam, qua recipit partes ad probationem infra terminum arbitrio suo signandum, intra quem partes producere tenentur sua interrogatoria,& testes, qui debent iurare, & examinari in dicto termino ab ipsomet iudice, non ab alio, l.26.tit.16.par.3.l.29.tit.7.lib.3.Recopilation. diligenter tamen accusator aduertat, vt testes in sum-
22 maria informatione examinati, † iterum reproducantur in termino probatorio, quia alias fidem non faciunt, etiam si consensu delinquentis habeantur pro reproductis, quin recepti fuerunt in summario, parte non citata,& ante litem contestatam, cap.1.cap. quoniam frequenter, in principio, vt lite non contestata, cap.2.de testibus, ita admonet Bart.in l. fin. D. de quæstion. Auendanus, responso, 10.nu.5.Dueñas, regul. 13.limit.1.
23 Termino probatorio elapso testium publicatio facienda est, item & probationum ad petitionem vnius partis, quæ ex iudicis mandato parti aduersæ intimatur,& præcipitur, vt ad primã audientiam compareat, videatque testium publicationem, vel alleget quare ea fieri non debeat, leg. 37.titul.16.part.3.quod si pars in termino citationis non comparuerit, alia pars publicationem iterum petens incusat, contumaciam parti aduersæ, l.properandum, 13.§.& si quidem, C. de iudiciis, tunc iudex per sententiam interlocutoriam testium publicationem fieri iubet, pronunciando testium depositiones esse apertas, & publicatas,& quod ipse eas pro publicatis habet, præcipitque copiam attestationum partibus exhiberi, vt disputent, & allegent super eis intra terminum sex die-
24 rum, l.1 tit.8.lib.4.Recop. Aduertes tamen, quod licet in ciuilibus, deductis testificatis, alij testes non sint admittendi, cap.fraternitatis. 17.de testibus, l. 34. 57.& 39.titu.16.part.3.Ordin.Lusitanorũ, lib.3.tit.4. in principio, l.3.tit.8.lib.4.Recopil. exornat Menoch. lib. 1.de arbitr.quæst.34. Ioann.Matienzo, in dialogo
25 Relatoris.3.part.cap.46. cum sequentibus.† In criminalibus vero iudex ex officio, ad punitionem delicti, poterit testes, & alias probationes recipere, etiam post publicationem vsq; ad definitiuam, vt cum communi resoluunt Ant. Gomez.3. tom.cap.13.nu.34.Iu-
26 lius Clarus.§.fi.quæst.61.nu.1.† Quinimo,& ipse reus ad sui defensionem, & innocentiam,& si probationi renunciauerit, post lapsum termini, poterit probationem producere, etiam post sententiam definitiuam: si per facti euidentiam de eius innocentia constare posset, vt notat Gomez, vbi supra, nu.53.Roxas, singulari.40.& est bonus tex.in l.1.§.siquis vltro, D.de quæst. Quo casu † licet iure communi attento, iudex 27
sententiam definitiuam reuocare non possit, sed Principi rescribere debeat, dict. §. siquis vltro, iure vero Regio illam recte poterit reuocare, l.4.tit. 5. part. 7. quam referunt Gomez, vbi proxime Paz, dict.cap.3. §.10.nu.6.sed ego eam non inuenio.

Dictis testium, & aliis probationibus publicatis, 28
vtriusque partis aduocatus diligenter, vtriusque partis probationes videre debet, & super eis † libellum disputationis porrigere, vulgo dicitur *escritto de bien prouado*) in quo exceptiones,& repulsæ contra testes sunt proponendæ † intra sex dies publicationis, pro- 29
bandæ autem intra terminum à iudice assignatum, sua interlocutoria sententia, non excedentem dimidietatem termini probatorij in negotio principali, l.1. tit. 8.lib.4.nouæ Recopilat. repulsæ vero,& exceptiones qualiter contra testes proponendæ sint explicat, l. 2. d.tit.8. Couarru.in pract.cap.18. Decius, in cap.1. nu. 6.de except. Boerius decis.321. Maranta, de ordine iudiciorum, 6.part.actu.13.num. 3. & si accusator suam intentionem,& accusationem plene probatam inspexerit in prædicto libello concludere debet reum definitiue ad pœnam delicti condemnari. Si vero accusatio non plene probata † est petet accusator reum ad 30
torturam condemnari, ex notatis ab Antonio Gomez, 3.tomo, cap.13.num.19.† quæ adhiberi non de- 31
bet delicto alias plene probato, leg.1.l.edictum, 8.leg. diuus, 9.D.de quæst.leg.quoties, 12.l.fin.C.eodem, l.1. tit.30.part.7.quibus in locis,& apud eorum interpretes maxime Hippolyt.in l.1.D.de quæst. Ant.Gomez, vbi sup.Iulium Clarum, lib.5.§.fi.quæst.64.Gondisaluum de Paz, d.capit.3.§.11.Late videre poteris, † quæ 32
iudex, vt prudenter reum torturæ, & quæstionibus supponat præstare teneatur.

Etsi delinquens in tortura confessus fuerit, & suam confessionem postea ratam habuerit, aut aliis probationib. delictum fuerit plane probatum † tunc 33
iudex sententiam definitiuam condemnatoriam pronunciare tenetur, omnibus, & singulis, quæ in processu continentur diligenter visis, & perpensis, semper autem deum præ oculis habeat, & alia repetat, quæ admonet text.in cap.1.de sententia, & re iudic. lib.6,& quæ passim iura, & auctores aduertunt.

Illud autem, quia non semel contingit, delinquentem fugere, meminisse oportebit. Quod etsi,† contra 34
reum absentem neque accusatio proponi, neque processus formari iure communi possit, quando ex delicto de quo accusatur maior relegationis pœna imponenda esset, leg.absentem 5. vbi glos.Bart.& cæteri, D.de pœnis, leg.absentem, 6.& ibi omnes, Cod.de accusat. & cum communi resoluunt Bosius, in practica, tit.de fauoribus defensionis, num.8. Anton. Gomez, in leg. 76. Taur. Simancas, de Catholicis instit.2.tit. nu.1.Iulius Clarus, d.§.fin.quæst. 44. Secus si minor pœna imponenda esset, ex dictis legibus,& communi, paulo adducta.† Iure tamen huius Regni Hispani 35
in quibuscunque criminibus contra absentem procedi potest, vocando eum per edicta, siue præconia, seruando omnino formam,& praxim præscriptam à l. 3.tit.10.lib.4. nouæ Recopilat. cuius praxis meminerunt Anton.Gomez, in dict.leg.76.Taur. Auendaños, responso, 15. Didacus Perez, in leg.1.tit.2. lib.3.ordin. gloss. 1. versic.quæro decimo-tertio, & iuxta prædictam legem, & eius praxim late Gabriel de Monterroso processum fulminando, tractatu, 4.in sua praxi, tit. *del processo en rebeldia*, & Paz d.1.tom.5.part. cap.4.per totum, quos videatis,*Illud tamen summe,

ex dict.leg.3.tit.10.lib.4.nouæ Recopil. obseruantes, quod etsi in ciuilibus causis reum semel, vt compareat, citari sufficiat, vt constat ex toto 3.titul.eod.libr. 4.in criminalibus tamen semel, bis.& iterum si absens est, per edicta proclamata, & præconia vocatur, ne alias absens, & innocens condemnetur, Citatio in omni iudicio, siue ciuili, siue criminali omitti nullo potest, alias processus, & acta nulla, cuius rei origo ab omnibus altius petitur, deducitur ab historiis Geneseos, cap.3.cap.4.cap.18.& his, quę in eorum explicatione interpretes tradunt, Ambrosius, lib.de paradiso, c.14. Cornelius à lapide,& Nattinus del Rio.d.c.18. elegans locus Actuum Apostolorum,c.25.cap. inter quatuor,de maiorit.& obed.cap.1.de causa possessio. cap.nos in quenquam,c.judex,2.q.1.cap.non oportet, cap.non habetur,cap.qui acusare, cap. absens,3.q.9. Clem Pastoralis,de pœnis,l.in auditum, C.ad legem Cornel. de sicariis,l.D.de requir.reis.l. absentem, 5. D. de pœnis,exornant Simmanchus ad Theodosium, lib.10.Epist.47.Seneca,in Medea, Cicero,lib.1.de legibus.Ioannes de Solorzano, de Patricidiis, lib.1. c. 8. Ioan.Badinus, de Republica, lib.2. capit.5.Franc. Suarez.de legibus.lib.5.cap.1.nn.4.Gabriel Valquez, 2.tom.1.part.disput.168.dubio.1.num.4.Pater Lessius, de instit.& iure, lib. 2. cap.29. dubio 11.& videbitis Fulnij Paciani elegans consilium,113.num.7.cum sequentibus, nunquam ergo absens non citatus, condemnandus.

Omnium delictorum pœnæ,ciuili,canonico, & Hispano iure impositæ, remissiuè, Alphabetico ordine digestæ, §.4.

SVMMARIA.

1 *Abigeatus crimen quid? & qua eius pœna?*
2 *Abortus crimen quando committitur,eius pœna Pontificio, etiam nouo iure indicata.*
3 *Abrasæ scripturæ species falsi, & eius pœna.*
4 *Adulterium crimen publicum est, & eius pœna varia & quæ hodie apud Hispanos.*
5 *Affectus siue conatus delinquendi,quando, & quibus in casibus puniatur?*
6 *Alapa aliquem percutiens,qua puniatur pœna,& an aliquando pœna mortis.*
7 *Alcatoris crimen quando committatur, & de eius pœna.*
8 *Amore capitus delinquens, an leniori, an mitiori puniendus pœna?*
9 *Ambitus crimen quando committatur, & de eius pœna.*
10 *Annonam corrumpentes,fraudantes,& supprimentes, an crimen committant? & quibus plectendi pœnis.*
11 *Apostasia crimen quibus committatur casibus,& quibus puniatur pœnis?*
12 *Assassinium immane delictum,variis coercitum omni iure pœnis.*
13 *Bigamia quando sit delictum,& qua eius pœna.*
14 *Blasphemia crimen grauissimum, quando committatur, & quæ eius pœna.*
15 *Calumniator quis sit, quaque puniendus pœna omni iure.*
16 *Cancellatio scripturæ species falsi,& quæ eius pœna?*
17 *Carceris effractio delictum quale? & quæ eius pœna iure ciuili. & Regio?*
18 *Carcere ijs effractor, si etiam est qui, vt carcerati fugiant, carcerem fregit.*
19 *Carceratus si fugiat,an pro confesso habeatur?*
20 *Carcerato vinusse,an fugere licet? remissiue.*
21 *Carcerem priuatum efficere delictum graue,quando committatur & quæ eius pœna?*
22 *Fugitiuus debitor priuato carcere contineri,quo vsque possit?*
23 *Carcerem priuatum quib.casib.liceat habere remissiuè.*
24 *Castigatio immoderata iudicis arbitrio punitur.*
25 *Castrans puerum,hominem, liberum,aut seruum,homicidium committit, & quæ eius pœna.*
26 *Castratus se ipsum irregularis efficitur,aliisque plectitur pœnis.*
27 *Circulatoris delictum quale, & quæ eius pœna.*
28 *Coitus extra matrimonium omnit prohibitus,& uarie punitur.*
29 *Coitus cum moniali graue delictum,& eius pœna?*
30 *Coitus serui cum domina pœna mortis punitur.*
31 *Coitus serui cum muliere aliqua honesta qua punitur pœna.*
32 *Coitus famuli cum domina, vel consanguinea,vel affine domini aliaue famula quæ pœna.*
33 *Coitus vassalli cum domina, vel uxore domini feudi, eiusue filia,nepte,aut sorore, qua puniatur pœna.*
34 *Coitus inter dominum,& subditam,an alium,& hodie punitus?*
35 *Coitus tutoris cum pupilla,interdictus, & eius pœna.*
36 *Coitus custodis carceris, cum carcerata iudicis arbitrio punitus.*
37 *Coitus cum his, qui alterius religionis sunt punitus,& qua pœna.*
38 *Coitus cum mortua, arbitrio iudicis punitus.*
39 *Coitus quomodo probetur remissiue.*
40 *Collusio quæ, & eius pœna?*
41 *Concubinatus antiquo iure impunitus,hodie uarie pro personarum qualitate plectitur.*
42 *Concussionis crimen quando committatur,& qua eius pœna?*
43 *Confessionis sacramentalis renelator quibus afficiatur pœnis?*
44 *Dardanarij qui, & eorum pœna.*
45 *Decoctores,an crimen committant,& qua puniendi pœna?*
46 *Directarij crimen quale,& qua eius pœna?*
47 *Diffamatores, qui sint,& de eorum pœna.*
48 *Dormienti, qui delictum commisit,an mitius puniendus?*
49 *Duellorum vsus permissus olim, hodie punitus uariis pœnis.*
50 *Ebrietas delictum est; & an ab ebrio delictum commissum mitius puniatur.*
51 *Effractores carceris,qua puniantur pœna?*
52 *Excommunicatus,qui diu in excommunicatione duranit, qua puniendus pœna.*
53 *Eximens delinquentem à iudicis officialibus,qua puniatur pœna.*
54 *Expilator hæreditatis furti speciem committit,& qua eius pœna?*
55 *Expilatores qui vestes diripiunt,qua puniendi pœna?*
56 *Exponentes infantes quibus subliciantur pœnis?*
57 *Falsi criminis species multæ:nonnulla indicate, & uaria constituta pœna remissiue?*
58 *Furiosus suo satis furore punitur.*
59 *Furor superueniens,an à delicto commisso excusat?*
60 *Furtum apud nationes plures impunitum.*
61 *Furti pœna uaria:tandem iudicis arbitrio relicta.*
62 *Gabellarum fraudatores peccant mortaliter,& de eorum pœnis.*
63 *Gerere alterius habitum:& de uariis pœnis eius, qui hoc committit delictum.*
64 *Grassatores,qui prædæ causa in itineribus furantur, pœna capitali puniuntur.*
65 *Hæresis crimen late patet.& de multiplici eius pœna.*
66 *Homicidium omni iure pœna mortis punitum:nisi vel necessarium,vel casuale:nunc enim aliter.*
67 *Immunitatis Ecclesiasticæ violatores præter excommunicationem plures, etiam alias incurrunt pœnas.*
68 *Incendiarium delictum graue, & capitale.*

69 *Incestus crimen quale,& eius pœna uaria.*
70 *Incestus crimen in figura matrimonij commissis,punitur mitius.*
71 *Domum alienam infringens, qua puniatur pœna,remissiue.*
72 *Iniuriæ crimen latissimum:& uaria inde eius pœna.*
73 *Consilium ex comprehensis lege Regia siquis dixerit, qua puniendus pœna?*
74 *Iudicem pecunia corrumpi, delictum graue, & quæ eius pœna.*
75 *Læsæ maiestatis crimen late patet, & uarie pro rei qualitate animaduersum.*
76 *Lamiæ qua pœna puniri debeant.*
77 *Lenocinium quando committatur, & quibus punitum pœnis?*
78 *Lenocinium non solum à marito, sed & ab alijs quoque committitur,& quibus puniatur pœnis?*
79 *Ludentes ultra permissum à lege qualiter puniantur.*
80 *Maledicus in Deum,Sanctos, Principem, aut eius constitutos,qua pœna puniatur?*
81 *Mathematicus,qui superstitiosè artem suam exercet, qua pœna puniendus?*
82 *Matricida, qui matrem suam occidit, qua pœna puniendus?*
83 *Monialem cognoscens,pœna mortis punitur.*
84 *Monetam adulterans pœna falsi punitur.*
85 *Monomachiam exercentes quibus puniendi pœnis?*
86 *Monopolæ grauibus subiiciendi pœnis*
86 *Nomen suum in alterius fraudem committens, pœna falsi punitur.*
87 *Notarius falsum conficiens instrumentum falsi crimine,& pœnis irretitur.*
89 *Occidens alium,siue palam,siue proditorie,capitaliter puniendus.*
90 *Occidens se ipsum,alium impunitus,hodie grauibus afficitur pœnis.*
91 *Occultans latronet alioue delinquentes,quibus subijciatur pœnis.*
92 *Parricidium immane scelus,& eius pœna.*
93 *Partum exponentis,qua sit pœna?*
94 *Partum supponens,crimen falsi committit.*
95 *Peculatus crimen fuerit species,& qua eius pœna?*
96 *Periurium grauissimum scelus, & grauibus animaduersum pœnis.*
97 *Periurium promissorium,qua pœna uindicatum.*
98 *Periurium assertorium arbitrarie animaduersum.*
99 *Periurium a testibus commissum grauius punitum.*
100 *Possessionibus, qui respondet si petierauerit, amissionis causa mulctatur.*
101 *Pyratæ quibus subiiciendi pœnis.*
102 *Plagiarij,qui sint & qua eorum pœna.*
103 *Populatores agrorum qui,& qua pœna afficiantur.*
104 *Prauaricatores:& de illorum pœnis.*
105 *Proditores, qui per insidias aliquem occidunt qualiter puniendi:*
106 *Radens scripturam,aut monetam, falsi crimine,& pœnis tenetur.*
107 *Rapina furti species,& pœna.*
108 *Raptus crimen grauissimum pœna mortis semper punitum.*
109 *Receptores puniendi illis pœnis, quibus principales criminum rei.*
110 *Sacrilegium quando,& quibus casibus committatur, & quibus pœnis puniatur?*
111 *Saccularij qui,& quæ eorum pœna?*
112 *Sepulchrorum violatores arbitrio iudicis puniendi.*
113 *Simonia crimen quam sit detestabile,& quibus punitum pœnis?*
114 *Sodomia grauissimum,& infandum scelus capitale,& exquisitis subditum pœnis.*
115 *Sortilegium graue peccatum,& grauiter animaduersum.*
116 *Stellionatus crimen uarium, & uarijs uindicatum pœnis.*
117 *Stuprum coitus cum uirgine,& qua eius pœna?*
118 *Testis falsus,qua puniendus pœna?*
119 *Terminorum motores, & occultatores quibus puniti pœnis.*
120 *Vagabundi, & errantes homines pro consuetudine cuiusque prouincia puniendi?*
121 *Venatio,quando prohibita quibus animaduersa pœnis?*
122 *Veneficis capitale crimen committunt, & capitaliter sunt puniendi.*
123 *Verberans aliquem atrocem ei irrogat iniuriam, & qua puniendus pœna.*
124 *Vim inferentes,& vi possessionem turbantes,qua puniendi pœna?*
125 *Vsurarij crimen perniciosum, & multis uindicatum pœnis?*

PRæhabito breui isto modo, & forma in causis criminalibus procedendi, quem ex quotidiana praxi,& huius Regni legibus,& auctoribus habuimus,singulas pœnas delictis impositas judicem cognoscere restat,quas(vt supra,n.1.diximus.)Alphabetico ordine re missiue tantum prosequemur,quo ordine saris judicibus consuluit, quorũ prudenti arbitrio fere semper patrati sceleris punitio relicta est,vt erudito illo suo libro de arbitrariis iudicium causis ostendit Iacobus Menochius,quẽ præ manibus,tam in ciuilibus quam in criminalibus judices, & aduocatos semper habere moneo.

Littera A.

Primo igitur occurrit crimen abigeatus,quod furti species est,& ab his committitur, qui pecora ex pascuis,vel ex armentis subtrahunt,& quomodo deprædantur, huius delicti pœna capitalis est,& quidoque leuior,vt in l.1.& seqq.n.de abigeis,c6lonar, leg.19.tit.14.p. 7. meminerunt, I.C.& Cæsares, in leg.aut facta,16.§.quantitas.n.de pœnis,in l.confessu, 8.ibi,vel ab actore,C.de repudiis,in l.fin.C.de cõditione ob turpẽ causam,in l.1.C.de abigeis,in auth. de nuptiis.§.cætera.vero ibi,aut vnum eorum collatione,4.in l.8.tit.1.lib.12.C.Theodos.diuus,Isidorus, lib.10.crymolog.Iulius paulus,libr.5.recep.sẽt.tit.18. & ibi Iacobus Cuiacius,idem lib.1.observat.cap.10. & lib.6.c.8.late Bald.in d.l.fin.Cod,de cõd.ob turp. caus.Alex.in l.scire,D.de verbor.oblig.& in l.vbi hi de iussor.D.de solut.Bonifacius,tract. de maleficiis, tubr.de abigeis,Bosius,in practica,tit.de furtis,num. 40.& tit.de abigeis,Conanus,lib.4.c.6.n.10. Corta. in memorialibus,verbo,vernex.Iac.Cuiacius, lib.5. vicastom,ad stattem,cap.11.Forcatulus,in cupidine jurisperiti,capitul.23.Pythocus in notis ad fragmẽta juris consultorũ,pag.93.vtiliter Gregor.in d.leg.19. part.& n.Ludouicus Peguera,lib.decisionum criminalium,cap.29.per totum. 1

Abortus crimen immane,ac barbarum, quod cõmittitur,quãdo mulier prægnãs pactũ abigit,vel sua, vel alterius diligẽtia;maximis pœnis,punitur si enim fœtus animatus jã erat pœna homicidii,quæ capitalis est,incurrit,qui causa fuit abortionis;si vero fœtus non erat animatus pœna extraotdinaria, ita resoluit communis,per tex.in leg.Diuus,4.n.de variis, & extraord. crim. in leg.si mulierem, 8.D. ad leg. Corn.de sicariis,in l.penultim.C. eodem, in l. siquis aliquid,38.§.qui abortionis,& leg.Cicero, 39. D. de pœnis,in leg.8.p.7. & in c. 21. Exodi, in cap. Moyses,in cap.quod vero,3.quæst.2.in cap.si aliqui.5.in cap.sicut ex literarũ,20.de homicid.vbique gloss. & ordinarii interpretes,vt cũ infinitis Bosius,in praxi, tit.de homicidio,num.5.Octanianus,decis. Pedemõtana,60.per totum,Iulius Clarus,in libro.5.sententiar. §.final.quæstion.68.numero secundo Iacob.Menoch. omnino videndus,lib.2.de arbitrariis.casu,329.nu- 2

mero 6.& casu,357.per totum,Petrus Plaza,lib.1.de delictis,capit.16.num.8. Villadiego,tractatu, de irregularit.cap.6.num.36.& in additionibus ad eundem,ibi Didacus Perez,Nauarr.in Man.cap.27.num. 221.Couarr.lib.2.variar.cap.10. n. 9. & in clemẽt. si furiosus, 2. part. §. 5. numero primo & quamvis Summ.Pontifex Sixtus V.sua constitutione,data Romæ,4.Kalend.Nouemb.Pontificatus sui,anno,3.domini vero,1588. contra procurãtes abortum fœtus, tam animati,quam inanimis,eiusque grauissimi sceleris participes,& adiutores,nec non contra eos,qui mulieri fœcunditatem impedirent,& sterilitatis potiones,seu venena præberent,grauissimas pœnas edixit, & præter alias sententiam excommunicationis soli Sedi Apostolicæ reseruatam,Sanctissimus tamen Pontifex Gregorius. X I I I I. illas moderauit, suo Motu proprio, dato Romæ,pridie Kal. Iunij Pontificatus sui anno,1.& domini,1591.quo cõstitutiones Sixti. V.quod attinet ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis,aut exhibentiũ mulieribus, vel sumentiũ venena sterilitatis, aut quocunque modo,auxilium,vel consilium eis dantium,in prædicta constitutione contentas, ad terminos iuris communis,ac Sacrorum Canonum,& Concilii Tridentini reduxit, quoad reliqua vero in suo robore permanere voluit.

3 Abrasio scripturæ delictum est quod committitur quãdo quis in scripturis,literis Regiis,aut apostolicis abradit alterius nomen, & ponit suum,vel quid aliud quo scriptura mutatur,& pœna falsi punitur,vt notat Accurs.verbo,& quid in leg.Titio,36.vbi Bart. num.4.D.ad municipal. & ibi ad eum Alex. de qua inf.verbo,falsitas.An autem scripturam vitiet,disputant Bart.in leg.si vnus,C.de testã.& in leg.fin.Cod. de edict.Diui Adr.toll.vbi Bald.idem Bald.vbi Innocentius,& alij,in cap.ex literis,de fide instrum. cum ampliationibus, & innuit Bartolomæus Socinus, reg.2.& Benedictus Vadus, reg. 2.Quæ falsi pœna abradenti scripturam imposita est similiter,leg.1.ibi: *O rayesse,o cancellasse alguna escritura verdadera*,tit.7. part.7.eleganter per Matthæum de afflictis, decisione Neapolitana,404. per totum, & per Iulium Clarum,lib.5.§.falsum,n.32.& de pœna abradentis monetam dicemus infr.verbo,falsa moneta.

4 Adulterium crimen publicum est, l.1. D.de publ. jud.§.item lex Iulia,de adulteriis,inst.de publ.jud.& atrocissimũ esse scripsit Acc.in leg.auxilium,38.verbo,atrocioribus,D.de minoribus,eius definitionem Pontifex,in capit.lex.36.quæst.1.comprobat lex.1.tit. 17. p. 7. exornant Ostiens. in summa de adulteriis, numer.1.Couarr.in 4.1.part.cap.1.num.8.Petr. Gregor.lib.36.syntagmat.cap.6.num.2. varie que apud diuersas orbis gentes punitum fuisse constat,lege diuina pœna mortis indicebatur,Leuitici cap.20.Deuteron.cap.22.& Io.cap.8. Aliter jure canonico,vt in cap. siquis clericus, 81. dist. cap. intelleximus, 15. de adulteriis,capit.gaudemus,8. de diuortiis, Conc. Trid.sess.24.cap.8.Iure ciuili varie pro temporum vicissitudine in adulteros animaduersum fuit,vt deduces ex Romuli lege,quam Balduinus ad ll.Romuli, c.15.Aulus Gellius,lib.4.noct.Attic.c.3.& aliter.Numa Pompilius, vt ex aliis recenset Andr. Tiraq.d.ll. connubial.l.13.n.14.l.vero Iulia,de adulteriis,adulteri capitaliter plectebantur,si credendum est Iustiniano,in dict.§ item lex, cuius sententia,licet difficilis sit ex his,quæ ibi notantur,temporũ tamen dist.obseruata res componenda est,auth.vt nulli judicum,§. si quãdo vero collat.9.auth.vt liceat matr.& auiæ.§. his quoque,collatione,8.authent. siquis ei. Cod. ad leg.Iulian de adulteriis. Iure Regio Iustiniani sententia in authent.sed hodie,C.de adulter.cõprobata est,l.15.tit.17.p.7.quæ lege fori immutatur,caueturque,vt conuicti, & condemnati adulteri marito tradantur,cum omnibus bonis, qui de illis provt libuerit faciet,l.1.tit.7.lib.4.fori,l.2.tit.15.lib.8.ordin. leg.81.Taur.leg.2.tit.20.lib.8 Recopil.Item amittet vxor dotem,& arras,quas lucratur maritus,siue ciuiliter,siue criminaliter de adulterio agatur,l.Lucius, 38.leg.cum mulier,47.D.solut.matr.leg.consensu,8. versic.virum,Cod.de repub.leg.si dotem,22 Cod.de jure dotium,l.fin.C.de adulter.cap.plerumque,4. de donat.inter vir,l.15.tit.17.p.7,l.1.tit.7.lib.4.fori,l.4. tit.4.lib.5.ordin.leg.2.tit.15.lib.8.ordin.leg.80.& 81. Taur.l.5.tit.9.lib.5.nouæ Recopil.leg.4.tit.20. lib.8. Recop.quod si maritus adulteros in adulterio deprehẽsos occidere velit,hodie,absque aliqua dist.personarum poterit,l.2.tit.15.lib.8.ordin,l.82.Taur,leg.3. tit.20.lib.8.Recopil.& si aliter olim caueretur, vt in leg.marito,24.C.de adult.leg.gracus,Cod.eod.auth. siquis ei.C.eod.leg.12.cum seq.tit.17.part.7.quamvis hoc casu non lucretur dotem,l.82.Taur.& l.5,tit.20. lib.8.nouæ Recop.& peccatum mortale committat, ex glos.verbo licet,in cap.inter hæc,cap. admouet, 33.quæ.2.communis ex Couarr.in 4.1.part.cap.7.§. 7.numer.8.Nauar.in Man. cap.15. n. 5. Non tamen peccat si judicis auctoritate eos interficiat, vt eum communi defendit Couarr.vbi proxime,num.18.ne pœnis autem huius delicti,apud omnes gentes,videbis Alex.ab Alex.lib.4.dierum genialium,c.1.& ibi And.Tiraq.eundem ad leg.connubial.l.1.n.4.& l.13. per totam,Iacob.Menoch.lib.2.de arbitrar.casu,219. Petrum Greg.lib.36.Syntag.cap.6.cum seq. Iul.Clarum,lib.5 § adulteriũ.Bosium,tit.de coitu damnato, n. 43 Ant Gomez,& ibidem alios,in d.legib. Taur. Greg Lopez,in d.legib.par.ordinarios ad leges ordinam.& nouæ Recop.Ant.de Quesada lib.vn.quæst. juris,cap.17.Cãtera,lib.quæst.criminal. de quæstionibus tangentibus punitionem delict.c.4. Couarru. in d.§.7.& alios quos consulto omittimus, & longa serie recenset Ioseph.Mascard.1.part. concl. 57. per tot.& seq.Bernardus Diaz,in pract.c.85. & ibi ad eũ Salzedo,Ioan.Bapt.Villalobos,lib.antinomiarum, litera.A.num.42.& seq.

Affectus,siue Conatus committendi delictum ef- 5
fectu non secuto,an ordinariè,an vero extraordinariè puniri debeat;late dubitant Doctores,rursus rem sic comprehende:ex solo animo neminẽ puniri l.cogitationis pœnam,18.D.de pœn.quod si processit,quis ad aliquem actum exteriorem in grauiorib.& atrocissimis,punitur pœna delicti ord.l. siquis non dicã rapere,5.C.de Epic.& cler.l.is qui cũ telo,7.C.ad l. Cornel.de sicar.l.7.l.12.tit.8.p.7.cum aliis;in leuioribus vero non pœna ordinaria,sed extraordin,arbitrio iudicis, lege prima §.hæc autem verba,D.quod quisque.jur. late Ant.Gomez.3.tom.cap.3.num.30. And.Tiraquel.de pœn. temperand. causa 37. Iulius Clarus,lib,5.§.fin.qu.qu. 91.Couarru.in Clem.si furiosus,2.part.in initio, n.6.D.id Cantera,vbi sup.q. 6.n.26.plurimos retulit Mascard.con.138.n.9.& omnium optime omnes casus cumulans Iacobus Menochius,lib.de arbitr.casu,360.per totũ,quem omnino videas Gregor.in l.16.tit.23.p.3.glos.6.Et vide omnino in proposito,leg.2.versic.*Otro,si dezimos*,tit 31. part. 7. Celsum, in Repertorio, verbo. *Fuerza*, §.25.

Alapa siquis aliquem percutiat atrocem iniuriam 6
perpetrari, & quamvis grauissimam Euangelistæ in passione Domini expresserunt, Matthæi, capit.26. Marci.14.Lucæ 22.Ioan.18.& 19.arg.leg.prætor edixit,7.§.fin.cum leg.seq.D.de iniuriis,§.atrox. verbo, nõ vnquam,inst.de iniuriis,l.20.tit.6.part.7.eius delicti pœna judicis arbitrio relinquitur,qui juxta qualitatem personæ inferentis iniuriam hanc,& eius cui illata est item & loci,vbi commissa fuit arbitrari poterit,vsque ad mortis naturalis pœnam.quæ aliquãdo indistinctè indici debet,vt in casu Bald.in c.1.§. iniuriam,

iniuriam,de pace juram.firm.in vsibus feud.Iaso,in l.qui iurisdictioni,D.de iurisd.omn.iud.n.5.Ananiæ, in cap.inquisitionis,in fin. pr. de accusat. Felini, in cap.ex literis,n. 22. de constitutionibus, Rolandi à Valle, consil. 48. num.11.volum.1, vt siquis iudici dederit alapam, comprobat Thomas Grammaticus, decisione 36.num.4.de quo latius inf.verbo,iniuria; interim tamen vide Iuliũ Clarum,libr.5.§.iniuria,in principio,Menoch.lib.2.casu,291.& in specie Thomam Grammaticum,decisione Neapolitana,14.Ant. Gomez,3.tom.cap.6.num.34.

7 Aleatores omni iure puniuntur, clerici si t.sine laici non solum quando taxillis,& aliis prohibitis ludis vtuntur,verũ & si aliis modis ludant forma,siue meta legis non obseruata,dicitur tamen aleator creberius ille, qui non tantum ipse ludit,sed qui lusum aleæ apud se consueuit exercere causa sui emolumẽti,de quibus omnibus,& eorum pœnis iure canonico,vide in c.1.34.distinctione,cap.inter dilectos. 11. de excessiu.prælat.cap.clerici, 15.de vita,& honest. clericorum,Conc.Trident.sess.22.cap.1.de reformat. & sess.24.cap.12.Iure ciuili,in titulo,D.de aleæ vsu, & aleatoribus, leg.aleatũ vsus,15.Cod.de religios.& sumpt.fun.auth.interdicimus,Cod.de Episc.& clericis,iure vero Regio,in leg.6.tit.14.p.7.& in leg. 57. tit.5.p.1.in leg.4.& leg 7.tit,10,libro octauo ordin. in leg.1.& per totũ tit.7.lib.8 Recopil.& nouissime in pragmatica sanct.Diui.Philip.II. qua prohibetur ludus,quem nostri dicunt. *de los baeltas*,data,20. febuarii, 1582.aliqua per Iaso.in leg.jurisgentium,§. prætor ait,ex n.2.D.de pact.multa Angel.de maleficiis,verbo,*metidore de malidadi*,& ibi additionatores Iulius Clarus,lib.5.§.ludus,eleg.Menochius,lib. 2.de arbitr.casu 399.& seq.Bernardus Diaz, in practica,cap.70.& ibi Salzedo,Nauarr.in Man.c.19.n.2. & seq.Couarru.in reg.peccatũ,§.4. per totum,Ludouicus Lopez,in Instructorio negotiantium,c.49. apud quos videbitis de pœnis aleatorum, & an in conscientia quis, quæ ludo acquisiuit restituere teneatur.

8 Amans,qui amore captus deliquit,an grauiori,an leuiori pœna puniẽdus sit dubitari non semel solet, cuius quæstionis solutio(quę adolescentibus magis, quam alterius,quæ grauior sit arridet) ea est,mitiori semper pœna eum esse plectendum,quia non ex animi sententia,sed furore concitatus,id ipsum admisit,arg.celeb.text.in authen.quibus modis naturales effic.et.leg.§.illud,ibi;*Sed nihil est furore amoris vehementius,quem retinere Philosophiæ est perfectè monentis*, & c.collat.6.& §.fin.ibi;*Seruili amore bacchata* inst.de success.sublat.quæ fiebat, per bonorum vend. leg. 1. tit. 27.par.4.ibi:*Dixeron los sabios antiguos, que amor vence todas las cosas*,eleganter enarrat Iul.Clarus,lib. 5.§.fin.quæst.68.num.4.& §.hæresis,n. 25. Antonio Tiraq.tracta. de pœnis temperand. causa quarta, & tractatu,de præscriptionibus §.1.n.89.Iacob.Menochius,lib.2.de arbitr.casu,328.per totũ, aliquid Didacus Peguera,lib.decis.criminalium,cap.7. num.39. & Ioseph.Mascardus,concl.86.num.17.& concl.89. Boëri.q.23.num.75.Plures qui de amoris furore loquuntur,& pulchra referũt,congerit nouissime Pet. Cenedo,in collectaneis ad Decretales, collect. 20. vsque ad num 6.

9 Ambitus crimen,quod ab his perpetratur,qui pecuniam dant,vt honorem,magistratum,aut dignitatem aliquam consequãtur (qui ambitiosi dicuntur (maximis extat punitum pœnis,leg.1.D.ad leg.Iul.de ambitu, l. 1. C. eodem, §. fin. ibi *lex Iulia de ambitu* Inst.de publicis judiciis,lege 26.versic.si. titul. 5. p. 1.lege 15. 16.& 17.titul.7.libro primo, Recopil. in quibus locis ordinarij interpretes,Iulius Paul. ib. 5. tit.30.& rectè optimoque jure, vix enim(vt ait Plato)quisquã gerendo imperio idoneus est nisi qui inuitus,& quasi coactus suscipit hoc munus,is etenim, qui se ingerit eo ipso suspectus est,vt noster Vlpianus scripsit,in l.quæ omnia,25.§.nec ferendus,D.de procurator.& vt optime Imp.Alex.Seuerus,de non vẽdendis magistratibus,dicere solebat, eum se, nolle magistratus vendere,quia qui emunt,vt vendant necesse est,& vt pecunias in emptione honoris expositas recuperent,subditos torquere,& vexare ij emẽtes magistratus cogũtur,quam rem illustrarunt omnes,præsertim Ioan.Coras.in l.Barbarius Philippus, D.de officio.Præt.Iacob.Cuiac.lib.7.obseruat.cap.18. Carolus Sigonius,lib.2. de iudiciis,cap.30.cum infinitis Iacobus Menochius,lib.2.casu,401.& seq.

Annonam corruptam vendentes, vel coemptam 10
supprimentes, vt carius vendant, vel quoquomodo aliquid committentes quo annona carior sit, quod crimen fandatæ annonæ dicitur,extraordinarie iudicis arbitrio puniendi sunt,leg.annonam 6.D. de varijs,& extraordin.criminib.l.1.& seq.D.ad leg.Iul.de annona hi appellantur ab Vlpiano in d.l. annonam dardanarij,& in l.in dardanarios,37.D.de pœnis,apud nos non male dici poterunt,*Regatones siue Reuendedores*,de quibus & eorum pœnis in l.9.10.& 11.tit.7. lib.5.ordin.in l.19.tit.11.in l.1 cum sequentibus,titul. 14.lib.5.nouæ Recopil.leg.3.tit.16.lib.6.l.20.tit.3.l. 7.nouæ Recopil.quibus in locis maximæ sunt in hos homines pœnæ constitutæ,& late per Iacob.Rebard. lib.3.variar.c.17. Iacobus Menochius,li. 2. de arbitrarijs,casu,382.& 384.Ioan.Franciscus Ripa,tractatu de peste,quarta p.titul.de remed.præseruat.contra pestem,num.102.& sequentibus,Benuenutum Stracha de mercatura,1.par.num.19.Auendañ.in capitibus Præt.cap.19.& Auiles,cap.17.gloss. *a razonables precios*,vid.Perez,in d.l.9.ordinam.Ioann.Matienzo, & nouissime Alfonsi.de Azeuedo,in d. l. 1. Recopil. qui alios plures referunt.

Apostasiæ crimen quod ab his perpetratur,qui te- 11
merarie à statu fidei,obedientiæ, vel religionis recedunt, omni jure varijs punitũ extat pœnis quamvis tamen jure ciuili Christianus, qui à religione Christiana recedit, efficiaturque Iudæus,aut Sarracenus,siue Agarenus,quos nos dicimus (*renegados y tornadizos*)puniatur pœnis,de quibus in l.1.& per totum,Cod.de apostatis,& eodem titul.C.Theodosiano,& in authentica,si qua mulier,C.de S.S.Eccles.l. 7.tit.24.p. 7. l.1.tit.9.lib.4.fori,lege 4.& 5. titul. 27. parte 7.l.4.tit.3.parte 6.l.8.tit.16.p.3.l.9.tit.1.parte 6. leg.3.titulo 5.libro 3.*del fuer iuzga*,quæ jura ibidem exornãt ordinar.interpretes,cum alijs Iulius Clarus, libro 5.§ fin.quæstion.78.numer.4. Alciatus,consilio 478.Villadiego tractatu contra hæreticam prauitatem, quæstione, 5. Simancas,de Catholicis institut. c.7.quia vero apostasia sub hæresis pœnis est,leges seculares obseruandæ hoc in crimine non sunt,nisi in quantum sacris Canonibus non aduersantur;qui hac in re mere Ecclesiastica obtinebunt, quo iure non mitius in huius iniqui sceleris patratores est animaduersum,cap.non potest,2.quæstione,7.c.infames, 6. quæstione 1,toto tit.extra de apostatis,vbi Ostiensis, Abbas,& alij,cap.contra Christianos, de hæreticis, lib.6.post Diuum Thomã,2.2 quæstione 12.art.1.latè Simancas, & alij sup.relati, Syluester in summa, verbo,*apostasia*,Alphonsus à Castro, lib.1. de hæret. punition.cap.7.& cap.21.Gregor.Lopez,in d.l.4.verbo,*a sus fijos*,tit.25.p.7.Petrus Gregor.lib.33.Syntagmatum,cap.8.n.17.Ioseph. Mascardus, conclusione 112.num.10.Ioann.Bernardus Diaz,in pract. c. 111. vbi nouissime Salzedo,alios retulit.

Apostatæ etiam dicuntur,qui deserunt Monachalem,siue clericalem habitum,& ab statu suæ religionis recedunt,habentque animum viuendi laicaliter, de quibus præcipuè dicto titulo extra de apostatis, de eorum pœnis per sup.relatos maxime per Simancas,

cas, Castro, Bernardum Diaz, Iulium Clarum, Iosephum Mascardum, & per Rebuffum, in praxi, titulo de modis amittendi benefcia, numero 47. & titulo de translatione Monachorum, numero nono, Iacobum Menochium lib. 2. de arbitrariis, casu 421. per tot.

12 Assassinium grauissimum quidem, & immane delictum, quod ab his committitur, qui pecunia, aut alia re pretij loco accepta, homines occidunt, seuere omni jure punitur, jure ciuili pœna mortis, l. Cicero, 59. D. de pœnis, idem in l. 3. titul. 27. p. 7. quæ augetur propter proditionem, lege 7. tit. in 7. l. 2. tit. 13. in l. 2. 3. & 16. tit. fin. lib. 7. ord. nouiss. nouiss. l. 2. 6. 7. & 10. tit. 25. lib. 8. nouæ Recopilation. & vide omnino textus, in cap. 1. de homicid. lib. 6. vbi latè omnes interpretes, cum alijs Couarruuias, lib. 2. variarum, capite 20. n. 10. & in Clementina si furiosus, 2. parte in initio, num. 9. Sylvester, in Summa, verbo, assassinium, Nauarr. in Manual. capite 27. numer. 136. Iulius Clarus, lib. 5. §. Assassinium Antou. Gomez, 3. tomo, [illegible] 3. numer. 10. Petr. Plaza, lib. 1. de delictis, cap. 19. num. 1. Bernardus Diaz, & ibi Salzedo, in praxi, cap. 96. Petrus Gregorius, lib. 36. Syntagmatum, cap. 5. n. 26. Ægidius Bosius, in praxi, tit. de mandato ad homi. id. per totum Gregorius Lopez, in dicta lege 3. part. Iacobus Menochius, lib. 2. casu 360. numero 41. & Ioseph. Mascardus, 566 lus. 137. & 138. quia alios refert.

* Omnibus Latius, de atrectate criminis Assassinij, quibus modis committatur, quando, & quibus casibus eius pœna locum habeat, de specialibus in eo delicto obseruandis, an conatus, siue affectus puniatur, & de eius etiã excusationibus scribit Farinac. in praxi crimin. tomo 4. titul. 14. quæst. 122. per quinque integra capita, siue inspectiones cum vbique puniri posse, dummodo de qualitate delicti commissi constet, idem Farinac. primo tomo, titulo 1. quæst. 7. numero 61 idemque in clerico admittendum, quæstion. 8. numero 85. posse ab Ecclesia extrahi, quæstion. 28. num. 62. quemadmodum, & eum, qui deliberato animo, & prodito delictum homicidij cõmisit, dicta quæstione 28. num. 13. Hæredemque Assassinij, etiam cum eo mortuo lite ante non contestata teneri hæredibus defuncti pecuniam, quam accepit restituere, quæst. 10. numero 27. & non dici Assassinum procuratorem, qui ex voluntate, & iussu filij, nec filium, qui ex mandato procuratoris aliquem interficiunt, Zanasius, casu 189. penes quem plura de hoc delicto, tract. de omni homicidio, ex num. 472. cum sequentibus.

Littera B.

13 Bigamia, quamvis juxta communem acceptationem delictum non sit, ob quod quis puniri debeat, sed tantum canonicum sacris ordinibus suscipiendis præster inpedimen. cap. curandum, cap. præcipimus, c. si quis vi lud, & per totam, 34. distinctione, toto titulo extra de bigamis, 15. vbi Gregorius, verbo, *desinunt*, titul. 5. par. 1. late per Diuum Thomam, & alios Theologi, in 4. distinct. 27. quæst. 3. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 195. Villadiego, de irregularitate, quæstione vltima. Albertum Trocenum, lib. 2. de vero, & perfecto clerico, cap. 11. Couarruuias in Clementina si furiosus, 1. par. §. 2. ex numero primo Ioann. Bernardi, & ad eum Salzedo, in practica capite 16. Qui vero quemadmodum ille, qui diuersis reperibus, & successiuè duas habuit vxores legitimas virgines bigamus dicitur, & alijs etiam modis, de quibus per paulo supra adductos, ita & ille, qui eodem tempore plures vxores habet nõ impropriè bigamus dicitur, vt infra citandi arbitrantur, notabilis bigamos, qui primo coniuge viuente, alias nuptias contrahũt, maximis puniti pœnis, de quibus, in l. 5. §. 1. 2. de his qui not. infam. in l. 2. C. de incest. nupt. in l. nemo 7. C. de Iudæis, in l. cum qui duas, 8. Cod. ad legem Iuliam adulter. in l. 16. tit. 17. p. 7. in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordinamenti, in l. 6. tit. 15. lib. 8. ordinamenti, in l. 5. & 7. tit. 1. lib. 5 nouæ Recopilation. in l. 8. tit. 20. lib. 8. Recopilation. de hoc crimine late Simancas, de Catholicis institut. c. 48. Villadiego, tract. tu contra hæreticam pravitatem, quæstione 9. Palacios Rubios, in repetitione rubricæ, de donatiõ. inter. §. 60. n. 6. & in repetitione, c. §. 18. num. 25. Anton. Gomez, in l. 80. Taur. n. 27. Iulius Clarus, lib. 5 quinto. §. fur [illegible] n. 31. Bosius in practica, tit. de damnato coitu, n. 78. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitrariis, casu 420. Ioann. Maticzo, & Alphonsus de Azuedo, in dicta lege 5. & 7. titulo 1. libro 5 nouæ Recopilation. Ioann. Gutierrez. libr. 2. pract. quæst. cap. 6.

14 Blasphemiæ crimen graue quidem scelus, quod committitur, cum Deo aliquid, quod ei conuenit, negamus, vel quod ei non conuenit tribuimus, quamvis maximè errat omni jure punitum pœnis, nunquam tamẽ satis hoc vitium flagitium, facinusque punitur. De eius grauitate, & pœnis infligendis vtriusque scripturæ adductis exemplis, late post Dia. Thom. 2. 2. quæst. 13. artt. 2. Soto, lib. 2. de iust. & jure, quæst. 1. art. 11. col. 4. & lib. 5. quæst. 1. art. 2. & quæst. 3. art. 7. Ostiens. Abb. Socin. & alij, in c. 1. & per tot. de maledicis. Sylvester, in Summa, & verbo, blasphemia. Simancas, de Catholic. institutionibus, c. 8. Iulius Clarus, lib. 5. §. blasphemia, Couarruuias in cap. quamvis pactum, 1. part. §. 7. n. 8. Roxas de hæreticis, 2. p. n. 167. Ben. Iustus, Diaz, vbi latissime Salzedo, in pract. cap. 11. per tot. Ant. cum. 5 10. c. 1. n. 3. Aurelius in c. Prælatorum, cap. 15. n. 2. Auendañus, de exeq. mand. 1. p. c. 20. n. 8. & 2. p. c. 5. Ioãn. de Batahona, in addit. ad Palacios Rubios, in rubr. §. 7. 8. liter. C. Petrus de Salazar, de vsu, & consuetudine, cap. 5. num. 3. cum aliis, & cap. 6. n. 13. Menoch. lib. 2. de arb. casu 325. Ioseph. Mascard. concl. 194. & 195. qui refertur, & alios, apud quos huius scelestis pœnas legere poteris, & in auth. vt nõ luxurientur contra num. 3 6. 1. col. 6. toto tit. de maledicis, l. 1. & per tot. tit. 28. p. 7. l. 2. 11. 8. ord. l. 5. cum seqq. tit. 4. lib. 8. nouæ Recop. propriam Pij V. incipe Cum primũ apostolatus, fol. mihi, 31. p. 2. * Penes quos Auctores constat, blasphemiæ crimẽ distingui in hæreticale (sic illud appellant) quia ad mixtam hæresim habet, & non hæreticale, quia minime tantũ cõtinet. Arnaldus Albert. de agnoscenda assertione hæret. qu. 8. num. 25. & quæst. 26 num. 17. Marta, de jurisdictione, 2. par. cap. 13. nu. 9. Farin. de delict. & pœnis, quæst. 20. num. 19. In hoc quod hæreticale non est ad ordinarios Ecclesiasticum, & secularem pertinet cognitio, quia mixti fori est, cap. fin. vbi notant omnes, de maledicis. non ad inquisitores, Simancas, sup. tit. 8. num. 6. Directurium Inquisitorum, 2. par. quæst. 41. num. 1. vbi Pena in additionibus, Decianus in praxi crim. lib. 6 tit. 4. numero primo, Couarruu. vbi supra 1. par. §. 7. num. 11. Azeued. in leg. 1. num. 45. tit. 4. lib. 8. Recopilat. Bobadilla, in Politica, lib. 2. cap. 17. numero 77. lect. & in eo, in quo admixta videtur hæresis, ad eosdem ordinarios cognitionem pertinere insinuate videtur, text. dict. cap. fin. de maledicis auth. ut eorum vsus. Cod. de relig. & sis. auth. vt non luxurientur homines. §. & quoniã, collat. 6. & nominatim l. 1. l. 5. l. 6. tit. 4. lib. 8. Recopilat. Vbi species plures blasphemiarum hæreticalium referuntur, & secularibus judicibus earũ vindicatio injungitur. Quod nisi præstitetur eadem, qua maledici pœnas sunt puniendi, leg. 20. tit. 6. lib. 3. Recopilat. Couarr. & Iulius Clarus jam relati. Cardin. Thoscus, littera B. concl. 96. numero 7. Bouadilla, dicto cap. 17. n. 77. Humada, ad Gregor. in leg. 60. num. 5. & 6. tit. 6. [illegible] rationem deducet ex Caietano, 2. 2. quæst. 13. art. 1. vertic. quoad tertiũ Couarruu. dict. §. 6. num. 10. Farin. dict. quæst. 20. numero

10

10 32. Arnaldus, vbi supr. quæst. 26. num. 17. Castro. de iusta hæret. punit. libro primo cap. 12. argum. text. in leg. tutor 22. ibi: *Discreta sunt enim iura quamuis plura in eandem personam deuenerint.* D. de his quibus vt in signis, l. rerum mixtura, 30. ibi *Sed singula suam causam habebunt.* D. de vsucap. leg. ex facto, 43. §. item quæro, ibi: *Magis autem est in utroque eorum tempus suum separatim seruari*, D. de vulgari, leg. 2. §. si primus, ibi: *Nec sibi iungentur, cum ad suam quisque causam substitutus sit*, D. de bonor. poss. secund. tab. Et quamvis Tiberius Decianus, dict. lib. 6. cap. 10. numer. 13. controuertat, an blasphemia per vitam nei, hæreticalis censeri possit, contrarium intrepide resoluunt Couarruu. d. §. 7. numero 9. versic: *Sexto hic deducitur* Menoch. de arbitrar. libro secundo cent. 4. casu 175. num. 12. Azeued. in leg 5. & 6. num 34. tom. 4. lib. 8. Recopilar. Roxas, dict. 2. par. assertione 12. num. 171. Salzedo, ad Bernard. Diaz, dict. cap. 110, illud tamen aduertes blasphemiam non tantum verbis, sed etiam facto committi, c. existimant. 11. q. 3 Boerius, decis. 301. num. 17. Decian. d. lib. 6. cap. 1. num. 15. & 16. Menoch. casu 376. Farin. dict. quæst. 20. numer. 68. Auendan. de exeq. mandat. 2. part. cap. 4 num. 10. Azened. vbi sup. numer. 64. grauiusque puniri, siue in rei, aut eius Beatissimæ Matris, siue in Sanctorum imagines committatur, argum. tex. in leg. non contrahit. 5. cum duabus sequent. D. ad leg. Iul. majest. l. capitalium, 28. § 4 ad statuas. D. de pœnis. cap. vergentis 10. de hæreticis, vt post Cranetam, & Boerium, quos refert, & asserit Decianus, dict. lib. 6. cap. 5 num. 17. & cap. 6 nu. 5. Farin. dict. quæst. 20. num. 70. Gregor. Lopez, in leg 5. verbo, *de fecho*, tit. 28 par. 7. Auendañ. d. cap. 4. nu. 10. Et quamvis ciuili jure pœna mortis imponeretur, vt multis relatis resolui Petr. Cuballus, resolut. crimin. casu, 91. Farin. vbi proxime, nu. 68. per text. in leg. ex Senatus Consulto 13. D. ad leg. Cornel. de sicar. & in leg. vnica, Cod. nemini licere signum Saluatoris, verius est arbitrio judicis hos blasphemos puniendos, vt post alios resoluunt Menoch. Farin. Cabal. jam relati, Decianus, dict. cap. 6. num. 7. & 9. Simancas, vbi sub. tom. 3. num. 19. Azened. in leg. 3. numero 7. tit. 1. lib. 1. Et quamvis, leg. 5. tit. 28. parr. 7. certæ sint statutæ pœnæ contra blasphemantes facto, vel opere, arbitrium tamen judicis manet, vti præcipue aduertunt Simancas, &. Azened. in locis relatis, Humada, in leg. 60. nu. 5. vers. Ideo pro istius, tit. 6. par. 1.

Littera C.

15 Calumniator, ideſt, qui falsa crimina proponit, l. 1. in prin. D. ad Senat. Consul. Turpill. cap. si quem, 5. notan. ium, 1. quæst. 3. regulariter jure communi, si succumbat, punitur eadem pœna, qua puniendus erat accusatus, cap. calumniator, 2. quæst. 3. l. 11. l. 16. tit. 1. par 7. & in l. 3. tit. 9. par. 4. il quod lege Mosaica tradebatur Exodi. 21. item, & lege duodecim tabularum, apud Gellium. lib. 20. c. 1. dict. l. fin. C. de accusati, l. fin. C. de calumniatoribus, quæ Talionis pœna appellabatur, quæ iam in desuetudinem abiit, cum hodie, neque inscriptio in accusatione sit necessaria, lege libellorum, 3. D. de accusat. lege qui crimen. 1. Cod. de his qui accus. non poss. notant cum aliis Antonius Gomez, 3. tom. cap. 11. num. 3. Couarruu. lib. 2. variarum, c. 9. n. 1. Iulius Clarus, lib. 5. §. fin. 11. num. 15. & seqq. vnde calumniator in expensis, & arbitrio judicis condemnabitur, dicta lege qui crimen, lege & in privatis, §. 2. D. ad Turpilian. notanter Couarruu. vbi supra & Iulius Clarus, d. §. fin. quæst. 81. Menoc. de arbitrariis, lib. 1. quæst. 79. nu. 1. Gregor. in dict. l. 13. tit. 9. par. 4. latius de calumnia, & calumniatorum pœnis, per eundem Menoch. lib. 2. casu 321, & 322. Iulium Clarum, in dict. §. fin. quæst. 62. Couarruu. pract. quæst. cap. 17. in princ. & lib. 1. variarum, capit. 1. num. 3. Bosium pract. tit. de accusatore, num. 4. & tit. quomodo procedatur per exceptiones, num. 18. & tit. de prænaticatoribus, nu. 7. Bernardum Diaz, in practica, capit. 65. vbi alios retulit Salzedo, Cantera. lib. quæst. criminalium, in præludijs. §. 9. post Abb. & alios, in tit. extra de calumniatoribus, & c. eodem, Anton. Gabriel, 1. tomo communium opinionum, lib. 5. verbo, calumniari, & nouissime Ioseph. Mascardus, cons. 254.

Cancellator scripturæ, qui iniustè id committit, 16
punitur pœna falsi, vt notabiliter consuluit Ioan. de Annania, consil. 12. col. 1. expresse, leg. 1. tit. 7. par. 7. notant sup. citati, numero tertio & latè Iacob. Menoch. de adipiscend. poss. remed. 4. ex num. 700. cum seqq. & lib. 1. de arbitrariis, quæst. 90. n. 24. Ioseph. Mascard. cons. 256. & seq. qui de viribus cancellatæ scripturæ diffusè disputant.

Carceris effractor, quamvis iure communi pœna 17
capitali plecteretur, l. 1 D. de effractoribus, l. si quis, 36. §. miles, D. de pœnis, l. milites, 13. §. cius fugam, in fin. D. de re militari: hodie tamen arbitrio judicis puniendus est, leg. 13 in fin. titul. 29. p. 7. quod si quis, qui captus non est, id delictum perpetrauit, † & vi fores 18
frangendo effecit, vt carcerati fugerent, eadem puniendus est pœn. quæ imponenda erat illis, qui effugerunt, l. 1. C. de his qui lastones, quam ad id inf. citandi notarunt, & expresse, in leg. 14. ibi: *Deue recibir tal pena, qual deuia recebir aquel que fue ende sacado por fuerza*, titul. 29. part. 7. † Carceratus autem eo ipso 19
quod fugit pro confesso habetur, l. in eos, 1 5. D. de custod. reor. juxta com. intellectum, & d. l. 13. versic. *Casi meja que si dan por fechores de las yeros de que eran acusados*, vbi notabiliter Gregor. quem omnino videas, & Petrum Dueñas, regul. 389. Bosium, tit. de carcere, per totum, Iulium Clarum, libro quinto §. fin. quæst. 21. num. 25. & quæst. 45. & quæst. 69. num. 32. Menochium, libro secundo de arbitr. casu 300. cum seqnent. Mascardum, cons. 366. cum seqq. Couarruu. lib. 1. variarum, cap. 2. num. 8. & lib. 2. cap. 20. num. 13. Anton. Gomez, 3. tom. cap. 9 numer. 11. Bernardum Diaz, in pract. cap. 124. & ibi Salzedo, Didac. Cantera, libro quæst. criminalium, cap. de furto, nu. 37. qui latè prosequuntur huius delicti pœnas, & disputant, † an, & 20
quando liceat iniustè carcerato fugere, & omnes ferè casus ad carceratos spectantes, & Gundisalvus de Paz, in praxi, 1. tom. 5. par. c. 3. §. 2. num. 7. & seqnent. * Quibus præterea addes, lege 11. tit. 13. lib. 4. fori, l. 15. tit. 12. lib. 8. ordinam. & quæ in eis scribunt Didacus Perez, & Christophorus de Paz, Tiberius Decianus, 2. tom. tract. crimin. lib. 7. cap. 11. de eximente carceratum, Farin. q. 30. de carceribus, & carceratis, Fachin. controuers. inr. lib. 9. capite 69. & cap. 72. Petr. Plaza, de delictis, cap. 38 numer. 7. Bonadilla, 2. tom. lib. 3. cap. 15. à num. 132. Curia Philip. 3. par. §. 11. numero 13. Auiles, in cap. 3. Prætorum, verbo, *jurisdici n*, ex num. 10. Azeuedo in lege 1. titulo 18. lib. 8. Recop. ex n. 170. Soto, de iust. & iure, lib. 5. quæst. 6. versi. porro autem.

Carceris priuati auctor, & custos, crimen læsæ ma- 21
jestatis committit, & pœna mortis punitur, lege 1. C. de priuat. carcerib. lege 1. C. de curiosis, & stationariis, lib. 12. l. 1. C. de cohortalibus, leg. 15. titul. 29. par. 7. quod crimen sola captura committitur, neque inclusio in carcerem est necessaria, neque animus vsurpandæ iurisdictionis Regalis: bene tamen potest † debitor fugitiuus, aut qui hanc facultatem creditori dedit ab eodem criditore capit, dum tamen intra 22
viginti quatuor horas judici præsentetur, leg. ait. Prætor. 10. §. si debitorem, D. quæ in fraud. credi. leg. 2. titul. 13. lib. 8. Recopila. de cuius criminis pœna vltra ordinarios in dictis locis, & in cap. nuper. 29. versic. nos igitur per tex. ibi de sententia excommu. latè per Bar. in lege capite quinto, D. ad leg. Iuliam, de adult. Ioann. Igneum in l. necessarios, parag. non alias, D. ad

Syllan.

Syllan.numer.94.Romanum in l.1 §.denique,D. de aqua plun.arc.Boërius decis.275.Afflictis,decis.149. Bosius,dict.tit.de carcere,num.26 & tit.de pluribus violentijs,num.61.Jul.Clarus,lib.5.§.fin.quæst.46.& quæ.68.num.12.Menoch.dict.casu,305.Alc. de præsumpt.reg.prima,præsumpt 3. Petrus Gregor. libro 31.Syntagm.capit. 33.& apud nos vtera text.in dict. leg.15.tit.29.part.7.est text.in leg.13.in 2.part.tit.10. p.7.in l.12.tit.4.l.2.tit.14 libr.4.fori.l.5.tit.14.libr.3. ordin.in l.5.tit.13.in l.5.tit.23.lib.4.nouæ Recopilation.in lege 2.titul.13.lib.8.Recopilat.vbi hoc delictum appellatur casus *de la bermandad* explicat Montaluus,Gregor.Didac.Perez,& Alphonsus de Azeuedo,in dictis legibus Regijs,Auiles,in capitibus Prætorum, verbo, *cartel*, sub c.18.Didac.Cantera, lib. quæst.criminalium,capit.de de furto,ex n. 33. apud quos videbis,an aliquibus in casibus, iuxta aliquas
25 personas,† liceat priuatum carcerem exercere,& quibus ex iure communi, & Regio pro hoc crimine pœna mortis imponatur,hodiè mitiorem imponendam esse testantur Clarus,dict.quæ.68.n.12.Azeuedo,in dict.l.5.num.25.tit.13.lib.4.Recopil.

24 Castigatio immoderata in seruos, filios, propinquos,& alios quos emendare conceditur est l.1.C.de emend.seru.1.Cod.de emend.propinque l.9.tit.1. p. 3.l.6.titul.21.par.4.iudicis arbitrio punitur,vt notat, cum infinitis,Iacob.Menoch.dict.lib.2.casu,364.per tot.post ord.in dictis legibus.

25 Castrans puerum,hominem liberum,aut seruum, crimen homicidij commictit,& punitur pœna mortis,l.1.& 2.Cod.de Enuchis,l.13.tit.8.part.1.Iulius Clarus,dict.§.fin.quæst.68.num.7. cui pœnæ etiam
26 sub ditur siquis se ipsum castrauerit, † efficitur irregularis,qui sibi abscinderit vitilia,vt notat Iul.Clarus in dict.num.7.c.pœnitentes,cap. si quis abscinderit, cum aliis,§3.dict.l.25.tit.6.part.1.latissimè Couarr.in Clem.si furiosus,in princ.n.6. & vide etiam Plaza, lib 1.miscell.cap.24.Brisl.lib.2.select.cap.21.

27 Circulatores,qui serpentes, aut alia animalia circumferunt,aut proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum sit, vel ab ipsis animalibus nocitum alia fuerit,quamvis pœna ducentorũ solidorum puniendos esse existimauerit Roman.sing.704.quẽ sequitur Couarr.in Clem. si furiosus 2. part. §. 4. nume.11.argum.leg.& generaliter,41.cum seqq.D. de ædil.edict.verius est iudicis arbitrio esse puniendos, ex leg.in circulatores fin.D.de extraordin.crimin.ex qua id notat Ripa de peste,capit.de remediis præser. con.pestem,numero 89.& sequent.Iacobus menoch. dict.lib.2.casu,366.& vide Forcatulum,in Necyom.
8 dialogo 88.

Coitus extra matrimonium licitus nunquam est, qui vt multifariam committitur,ita & diuersis pœnis coërcetur.Hi autem,qui sequuntur legibus reperiuntur puniti.

Primo punitur coitus cum soluta, cuius pœnam vide infrà verbo,concubinatus.

Secundo prohiberur, cum virgine pubere, siue impubere,de quo vide infrà verbo,stuprum,& verbo raptus.

Tertio prohibetur cum nupta,& sponsata,de quo diximus suprà,verbo,adulterium,num.4.

Quarto prohibetur,cum puero,aut alio homine, de quo dicimus,inf.verb.sodomia.

Quinto prohibetur,cum vidua,de quo inf.verbo, concubinatus.

Sexto prohibetur,cum consanguinea, vel affine,
29 de quo inf.verbo,incestus.

Septimo prohibetur cum moniali, pro quo quia quadruplex crimẽ eo in casu cõmittitur incestus,sacrilegij,stupti,& adulterij,cap.virginis,27 dict.cap. virginibus cap.si qua monacharum,27 qu.1. pœna mortis naturalis imponitur,leg.siquis,5 leg.siquis in hoc.10.Cod.de Episcop.& eler.l.2.tit.19.p.7.l.4. tit. 10.libro 4 fori,item olim bonorum omnium priuatio.monasterio applicanda,leg.raptores,41.versicul. bona,Cod.de Episcop.& cleric.authent. de sanctiss. Episcopis,collat.9.penult.hodie dimidia pars bonorum Regio fisco applicatur,leg.5 tit.15.libro 8.ord. l.9.tit.20.libro 8.Recop.& fit monasterio satisfactio; de hoc crimine late Hippolytus, in leg.vn. Cod. de raptu virg.ex n.40.Bernard.Diaz,vbi Salzedo,alios retulit,in practica,cap.81.Iulius Clarus,libro 5.§.fornicatio.num.17. Duenas,reg.102. Menoch.libro 2.de arbit.casu.389.Did.Peres,in dict.l 5.ordin.Gregor,in dict.l.2.Part.Petr.Gregor.libro 36.Syntagmat.capit.7. num.9. Quæ pœnæ imponendæ etiam sunt, delicto non consummato,sed de hoc vide,quæ sup.diximus, num.5.verbo,affectus.

Octauo punitur coitus cum nomina,cum quo,si 30
seruus tem habuerit, flammis tradendus est, mulier autem capite punietur, l. 1. Cod. de mulieribus, quæ propriis seruat.se iniunxerunt,l.11.verbic.*pero si la muger*,tit.17.p.7. notat Clar.in dict.§.fornicatio num.20.Anton. Gomez, in l.80.Tauri.n.23. & circa dict.l.1.vide Gregor.in l.14.tit.23.verbo,*librado*,p.3. Couar.libro 1.var.cap.10.num.9.Teil. in l. 9. Taur. num.10.† Quæ pœna mortis flammarum,etiã puni- 31
tur seruus alienus,qui cum moniali, vi lua honestè viuente,aut virgine,tẽ habuerit,l.2.tituil.19.p.7.extensa,dict.l.1.D.de mulieribus,vt ibi notat Greg.

Nono punitur coitus famuli, aut seruientis,cum 32
domina sua, vel aliqua consanguinea, vel affini domini, pro quo quamvis iure Partitarum pœna mortis naturalis flammarum imponeretur, ita ci.l.d. 2. part. ibi:*O sirviente de casa*,hodiè sola pœna mortis absque alia qualitate imponitur,in l.1.tit.15.libro 8. otẽis.in l.4.tit.20.lib.6.Recop.in l.6 tit.20.lib.8 Recop.quod si coitus non sit,cum domina, consanguinea,affini,vel nutrice si iorum domini,sed cum alia, ex famulis seruientibus,punietur alias,vt in dict.legibus Regijs.

Decimo punitur coitus vassalli,cum domina,vxo- 33
re domini feudi,vel filia,nepto,sorore,aut nutu eius, & præter alias pœnas alias à iure statutas priuatur feudo text.cap.1.§.1.quibus mod.feud.amittat.in vsibus feud.notat Clar.libro 4.§ feudum,quæst.48.cum aliis Menoch.lib.2.de arbitrariis casu 267.

Vndecimo punitur coitus inter dominũ, & subdi- 34
tam,siue ratione feudi,siue ratione iurisdictionis,argument.text.in l.1.C.si rector prouinciæ, & in l.1. C.si quacũque prædictus potestate,in l.6.tit.7.part.3. in l.2.tit.14.part.4. quia puellarũ amor subuertit rectum judicium,vt notabiliter inquit Bald.in l.2.§.& complacuisset,per text.ibi,virginis amore captum,p. de orig.jur.seq.Ioan.de Andres,in capit.quorundã, de electione,in 6.Auiles in capit.Prætorum, cap.47. gloss.*mancebia publica*,num.5.notanter Boërius,decis. 317.numero 12.quamvis cõtrarium teneat Paris de Puteo,de Sindicatu, verbo,adulterium, fol.43.nu.8. argum.leg.fin.D. de concub. & probari videatur, in l.2.part.quæ iam sublatæ sũt,vt diximus inf.verbo, concubinatus.

Duodecimo punitur deportat. & bonorum om- 35
nium confiscatione,coitus inter tutorem, & pupillã eius,leg.vn. C.siquis eam cuius tut.fuer.corrup. l.6. tit.17.part.7.p.notant Iulius Clarus,dict.§. fornicatio,num.23.Anton.Gomez,in l.80.Tauri.n. 24. Didac.Cantera,vbi sup.cap.4.num.15.Boërius,dict.decis.317.num.2.& 4.quod quidem mirum tibi videri non debet,cum,& matrimonium inter has personas iure ciuili,etiam puniretur,hi.& per tot.Cod.de interdict.matrimon.dict.l.6. part. quod iure canonico non recipitur,vt ibi notat gregor.glos.11.& cum aliis Iacob.Menoch.libro 2.casu 194.num.11.seqq.

Decimo tertio punitur coitus custodis carceris,cũ 36
incarcerata,

incarcerata, vt argum dict.l.1 C.siquis eam cuius tut. fuer. notant Paulus Grillandus, tract.de. omnifariam. coitus,§.13.Bosius,in pract.tit.de dam. coito,num.40 Boërius,decis.317 Clarus.dict.§. fornicatio.num. 24. Anton. Gomez, in dict. l.8. Taur.num.25.Castellus, in leg.61.Taur.numer.6.& ibi Cifuentes,col.3.in fin. Auiles,in capit.Prætorum,capit.18.numer.45.verbo, *cartel*, quæ pœna cum à iure statuta non sit, judicis arbitrio imponetur, vt aduertunt hi, DD.

Decimo-quarto punitur coitus, cum sacerdote,aut religioso,de quo diximus infr. verb.concubinatus.

Decimo-quinto punitur coitus cum animali bruto, de quo etiam diximus infrà,verbo,sodomia.

Decimo sexto punitur coitus mulierum inter se,de quo diximus inf.verbo, sodomia.

Decimo septimo punitur coitus illius, qui primo coniuge viuente aliud contraxit matrimonium,de quo diximus,suprà verbo,Bigamia.num.13.

Decimo-octauo punitur coitus per vim habitus,de quo diximus inf.verbo,raptus,& verb. stuprum.

37 Decimo-nono punitur coitus, cũ homine,aut muliere alterius sectæ,vel religionis,vt Iudæi cum Christiana,aut Christiani cum Iudæa,ex cap.eos,27.qu.5. leg.nequis,6.C. le Iudæis,leg.10.tit.25 part.7.quibus Iudæo pœna mortis imponitur,mulieri verò pro prima vice confiscatio medietatis bonorum, pro secunda bonorum omnium,dummodo filijnon extent.aliis etiam addictis,vt ibi habetur,& notat Anton. Gomez, in dict.l. 80 Taur.num.26. Clarus, dict.§. fornicatio, num.26.Bosius dict.tit.de coitu,damnato,nu.20.Boërius.dec.316.num.5.Couarr.in 4.1.part. cap.6.§. 11, nu.5.Paulus Grillandus de pœn. omnif.coitus,qu.11.

38 Vigesimo punitur coitus cum mortua, argum.l.1. §.quoties D.de iniuriis,leg.sepulchri 7.ibi corporibus non contractis D.de sepulchro violat.leg. qui sepulchra,4 cũ seqq. C.eo.l.14.tit.13.part.1.l.2.tit.9.part. 7.ab.tit o ja dicis, de quo Iulius Clarus,dict.§.fornicatio,n.28.Boërius, decis.316.n.15.

39 Quibus omnibus addere omnino debes, quia hoc nu.22. le pœnis omaifariam coitus diximus,† vt pœnæ locum habeant,ante omnia de coitu constare debere,vt notauimus suprà in præludiis,nu.10.de cuius probatione videbis quæ scripsit Ioseph. Mascardus, con. 311. & con.312.

40 Collusio,quæ inter dominum, & seruum S.C.Numinano prohibita fuit, vt notat Anton.Augustin.de S. C.verbo,Numinianum,& l.1.& seq.D.de collusione deteg.l. fin. C. eodem si committatur in aliis actibus grauiter puniti debet,quia crimen falsi hoc casu committitur.de cuius pœna aliqua Felinus, in cap.de his, de accusat. Bosius,in pract.titul. si aduersus iudica. num.11.Iulius Clarus,libro 5.§.fin.qu.78.num.7. Signorolus de Homodeis,num. 111. Abb.& omnes, in cap.1.& per tot. maximè in cap.fin. extra,de collusione deteg. de eius probatione Ioseph. Mascardus,con. 312.Sylue.in Summa verb colluso,& verb. accusatio.num.8.

41 Concubinatus quamvis iure antiquo impunitus esset,vt toto tit. D. & C. de concubinis, &tit.14.*de la barragania*, part.4. hodie tamen,siue sit soluti cum soluta,siue cum vidua honestè viuente,siue cum coniugata,siue sit soluta cum vxorato, clerico,siue monacho,punitur, quæ sunt species concubinatus,de quibus, & eorum pœnis præter auctores citatos, suprà num.22.verbo.coitus,& leges ibi adductas.vide text. in ca.47.*de los Corregidores*,l.1.cum seqq tit.19.lib.8. notæ Recop. Paulum Grillandum, de pœnis omnifar. coitus.qu.9.Iul. Clarum d.§.fornicatio. num.6 & 18.& §.stuprum num.4.Anton. Gomez.in dict., 80. Taur.num.14.& num.19.Bosius,dict.tit.de coitu dam. num.1.10.12.18. cum aliis,ibidem Boërius.decis.72. & seqq. per totum,Menochium,lib.2 casu.189.Cantera,vbi sup.d.cap.4.num.1. seqq.Bernard. Diaz,in

pract capit.79.& ibi Salzedo,& Ioseph. Mascardum, cons.340. cum duabus seqq.qui diffuse de hujus delicti speciebus,& pœnis agunt,& omnino Conc.Trid. sess.24. de reformatione matrimonij,cap.8.

Concessionis crimen,quod committitur ab officia- 42
libus,qui præterea officij aliquid commictunt ; subditis suis,recipientes vltra debitum salarium vel aliis simulationibus eos vexantes,l.1.D. de concuss. pœna punit.debet,cap.militare,vbi notat glos.fin.25.qu.1. leg iubemus.4.leg. sancimus,6.C.ad l. Iul. repetundarum , quod crimen , quia proximum est prohibitioni repetundarum pecuniarum legis Iuliæ , latius infr. exornabimus, verbo judex , corruptus , interim,vide Iacob.Menoch.lib.2.de arbitrariis,casu,342. num.10. & seqq.

Confessionis sacramentalis reuelator, qui grauis- 43
simum perpetrat delictum proditionis falsitatis, & inobedientiæ contra Ecclesiam, pœna perpetuæ peregrinationis olim puniebatur,capit. sacerdos, de pœn. dict.6.quæ peregrinatio,qui sine ignominia, & dedecore totius ordinis clericalis fieri non poterat, pœna destructionis in arctum monasterium,siue carcerem hodiè punitur,cap. omnis vtriusque sexus,12. de pœn. & remiss.13.tit.4.part.1.late cum infinitis Theologis, & Canonistis,Couar.in 4.cap.8.§.11. num.9.Bernardus Diaz in pract. cap. 169.vbi latissimè prosequuntur Salzedo,Syluester,in Summa , verbo.confessio,el 3.qu.5.Nauarr.in dict.cap.sacerdos per tot.& in Man. Latino,cap.8.nu.7.Iacob.Menoch.libr.2. de arbitrar. casu,414.& Ioseph.Mascard.con. 377. qui disputant, an aliquo in casu sacramentalem confessionem reuelare liceat,& an ea reuelata in iudicio probet.

Litera, D.

Dardanarij , id est, qui annonam non supprimunt , & 44
coëmunt,vt eam postea carius vendant qui apud nos, *Regatones*,dicuntur qua pœna puniendi sint, diximus,sup.nu.10.verbo. *Annonam corruptam*, vide Cuiacium lib.10.cap.19.

Decoctores(i) sunt quos nos campsores,siue ban- 45
carios dicimus.) si vertura facta fugiunt, & bona abscondunt , vt creditores ad iniqua pacta compellant, tanquam publici latrones,& grassatores puniendi sunt, & pluribus aliis pœnis subiiciendi , de quibus latè Bald.consil.382.in final. & 400. lib. 5.Ioan.Baptista, tractatu de debitore suspecto , fugitivo q.10.13. integrum tractatum congessit , Benuentus, Stracha,de decoctoribus.maximè antem,5.part. de eorum pœnis, agit aliquid Menochius,lib.1.de arbit.qu.90. numero 13.apud nos extat integer tit 18.*de los tambios, y mercaderes que fazen*,lib.5.nouæ Recop.vbi eleg.Ioann. Matienzo,& Alphon. de Azeuedo, Au-ndanus , tit. *de las excepciones*, numero 56. & nouissimè lata fuit pragmatica Regia.18.mensis Iulij, ann.1590 qua disponitur est omnes campsores , mercatores , & alios quoscunque negotiatores , eorum factores,& gestores in publicis vinculis detinendos esse, quoties causam creditorum omnium suorum agentes,eis idoneis fidei-iussoribus datis satisfecerint. † Diffcrtanij crimen, 46
quid & quale sit, vide l.sacerdotes.7.D.de variis,& extraordin.criminibus, Cuiacium,libro 10. observat.capit.37.

Diffamatores qui contra aliquem verba contume- 47
liosa proferunt , assentes illos aliquo crimine irretitos esse , aliqua macula feminitis , ignominiæ , aut ignobilitatis, cogunter in judicium illud crimen proponere intrà tempus à judice assignandum , aliàs eis perpetuum silentium sub pœna arbitraria imponitur.leg diffamari.1.Cod.de ingenui , & manumiss. 46.versicul. *E la una della as est*.titul.2.part.1.apud Lusitanos,l.3.tit.13 part. inter leges extravagantes explicant Matthæus de Afflictis , decis.268.Octauian. de-

cit. Pedemontana. 151. D. Couar. lib. 1. var. cap. 18. Sarm. lib. 1. select. cap. 2. Molina, lib. 3. de Hispan. Primogenitis, cap. 14. num. 9. & 23. Gundisal. de Paz, in praxi, 3. tom. capit. 9. § 8. & 11, quos refulit Alphanus, collectanea. 218. Menoch. lib. 1. de arbit. casu, 457. nu. 8. & de retin. poss. rem. 3. num. 1. 293. & seq.

48 Dormiens, qui delictum commisit, mitius punitur judicis arbitrio, vbi negligentia adfuit, quia sciebat se dormiendo surgere, deambulare, & similia agere, vt in casu Bart. in leg. vt vim, nu. 5. D. de just. & jure, probat glos. per text. ibi in leg. fin. de his, filios occid. tex. expref. in l. 5, versicul. *ò acacci esse*, tit. 8. part. 7. quæ pœnam relegationis in quinquennium imponit, explicat cum aliis Anton. Gomez, 3. tom. cap. 1. numer. 74. Petrus Plaza, libr. 1. de delict. cap. 13. Couarr. in Clementina si furiosus, 3. part. in initio, num. 6. Iulius Clarus, dict. § fin. qu. 6. nu. 13. Menochius, libr. 1. de arb. casu, 317. Andræas Tiraquel. de pœnis temp. causa 5. Adde Sebastianum Medicis, tractatu, mors omnia soluit. 1. part. versic. premisso octauo.

49 Duellorum vius, apud omnes ferè gentes, & nationes admissum, maximè verò apud Hispanos antiquo vsu receptus, vt per totum tit. 11. *de los desafiamientos*, part. 7. & titul. 8. *de los retos, y desafios*, libro 8. nouæ Recop. Sanctissima Dei Ecclesia semper detestata fuit, propter maximum, & corporum, & animarum periculum, cap. monomachiam, 2. quæstio. 1. c. 1. & 2. de clericis pugnantibus in duello, capit. 1. de torneamentis, Concil. Trident. sess. 25. de reformatione, capitul. 19. cuius nouissima decis. non solũ in duello pugnantes, sed & locum ad monomachiam concedentes, consilium dantes, patritij, nec non spectatores, præter alias pœnas infamiæ subiiciuntur, & excommunicatione innodantur, huius delicti & criminis detestabilis memineront Syluester in Summa, verbo, duellum, Bosius, in practic. tit. de iniuriis, numer. 9. Iaso, in leg. ex hoc iure, nu. 31. D. de inst. & iur. & consil. 114. col. 3. & cõsil. 344. col. 3. lib. 1. Socinus, consil. 125. Cateliz. Cotta, in memorabilibus, verbo, perduellionis, Franciscus Viuius, Soarez, Bonacosa. 1. tom. communium libro 4. verbo, duellum, Nauar. in Man. cap. 14. num. 9. & 27. nu. 156. Petrus Gregor. 5. par. Syntagmat. lib. 48. c. 15. Alciat. in tractatu, de singulari certamine, Bernad. Diaz, vbi Salzedo, in pract. capit. 100. qua in re summe aduertendum est quod licet prædicta pœna Tridentini, in public. duello fuerit sæpe admissa non in priuato certamine ad quod eam non extendi, sic interpretãs Concil. Trid. existimet Salzedo, suprà referens in causa grauissima sic fuisse decisum in supremo Concil. Hispaniæ, anno 1579. Hodiè aliter dicendum est ex Motu Proprio Greg. XIII. dato Rom. Non. Decemb. anno 1582. quo extenduntur dictæ pœnæ ad priuatum certamen statuto tempore, vel loco certo exercentes.

Litera. E.

50 Ebrietas delictũ est, quod maximè in clericis punitur, cap. fin. 3. dist. c. à crapula. 14. de vit. & honest. cler. l. 36. titul. 5. part. 1. l. 6. tit. 7. part. 2. in laicos autem offi. ium aliquod exercentibus arbitrarie punietur leg. omne delictum. 6. § per vinum, D. de re milit. An autem delicta ab ebrio commissa grauius, ac leuius sint punienda, vide text. in l. 5. versic. *si ò algune se embriacasse* tit. 8. part. 7. leg. respiciendum, § delinquunt. D. de pœnis, & quæ latè de ebrietate, & ebrio delinquente tradunt Syluest in Summa, verbo, ebrietas Gregor. in l. part. 1. dem in proœmio, tit. 28. part. 7. & habentur, 1. tom. commun. lib. 5. verbo, ebrius, Anton. Gomez, 3. cap. 1. num. 37. Clarus, dict. § fin. quæst. 60. num. 12. Plaza, de delictis, cap. 30. num. 1. Mineha, illust. controuers. cap. 96. num. 31. Couarr. in Clement. si furiosus, 3. p. in initio, num. 3. Canteta, vbi suprà c. 6. num. 66. Navarr. in Man. cap. 23. num. 121. Bernard. Diaz, in pract. c. 77. & ibi latè Salzedo, Menoch. l. 2. de arbit. casu 326. & 361. nu. 13. & 377. n. 3. & 404. per totum. Eleganter Baldoin. ad legis Romuli, cap. 26. Tiraquel. de pœnis temp. causa. 6. & de legibus connubial. l. 9. num. 105. Quibus addes omnino, quæ serio scripsimus, in § 1. numero 30. Instit. de iniuriis, temperandi autem pœnã in ebrio, ratio in promptu est, quoniam cum delictum omne omnisque iniuria, ex effectu, & consilio fit, vnde nec furiosus, nec impubes doli non capax, nec iniuriam nec delictum committunt, vt diximus, dict. § 1. ex num. 17. consequens est, si non omnino remittendum, temperandã saltim in eum, qui per vinum deliquit, pœnam esse, ea præcipuè adhibita distinctione, quam scribimus, dict. numero 30. & ita sunt accipienda, quæ resoluunt a nobis hoc loco relati & post Abbatem, & Aunaniam & alios ex antiquioribus, Decianus, libro 6. tractat. crimin. c. 5. num. 8. Farin. de delictis quæstio. 10. numer. 50. & latius de pœnis temper. quæst. 91. per totam, maximè num. 1. & 7. Per. Caiallus, decis. crimin. capite 91. numero 6. Azeued. in l. 2. num. 19. tit. 4. libro 8. Recop. & ita temperandũ est, quod indistincte scribit Auendn. in de exco. mand. c. 4. numero 19. Salzed. in additionibus ad Bernar. Diaz. in capite 11. propè finem, vers. *excusabit autem*, existimantes ebrietatem omnino à pœna excusare. Quæ juris obstruatio in vsu practico magnam continet vtilitatem juxta jurisdictionem eius judicis, à quo delictum siue re, siue verbis ab ebrio commissum sit vindicandum. Nulla enim erit dubitatio ad Ecclesiasticas, siue seculares, ordinarios judices causam pertinere, non ad inquisitores contra hæreticam pravitatem, juxta ea quæ scribimus suprà verbo, *Blasphemia*, num. 14.

Effractores carcerum, qua pœna puniantur diximus suprà numero 17. verbo, carceris effractor, & vide infrà numero 56. 51

Excommunicatus, qui per mensem in excommunicatione duraverit † quibusdam pœnis pecuniariis puniendus est, de quibus in lege prima 2. titulo 5. *de descomulgados*, libro 8. nouæ Recopil. prosequitur post Anan. Felinum, & alios, in capite postulati de homicid. Couarr. in capite Alma mater. 1. parte §. 7. numero 10. Simancas de Cathol. inst. titulo 27. numero 6. Iozan. Lopez, libro 1. canonic. qu. cap. 12. per totum eleganter Salzedo ad Bernardum Diaz, c. 116. per tot. 52

Eximens captum à judice, vel eius officialibus, in causa ciuili tenetur, ac si pro eo fecisset, & punitur arbitrariè; in causa criminali, inciditin crimen læsæ maiestatis, quamvis vtroque casu propter contemptum jurisdictionis idem videatur admittedum, lege 1. & per totum, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, text. in lege. 4. § item qui confessum, D. ad leg. Iul. maiest. vbique latè Bart. & ordinarij interpretes. Bartol. in lege addictos, Codice de Episc. aud. Iaso, in §. pœnales 2 numero 102. Inst. de sct. Plaza, libro 1. de delict. cap. 38. num. 7. Clarus, dicto § fin. quæstio. 88. numer. 10. Bosius, in titul. de captura, numero 7. & 15. & titulo de crimine læsæ maiestatis, num. 61. & repetere potes, quæ diximus suprà numero 17. cum carceris appellatione, custodes etiam continentur, quales sunt judicis officiales, & vide 1. tom. communium libro 3. verbo, eximere. *Est tamen hoc in casu, dubium, quid si cum reus iam esset in furca laqueo ligatus, sanè rupto in terram ceciderit, & vi tunc ab executorum manibus eximatur, an iterum furcæ affigi possit, vide quæ latè scribit Lucas de Pena, in l. 1. ex numer. 24. Cod. de desertoribus, libr. 12. quem, & plures alios refert Nicolaus Boërius, decis. 217. ex num. 19. & de impediente executionem sententiæ in auctoritatem rei judicatæ transfactæ, vi publica, 53

publica, vel priuata, præter alia vide omnino text. in l. 8. tit. 17. libr. 4. Recop. vbi præter alias pœnas, quibus eum affici, eundum esse, iure cautum est, mediante etiam omnium bonorum suorum multandum, Regiæ Cameræ applicanda lex statuit, in cuius commentariis plura vtiliter congerit Azeuedo videtur.

54 Expilator hæreditatis, qui furti speciem committit, judicis arbitrio puniendus est leg. 1. D. de crim. expilat. hæred. l. 11. tit. 14. p. 7. communem resoluit Capola, consil. 72. col. 2. Menoch. lib. 2. casu, 300. quamvis pœna furti puniendum dicat Bald. in l. de iis, Cod. de furt. † Sunt etiam expilatores, qui vestibus nocte pallia, & vestes diripiunt, & qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorũ, l. 1. § 55 expilatores, D. de effractoribus, & expilatoribus, qui similiter iudicis arbitrio sunt puniẽdi, vt tradit Menoch. vbi suprà casu, 299. de quibus, & de directariis, & saccularijs, quorum mentio fit, in dict. § expilatores, vide eumdem Menoch. proximè relatum, & Alciatum, libro 1. præter mill. & libro. 1. pareg. capit. 11. Anton. Augustin. lib. 4. emendatio. cap. 16. Cuia. lib. 6. obseruat. cap. 31. vbi & de effractoribus domorum dispatant.

56 Exponẽs infantem languidum, & sanguinolentum, si pater est, amittit patriam potestatem, si dominus eius domnũ, puniturque iudicis arbitrio, l. 1. § pœna, ibi, extra ordinem, D. de liber. agnos. l. 1. vbi glos. verb. animadversioni, C. de infant. expositus, quod si expositus fame pereat, victimo supplicio punietur exponens, vt ibidem notat Accurs. Bartol. per text. ibi in leg. necate, D. de liber. agnos. expresse probat, l. 1. tit. 23. libro. 4. fori, de pœna exponentis infantem, præter ordinarios. in l. 1. & per tot. Codi. de infant. expos. sit. in cap. vnico extra eodem. & Gregor. in l. 4. tit. 20. part. 4. quæ consona est, dict. l. 1. & dict. cap. vnico, latè prosequũtur Bosius, in pract. titul. de homicidio, n. 7. Clarus, in dict. § fin. qu. 83. num. 7. Montaluus, in l. 1. & seqq. tit. 15. lib. 4. fori Lara. in leg. siquis à liberis, § siquis ex his, num. 10. D. de lib. agnosc. Cantera vbi suprà cap. 7. numer. 37. & sequentibus, Petrus Grego. libro 11. Syntagmat. 10. numero 11. Falcotus, lib. de nothis & spuriis cap. 63. Menochius, libr. 2. de arbit. casu, 396. apud quos videbis, an expositi legitimi sint, & an ad sacros ordines possint promoueri.

Littera F.

Falsi crimen, vt latissimè patet, & multifariam committi potest, in scriptoris Pontificalib. Imperia- 57 libus, Regiis, & aliorum dominorum, & Principum, in publicis, & priuatis instrumentis, in testamentis in judiciis, in sententiis in testimoniis, & depositionibus, in moneris, ponderibus, pactubus, in nominibus & pluribus aliis rebus, & casibus (quos sigillatim prosequi, vt fastidiosũ vobis, ita & inutile esset) sic variis, & diuersis pœnis punitum extat, aliquando mortis naturalis, vt in falsificante literas Pontificis, Regis, aut alterius non recognoscentis superiorem, l. 6. tit. 11. libro 4. fori, l. 8. tit. 9. part. 2. l. 6. tit. 7. part. 7. l. 1. tit. 6. lib. ordin. l. 3. tit. 17. lib. 8. Recop. & in falsificante, abradente, tangente, vel alias adulterãte monetam, l. 7. & 8. dict. tit. 11. l. 9. dict. 7. l. 11. l. 63. tit. 11. libro 1. Recop. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 8. Recop. Et in falso teste, si in contra quem deposuit, eidem pœnæ subiicientus erat, in l. 83. Taur. l. 4. tit. 17. libro 8. Recop. Aliquando amputationis manus, vt in notario falsũ conficiente, l. 1. tit. 12. libro 4. fori. l. 16. tit. 19. p. 3. l. 6. tit. 7. p. 7. l. 13. tit. 25. libro 4. nouæ Recop. Aliquando pœna confiscationis, aliquando pœna exilij, aliquando pœna arbitraria: quæ pœnas, quia prolixis tractatibus, & libellis prosequuntur auctores, vt, quæ in tio huius tractatus promisimus, adimpleamus, illos referre sat erit. Igitur ad punitionem, probationem, & excusationem cuiuscũque criminis falsi, videbis post

Antoni Pichardi Pract. Institut.

ordinarios interpretes, in tit. D. & C. ad leg. Corn. de fals. & in § lex Corn. de fals. Instit. de public. iud. n tit. Cod. de fals. mon. Cod. de his qui sibi adscribunt, in ti. Codic. de mut. nom. in 10. extra, de crimin. falsi, in tot. titul. 12. libro 4. fori, in tit. 7. part. 7. in 11. 15. lib. 5. Recop. in tit. 17. libr. 8. Recop. videbis B. simon in pra. xi tit. de fals. cum 3. leq. Clar. libr. 5. § falsum Menoc. libro 2. de arbit. cas. 15. numer. 7. & cas. 187. num. 24. & cas. 194. num. 58. & cas. 201. n. 11. & cas. 2. n. 10. & cas. 302. n. 16. latissimè ex cas. 306. vsque ad cas. 320. & cas. 342. n. 8. & 343. num. 3. & cas. 360. nu. 15. & de adipic. poss. remed. 4. num. 49. & num. 712. & de retin. poss. remed. 1. num. 24. & rem. 9. nu. 41. & de recup. poss. remed. 1. num. 545. & remed. 15. num. 116. Mascard. concluf. 585. num. 1. Palac. Rub. Castil. Ciuentes, & Ant. com. in l. 85. Taur. Villalob. in antinomi. num. 1. & 2. litt. F. & in rerar. commun. 3. prin. lit. F. num. 3. Burgos de Paz. consil. 6. nu. 3. & consil. 20. n. 24. Lud. Peguer, in decis. Cathalon. cap. 15. Anil. in c. Præt. cap. num. 28. & cap. 4. num. 19. & cap. 44. per tot. Auend. in cap. 30. Prætorum, nu. 1. Ioan. Matienzo, in tit. 13. lib. 5. nouæ recop. & ibi. Alphon. de Azeued. cund. Azeued. in l. 3. n. 64. tit. 15. lib. 4. Rec. Canter. vbi suprà cap. 7. per tot. Paz, in praxi. 1. par. 1. tom. 8. temp. num. 21. Couarr. lib. 1. var. c. 13. num. 6. 21 med. & in collatione veterum nullimatum, cap. 8. & in cap. quamvis pactum. 1. part. § 7. num. 5. Ioan. Grac. reg. 185. & seq. Ioan. Gutier, lib. 1. canon. q. cap. 58. nu. mer. 4. Bernard. Diaz, & ibi Salzed. in praxi, cap. 117. per tot. qui alios plures exteros referunt, apud quos, quæ ad falsitatem spectant videri poteris.* Qu bus addes Farin. integ. tract. de falsit. q. 150. ex n. 19. Petr. Zaual. cas. 165. ex num. 21. resolut. crimin. Petr. Greg. libr. 36. Syntagmat. cap. 5. & D. Io. Vela, de delict. c. 10. Bertacolum, consil. 538. num. 17.

Formicationis species, & pœnas, retulimus suprà verbo, coitus, n. 21. vbi videbis quæ huc spectant.

Fractura carceris, qua pœna puniri debeat, diximus suprà num. 17. verbo, carceris effractor.

Furiosus, si delictum commisit, puniri quidem nõ potest, cum satis ipse suo furore puniatur, leg. Diuus, 58 14. D. de off. Præfid. l. infans, 1. D. ad l. Corn. de sicar. Clement. si furiosus, de homic. l. 9. tit. 1. l. 3. tit. 8. p. 7. quid autem si ante furorem deliquit, † vel pestquã captus est, vel condemnatus furore cœpit, an & tũc furor excusset, vide Bald. & Iasin leg. furiosum, C. qui 59 testam. fac. poss. latè disputantem Petr. Plaza, de delict. c. 19. n. 1. Petr. Velez de Guevara, post alios ibi in dict. leg. diuus; Couarr. in dict. Clem. si furiosus 3. par. in initio, ex n. 1. Anton. Gom. in 3. tom. c. 1. n. 70. & seq. Villalo. in suis commun. opin. lit. F. n. 251. Iul. Clar. lib. 5. § fin. q. 60. n. 7. Menoch. lib. 2. de arb. cas. 325. per tot. pid. Cant. vbi sup. cap. 6. n. 65. Masc. cõcl. 59. Spino, de testam. in Rubr. gl. 10. num. 4. *Totãque eam rem judicis arbitrio relinquendũ, in Patricidij præsertim pœna, prudenter animaduertit erudite D. Ioan. de Solorz. sub singulari de Patricidij crimine, c. 18. propè finem, sicque temperanda, quæ in eo proposito scripserũt Menoch. de arb. casu 325. Carrer. in praxi. § homicidium, vers. quæro, num. 32. Tib. Dec. lib. 9. crimin. c. 15. Couarr. in dict. Clem. in initio 3. p. n. 2. Tiraq. de pœn. temp. causa 3. Forc. Dial. 31. Baudio, lib. 2. qu. c. 7. Fach. libro 9. controuers. c. 3. Zeual. pract. q. comm. q 33.

Furtum, quamvis apud aliquas gentes non punitetur, nisi fure in furto deprehenso, vt solertiores sic 60 redderentur homines, vt notant Gell. libr. 11. noct. Atticarum, c. vlt. Alex. ab Alex. lib. 6. dierum genial. c. 10. & ad eum Andr. Tiraqu. apud plerasque tamen grauissimum semper crimen habitũ fuit, grauissimis inde punitũ pœnis, vt ex inf. citandis constabit, apud nos pro prima, & secũda vice, vt cum nostris loquamur, pœnam mortis naturalis nõ habet, quæ pro ter-

io furto semper imponitur. Sed in hoc delicto, vt & in cæteris totum ferè relinquitur arbitrio judicis, qui aliquando pro primo furto vltimum supplicium imponet, aliquando neque pro tertio: æstimanda igitur est persona furantis, & eius cui res auferetur, item & ipsa res furata locus & tempus furti commissi, de quibus omnibus in tit. D.C. & necretalibus de furtis, vbi ordin. interpretes extat, tit. 21. & 22. part. 7 & in tit. 11. lib. 8. nouæ Recopilat. late Bosius in praxi, tit. de furtis, & sec. Iulius Clarus, libro 5. §. furtum, Afflictis, ad constitutiones Neap. lib 5. Rub 63 nu. 15. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ Rub. 3. § 5. Boerius, decis. 136. nu. 7. & decis. 219. & decis. 174. Anton. Capicius, decis. 104. Menoch. lib. 2. casu 295. & sequentibus Anton. Gomez 3. tom. cap. 3. Couarruu. libro 2. variarum. cap. 9. num. 7. Villalobos, vbi supra tit. F. n. 65. & Olanus eadem tit. F. nu. 132. Cantera, vbi sup. cap. 8. Bernard. Diaz, in pract. cap. 90. & ibi Salzedo. Ludouicus Peguera, in decis. Catholoniæ, cap. 16. & cap. 27. cum sequentibus. Anton. de Quesada, lib. vnico, quæst. iuris, cap. 19.

61

Litera. G.

62 Gabellarum fraudatores qui in primis mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur, iuxta illud Matthæi. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris, puniri debent, iuxta locorum consuetudines, & statuta apud nos Hispanos, ex l. 3. 1. tit. 19. libro 9. Recopilat. si venditor, aut emptor, intra certum tempus à lege ibi signatum eam non soluerit, ad solutionem eius, cum duplo compelluntur, de qua re quoad vtrumque forum spectat post Bertachinum, de Gabellis, 7. & 9. p. videbis Ioan. à Medina, de contractibus q. 13. Castro, lib. 1. de potestate legis pœnalis, cap. 11. nom. Soto, lib. 3. de iust. & iure, qu. 6. art. 7. Couarr. in regula peccatum, 2. part. § 5. numer. 5. Nauarr. in manual. cap. 17. num. 20. Ioseph. Angeles, in floribus Theologis, qu. de vectigalium restit. dubio. 1. Otalora. de nobilitate, 1. part. cap. 5. num. 8. Menochium, lib. 2. casu, 397. Paslador. lib. 1. rerum quotid. cap. 3. num. 13. Lasarte de decima exp. cap. 18. num. 39.

63 Gerens alterius habitum (quod sine reprehensione non fit. l. vestis. 23. §. muliebria, D. de auro, & arg. leg.) si joci, aut voluptatis causa faciat arbitrarie punietur, argum. l. mimæ. C. de Episc. aud. & fœmina virili veste vtens excommunicatur, cap. siquæ mulier. 30. dist. quod & 22. penitentiali prohibitum fuit, & apud nos amissis vestibus corporaliter plectitur, vt in pragmaticis, fol. 1. & 2. quod si fraudis causa quis alienis vestibus vtatur tanquam falsarius ponietur, l. eos, 27. § fin. D. ad leg. Cornel. de falsis. cum Bartol. Bald. Felin. & aliis tradit Bosius, tit. de falsis, nu. 131. Menoch. de arbit. casu, 318. nu. 22. Rebuffus, de priuilegiis Scholarium priuilegio. 94. si vero in alicuius opprobrium aut contemptum id faciant iniuriarum actione tenebuntur & pro qualitate criminis punientur. gloss. verbo, larvarum, in cap. cum decostem, de vita, & honest. clericis, de qua re, præter. supra relatos vide Alexan. ab Alex. & Tiraquel. libro 4. cap. 11. eundem Tiraquel. in leg. 3. connub. ex num. 38. Petr. Gregor. lib. 9. Syntagmat. cap. 19. n. 32. Ioann. Rosinum, lib. 5. antiq. Rom. cap 31. Gregor. in l. 1. verb. *vestiduras*, tit. 12. part. 5. didac. Perez, in Rubrica, tit. 18. lib. 8. ordin. Plaza, de delictis, cap. 5. & tit. 11. libro 7. Recopilat. & leg. fin. tit. 15. lib. 8. Recopilat. *Ex quibus grauiter puniendum priuatum qui pro potestate, magistratuve, quid sciens dolo malo commiserit, recte respondit S.C. in l. 3. §. final. D. ad leg. Iul. maiest. & seuere in quendam animaduertendum, qui magistratus nomen sibi falso assumens libidinis causa mulieris domum iam clausam reserari facit, & dolo malo ingressus per vim eam cognoscere attentauit, decreti, Kal. Iulii 1623. Pintiæ, dum in eius senatu aulæ criminalium causarum, præsideretur, iuxta eam etiam, quæ in proposito scripsisse vidi Andr. Tiraq. de nobilitate quæst. 13. Baiardum ad Iulium Clarum, § læsæ maiestatis numer. 7. & in terminis Franciscum Marcum, decisio. 514. numero 3. ad finem.

Grassatores qui prædæ causa in stratis, & itineribus furantur, qui & latrones famosi dicuntur, & apud nos *salteadores* appellantur, pœna furcæ plectuntur, & quando distractionis corporis, text. celeb. in leg. capitalium, 28. §. grassatores, & §. famosos, D. de pœnis, l. 18. tit. 14. part. 7. quo in casu appellationi non est deferendum, ex ratione, leg. siquis filio. 6. §. hi autem omnes, in fin. D. de iniust. rupt. lib. 16. titul. 15. part. 3. quod delictum, cum & furtum sit, ab eis disputatur, quorum supra numero 42. meminimus, nominatim tamen Bartol. & alii, in dict. §. grassatores, & dict. §. famosos, idem Bartol. Bald. & cæteri, in authentica, sed nouo iure, Codic. de seruis fugitiuis, Gregor. in dict. l. 18. gloss. 5. & 6. Anton. Gomez, d. cap. 3. numero 10. Abb. & omnes in capit. inter alia, de immunitate Ecclesiarum, Couarru. libro 2. variar. capit. 9. numero 7. Menoch. dict. casu. 195. numero 14. & notanter Peguera, lib. decisionum criminal. capit. 40. Cantera, dict. capit. 8. numero 11. 64

Litera. H.

Hæresis crimen cæteris omnibus perniciosum, quam latè pateat, quantis pœnis, punitum extet, etsi non satis nemo est qui dubitet: principio punitur pœna perpetuæ infamiæ vsque ad secundam generationem, Secundò confiscatione bonorum omnium, tertiò pœna mortis naturalis, in flammis, si pertinax fuerit, qui hoc admisit, sin verò resipuerit tanctibus prius compressis postea ignibus tradetur, laicus sic, siue clericus, de qua re non solum sparsa loca, & capita extant auctorum, sed integri libri, & tractatus, extant enim in primis tituli, Codic. de hæreticis, & eodem in decretalibus, Sexto, & Clementinis, tit. 26. part. 7. tit. 4. libr. 8. ordin. tit. 5. libro 8. Recolpilat. in his locis ordinarii Interpretes ediderunt tractatus de hæresi, hæreticis, eorum puntione, & pravitate, Franciscus Pagna Paulus Grillandus, Nicolaus Aralettanus, Gundisalvus de Villadiego, Ludouicus Carerius, Arnaldus Albertinus, Iacobus, Simancas, Ioan. à Roias Zanchinus Vgolinus, Conradus Brunus, & Bernadus Comensis, qui omnes habentur, vndecimo tomo, tractatuum diuersorum. 2. par. scripsit Alphonsus de Castro, aduersus hæreses, & de justa hæreti. punitione. Bosius, in praxi, tit. de hæreticis, Iulius Clarus, libro 5. §. hæresis, Anton. Gomez, in l. 78. Taur. Couar. libr. 2. variarum, capit. 8. Menoch. de arbitr. casu, 372. cum seqq. Ioseph Mascar. consil. 838. cum multis sequentibus, Bernardus Diaz, in pract. cap. 114. & seq. & ibi latissimè Salzedo Didac. Cantera, lib. quæst. crim. vlt. part. capit. 1. & plurimi alii, quos recenset Didac. Spino. de testamentis, gloss. 12. Rubricæ, 65

Homicidium immane quidem scelus, & delictum, vetustioribus legib. pœna mortis punitur, Geneseos, capit. 4. & 9. Exodi, capit. 20. & 22. Matthæi, capit. 5. 19. & 26. Marci, capit. 10. & 14. Lucæ, capit. 18. & 22. Ioann. cap. 18. idque & lege vndecima Romuli postea fuit cautum, & Numæ Pompilii constitutione admissum, vt referunt Festus libro. 14. Balduin. ad leges Romuli, capit. 11. Carolus Sigonius, libro. 2. de judiciis, capit. 30. tandem lege Cornelia, de sicariis probatum vt Iustin. refert. 10. §. item lex Cornel. de sicariis, Inst. de publicis iudiciis, leg. prima, & per tot. D. & C. ad leg. Cornel de sicariis, lege tertia. Cod. de Espisc. aud. leges, 1. & seqq. & tit. 8. part. septima lege prima, tit. 17. libro. 4. fori, l. 1. titul. 13. libro. 8. ordin. l. 1. tit. 23. libr 8. Recopilat. extat etiam titul. de homicidio, in necretalibus, Sexto, & Clementinis, & text. in capit. at si cleri. 66

cleri. 4. in capit. clerici. 8. in cap. cum non ab homine, 10. de judiciis, capit. tuæ, 6. de pœnis, capit. mitor, capit. siquis vidua. 50. distin. capit. presbyter. 81. distin. in Tridentino, sess. 14. de reformatione, capit. 7. & sess. 24. capit. 6. quod in homicidio voluntario, sine dubio procedit, vt in dictis locis obseruant ordinarij interpretes latè Bosius, in practica, titul. de homicidio, Clarus, libro 5. § homicidium, Menoch. de arbitr. casu, 170. numero 21. & casu, 275. & casu, 277. cum sequentibus, & casu, 324. numero 11. & casu, 329. numero 7. & casu, 344. numero 6. & casu, 361. & casu, 470. numer. 21. & casu, 471. & de recuperanda possessione, rem. 5. numero 51. Plaza, de delictis, cap. 10. Anton. Gomez. 3. tom. c. 3. Couarr. in Clementina, si furiosus 2. par. Cantera, vbi sup. cap. 6. Mascardus, consi. 364. & seqq. Bernardus Diaz, in practicis, & ibi Salzedo, capit. 94. & punitione huius delicti, apud varias gentes Alex. ab Alex. lib. 3. dierum genialium, cap. 3. & ibi Tiraq. quod si homicidium non voluntarium sit, sed necessarium, aut casuale, aliter dicendum est, vt in l. 13. cum seqq. tit. 6. part. 1. d. l. & 4. dict. titul. S. p. 7. & per eosdem DD. paulo ante adductos, quos videbis.

Litera. I.

67 Immunitatis Ecclesiasticæ violatores, qui confugientes ad Ecclesias extrahunt, qui illa gaudere poterant delinquentes, tanquam rei criminis læsæ maiestatis puniendi sunt, l. presenti. 6. C. de his qui ad Eccles. confug. & de iure canonico excommunicantur, c. miror, c. siquis contumax, c. quisquis, 17. qu. 4. consonat. l. 4. tit. 1 1. part. 1. l. 7. tit. 5. lib. 1. fori, l. 3. & seq. tit. 2. lib. Recopil. Concil. Trident. sess. 25. cap. 20. nouissimè extat Motus Proprius Gregor. XIIII. dat. Rom. Kalend. Iunij, An. 1591. quo omnes antiquæ pœnæ confirmantur, & aliæ insuper adduntur, statuitur, vt illis etiam in casibus, in quibus reus delinquens extrahi juste potest, id non fiat absque superioris judicis Ecclesiastici licentia, etsi temoneatur antiqua Saliceti opinio, id probantis, in dict. leg. præsenti generali consuetudine iam abolita, vt testatur, Iul. Clarus, lib. 5. § fin. q. 30. num. 20. cum Couar. Gregor. & alij, Paz, in praxi 5 part. 1. tomo c. 35. 3. num. 15. & seqq.

68 Incendiarij, quorum malitiam pessimam depopulatricem, & horrendam appellat text. in capit. pessimam, 23. quæst. 18. præter damni restitutionem, cui sut obnoxij pœna mortis puniuntur, leg. capitalium, 28. § incendiarij, D. de pœnis, leg. fin. D. de incend. ruina, & naufrag. leg. data opera. 11. C. de his qui accus. non poss. quæ jure Regio comprobatur, in l. 9. tit. 10. par. 7. libr. 11. titul. 5. libro 4. fori, l. 6. titul. 11. libr. 8. Recopilat. & dimidia bonorum pars confiscatur, l. 39. titul. 19. libro 8. ordin. l. 8. titul. 16. libro 8. Recopilat. Iure Canonico excommunicantur, dict. capit. pessimam, coniuncto capit. siquis domum, de iniurijs, capit. tua nos, sententia excommunicationis, & Ecclesiastica immunitate priuantur, capit. inter alia de immunit. Eccles. leg. fin. titul. 1. libro 1. fori, l. 4. titul. 11. p. 1. l. 3. tit. 2. libro 1. nouæ Recopilat. de qua re plutima notatu digna, præter ordinarios, in dictis locis, & in l. 1. & sequent. D. de offic. Præf. vigil. scripserunt Alexand. ab Alex. lib. 6. dierum genialium, cap. 20. Ioan. Rosinus; lib. 7. antiquit. Romanorum c. 34. Petr. Gregor. libro 36. Syntagmat. cap. 19. Ioseph. Ludouicus, decis. Perusina 25. Rebuffus, de priuilegiis scholarium, priuilegio 103. Cassaneus, in consuetudine Burgundiæ, Rubr. 1. num. 50. Grammaticus, decis. 3. Afflictis decis. 57. Socinus, reg. 178. Menoch. de arbit. casu. 390. & consil. 53. volu. n. 1. Mascardus, con. 892. Rosius, in praxi, tit. de incendiarijs, Clarus, lib. 5. § fin. q. 77. n. 19. Bernardus, Diaz, in pract. cap. 105. & ibi Salzedo Nauarr. in Manual. capit. 17. num. 100. Cantera, vbi supra cap. 8. ex n. 19.* Hæc quando incendium dolo, & nocendi animo factum est; quod si non ex dolo sed culpa eueniet, qui casuam incendio dedit corporaliter non plectitur, sed quanti incendium factum non esse interest condemnatur. l. qui ædes, 9. l. fin. C. de incendio, ruina, & naufragio, & inducs. l. si vt certo. 5. §. quod vero senectute, D. commodati, nisi casu, & fortuito contingat, præter alicuius voluntatem, leg. siquis furno 49. §. quod dicitur, D. ad legem Aquil. leg. si alius 7. § est & de alia, D. quod vi, aut clam leg. cum duobus, 52. §. damna fatalia, D. pro socio, & inducs. leg. quæ formitis, 6. C. de pignorat. actione, adde Bald. omnino videndum, consil. 442. libro 3. His est proxima quæstio non infrequens, quid siquis, eiusve serui, aut famuli illius mandato ignem immittant, dum tamen rei licitæ operam dant, veluti vel lege vel statuto permittente, vt in specie, leg. qui occidit 30. § fin. D. ad leg. Falcid. leg. si vendita 11. D. de peric. & comm. rei venditæ vide Ioseph Ludouic. dict. decis. Perusina. 25. maxiu. è num. 21. Alexand. consi. 59. lib. 1. Angelus, de maleficis, verbo, *incendiarium*, gloss. cuius rei, n. 9. 11. & 12. Menoch. d. casu. 390. Farin. in praxi crim. 3. p. q. 110. c. 3. ex numero 116.

Incestus crimen quod committitur, quando inter se affines, vel consanguinei coeunt, aut perpetratur fornicarie, & absque colore, & figura matrimonij, & tunc imponitur adulterij pœna, l. si adulterium, cum incestu. 38. D. ad l. Iul. de adult. l. 1. 2. & 3. tit. 18. p. 7. & insuper dimidia bonorum pars confiscatur l. 7. tit. vlt. lib. 8. ordin. l. 7. tit. 10. lib. 8. nouæ Recop. vnde in viro erit pœna mortis, muliere flagellorum, & detrusionis in monasterium, l. penultima, tit. 17. p. 7. Quæ adulterij pœna, cum hodiè immutata sit, ex l. 80. Taur. & iis, quæ sup. diximus, n. 4. pœna incestus arbitraria erit, quamvis in primo gradu semper pœna mortis imponatur, vt sepius fuisse factum testatur Clarus, lib. 5. §. incestus, Boerius dec. 318. Petr. Greg. lib. 36. Syntagmat. c. 7. ex n. 7. qui de hoc crimine latè agunt, & Ant. Gomez, in l. 80. Taur. ex nu. 15. Bosius, in praxi, tit. de coitu damnato, ex n. 71. Couarr. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 2. Cantera, vbi sup. cap. 4. n. 54. Bernardus Diaz, in praxi, & ibidem Salzedo, cap. 84. Menoch. de arbit. casu, 329. n. 3. Mascardus, con. 893. Quid si † in figura matrimonij incestus committatur in gradibus dispensare solitis, mitior pœna imponenda erit, ex authentico de incest. nupt. § 1. collat. 1. authentica incestas nuptias, C. de incest. nupt. dict. l. 13. tit. 18. p. 7. maximè sub conditione (si Papa dispensauerit) argumento l. anunculo. 5. D. de cond. sine causa, iuncta l. in tempus, 62. D. de hæred. institu. de qua cond. latè Couarru. vbi supr. cap. 3. n. 7. Ioan. Gutierrez, lib. 1. canonicarum quæst. c. 12. Quæ tamen sententia mihi difficilis hodiè videtur ex Clem. 1. de consang. & affin. & Trident. sess. 24. de reform. matrim. c. 5. vbi: *Spe dispensationis consequenda caveat*. Vnde ipse etiam hoc casu incestum committentes punirem aliquantulum, tamen leniori pœna. 69

Infringens alterius domum, Ecclesiam, siue carcerē, qua pœna puniri debeat diximus, sup n. 17. & 36. 71

Iniuriæ crimen, quod latissimè patet committens, quamvis olim leg. 12. tabularum pœna 25. assium tantum puniretur, vt constat ex eius verbis relatis ab Gellio, lib. 20. noct. Att. c. 1. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 10. Balduin. ad leg. 12. tabularum, capit. 62. Anton. Aug. c. 33. Franc. Hotoman. pag. 218. postea arbitrarie puniri cœpit. § in summa, Inst. de iniuriis, leg. fin. D. eodē l. 11. tit. 9. part. 7. l. 3. tit. 9. libro 8. ordin. coniunct. l. 3. tit. 10. lib. 8. Recop. Idemque, & iure canonico admittendum est ex sententia Host. in Rubrica, de iniuriis, n. 3. cogendique sunt clerici iniuriato veniam postulare, quam si recusauerint, degradantur, c. Clericus maledicus, 46. defficiūtque, tam clerici, quam laici qui iniuriæ judicio damnantur infames, l. 1. de 72

his qui not.infam.docent Abb.Felin.& aliis,in cap. cum te, de re judic. & semper arbitrariam pœnam imponendam esse pro hoc crimine, siue facto, siue scriptura commissum sit docuit communis sententia, de qua per Bart.in leg.3.D.de liber.& posthum.vbi Paul.Alex. & alij, D.de liber. & posthũ. Ioan.Corasio,in leg.si tã angusti, num.7.D.de seruitut.Iul.Clar.lib. 5 §.iniuria,Iacob.Menoch.de arbit. casu.263.Thomas Gramaticus,decis.37.Boërius,consil.4.Petr.Gregor.libro 38. syntagmat.ca.1. & seqq. Bosius,in praxi, itul.de iniuriis,Mascardus,con.902. & sequentib.Peguera,lib.decis.crimin.cap.13.Hodiè
73 nouiori jure Hispano, †qui alicui conuitium dixerit ex illis nominatis, in lege 2.titulo 10.libro 8.nouæ Recopil.videlicet Gafo,Sometico,Cornudo,traydor, herege.tornadizo,ò à muguer que tenga marido,puta,vel quid simile,vt aleuoso,& hechizero,bruxo,judio,& vltra pœnã arbitrariam,& pecuniariã ibi statutam, cenbitur,palinodiam decantare,vulgo *desdezirse*,nisi nobilis fuerit, aut clericus, ex eadem lege, & communi sententia.Gregor.vbi suprà in l.8.tit.7. part.7.Didaco Perez, sub titul.9.libro 8.ordin.Ioan. Arze de Otalora,de nobi irate 5.part.cap.vlt.num.6. Auiles in capp.Præt.in procem.num.20.Couar.lib.1. var.capit.11.Petr.Plaza,libro 1.de delictis,cit. 1. per tot.Parlard.lib.1.rerum quotidian. cap.17.Padilla,in leg.verbum, volo,numero 5. Codic.de fideicommiss. Petr.de Salazar,de vsu,& consuetudine,cap.1.nu.85. & seqq.Salzedo,ad Bernardum Diaz, capit.99. qui juxta dict. leg. 2. & iniuriarum crimen videndi sunt.

Iudex corruptus pecunia, olim arbitrarie puniebatur,l.lex Iulia 7.§.hodiè D.ad leg.Iul.repetund.po-
74 stea quadruplo,l.1.C.eodem authenticorum jure accipiens pecuniam in triplum, promissionem in duplum, authentica,sed nouo jure, Cod.de pœna judic. qui male judicauit,notat Iul.Paul.libro 5.sentent.tit. 28.& ibi Cuiacius,idem Cuiac.libro 6.obseruat.cap. 18. Carol. Sigonius, libro 2. de antiquo jure Prouinciarum,cap.5.& cap.11.&lib.2.de judiciis capite 27. in princ.& fine,Iacob.Rebardus,libro 3.variarum,capite 15.Menoch.libro 2.de arbit.casu,342.Quod nostris etiam legibus semper fuit punitum,lege 6.titulo 4.parte 3.lege 8.titulo 1.parte7.lege 2.titulo 15.libro 2.ord.& in duplum dãnabatur antea,hodie in septuplum,cum officii priuatione,pragmatica,57.lege 6.lege 56.titulo 5.lib.2.lege 1.titulo 9.libro3.lege 21. titulo 1.lege 6.titulo 21.libro 9.in nouo Recopil.notat Montalnus, in leg 2.glossa final. titulo 7.primo fori Gregor.in dicta lege .6 parte verbo *,no reciban don.* Auiles, in capite primo, prætorum, verbo, dadiuas, Auendañus ibidem, capit. 2. ex n.4. Didacus Perez, in lege fin.titulo 14.libro ordin.Couar.in regula,peccatum 2.part.§.3.numero primo,Nauar.in Mant.cap. 17.num.32.Ioan.Oroscius,& Petr. & vellez de Gueuara, in lege plebiscito 18.D. de off. Præfid. adeo vt neque esculentum, neque poculentum in magna paruaué quantitate possit recipere,vt per eosdem Dd.& aliquid diximus suprà numero 25.

Litera L.

75 Læsæ maiestatis crimen, quod committitur,cum quis de stilli animo aduersus Principem, vel Rempublicam perpetratur,& pluribus modis de quibus,& leges,& auctores statim citandi, punitur pœna mortis naturalis,perpetuæ infamiæ,in filios etiam,& posteros descendit, & confiscatione omniũ bonorum dote excepta,& dimidia parte quæsitorum constante matrimonio,quæ mulieri reseruantur,qua de re latissimé, I.C.& Cæsares,in lege prima & seqq.D.& C. ad leg.Iul. Maiest.& in §. primo inst. de public.judiciis,maximà autẽ,in leg.quisquis,Codice illo titulo de jure canonico laicus excommunicatur,& in monasterium detruditur,clericus degradatur, verbalium tantum ex communi sententia, quæ pœnæ à jure ciuili impositæ Regiis legibus confirmantur, lege prima,& seqq.titul. 2. patte 7. lege prima & seqq.titulo 7. lib.8.ordinam. lege prima & seqq.titul.18.libro 8. Recopilat.lege decima, titulo 9.lib.5.eiusdem Recopilat.leg.6.titulo 13.part.2.& proditoris ædes,diruũtur euertũturque,& aratro in eas inducto, sale deinde asperguntur,dict leg. 6.titulo 14.lege fin.titulo 19.lege 6. titulo 27. parte 2. eius filii masculi, præter infamiæ notam, hæreditatis etiam extraneæ incapaces fiunt,fœminę non sic,quia quartam partem bonorum maternorum habere possunt, jure antiquo hodiè vti ego existimo integram hæreditatem scripserunt de crimine læsæ majestatis integros tractatus Martinus Laudensis, Hieronymus Gigas, & incertus alius auctor,qui omnes habẽtur 11.tom.diuersorum doctorum tractatuũ prima parte latissimè præter ordinarios in dictis locis,Paul.Manutius,de legibus Romanis,fol.24.palma,tract.de fisco,in rubr.de crimine læsæ majestatis,Antonius Contius ad leg.Iuliam maiestatis Anton. augustinus, Franciscus Hotoman. Prateius,de legibus,verbo,Iulia maiestatis, Marcerius.libro 2.opinionum, capit.14. Matthæus de Afflictis,in c.1.versic. & bona committentium,ex num.53. quæ sint regalia in vsibus feudorum,vbi tradit quadraginta quinque modos, in quibus hoc crimen committitur,Capicius,decis.230. Octauianus,decis.80.Cruueta,consil.6.& consil.319.Bosius titul.de crimine læsæ maiestatis.Iulius Clar.lib.5.§.læsæ majestatis Angel. de malefi iis,verl.*Et hay traydito la tua patria*,Menoch. de arbitr.casu,319.num.29.& de recuper. possessione remed.1.n.334. & rem.5.n.52.Mascardus,consi.462. Folerius,in practica versic. item quod commisit crimen læsæ maiestatis, per tot.Petr.Gregor.lib 33.syntagmat.cap.3.&lib.35.cap.1.Gregor.Lopez,& Didac. Perez.in dictis legibus Regiis,Anton.Gomez 3.tom. cap.2.n.6. Couar.lib.2 variarum cap.8.& cap.9.n.4. Bernadus,piaz,& ibi Salzedo,in praxi,c.118.& 119. Cantera vbi suptà c.2.per tot.Ioan-Parlad. lib.1. rerum quotid.capit.21.Simancas,de Catholicis inst.titul.9.& Ioann. Matienzo,in dict.l.10.titul.9.libro 5. Recop.

Lamiæ qua pœna puniri debeant vide inf. verbo. 76
Sortilegium, vbi de his, & strigibus, & alii superstitiosis delictis argemus.

Latrones qualiter plectantur diximus suprà verbo, furtum,& verbo, grassatores sub numero 42. & 45.

Lenocinii crimen,quod non tantum à marito,sed 77
& ab aliis cõmitti solet, grauiter omni jure punitur. Primo enim si maritus hoc perpetret delictum, vt quia ab adultero aliquid accepit,vel vxorem in adulterio deprehẽsam detinuerit,aut eius adulterium tacendo dissimulet, cum publicum sit inter vicina,lure ciuili ab accusatione adulterii repellitur, infamis efficitur, & tandem nouiori jure pœna mortis plectebatur, lege cum mulier 47.D.soluto matrimon. l.2.D.ad leg.Iul.de adulter.1.l.athletas,§.qui lenocinium, D. de his qui not. infam,leg. palam.§.fin.D.de ritu nupt. authent. de lenonibus, §. præconizamus, collat.3.quę pœnæ antiquo jure Partitarum comprobantur,in l.4.titul.6.in leg.7.titulo 17.in.l.2.titul.22. parte 7.quamvis de generali consuetudine, jam non imponatur pœna mortis, sed publicæ ignominiæ, cum flagellis, & tribus perpetuis, si bis, id delictum commiserit maritus, de qua lenocinii specie, & eius pœna agunt Doctores, in l.2.D.ad leg. Iul. de adult.& in l.2.& in lege fine mem.17.C.eodem,& in aliis locis suprà relatis Guillielmus Benedictus,in capit. Raynutius, verbo cuidam Petro, numero 62. Iulius Clarus, libro 5.§.fin.questio.68.numero 23.

Folerius,

Folerius,in practica.1.p.2.species, versic. item quod fuit leno,Petr.Gregor.libro 36.syntagmat.capit.11. Mascardus,con.322.numero 5. Palacios Rubios,in repet cap.per vestras,3. notab.§.21.numero 23.Gregor.in dictis legibus p. Didac. Perez, leg. fin. verbo, *rufianes*, titul.24.libro 8.ordin.Anton. Gomez, in leg.80.Taur.num. 73. Ludouicus Peguera, capit. 15.per tot.Couarruu.in 4.2.p.cap.7.§. 2. numero 4. Auiles,in cap.Prætorum,cap.47.verbo,manceba,numero 3.Auendanus,de exequend.mandatis,1. par.c. 22.numer.7.& 2.part.cap.6.num.1.Petr.de Salazar, de vsu,& consuet.capit.1.numero 91.Cantera, vbi
78 suprà c.4.ex numero 59. Quod si non à marito†sed ab alio homine,vel muliere lenocinium committatur,qui intercedunt cũ fœminis,vt aliis viris se prostituant, quos internuncios, siue alcahuetes appellamus,leg.palam.§.lenocinium,D. de ritu nupt. leg. mariti 29.§.plectitur,D.ad leg.Iul.de adulter.leg.tit. 22.part.7. qui siue pretio, siue graris id faciant jure ciuili iisdem pœnis subiiciuntur;quas maritos notati suprà diximus,idé jure Regio l.4.titul.6.l.2.tit.22. part.7.titul.10.lib.4.fori,si mulier nupta fuerit, virgo,aut vidua honeste,viuens;quamuis vsu hæ pœnæ non recipiantur,vt notat Didac.Perez,vbi supra Salazar jam relatus cap.2.num.24.& seq.sed cum infami mitta,vulgo, *corcza*,flagellantur indicisque insuper arbitrio puniuntur. Nec hi tantummodo,sed & qui eorum opera viuit,l.7.tit.10.libr. 4.for,l.5.tit.9. part.7.& hi etiam qui lucri causa prostituras habent fœminas,siue in caupona,siue stabulo,siue in publico lupanari eisdem puniendi sunt pœnis,vt in dict. legib.1.& 4.tit.2.part.7.quod si earum sunt domini, aut patres,dominicu,siue patria potestate priuantur, leg.si lenones,13.C.de Episc.aud. quamvis nouiori iure aliud sit siquidé pro prima vice publica ignominia plectuntur per &per decẽ annos ad triremes dãnatur,pro secunda flagellãtur,& perpetuis triremibus puniuntur,l.fin.tit.4.lib.8.ordin.coniũcta,l.45.&,10. tit.11.lib.8.Recop.mulieres verò quæ huiusmodi lenones habent publicè flagellandæ sunt,vestib.quib. induũtur amissis,dict.l.4.titul.11.libro 8.Recopilat.

Ludentes vltra à lege permissum,vel taxillis, aut
79 aliis instrumentis prohibitis, qualiter sint puniendi diximus suprà numero 7.verbo. Aleatores.

Litera. M.

80 Maledicus in Deum,Sanctos, Principem,siue eius consiliarios quomodo debeat puniri,vide suprà numero 14.verbo,blasphemiæ,vbi eos retulimus,qui de huius peccati pœnis agunt.

81 Mathematici, qui inique, & superstitiosè artem suam exercent, an sint aliqua pœna puniendi, vide inf.verbo sortilegum.

82 Matricida,id est,qui matrem suam occidit,qua sit pœna puniendus,vide inf.verbo,parricidium.

Mendicantes validi, qui cum possint sibi victum propriis laboribus, & industria quærere, ostiatim mendicare,& otio frui volunt, & ex alieno viuere, mortaliter peccant,& in rem publicã,veroſque pauperes non parùm, quare punitos eos, & omni jure apud omnes nationes constat,l.1.C.de mendicantib. validis,lib.11.authentico de quæstorib,§.si vero vitæ occasionem,junctis,quæ in proposito præter ordinarios diligenter,& doctè rem è media antiquitate repetentes adducũt Petr.Gregor.lib.39.syntagmat.cap. 6.num.12.& 13.cum seqq.Tyber.Decianus,1.tom.de delictis,lib.4.c.13.Iulius Clarus,lib.5.§.fin.qu.8. Iacobus Menochius,lib.2.de arbitr.centur.6.casu,532. per tot. Ludouic.Peguera,lib.singulari,decis.criminal,c.4.per tot.eis nec eleemosynam dari posse, nec oportere probat text.iuncta gloss.in cap.1.dist.82.l.4. verbo,*tirar*,tit.5.part.1.l.4.tit. 20.p.2. nouissime que graues indictas pœnas constat,ex l.1.tit.11.lib.8.nouæ Recop.vbi multa in proposito Alphonsi.de Azeu. maximè,ex num.3.quem præter alios videbis,quibus addes,& inualidos esse quoque mendicantes puniẽdos,qui se ipsos,hac de causa,vt mendicent debilitarunt, seueriusque qui suos filios eò debilitant,quod non paucos nostro hoc, antiquiore, etiam sæculo fecisse accepimus,aduertitque Franc.Ripa,tractat.de peste,titul.de remediis præseruatiuis contra pestem, numero 174.Menoch.& Ludouicus Peguera,iam citati.

Monialem carnaliter cognoscens,grauissimis sub- 83
iiciendus est pœnis, de quibus diximus suprà n. 22. verba,coitus,versic.septimo prohibetur.

Monetam falsam cudens, aut iuxta eam aliquid 84
committens, vltimo supplicio afficiendus est, diximus suprà numero 38.verbo,falsi crimen.

Monomachiam exercentes puniendi sunt illis.de 85
quibus suprà n.31 diximus, verbo. Duellorum vsus.

Monopolium exercentes,qui in generalem prohi- 86
bitionem legis Iuliæ,de annona,committũt illis pœnis puniri poterunt,quarum supr.meminimus, n.10. verbo annonam,& confiscat. omnium bonorum & exilio perpetuo à ciuitate,l.1.C.de monopoliis,& in l.2.tit.7.p.5. vbi ordinarij interpretes, Innocentius, in c.cum omnes,& in cap.cum accessissent,de constitut.in cap.significasti,de appella.Felinus,in cap.accedentes,de præscription.Lucas de Penna,in leg.fin. C.de legatio.lib.10.Rebuffus,ad constitut.Regni,tractatu de magistris artificiorum,art.4.glossi.2.Soto,libro 6.de iusti.ia,& jure,q.2.art.vltimo,Auendañ.de exequend.mandat.1.par.19. num. 31. Ioan. Matienzo,ad l.1.glossi.9.numero 13.titul.14.libro 5.Recopil. vbi Azeuedo,numero 14.Bosius,titul.de vnionibus, & colligationibus,numero 4.

Litera. N.

Nomen suum mutans in alterius fraudem,crimẽ 87
falsi committit, & punitur pœnis de quibus suprà numero 38.ver.falsi, & in l.1.Codic.de mut.nomin. l.2.titul.7.part.7.quæ nunquam erit lethalis,vno casu excepto,de quo in l.39.titul.9.libro 6.ordin. l.14. titul.18.libro 6.nouæ Recopil.extat etiam,l.10.tit.2. part.4.& plura aliis relatis tradit Iacob.Menochius, de arbitrariis,casu 318.per totum.

Notarius fabricans,siue conficiens aliquod instru- 88
mentum falsum, aut juxta instrumenta aliquam falsitatem committens,punitur,vt diximus, dicto numero 38.verbo falsi crimen.

Litera. O.

Occidens alium,siue palam,siue proditorie, sine 89
gladio,siue veneno,qua puniendus sit pœna,vide per eos Doctores,quos suprà retulimus,numero 47.verbo,Homicidium.

Occidens se ipsum quamvis post mortem, apud 90
aliquas gentes in cadauere non punitetur,ex his quæ cum aliis recensent Iacob. Menoch. de arbitrar.casu 284.idéque si tædio vitæ id fecisset jure Romano,& Partitarum observaretur,l.1.& seqq.D.& Codic. de bonis eorum,qui ante sentent.mortẽ sibi consciner, l.24.tit,1.l.2.titul.17.part.7.Hodiè verò omnia eius bona fisco applicantur, si hæredes descendentes non habeat,l.9.titul.13.l.19.titul.fin.libro 8.ordinam. l.8. titul.23.libro 8.recopil.& eius corpori Ecclesiastica sepultura denegatur,c. placuit, 23. quæstio.5.cap.ex part.11.de sepulturis aliud erit si metu pœnæ,id perpetrauit delictum, vt latè per ordinarios, in dictis locis,& in l.2.C. qui testam.fac.poss.Felinus in cap. contingit,de sentent.excomm.Menochius vbi suprà Anton.Gomez,3.tom.c.3.numero 13.& 14.Plaza,de delictis,capit.23.Didac. Couarruu.libro 2.var.cap. 1.

numero 11. Cantera, vbi suprà cap. 6. numero 53.

91 Occultans latrones, aut aliis criminibus reos, iisdem illis pœnis subiiciendus est quibus rei principales sunt puniendi, l. 1. D. de receptatoribus, lege prima & 2. Codice de iis qui latron. occultau. de quo suprà latè, verbo Receptatores.

Litera P.

91 Parricidium immane quidem, atque infandum facinus, & scelus, quod ab his committitur, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occidunt, aut alios, quorum meminit, l. C. in l. 1. D. ad leg. Pomp. de parricid. & Imper. in l. 1. Codic. de his quæ par. vel liber. occid. maximis semper fuit punitum pœnis licet diuersis apud varias gentes, vt commemorat Alexand. ab Alexand. libro 3. genial. dierum, capit. 3. Balduinus ad leges Romuli, capit. 11. Sigonius, libro 2. de iudiciis, capit. 31. Brisonius, libro 2. de formulis, pag. 155. in prin. Ioan. Corrasius, in l. 1. §. deinde cum ætarium, numero 16. D. de origin. juris. Hodie autem huius delicti pœna est quæ à Iustiniano refertur, in §. alia deinde lex, Inst. de public. judiciis, ex leg. pœna 9. C. ad leg. Pompeiã, & in dict. leg. vn. & in l. 6. tit. 9. C. Theod. comprobata. l. 12. tit. 8. p. 7. exornant præter suprà citatos. Idem Ioann. Corasius in dict. l. 1 §. deinde Cornelius, D. de orig. iuris, num. 10. & in leg. Diuus, numero 5. D. de off. Præsid. & ibidem Petr. Velez de Guevara, num. 12. Anton. Gomez, 3. tom. cap. 3. ex numero 3. Plaza, de delictis, capit. 22. Cantera, in dict. capit. 6. numero 24. Couarr. in Clem. si furiosus, 2. part. in initio, numero 10. & 12. Bernard. Diaz. in praxi, capit. 96. & ibi Salzedo, Iulius Clarus, libro 5. §. Parricidium, Perr. Gregorius, libro 26. syntagmat. cap. 24. Menoch. de arbitr. casu 336. ante quos Plato, libro 9. de legibus & Iulius Paul. libro 5. sentent. titul. 24. & ibi Iacob. Cuiacius. * Quibus omnino addes, quæ diserte & doctè post hæc scripsit eruditus Dominus Ioannes de Solorzano integro libello, de parricidiis, vbi ad saturitatem, quæ huc pertinent videre poteris

93 Partum exponentis pœna quæ sit, diximus suprà numero 39. verbo, exponens infantem.

94 Partus suppositi crimen speciem falsi esse diximus suprà num. 18. verbo, falsi crimen, eius pœnam videbis per eos Doctores quos ibi retulimus.

95 Peculatus crimẽ fuiti species est, cõmittitur enim, cum quis publicam, vel sacram pecuniam furatur, quod si is antea suo periculo, aut cura eam habebat, capitaliter lege Iulia peculatus punitur: sin minus deportatione. l. 1. & per tot. D. ad l. Iul. pecul. l. 1. C. de crimin. peculat. l. 1. tit. 17. part. 2. l. 18. titul. 14. p. 7. de quo aliqua Robertus, libro 2. receptæ lectio. capit. 2. Alciat. libro 1. disput. cap. 5. Duarenus, libro 2. disput. capit. 26. Rebardus, libro 2. variarum, cap. 19. Anton. Anguftinus, libro 1. emendat. c. 3. Menochius de arbit. casu 389. in princ. & hodiè etiam si sua cura pecuniam hanc non habuerit, qui eam furatus est, grauius punietur, quia sacrilegium cõmittit, vt dicemus infra verbo, sacrilegium, & notant Doctores sup. citati num. 24. verbo, furtum.

96 Periurij crimen grauissimũ quidem, & detestabile est, vt constat Leuitici, c. 19. Malachiæ cap. 3. Zachariæ, cap. 5. Matthæi item, cap. 5. Platone, libr. 11. de legibus, Cicerone, lib. 2. de legibus, Aristotele, in rhetorica ad Alexand. punitur pœna mortis æternæ, vt cum D. Augost. & S. Thoma resolvit Soto, libro 8d e just. & jure, q. 1. art. 2. & 3. Castro. lib. 8. aderfus hæreses verbo, periurium, sed vt omissis variis Doctorũ opinionibus distinguẽtes inter periuriorum pœnas, rem dilucide intelligas sic definiens, periurij, † si promissorium est, punitur pœna infamiæ, gloss. in leg. Lucius, 21. verbo debeant, D. de his qui notãt. infam. gl. in cap. quicunque, verbo reciperetur 6. q. 1. text. in 1. infames. 6. q. 1. cap. siquis conuictus 22. q. 5. l. 26. tit. 11. par. 3. l. 2. tit. 5. p. 7. deinde ei nunquam fides adhiberur, neque eius testimonio creditur, cap. sicut 9. c. testimonium 54. de testibus, cap. patruali 16. q. 5. d. l. 26. p. & quamvis olim non puniretur alia pœna hodiè amissione omnium bonorum periurij promissorium vindicatur, l. 1. tit. 6. libro 8. antiq. ordi. l. 1. tit. 17. lib. 8. Recop. late Couarr. in cap. quamvis pactum 1. p. §. 7. Bolognetus, & Cognolus, n. 181. & ibi Padilla, n. 17. in leg. siquis maior, Codic. de trãsactionibus, Clarus, libro 5. §. periurium n. 3. Cauallinus, libro 2. millequiorum, cap. 590. Didac. Perez, in l. 1. verbo, positiones, tit. 4. lib. 3. ord. col. 918. post alios, in l. 2. C. de reb. cred. iu. Ripa in cap. 2. n. 9. de rescript. Cassaneus, in consuetudinibus Burgundiæ, Rub. 10. §. 12. n. 22. Gregor. Lopez per text. ibi in lege 27. verbo, *casa de saguisada*, titulo 11. parte 3. Auendañ. de exequend. mandatis, 2. part. cap. 27. n. 8. † Quod si periurium 98 sit assertorium arbitrarie punietur, ex communi interpretatione, leg. fi. D. de crimine stellionat. cui conjunges non male leg. 2. titulo 15. lib. 5. nouæ Recop. resoluit Alex. in lege 3. §. dato, & in lege si duo, §. fi. D. de jur. jur. Doctores paulo ante citati, & Afflictis ad constitut. Neapolit. libro 3. rubrica 55. num. 11. Robert. libro 1. disput. c. 37. sentent. cap. 20. col. 2. Contius, ad leg. 2. Codice ad legem Iuliam maiest. Duarenus, libro 1. disput. capite 37. cum multis Menoch. de arbit. casu 319. per totum, quod quidem periurij, cum absque falso non committatur, pœna falsi punietur. Hodie † quinta pars dentium solet à timi testi fa 99 sum asserenti, lege fin. titulo 16. p. 3. continẽta lege 3. titulo 12. libro 4. fori. & nonissime loco huius pœnæ ad triremes damnatur, l. 7. tit. 17. lib. 8. Recop. aliquando patitur pœnam talionis, l. 83. Taur lege 4. tit. 17. & diximus sup. num. 38. verbo, falsi. Add etiam quod ersi ex communi alia sent. quam refoluunt Couar. & alii sup. citati. Bosius, in praxi, titulo de periuriis, numero 1. & 2. Boerius, decis. 305. & dicta lege 26. titulo 11. parte 3. siquis quãdo positionib. resp. peteranerit, nullam pateretur pœnam, hodie vltra alias periuris im- 100 positas, quas incidit † punitur amiss. causæ, & sexcentis marapetinis, leg. 2. titulo 7. lib. 4. Recop. coniuncta lege secunda titulo 17. lib. 8. eiusd. Recop. notat Did. Perez, vbi sup. col. 919. Auend. d. c. 27. n. 17. & videbis Bernard. Diaz, & ibi Salzedo, in praxi, c. 92. Did. Cãtera, in quæst. criminalib. c. de plena probat. 3. n. 31.

Piratæ qq. subiiciendi sint pœnis, repete ex his que 101 suprà tradidimus, verbo grassores, sub numer. 42. & verbo, furtum numero 42.

Plagiarij sunt, qui hominem liberum libertum, 102 seruumve alienum, dolo malo vendiderint, emerint, celauerint, donauerint, aut quocunque modo alienauerint, l. 1. & per totũ ff. ad l. Flauiam, de plagiariis, qui si nobiles fuerint in metallũ damnantur, si ignobiles vltimo supplicio subiiciuntur l. fin. C. eodẽ, l. 1. & 2. tit. 14. l. 1. tit. 15. lib. 4. fori, l. 1. & 2. tit. 3. lib. 7. *del mero imzgo*, l. 12. tit. 14. p. 7. l. 80. in legibus styli de quo crimine agunt Menoch. de recup. poss. rem. 9. n. 382. Conan. libro 1. c. 9. num. 10. Cotrar. in leg. congruit, nu. 9. de offic. Præsid. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 68. n. 18. Bos. in praxi, titul. de plagiariis per tot. & tit. de furtis, n. 42. Cantera, iam citatus, cap. 8. num. 13.

Populatores, siue depopulatores agrorum punian- 103 tur illis pœnis, quas incẽdiarios incidere suprà diximus, num. 49. verbo incendiarij.

Prædaricatores, quamvis illi propriè appellentur, 104 qui causã aduersariis suis donant, & ex parte auctoris, in partem rei concedunt, leg. prædaricatores, 22. D. de verb. sign. l. 1. n. de prædaricatoribus, placuit tamen, & prædaricatorem, etiam dici adnocatum, & procuratorem, qui clientuli sui, quem defendendum 97 suscepit. secreta detegit, & parti aduersæ pandit: horũ pœna

pœna infamia est, & extraordinaria, iure communi ex dict. legibus, & leg. athletas. §. fin. D. de his, qui not. infam. hodiè autem augetur: quoniam prætet infamiam, incidit in pœnam mortis naturalis, l. fin. tit. 6. part. 4. tanquam aleuosus (vt sic loqui liceat) cuius legis maximum esse rigorem notat ibidem Gregor. & temperandum esse, ex l. 9. & 15. eiusdem tit. & l. 2. tit. 7. par. 7. l. 11. & l. 17. tit. 16. l. 12. nouæ Recop. de quo late Menoch. de arb. casu 323. Ægidius Bosius, tit. de prædaricatorib. Iul. Clarus, lib. 5. §. fin. qu. 72. nu. 3. ordinarii, in dictis locis, & in l. 11. C. de aduoc. diuers. iudicum.

105 Proditores qualiter sint puniendi, si per insidias aliquem occiderint, vide per eos Doctores, quos suprà retulimus, verbo, homicidium, num. 47. & vide inf. dicenda, verbo, venefici.

Litera R

106 Radens scripturam, aut monetam punitur pœna falsi, vt diximus suprà numero 3. verbo, abrasio. & numero 38. verbo, falsi crimen.

107 Rapina fuiti species est, ideo de eius pœnis dict. vt suprà numero 42. verbo, furtum, & numero 36. verbo expilator, in fine.

108 Raptus crimen grauissimum est, pœna mortis semper punitum, & amissione bonorum omnium, quæ raptæ mulieri iur. ciuili applicantur, militer, & iure Regio, nisi cum raptore contrahat, quod tamen iure canonico non erit admittendum, cui in hoc standum est, si in eremo committatur hoc delictum vel ad eum raptor, cũ rapta confugiat: apud nos est casus *de la hermandad* & punitur pœna sagittæ de eius pœnis agit text. in leg. raptores, in leg. siqui, non dicam rapere, C. de Episcop. & clericis, in l. vnica, Cod. de raptu virginum, in §. item lex Iulia, de vi, inst. de publ. iudiciis, in cap. raptores, & per tot. 36. quæst. 2. in tit. de raptoribus, in Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. in l. 12. & 15. tit. 20. l. 4. fori in l. fin. tit. 11. par. 1. in l. 3. tit. 20. in l. 2. tit. 31. par. 7. in l. 2. tit. 13. libr. 1. Recop. late ordinarii, in d. locis, maxime repetentes, in d. l. vn. & ii actores quos sup. citauimus, verbo, ceitus. per tot. maxime Clarus, lib. 5. §. raptus. Bosius, tit. de raptu mulieris, Menochius, de arbitrariis, casu 360. num. 30. Tau. num. 30. plurimos retulit Mascardus, consil. 1254. Ant. Gomez in l. 80. Taur. n. 36. Salzedo, ad Bernardum Diaz, cap. 76. Couarr. libr. 2. variar. cap. 20. num. 8. & in 4. 1. par. §. 9. n. 1. & seq. inb cap. 3. & late Peguera, in qu. criminalibus cap. 42. & 43.

109 Receptatores, quorum pessima malitia est: quia sine eis latere nemo dici posset, puniendi sunt eisdem pœnis, quibus rei principales, & aliquando leuius, vt probatur, in l. 1. D. de receptatoribus, in leg. Metrodorum. 4. D. de pœnis. in l. 1. C. iis, qui lat. occultan. l. 18. tit. 14. l. 14. tit. 29. patte 7. leg. 1. & 2. tit. 16. lib. 8. ord. l. 1. & 2. tit. 19. libro 5. Recop. l. 4. & 5. tit. 12. l. & 4. tit. 16. leg. 4. tit. 18. libro 8. nouæ Rec. ord. in d. locis, maxime Greg. in d. l. 18. versic. *ò les encubriren*, Besius, tit. de rapinis, num. 15. cum aliis ibi, & tit. de falsa moneta, n. 7 & tit. banniti, quid admittant, num. 21. Inl. Clarus, lib. 5. §. fin. qu. 90. num. 10. Menoch. de arbitrar. li. 1. q. 86. n. 23. & lib. 2. casu. 344. per tot. & casu 394. num. 65. Mascardus conc. 1259. Peguera, c. 25. per tot. & c. 29. nu. 8. & c. 36. num. 7. & 9. Ant. Gomez, 3. tom. ca. 3. nu. 50.

Littera S.

110 Sacrilegium est rei sactæ violatio grauissimum quidem crimen, quod committitur circa personas, res, vel loca sacra, & punitur pœna arbitraria, quæ non semel ad mortem naturalem extenditur, de quod extat integer tit. 18. p. 1. l. 7. tit. 5. lib. 1. fori, latissimè iura ciuilia. & canonica, de hoc delicto agentia prosequuntur Bos. tit. de sacril. Clar. §. sactilegium, Menoch. de arb. casu 384. Peguer. c. 14. per tot. Bern. Diaz, & ibi Salzedo, in praxi, cap. 87. Cant. cap. 8. nu. 16. quos videbis.

Sacculatii qui vetitas artes exercentes in sæculos 111
partes subducunt, partem subtrahunt extra ordinem, plus tamen, quam fures puniendi sunt. leg. sacculatii, 7. D. de extraord. crimin. cui adde Per. Crimtum, lib. 17. de honesta discipl. c. 8. & Cæl. Rodigin. lib. 3. lect. antiq. cap. 35. hi sunt fraudulenti impostores, qui fraudibus suis alios decipiunt, explicat elegantet Cuiac. lib. 10. obser. cap. 27.

Sepulchrorum violatores à bitrio judicis puniun- 112
tur, quod ad mortem vsque aliquando poterit extendi, leg. 1. & per tot. D. & C. de sepul. viol. l. 14. tit. 13. p. 1. leg 11. tit. 9. p. 7. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. qu. 68. n. 45. Cant. vbi sup. cap. 8. num. 39. latè. & eruditè Menoch. de arb. casu 387. Boer. decis. 316. num. 13.

Simoniæ crimen, quam sit detestabile, nemo est, 113
qui ignoret, neque eas pœnas, quas, qui hoc committunt delictum incidunt, obuiæ. n. omnib. sunt per totam, 1. q. tinde simon. & tit. 17. p. 1. vbi latissim. ordinarii interpretes, integ. tract. scripsit Guil. Rodoan. de pœn. autem agit max. 4. p. 11. plurima Menoc. de arb. casu 401. ex num. 20. Iul. Clar. l. 5. §. Simonia, Bern. Diaz. & ibi latè Salzedo, in prax. cap. 96. Cant. in dict. cap. 8. num 34. Masc. con. 1305. cum duab. seq. Couar. lib. 1. var. cap. 10. num. 3. & in reg. peccatum, 2. p. §. 8. num. 7. qui alios plures retulerunt.

Sodomiæ atrocissimum esse, & infandum delictum, 114
deprehenditur satis, ex l. cum vir, 31. l. Iul. de adul. quod quamvis propriè tunc committatur, cum quis, cum alio masculo nefandam libidinem exercet, omnis tamen coitus contra naturam sub eo continetur, vt cum animali bruto, aut mulierum inter se, vt adnertunt inst. citandi. Pro quo omni iure pœna mortis semper fuit imposita, quæ hodie, apud nos inexpiabiliter obseruatur, postea flammis cadauere tradito, & bonis omnibus confiscatis, dict. leg. cum vir, text. in §. item lex Iulia, de adulter. Inst. it. de publ. judiciis, auth. vt non luxurientur homines contra naturam, collat. 6. l. 1. tit. 21. par. 7. l. 2. tit. 9. lib. 4. fori, l. 1. tit. 21. lib. 8. nouæ recopil. prosequuntur ordinarii, in d. locis. Bosius, in praxi, tit. de stupro detestabili in masculos. Clarus, lib. 5. §. Sodomia, Menoch. de arbitrariis, casu 289. Tiraq. in l. 9. connubiali. num. 107. Rebardus, lib. 4. variarum, capit. fin. Mascardus, con. 1314. Anton. Gomez 16. in leg. 80. Tauri num. 12. Cantera, vbi sup. cap. 4. nu. 69. Bernadin Diaz, & ibi Salzedo latissime, in praxi cap. 86. * Referunt etiam plura in de testationem, & punitionem huius criminis, Farin. in prax. q. 148. copiosissime petrus Cenedus, qui infinitos prope refert, in collectaneis ad decretal. collect. 130. penes quem plures quæstiones vnde remissiue & an Ecclesiastica immunitate gaudeat, Farin. de immunit. in appendice, num. 98. Vbi ex communi resoluit gaudere. Contrarium tamen tenuerunt Salzedo, & Hamada relati à Bouadilla, lib. 2. cap. 14. num. 19. & 20. & vide eundem ibidem, cap. 17. num. 65. & cap. 18. num. 59. & sodomitæ (si conuictus sit) defensionem non dandam Farin. in praxi, tom. 1. num. 110.

Sortilegium crimen hodie frequentiss. ob varias 115
hominum opiniones, qui vt desideriis suis satisfaciant, illud non verentur perpetrare grauissime puniendum est, quia affinitatem quandam cum hæresi habere videtur, vt & delictum quod à lamiis & strigibus, aliisque superstitiosis hominibus patratur, in quorum maleficiorum explicatione, quia integri extãt tit. & tractatus, non multum immoramur, videndi enim hac de re sunt ordinarii interpretes, in tit. de sortilegiis, & tit. 23. par. 7. l. 9. tit. 21. l. 1. tit. 4. lib. 8. ordin. l. 5. cum seqq. tit. 5. lib. 8. nouæ Recopil. quibus legibus variæ pœnæ in hoc genus hominum constitutæ sunt, vbi notant auctores, de strigibus, & lamiis singulares tractatus edidit Bartholomæus Spineus alium tractatum

tum de lamiis scripsit Franciscus Poncinius, alium de strigibus, Bernardus Comensis, de somnilegiis alterum Paulus Grillandus, de Sortibus Tollus Malucrius, de superstitionibus Martinus de Arles, qui adque varias videri poterunt. & Menoch. de arbitr. casu 388. Clar. lib. 5. hæresis, num. 25. Bernaziar. in prax. c. 107. Cant. vbi sup. cap. 5. de sorti. Auend. de exeq. mand. cap. 31. in 2. p. Anil. in cap. præt. c. 35. gl. adiuinos, & ante eos, Bosin prax. tit. de sortil.

116 Stellionatus crimen, cum multifariam committatur, vt constat ex l. 1. & per tot. D. de crimine stellion. & C. eodem l. 10. tit. 3. part. 5. l. 7. & l. fin. tit. 16. part. 7. variè etiam puniri poterit, vt notantes tradit Menoc. de arbitr. casu 381. Anton. Gomez, 3. tom. cap. 7. quotiescunque enim delictum aliquod certo, & speciali nomine caret, crimen stellionatus dicitur, proinde 5 rei qualitatem erit animaduertendum, vt asserunt Menoch. & Gomez, vbi proxime. Quibus adde Tiberium Decianum, lib. 3. tract. criminal. lib. 3. cap. 17. nu. 17. Petr. Gregorium, lib. 39. syntagmat. cap. 14. & videndem Iacob. Menochium, in lib. ad litionum, ad commentarios, de arbitratus, d. casu 381. & in elegantibus decisionibus. l. 1. § vlt. l. tutor. 16 § contrariam, l. siquis in pignore, 36. D. de pignorat. act * Adde sine distinctione stellionatus crimen committi, vbicunque in contrahente adest dolus, l. 3. § stellionatum illo tit. Ergo cum generalis hypotheca, & obligatio non minus, quam specialis res, & bona afficiat obligari, l. 9 obligatione. 6 D. de pignoribus, quamvis eorum non impediat distractionem, vt bene considerat Fanus, de pignoribus, 1. membro quintæ partis, nu. 28. ad finem, tamen si cum quis bona aliqua vendit, quæ ante sub generali obligatione comprehensa fuerant, asserat ea libera, & vacua vendi, esseque ab omni onere, & obligatione immunia, stellionatus crimen committit, vt contra Augelium, in l. 1. C. eodem, defendit Gomez, in d. cap. 7. ad fin. Azeued. in l. 2. tit. 15. n. 2. lib. 5. Recop. in indices, l. 2. tit. 16. part. 7. ibi: *Si la cosa no valiesse tanto que cumpliesse a ambos lo que dieron sobre ella, pero si cumpliesse no seria engaño*, adde Farin. q. 19. nu. 55. Bosium, tit. de crim. stellionatus, n. 5. & plura exempla, in quibus stellionatus crimen committitur, vide apud Villadiegum in pract. an forma libellandi, in hoc crimine stellionatus, fol. 190.

117 Stuprum appellatur coitus cum virgine, quod ege Iulia, de adulr. vindicatur in homine honesto publicat. limitiæ partis bonorum, in humili corporis coertione, cum relegatione, limiter liberas, 6. § lex. leg. stuprum, 34. D. ad leg. Iul. de adulr. l. 2. tit. 19. p. 7. præter quam pœnam jure canonico cogitur stuprator, aut ducere puellam in vxorem, aut eam dotare, cap. 1. & 2. de adult. de qua re præter ord. in d. locis, & in §. item, lex Iul. de adult. inst. de publ. jud. prosequuntur Bos. in praxi, tit. de damnato, & punibili coitu, ex nu. 63. Clar. lib. 5. § stuprum, Menoc. de arb. casu 288. Mascar. con. 1338. Ant. Gom. in l. 8. Tau. n. 6. Cant. vb. sup. c. 4. nu. 10. Octau. decis. Pedem. 107. Bern. Diaz, & ibi Salzedo, in praxi, c. 83. Io. Gutier. lib. 1. canon. quæst. 37.

Litera T.

118 Testis falsus, qua sit pœna puiendus, sæpe sup. diximus, maximè autem sub nu. 38. verbo, falsi crimen, & verbo, periurium num. 75.

319 Terminorum motores, & occultatores graue committere delictum constat, grauibusque puniri pœnis, de quibus, in l. 1. & per tot. D. de termino moto, cap. ex litteris, de probat. cap. tanta, 86. d. c. in legibus, 1. q. 1. l. 30. tit. 14. p. 7. l. 6. tit. 4. lib. 4. fori, in l. 104. del stylo, in l. 3. tit. 2. lib. 1. Recop. prosequuntur Clar. lib. 5. § fin. qu. 83. num. 10. Menoc. de arb. casu 139. Petr. Gre. l. 39. syntag. cap. 13. & Bosin praxi, tit. de term. moto.

Litera V.

Vagabundi homines, & errantes, qui cum nullum certum domicilium habeant, perfectaque sint valetudine, in otio perpetuo manentes, nullius aut suis, aut alienis operibus se constituunt pro consuetudine cuiuscunque regionis, puniendi sunt: de quibus in l. 1. & per tot. C. de mendicantibus validis, lib. 11. in l. 1. 2. 6. 11. & 12. tit. 11. lib. 8. Recop. late Peguera, cap. 4. & 5. Menoch. de recup. poss. rem. 10. num. 50. Clarus, lib. 5. § fin. quæst. 38. num. 7. 120

Venatio quamvis iure naturali omnibus videatur permissa, l. quod in rerum, D. de aquir. rerum dom. l. 17. tit. 28. part. 3. justissimè tamen ob publicum bonum aliquibus in mensibus omnibus est prohibita, clericis semper, & similiter laicis si veticis vtantur instrumentis, toto tit. de clericis, venatoribus, l. 1. & 2. cum seqq. tit. 8. lib. 7. Recop. Exornant Menochius, casu 413. Conarr. in reg. peccatum 2. part. § 8. num. 1. & 2. Soto, lib. 4. de iust. & iure, q. 6 art. 4. Nauarr. in manu. cap. 17. nu. 12. & plurima scripsit Salzedo ad Bernard. Diaz in praxi, cap. 67. per totum, quem omnino videbitis, ad quibus venationem, & piscationem expectantes. 121

Veneficos, idest eos, qui venenis, malis medicamentis, sulturisque magicis, homines occidunt, plusquam eis, qui gladio, id faciunt puniendos esse scripsit, l. 1. C. de maleficis & mathem. extat integer tit. 23. par. 7. l. 5. 6. & 7. tit. 3. lib. 8. nouæ Recop. explicant DD. in dict. locis, & in §. item lex Cornel. de sicar. Inst. de pub. jud. Alex. ab Alex. lib. 3. dier. genia. c. 5. Sigon. lib. 2. de iud. c. 31. Menoc. casu 360. n. 21. Couar. in Clem. si furiosus, 12. par. nu. 11. in princ. Cant. cap. 5. per tot. Clar. lib. 5. § hæresis, num. 25. & §. homicidium, num. 13. Plaza, de delict. cap. 10. Ant. Gom. 3. tom. cap. 5. n. 7. infinitos refert Salzedo ad Bernardum Diaz, in praxi, cap. 65. 122

Verberans aliquem hominem, aut mulierem, grauissimam ei irrogat iniuriam, eius autem pœna arbitraria erit, ex his quæ sup. diximus, num. 52. verbo, iniuriæ crimen. 123

Vim inferens, vt aliquem à sua possessione eiiciat, l. Iul. de vi publ. deportat. punitur, leg. 1. & per tot. D. ad l. Iul. de vi pub. l. siquis, 8. C. ad l. Iul. de vi. l. 8. tit. 10. p. 7. quæ deportationis pœna, cum in desuetudinem abierit, vt notat Aymon. cons. 224. eius loco alia arbitraria imponenda erit, vt in dd. 8. verbo, *deferrado*, notat Greg. Tholosanus tamen ante omnia restituendus est, d. l. siquis, 8. l. 1. C. si per vim, vel alio mod. l. meminerint. C. vn. vi. c. 1. cum aliis. de rest. spol. l. 5. tit. 10. p. 3. l. 5. tit. 14. lib. 3. ord. quod si sine armis inferatur aliud est dicendum, vt in l. 1. D. ad l. Iul. de vi pti. l. 2. C. eo. d. l. 8. p. l. 10. tit. 2. par. 3. explicat Cuiac. lib. 1. obser. cap. 38. Couar. lib. 3. var. cap. 16. nu. 7. Si vero alicui mulieri illata sit, dic vt sup. n. 83. verbo, raptus. 124

Vsurarios varijs, & diuersis punitos esse pœnis omni ante satis constat, & extant integri tit. in D. C. Decretalibus & Sexto, de vsuris, & iur. Regio, in leg. 5. tit. 2. lib. 4. fori, in l. 10. tit. 19. in leg. 12. tit. 20. in l. 58. tit. 6. p. 1. in leg. 31. in l. 40. tit. 11. p. 5. in l. 9. tit. 13. p. 1. in l. 4. tit. 6. p. 7. in toto tit. 6. lib. 8. Recop. apud Lusitanos extat tit. 4. lib. 4. ordin. agunt latissimè præter ordinarios, plures referendo, Couar. lib. 3. var. c. 1. & 3. Clar. libr. 5. § vsura, Menoc. casu. 235. Mascard. con. 1419. & seq. Peguer. in q. crim. c. 30. cum seq. Cant. c. 8. num. 50. nid. Espino. de testam. in Rub. gl. 13. latissimè Salzedo ad Bernard. Diaz, in praxi, cap. 88. Quibus hactenus, de variis delictorum pœnis dixisse sufficiat. 125

MANV

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI,

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum judicum promptuarij, libri singularis,

PARS QVARTA;

MODVM, ET FORMAM PROCEDENDI in causis Appellationum, & Supplicationum, in secunda, vltioreve instantia, luculenta methodo complectens.

PRÆLVDIA.

1 *Iurisprudentia quis finis.*
2 *Iudex cuncta processus acta rimari oportet.*
3 *Sapit omnibus horis nemo mortalium.*
4 *Appellationis inducenda finis. Et num. 21.*
5 *Natura legis parens.*
6 *Appellatio, quam sit mortalibus necessaria, & n. 9.*
7 *Appellationi ara, templum, siue arx Roma dicata.*
8 *Appellatio aliquando bene latas sententias in peius reformat.*
10 *Appellationis in causa generalia præcepta obseruanda proponuntur.*
11 *Appellationis materia vbi, & à quibus tractatur.*
12 *Appellare verbum varias habet in vsu iuris significationes.*
13 *Appellare est ab inferiori ad superiorem iudicem prouocare.*
14 *Appellationis varia, & multiplex definitio.*
15 *Appellationis definitio.*
16 *Appellatio duplex, iudicialis, & extraiudicialis,*
17 *Appellatio iudicialis quæ?*
18 *Appellatio extraiudicialis quæ?*
19 *Appellatio extraiudicialis, etiam à non iudice interponitur: qua potius pronocatio dicitur. Hispane, requerimiento, quomodo concipienda.*
20 *Appellatio extraiudicialis vim citationis quandoque habet.*
21 *Appellatio iuris naturalis est, & num. seq.*
22 *Dei iudicium, nec fallit, nec fallitur.*
23 *Appellatio, quo ad solemnitatem, & formam iuris positiui est.*
24 *Appellationum antiqua Solonis lex.*
25 *Appellationum antiqua, 12. tab. lex, eiusque vsus paulatim à Romanis admissus.*
26 *Appellationis beneficium excommunicato conceditur, quia defensio.*
27 *Appellatio, an possit per Principem tolli.*
28 *Appellatio, quatenus defensio, differt à citatione.*
29 *Appellatione remota, causa committi, quare possit*
30 *Cap. 1. de rescriptis, c. pastoralis, 53. de appell.*
31 *Appellatio multis in casibus iure Hispano exposa, leg. 16. tit. 23. par. 3.*
32 *Appellatio commissa, & confesso, iustè denegata.*

IVRISPRVDENTIÆ finis, cum is sit, quem iustitia omnibus ob oculos proponit, quippè, vt ex iusti atque iniusti scientia, id quod suum est cuicunque tribuatur, ei vero cuius non est, adimatur, quam rationem, & in delictis coercendis, retineri conuenit, ne pœna, aut maior sit peccato aut illud forte non æquet, vt ex vniuersalibus iuris principiis deduces. § iustitia, § iurisprudentia. Inst. de iust. & iure, l. sanctimus, 8. C. de pœnis. † Iudicem, qui eiusdem iustitiæ minister, & sacerdos est, l. 1. D. de just. & iur. vt æquum ab iniquo seperet, licitum ab illicito secernat, cuncta rimari, ordinemque rerum plena inquisitione discernere, causæ, & processus (quod aiunt) merita ex amussim trutinare oportere, docet Pontifex, in c. iudicantem, 30. q. 5. in c. 1. de re iud. lib. 6. quæ sic obseruare, vt neque ad dextram, neque ad sinistram declines vnquam, diuinum potiùs, quàm humanum cum sit; Cum † nemo mortalium omnibus horis (vt est in prouerbio) æquè sapere soleat, præcipuè in iuris, atque item boni, & æqui dimensu, quem multi tramites, multi anfractus in transuersum agunt, leg. omnis definitio, 202. D. de reg. iur. iuncta vera eius interpretatione, quam scripsimus in disputatione de Mora, nu. 20.) Ne quis † se iure destitutum in ea Republica, quæ legib. vt oportet, instaurata est, conqueri possit: prudentissimo consilio permissum est ei, qui sententia parum iusta, aut iniqua oneratur, maiorem iudicem *prouocare*, atque innocentiæ suæ præsidium quærere, c. omnis oppressus, c. idcò. 2. q. 6. l. à sententia, 5. D. de appell. l. 1. tit. 23. p. 3. Et quem † admodum naturam legis parentem collegimus, ita, & appellandi vsum ab ea profectum esse facile mihi persuaserint, vt origine, quam vetustissima censeri possint: defensio si quidem est, quam natura omnibus æquè indulget, cap. cum speciali. 61. § porro, c. dilecto, 63. de appell. Vnde † non tam vtilem, quàm necessarium appellandi vsum

dixit

tum de lamiis scripsit Franciscus Poncinius, alium de strigibus, Bernardus Comensis, de somnilegiis alterum Paulus Grillandus, de Sortibus Tollus Malucrius, de superstitionibus Martinus de Arles, qui adque varias videri poterunt. & Menoch. de arbitr. casu 388. Clar. lib. 5. hæresis, num. 25. Bernaziar. in prax. c. 107. Cant. vbi sup. cap. 5. de sorti. Auend. de exeq. mand. cap. 31. in 2. p. Anil. in cap. præt. c. 35. gl. adiuinos, & ante eos, Bosin prax. tit. de sortil.

116 Stellionatus crimen, cum multifariam committatur, vt constat ex l. 1. & per tot. D. de crimine stellion. & C. eodem l. 10. tit. 3. part. 5. l. 7. & l. fin. tit. 16. part. 7. variè etiam puniri poterit, vt notantes tradit Menoc. de arbitr. casu 381. Anton. Gomez, 3. tom. cap. 7. quotiescunque enim delictum aliquod certo, & speciali nomine caret, crimen stellionatus dicitur, proinde 5 rei qualitatem erit animaduertendum, vt asserunt Menoch. & Gomez, vbi proxime. Quibus adde Tiberium Decianum, lib. 3. tract. criminal. lib. 3. cap. 17. nu. 17. Petr. Gregorium, lib. 39. syntagmat. cap. 14. & videndem Iacob. Menochium, in lib. ad litionum, ad commentarios, de arbitratus, d. casu 381. & in elegantibus decisionibus. l. 1. § vlt. l. tutor. 16 § contrariam, l. siquis in pignore, 36. D. de pignorat. act * Adde sine distinctione stellionatus crimen committi, vbicunque in contrahente adest dolus, l. 3. § stellionatum illo tit. Ergo cum generalis hypotheca, & obligatio non minus, quam specialis res, & bona afficiat obligari, l. 9 obligatione. 6 D. de pignoribus, quamvis eorum non impediat distractionem, vt bene considerat Fanus, de pignoribus, 1. membro quintæ partis, nu. 28. ad finem, tamen si cum quis bona aliqua vendit, quæ ante sub generali obligatione comprehensa fuerant, asserat ea libera, & vacua vendi, esseque ab omni onere, & obligatione immunia, stellionatus crimen committit, vt contra Augelium, in l. 1. C. eodem, defendit Gomez, in d. cap. 7. ad fin. Azeued. in l. 2. tit. 15. n. 2. lib. 5. Recop. in indices, l. 2. tit. 16. part. 7. ibi: *Si la cosa no valiesse tanto que cumpliesse a ambos lo que dieron sobre ella, pero si cumpliesse no seria engaño*, adde Farin. q. 19. nu. 55. Bosium, tit. de crim. stellionatus, n. 5. & plura exempla, in quibus stellionatus crimen committitur, vide apud Villadiegum in pract. an forma libellandi, in hoc crimine stellionatus, fol. 190.

117 Stuprum appellatur coitus cum virgine, quod ege Iulia, de adulr. vindicatur in homine honesto publicat. limitiæ partis bonorum, in humili corporis coertione, cum relegatione, limiter liberas, 6. § lex. leg. stuprum, 34. D. ad leg. Iul. de adulr. l. 2. tit. 19. p. 7. præter quam pœnam jure canonico cogitur stuprator, aut ducere puellam in vxorem, aut eam dotare, cap. 1. & 2. de adult. de qua re præter ord. in d. locis, & in §. item, lex Iul. de adult. inst. de publ. jud. prosequuntur Bos. in praxi, tit. de damnato, & punibili coitu, ex nu. 63. Clar. lib. 5. § stuprum, Menoc. de arb. casu 288. Mascar. con. 1338. Ant. Gom. in l. 8. Tau. n. 6. Cant. vb. sup. c. 4. nu. 10. Octau. decis. Pedem. 107. Bern. Diaz, & ibi Salzedo, in praxi, c. 83. Io. Gutier. lib. 1. canon. quæst. 37.

Litera T.

118 Testis falsus, qua sit pœna puiendus, sæpe sup. diximus, maximè autem sub nu. 38. verbo, falsi crimen, & verbo, periurium num. 75.

319 Terminorum motores, & occultatores graue committere delictum constat, grauibusque puniri pœnis, de quibus, in l. 1. & per tot. D. de termino moto, cap. ex litteris, de probat. cap. tanta, 86. d. c. in legibus, 1. q. 1. l. 30. tit. 14. p. 7. l. 6. tit. 4. lib. 4. fori, in l. 104. del stylo, in l. 3. tit. 2. lib. 1. Recop. prosequuntur Clar. lib. 5. § fin. qu. 83. num. 10. Menoc. de arb. casu 139. Petr. Gre. l. 39. syntag. cap. 13. & Bosin praxi, tit. de term. moto.

Litera V.

Vagabundi homines, & errantes, qui cum nullum certum domicilium habeant, perfectaque sint valetudine, in otio perpetuo manentes, nullius aut suis, aut alienis operibus se constituunt pro consuetudine cuiuscunque regionis, puniendi sunt: de quibus in l. 1. & per tot. C. de mendicantibus validis, lib. 11. in l. 1. 2. 6. 11. & 12. tit. 11. lib. 8. Recop. late Peguera, cap. 4. & 5. Menoch. de recup. poss. rem. 10. num. 50. Clarus, lib. 5. § fin. quæst. 38. num. 7. 120

Venatio quamvis iure naturali omnibus videatur permissa, l. quod in rerum, D. de aquir. rerum dom. l. 17. tit. 28. part. 3. justissimè tamen ob publicum bonum aliquibus in mensibus omnibus est prohibita, clericis semper, & similiter laicis si veticis vtantur instrumentis, toto tit. de clericis, venatoribus, l. 1. & 2. cum seqq. tit. 8. lib. 7. Recop. Exornant Menochius, casu 413. Conarr. in reg. peccatum 2. part. § 8. num. 1. & 2. Soto, lib. 4. de iust. & iure, q. 6 art. 4. Nauarr. in manu. cap. 17. nu. 12. & plurima scripsit Salzedo ad Bernard. Diaz in praxi, cap. 67. per totum, quem omnino videbitis, ad quibus venationem, & piscationem expectantes. 121

Veneficos, idest eos, qui venenis, malis medicamentis, sulturisque magicis, homines occidunt, plusquam eis, qui gladio, id faciunt puniendos esse scripsit, l. 1. C. de maleficis & mathem. extat integer tit. 23. par. 7. l. 5. 6. & 7. tit. 3. lib. 8. nouæ Recop. explicant DD. in dict. locis, & in §. item lex Cornel. de sicar. Inst. de pub. jud. Alex. ab Alex. lib. 3. dier. genia. c. 5. Sigon. lib. 2. de iud. c. 31. Menoc. casu 360. n. 21. Couar. in Clem. si furiosus, 12. par. nu. 11. in princ. Cant. cap. 5. per tot. Clar. lib. 5. § hæresis, num. 25. & §. homicidium, num. 13. Plaza, de delict. cap. 10. Ant. Gom. 3. tom. cap. 5. n. 7. infinitos refert Salzedo ad Bernardum Diaz, in praxi, cap. 65. 122

Verberans aliquem hominem, aut mulierem, grauissimam ei irrogat iniuriam, eius autem pœna arbitraria erit, ex his quæ sup. diximus, num. 52. verbo, iniuriæ crimen. 123

Vim inferens, vt aliquem à sua possessione eiiciat, l. Iul. de vi publ. deportat. punitur, leg. 1. & per tot. D. ad l. Iul. de vi pub. l. siquis, 8. C. ad l. Iul. de vi. l. 8. tit. 10. p. 7. quæ deportationis pœna, cum in desuetudinem abierit, vt notat Aymon. cons. 224. eius loco alia arbitraria imponenda erit, vt in dd. 8. verbo, *deferrado*, notat Greg. Tholosanus tamen ante omnia restituendus est, d. l. siquis, 8. l. 1. C. si per vim, vel alio mod. l. meminerint. C. vn. vi. c. 1. cum aliis. de rest. spol. l. 5. tit. 10. p. 3. l. 5. tit. 14. lib. 3. ord. quod si sine armis inferatur aliud est dicendum, vt in l. 1. D. ad l. Iul. de vi pti. l. 2. C. eo. d. l. 8. p. l. 10. tit. 2. par. 3. explicat Cuiac. lib. 1. obser. cap. 38. Couar. lib. 3. var. cap. 16. nu. 7. Si vero alicui mulieri illata sit, dic vt sup. n. 83. verbo, raptus. 124

Vsurarios varijs, & diuersis punitos esse pœnis omni ante satis constat, & extant integri tit. in D. C. Decretalibus & Sexto, de vsuris, & iur. Regio, in leg. 5. tit. 2. lib. 4. fori, in l. 10. tit. 19. in leg. 12. tit. 20. in l. 58. tit. 6. p. 1. in leg. 31. in l. 40. tit. 11. p. 5. in l. 9. tit. 13. p. 1. in l. 4. tit. 6. p. 7. in toto tit. 6. lib. 8. Recop. apud Lusitanos extat tit. 4. lib. 4. ordin. agunt latissimè præter ordinarios, plures referendo, Couar. lib. 3. var. c. 1. & 3. Clar. libr. 5. § vsura, Menoc. casu. 235. Mascard. con. 1419. & seq. Peguer. in q. crim. c. 30. cum seq. Cant. c. 8. num. 50. nid. Espino. de testam. in Rub. gl. 13. latissimè Salzedo ad Bernard. Diaz, in praxi, cap. 88. Quibus hactenus, de variis delictorum pœnis dixisse sufficiat. 125

MANV

MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI,

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum judicum promptuarij, libri singularis,

PARS QVARTA;

MODVM, ET FORMAM PROCEDENDI in causis Appellationum, & Supplicationum, in secunda, vltioreve instantia, luculenta methodo complectens.

PRÆLVDIA.

1 *Iurisprudentia quis finis.*
2 *Iudex cuncta processus acta rimari oportet.*
3 *Sapit omnibus horis nemo mortalium.*
4 *Appellationis inducenda finis. Et num. 21.*
5 *Natura legis parens.*
6 *Appellatio, quam sit mortalibus necessaria, & n. 9.*
7 *Appellationi ara, templum, siue arx Roma dicata.*
8 *Appellatio aliquando bene latas sententias in peius reformat.*
10 *Appellationis in causa generalia præcepta obseruanda proponuntur.*
11 *Appellationis materia vbi, & à quibus tractatur.*
12 *Appellare verbum varias habet in vsu iuris significationes.*
13 *Appellare est ab inferiori ad superiorem iudicem prouocare.*
14 *Appellationis varia, & multiplex definitio.*
15 *Appellationis definitio.*
16 *Appellatio duplex, iudicialis, & extraiudicialis,*
17 *Appellatio iudicialis quæ?*
18 *Appellatio extraiudicialis quæ?*
19 *Appellatio extraiudicialis, etiam à non iudice interponitur: qua potius pronocatio dicitur. Hispane, requerimiento, quomodo concipienda.*
20 *Appellatio extraiudicialis vim citationis quandoque habet.*
21 *Appellatio iuris naturalis est, & num. seq.*
22 *Dei iudicium, nec fallit, nec fallitur.*
23 *Appellatio, quo ad solemnitatem, & formam iuris positiui est.*
24 *Appellationum antiqua Solonis lex.*
25 *Appellationum antiqua, 12. tab. lex, eiusque vsus paulatim à Romanis admissus.*
26 *Appellationis beneficium excommunicato conceditur, quia defensio.*
27 *Appellatio, an possit per Principem tolli.*
28 *Appellatio, quatenus defensio, differt à citatione.*
29 *Appellatione remota, causa committi, quare possit*
30 *Cap. 1. de rescriptis, c. pastoralis, 53. de appell.*
31 *Appellatio multis in casibus iure Hispano exposa, leg. 16. tit. 23. par. 3.*
32 *Appellatio commissa, & confesso, iustè denegata.*

IVRISPRVDENTIÆ finis, cum is sit, quem iustitia omnibus ob oculos proponit, quippè, vt ex iusti atque iniusti scientia, id quod suum est cuicunque tribuatur, ei vero cuius non est, adimatur, quam rationem, & in delictis coercendis, retineri conuenit, ne pœna, aut maior sit peccato aut illud forte non æquet, vt ex vniuersalibus iuris principiis deduces. § iustitia, § iurisprudentia. Inst. de iust. & iure, l. sanctimus, 8. C. de pœnis. † Iudicem, qui eiusdem iustitiæ minister, & sacerdos est, l. 1. D. de just. & iur. vt æquum ab iniquo seperet, licitum ab illicito secernat, cuncta rimari, ordinemque rerum plena inquisitione discernere, causæ, & processus (quod aiunt) merita ex amussim trutinare oportere, docet Pontifex, in c. iudicantem, 30. q. 5. in c. 1. de re iud. lib. 6. quæ sic obseruare, vt neque ad dextram, neque ad sinistram declines vnquam, diuinum potiùs, quàm humanum cum sit; Cum † nemo mortalium omnibus horis (vt est in prouerbio) æquè sapere soleat, præcipuè in iuris, atque item boni, & æqui dimensu, quem multi tramites, multi anfractus in transuersum agunt, leg. omnis definitio, 202. D. de reg. iur. iuncta vera eius interpretatione, quam scripsimus in disputatione de Mora, nu. 20.) Ne quis † se iure destitutum in ea Republica, quæ legib. vt oportet, instaurata est, conqueri possit: prudentissimo consilio permissum est ei, qui sententia parum iusta, aut iniqua oneratur, maiorem iudicem *prouocare*, atque innocentiæ suæ præsidium quærere, c. omnis oppressus, c. idcò. 2. q. 6. l. à sententia, 5. D. de appell. l. 1. tit. 23. p. 3. Et quem † admodum naturam legis parentem collegimus, ita, & appellandi vsum ab ea profectum esse facile mihi persuaserint, vt origine, quam vetustissima censeri possint: defensio si quidem est, quam natura omnibus æquè indulget, cap. cum speciali. 61. § porro, c. dilecto, 63. de appell. Vnde † non tam vtilem, quàm necessarium appellandi vsum

dixit

dixit Vlpianus, in l. 1. D. de appell. & grande & generale bonum mundo, idque tam necessarium, quàm Sol mortalibus. D. Bern. lib. de cõsid. ad Eug. Re vera quidem Sol iustitiæ est, prodens, ac redargues opera tenebrarum, vti ex eod. tetulit Greg. Lop. in proœm. tit. 23. p. 3. quo in loco Rex Alphonsus appellationẽ tutissimum, ac tranquillum nauigantibus portum, victis militibus munitissimam arcem nũcupat. Quo
7 † eodem nomine Liuius lib. 3. duas arces libertatis tuendæ tribunitium auxilium, & prouocationem dixit, referente Petr. Greg. lib. 32. syntagmat. cap. 10. n. 2. theriacamque contra sententiam primi iudicis Baldus, in l. 1. ad fin. C. si de mometa posse fuerit appellat. Ergo † quamvis (vt in d. leg. 1. ait Vlp.) nonnunquã appellatio, etiam bene latas sententias in peius reformet, neque enim vtique semper melius pronũciat; qui nouissimus sententiam latarus est, quia ramen frequentius iniquitatem & imperitiam inferiorum iudicum corrigit; & vtilis & necessaria nimis
8 iudicatur. Forensibus † autem cõtrouersiis, & disceptationibus adeo est frequens, vt nulla sit lis, controuersia, siue iudicialis disceptatio nulla in qua saluberrimũ appellationis remedium non experiamur. Æ re igitur vestra, auditores optimi, materiæ huius eiucidatione esse iure censui extraordinariamque huius anni lectionibus vobis exponere decreui. Et quãvis, vt quotidiana plenius esset attingenda, iuxta lure Cõsulti præceptũ, iul. legauit, 15. n. de liber. leg. cuius in hoc casu Accursius meminit, in d. leg. 1. giosl. 1. quia tamen multi hactenus, longiores de appellationibus tractatus edi fecerunt, nostrumque institutum est, tyrones, iudices, & aduocatos formam, & modum procedẽdi in causis appellationum docere. Quodam velut laconismo, rebus non late discussis, sed breui enarratione explicatis, vtiliores, & præcipuas rei quæst. prosequemur, commodiusque, & planius multo præceptis quibusdam Hispano sermone propositis, singulisq; verbis, & clausulis mox enarratis. Ecce jã illa. 10

Examinis, & institutionis processus, in causis appellationis, siue supplicationis præcepta.

1 *Lo primero que se ha de aduertir, es, quien interpuso la apelacion, si la misma parte, ò su legitimo procurador, ò algun tercero sin tener poder. Si la interpuso la parte en causa criminal, no estando preso; en ausencia, ò rebeldia.*

2 *Si el que la interpuso siendo verdadero litigante, teniendo consortes en el pleyto, la interpuso por si solo, y su interes, ò por si, y en nombre de sus compañeros y consortes: y quando la apelacion de vno aprouecha à otro.*

3 *Si el que la interpuso es el verdadero apelante, ò no lo siendo, quiere prosiguiendo la causa en segunda instancia suplantar la apelacion del aduerso.*

4 *Si murio el verdadero apelante despues de interpuesta la apelacion, quien la prosigue, y la causa, y razon que tiene para ello.*

5 *Si el que se presenta en grado de apelacion en segunda, ò tercera instancia, no apelo en las primeras, por miedo del iuez inferior, y que diligencias se han de hazer en este caso, para que el superior admita la apelacion, y que quando el apelante estuuo impedido.*

6 *Si auiendose interpuesto la apelacion, hizo el apelante nueuos autos ante el iuez inferior de quien apelò, sera visto apartarse de la apelacion, y quando lo podra hazer.*

7 *De que iuez, ò iuezes se interpuso la apelacion: y si el iuez no la admite como se ha de proueer de remedio.*

8 *Para ante quien se apelò, y si auiendose apelado con palabras generales. Apelo para ante quien, y con derecho puedo, deuo, se puede prosiguir la apelacion, en el vltimo, y superior tribunal, omisso medio.*

9 *Considere se la forma, y tenor de la apelacion: con que palabras se interpuso: y si se pidieron los apostolos por el apelante.*

10 *Dentro de que tiempo se interpuso la apelacion, si eran passados los cinco dias en lo seglar, ò los diez en lo Ecclesiastico.*

11 *De que sentencia, ò auto se apelo, si fue interlocutoria, aduiertase si tenia fuerza de sentencia diffinitiua: ò era tal que tuuiesse grauamen irreparable por ella.*

12 *Si la sentencia de que se apelo se auia pronunciado en causa possessoria: si sin embargo de la apelacion se ha de executar la sentencia, ò deferir à la apelacion.*

13 *Si la sentencia definitiua de que se apelò es segunda, ò tercera, y conforme con las primeras, y quando se diran tres sentencias conformes.*

14 *Si la sentencia de que se interpuso la apelacion se auia pronunciado en causa, en que conforme à derecho no se deuia admitir la apelacion, y que causas son estas.*

15 *Si el iuez de cuya sentencia se apelò procedio en la causa sin embargo de la apelacion, ò por la virtud de su comission, y iurisdiction, o por la naturaleza de la causa en la qual la apelacion debuelue, y no suspende, y de los efetos de la apelacion.*

16 *Si siendo la causa de naturaleza, que en ella la apelacion debuelua, y suspenda, procedio el inferior sin embargo despues de la apelacion, ò en el tiempo que se pudo apelar, quien ha de reponer lo hecho, y atentado, y por que remedio.*

17 *De que sentencias no es necessario apelar, y de las nullidades de ellas, y dentro de quanto dias se ha de dezir de nullidad, y ante que iuezes.*

18 *Si*

18 *Si sin embargo de auerse apelado en vn articulo podra el iuez inferior proceder en la causa, ò en otros articulos de la.*

19 *En la segunda instancia de que causas se puede conocer, si de solos los articulos que se trataron en la primera, ò otros nueuamente alegados, y intentados prouar:*

20 *La cantidad de la causa sobre que se litigado y apelado, y conforme, à ella donde se ha de proseguir en grado de apelacion.*

21 *Dentro de que tiempo se ha de proseguir, y fenecer la causa en grado de apelacion: y del primero, y segundo fatal.*

22 *Despues de tres sentencias conformes si ha lugar segunda suplicacion, y de la de las mil y quinientas doblas, como se ha de interponer, y seguir.*

23 *Estando prohibido apelar se de vn iuez, si se podra suplicar de su sentencia.*

24 *Euiendo se confirmado la sentencia del inferior por el superior, qual de las sentencias se ha de executar, y por quien.*

25 *Si apelò friuolà, y malitiosamente, como, y en que ha de ser condenado el apelante.*

21 HIs vingintiquinque præceptis, siue regulis expositis totam fere appellationum materiam comprehendes, verum quia plura sunt negotia, quæ vocabula, vt alias inquit I. C. in l. 4 D. de præscriptis verbis. Possuntque aliqui occurre casus hisce canonibus non comprehensi, vt tem exacte tradamus, præter eos quos nominatim recensebimus inf. dicendi sunt in hac materia appellationum, Bart. & reliqui ordinarij interpretes, Abbas, & Canonistæ in titulis de appellationibus, in Digestis, Codice, Decretalibus, Sexto, & Clement. & per totam 2. q. 6. De ea namque agitur in Pandectis, ex tit. 1. ad titul. 14. lib. 49. & in Iustinianeo Codice, ex tit. 62. ad tit. 70. lib. 7. & Nouella constit. 23. 93. & 103. & nostri ad tit. 23. p. 3. tit. 16. lib. 3. ordinamenti, tit. 28. lib. 4. nouæ Recopilat. disputant. Extant de ea peculiares tractatus Guidonis Papæ, Federici Schench. & Ioannis Fortari, qui habent, 14. tom. tractatuum in antiquis; scripsit, & Lancellotus integrum, & vtilem tractatum de appellationibus, siue de attentatis, & Ioannes Vvamesius alterum ad titulum de appellationibus, in Decretalibus, late Petr. Rebuff. 5. tom. ad ll. Gallicas, tit. de appellationibus & altero tit. de appellationibus ab abusu, Antonius Gabriel, 5. tom. commun. opinion. tit. de appellationibus, con. 1. ad 5. Guido Pap. decisione 235. & 436. Petr. Greg. 3. parr. syntag. lib. 50. tit. 2. Hugo Donellus, lib. 28. commen. ex c. 4. ad c. 10. vtilitet Ioseph. Mascard. de probationibus, conclu. 114. ad cons. 110. Hieron. Portoles, in additionibus ad Molinam, 1. tom. 5. appellatio, Robert. Maranta, in praxi, 6. p. actu, 2. ex n. 1. Paz, in praxi, 6. parr. 1. tomo in proœm. & per totum, & 2. tom. 5. p. c. vnico, plure quæstiones vtilissime, D. Christophorus, de Paz, in commentariis, l. 150. & sequentium in legibus styli. Iosephus de Selse, in tractat. inhibitio, c. 2. 6. 3. ex n. 88. & omnino videndus Hugo Celsus, iure portorio legum Regni, lit. A, verb. *apelacion*, ex n. 1. ad n. 73. & quo ad appellationes, quas diximus, *de moneꝛ quantia*, quæ deferuntur ad ciuitatum decuriones, præter ea, quæ lato sermone scribunt Didac. Perez, ad dict. tit. 16. lib. 3. ordin. & Alphonsus Azeuedo, ad d. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. de qua re nos infra, 6. 20. videbis eundem Azeuedo, tractatu, de decurionibus, lib. 4. c. 6. per totum, idem Didac. Perez, in leg. 1. tit. 5. lib. 3. ord. glolla *Regidores*. Auendañ. in c. Prætor, c. 1. n. 31. & responso 26. Aviles, in forma syndicatus, art. 49. Ioann. Gutierrez de iuram. confirm. 3. p. c. 5. Bonad. lib. 3. Politicæ, c. 8. ex num. 183. Paz, in praxi, dict. 6. part. c. 1. 6. vn. Monterroso, in practic. 2. tractat. fol. 13. nos tam ad rei explicationem properemus. Quam, vt penitius exponamus, ne eam illatis (vt aiunt) aggrediamur manibus, nonnulla præmittenda sunt.

22 Primo, verbum, *appellare*, varias habere significationes præcipuas tres in libris nostris. Interdum enim significat aliud iudicio conuenire, quomodo apud Valerium lib. 4. c. 8. *Neque de sorte quenquam debitorum suorum, neque de vsura appellari à suis passus est*, & lib. 6. c. 2. *pro eo pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor*, Senecam lib. 1. de benefic. *nemo beneficia in Kalendario scribit nec anarus exactor ad horam diem debitorem appellat*, & lib. 2. c. 6 *si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum*. Quintilian. lib. 5. c. 11. *pauper eram, & tum maxime à creditoribus appellaberis*, eodemque sensu *spondere appellare*, apud Cicer. lib. 1. epist. ad Atticum Hunc *& bona nomina non appellando mala fieri*. Sextus Alphius fœnerator crebris sermonibus vsurpare solebat, sic qui apud I. C. in l. qui prior 29. D. de iudiciis, in l. fideiussor. 16. 6. fin. D. de fideiussor. Interdum appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare, quo significato Valer. Max. lib. 6. c. 1. *Filiam de stupro appellare, cornicularium stupri causa appellare*, dixit Senec. lib. 1. controuersiar. Ter. *Illum appellabit de stupro, adiellis pretiis*. Quintilianus in declamatione pro milite contra Tribunum, appellatis de stupro vim adfers, & lib. 4. inst. Orator. c. 1. vxor marito dixit appellatam se de stupro à Tribuno, & apud Vlpianum, in leg. item apud, 15. 6. siquis virgines appellasset, 6. appellare. D. de iniuriis.

Postremo *appellare est*, ab inferiore iudice ad superiorem prouocare, siue voce, siue postectis libellis id fiat, in qua significatione in omnibus huius tractationis locis (sunt autem innumera) vsurpatur; dicimusque appellare ad Imperatorem, Principem, Præsidem, appellare iudicem, Senatum; appellare, in iudices, in arbitros: appellare à iudice: appellare Imperator magistratus; appellare aduersus aliquem, aduersus sententiam, appellare contra sententiam contra aliquem, contra fiscum appellare de sententia; & multa alia id genus, quæ passim offendes in libris nostris, congessit autem diligens, & eruditus Brison. lib. 1. de verb. sign. pag. 54. & seq. 13

Secundò præmittendum est, *appellationis* varias, & multiplices definitiones à nostris tradi, vt constat ex his, quos retulimus, sup. n. 11. adeo, vt tot fere diffinitiones sint, quot interpretes, qui hac de re scripsere, nos omissa extraiudiciali, de qua statim ex Petr. Greg. & Donello ibi, relatis, Cujacio; in paratit. C. eod. Vvesemb. n. 3. in paratit. D. hoc tit. qui effectu à communi Bart. Abb. & antiquorum non multum discrepant, sic definimus. *Appellatio est † ab inferiore iudice ad superiorem sulla prouocatiosi, vt is de ea re amplius cognoscat, & priori sine decretum, sine pronunciatiõ sententia sua corrigat, & in melius reformet*. Desumimus, ex l. 1. D. de appell. l. 1. tit. 23. p. 3. Nam dicere, cũ Ostiensi *suspensionem iudicati per inferiorem*, quod frequentius admittitur, & in his Scholis probatur, non placet eo quod non semper appellatio suspendat iudicatum, vt late infra multis in casibus audiemus. Di- 14 15

cere *ratione grauaminis illati, vel inferendi*, quam finitæ adfert Bart.probat Abb. & multi sequuntur, minus probatur,quia, & temere appellationes, & sine grauamine interpositæ appellationes dicuntur quamvis iniustæ sint, vt in tit.*C.quorum appellat. non recipiantur*. Priora verba sunt loco generis, comprehenduntque & extrajudicialem appellationem,de qua statim posteriora loco differentiæ, & quæ iudiciali tantum conueniunt.

16 Tertiò præmitte,quod licet nonnulli,quorum meminit Petr.Greg.d.c.2.n.4.& 5.plures appellationum species constituant crebriori tamen sententia duplex tantum admittitur, vt ex aliis resoluunt Petr.Greg.d.n.5. Ferrarius, lib.1. de appell. c.3.Rebuff. eod.tract. n.53.in præfat.Paz.d.6.p.in proœm. num.8.9. & 10. Azeuedo,in rubr.tit.18.n.4.*Iudicialis,& extraiudicialis*,quæ diuisio insinuatur,in c.cum si Romana 5.ibi, etiam extra iudicium,de appellat.in c.1.ibi.in iudicio,
17 vel extra de appellat. lib.6. Iudicialis, † dicitur illa quæ de rebus in iudicium iam deductis in quacumque iudicij parte fit,de qua tota nostra disputatio,quæ & illa membra continet, qua alij constituunt, dum aiunt esse ante iudicialem, quæ ante litis contestationem fit, c.significante, 34.c. Rodulphus,35. de rescript. *Intra iudicialem,* quæ à sententia diffinitiua toto hoc tractatu.*Post iudicialem*, quæ adijcitur executione,l.ab executore,4.D. de appellat.l.ab executione, 5.C.quorum appellat.non recip.c.quoad consultationem,15.de re iudic.

18 *Extrajudicialis est*, quæ adhuc causa non cœpta interponitur, veluti ab spoliatione,aut electione,quæ pertinet potius ad causam inchoandam, cum tamen ipsa non inchoet, nec per eius interpositionem fiat litis pendentia,decisio Rotæ 763.de appellat.in antiquis,latè Francus,in c.bonæ,51. appell. soletque hujusmodi appellatio,non appellatio,sed prouocatio ad causam dici,c.cum sit Romana,5.in fine principij, de
19 appellationibus. Fit autem † hæc prouocatio non tantum ab his, quæ geruntur per iudicem exequendo, vel statuendo extra iudicium, & contra alias partes, quam litigantes : sed etiam ab iis, quæ aliquis alius contra nos, sine iudicio agit.quod in electionibus frequenter contingit, vt in contentione, & discordia eligentium,plures enim in ea interponi solent appellationes,c.considerauimus, 10.de electione ; in quibus non tantum propter factas electiones, & aduersus illas appellatio permittitur, si forte illæ non legitimæ dicantur,c.Ecclesia.48.de electione, aut de non idoneo factæ, c. congregato, 53. de electione, c.1. vt circa, 4.de electione,lib.6. sed etiam propter nondum factas aduersus futuras, veluti siquis appellet, ne sine eo ad electionem procedatur,c.bonæ,36. de electione, ne ad electionem procedatur sine consensu totius Cap. nisi omnibus absentibus vocatis, c.auditis, 29. de electione, ne ille, vel ille eligatur, c.cum inter,23.de electione, c.qui contra 20. eodem tit.lib.6. vt non nisi canonica fiat electio,c.cum nobis, 19. de electione. Cuius appellationis aduersus futuram electionem ea est potestas, quod omnium eligentium potestatem suspendat, dict. c.cum nobis electionis progressum impediat, c.quod sicut,28. de electione, & post appellationem acta electio,& electionis confirmatio,vt attentatum,& innouatum cessari debeat, c. considerauimus, 10.de electione, c.si postquam, 33. eodem tit. lib.6. quomodo ex Ioann. Vvames, in c.constituti, 23. num.2. & 3. supplenda sunt, quæ tradiderunt Petr.Gregor.c.2.ex num.6.Robertus Lancellotus de attentatis.2.part. c.12.ampliat. 17.ex num.20. Hæ prouocationes, siue appellationes, quæ extrajudiciales dicuntur, & in his similibus casibus fiunt,vulgo, *requirimientos*, nuncupantur, in quibus ne quid desit, in ima cera, & posteriori parte vtile semper erit adiicere illa verba, taliter ex nunc provt ex tunc,saluo iure nullitatis tanquam à grauamine comminato, vel verosimiliter inferendo appellare ad eum ad quem de iure potest,& debet,sic consuluit Guido Pap.decisione 436.n.33.& 73.quoniam placuit etiam à futuro grauamine appellari posse, quando imminet,& verosimiliter timetur,l.& in multis, 25.C.de appellat. auth. de collatoribus, §. siquis autem putauerit, collatione 9.non alias,iuxta doctrinam eiusdem Guidonis Papæ, tractatu de appellationibus,quæst.26. & c.quæ latius scribit Speculator, titul. de appell.§.2. versiculo trigesimoseptimo, & §. qualiter,versic. *Deesse*, Innocent. in c.significauerunt extra de testibus. Planè † quamvis in beneficialibus 20
huiusmodi extrajudicialis appellatio citationis vim habeat, & ita appellatus teneatur absque alia noua citatione comparere,coram iudice ad quem appellat, & si non compareat in eum tanquam in contumacem statui possit, vt docet Francus,in dict. c. bonæ, Maranta,d.6.p.c.de appellat. n.268. & est text. & ibi glossa,in c.1.de electione, in 6. in aliis tamen causis citatio exigitur Abb. in dict. c. cum sit Roman. columm.penult.quinimo si eam appellationem, qui interposuit deseruerit,amplius non auditur, Ant. Nicellus,tract.de concor.gl.n.149. & regulariter, quid ea operetur Guido Pap.n.40.41.& 42. latius Ferr.eod. tract.n.17.cum seq.

Quarto præmitte appellationem ex illa ratione, 21
quam supra num.1. insinuauimus,quippe ne via defensionibus præcluderetur, & tanquam innocentiæ præsidium institutum,d.c.cum speciali 61.§.porro, de appellat.iuris naturalis eam esse satis ostendere,ex regula l.vt vim,3.D. de iustitia,& iure,l.scientiam, 45. §.qui cum aliter,D.ad legem Aquil.l.1.Cod.vnde vi, Clem.Pastoralis ad fin.de re iudic. vt nominatim docet Abb.num.13.in rub.hoc tit.Paz,d.p.6.in proœm. num.6. Petr.Greg. d.c.2.num.52.qui, & aliam rationem addit à nobis.dict.n.1.non omissa, vt solidius,& diligentius negotiorum merita in diuersis tribunalibus excuterentur,l.1.D.hoc tit. l.ad dictos, 6.Cod.de Episcop.aud.l.ad dict.29.C.de appell. fallitur quippe iudicium hominum, & sæpe, in quo differt à diuino, quia † Deus non fallit, nec fallitur, sed veritati 22
semper innititur, vt ex diuinis oraculis refertur, in c.Spiritus Sanctus,1.quæst.1.in c. Deus quando, 24. q.3.in c.panem,de consecratio. d.2. in c.à nobis 28. de sententia excommun.quæ ratio cum eo tendat,vt sine exceptione,& perpetuo vnicuique, quod suum est tribuatur,vt d.num.1.audiuimus, vtramque iuris naturalis appellationem esse,quoad originem,& substantiam ineuitabiliter conuincit. Licet † quoad so- 23
lemnitatem, & formam iure ciuili inductam probet text.sic intelligendus,in l.2.§.ex actis,deinde Regibus consules,ibi; *Lege lata factum est,vt ab eis prouocatio esset*,D.de orig.iur.l.vnica,ibi,*legum adminicula*, C.de sententiis præfectorum Prætoriorum. Quæ lex † ab 24
antiquissima Solonis in duodecim tabulas translata fluxit.Is cum superiorem ciuilibus suis senatum, seu grauissimarum rerum Epheton, obseruatoremve, & legum suarum custodem præstituisset, ad eum etiam Ephesin,seù prouocationem perinde, atque ad tribunal inculpatius lege lata esse voluit. Vnde Publius † Valerius Publicola,qui exactis Regibus Lucio Tar- 25
quino Colatino in consulatum suffectus fuit inter eas leges, quibus Plebeiam auctoritatem non nihil iuuare,erigereque conatus fuit,hanc vnam tulit.*Condemnatis a consulibus ad Populum prouocare fas esto.* Quis appellandi mos ad decem viros vsque est obseruatus, & lege duodecim tabularum maior potestas propter authoritatis præstantiam populo adiecta est, & sic maiorem magistratum, populumque appellare est permissum.Cuius legis verba apud Iulium,lib.3.de legibus hæc sunt.*Iusta imperia sunt,hisque ciues modeste,ac sine recusatione parento. Magistratus,nec obedientem, & noxium ciuem, mulcta, vinculis, verberibusque coercento, ni par maiorve potestas,populusve prohibuisset, ad quos prouocatio esto.* Cujus meminerunt Balduinus ad ll.Romuli,cap.47.num.8. Petr.Gregor.dict.lib.50. tit.2.num.1.Ioann.Ferrarius,iam relatus, lib.1. cap.1. num.9. Populus itaque de mulcta per magistratum indicta reo prouocante cognoscebat, cuiusmodi locus,apud Liuium in quinto secundi belli Punici, vbi cum Spurius, & Lucius Carnillius, Tribunus Plebis, ducentum millium æris mulctam Marco posthumio dixissent,causa eius certandæ Populus per suffragium conuenerit; qui & Flacco Martiali Flamini mulctam remisit, quam Crassus Consul. Pontifex Maximus,ei, si à sacris discessisset,dixerat : vt Tullius in XI.Antoniana scriptum reliquit.Tandem apud præfectum vrbi appellandi necessitatem aliquando retentam esse dicitur,ad quem propagato imperio,totius Italiæ iuris dicendi auctoritas fuit delata. Postremo Respublica per Cæsarem dictatorem oppressa, vt omnis rerum summa penes Principem esse cœpit, ita & prouocationis causa,qui,vt damnati Majestatis,vel de vi prouocare non possent lege sanxit, referente Balduino, d.num.8. Deinde Claudius Nero, communis humani generis pernicies, quo Patribus conscriptis gratificaretur,Tyrannidisque ergo constituendæ minus suspicionis ciuitati præberet,cauit (apud Tranquilum) vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent, & hoc non sine pecuniæ periculo, cui, & Cornelius Tacitus. XIV. historiarum lib. adstipulatur, ergo, vt ex his constat, appellationem, quæ est innocentiæ præsidium dicto §. porro oppresserunt remedium,capit,ad Romana,in 2.2.quæst.6.exornat Guido Pap.de appellationibus,n.7.& aduersus indicum iniurias defensio. vnde,& in die feriata proponi potest, resoluit ex aliis Antonius Nicellus, tract.de concordia glossarum,num.154.num.316.iuris naturalis esse reseruandum est.

26 Vnde efficitur,eius interpositionem,etiam excommunicato licitam.cap.cum inter,5. de exceptionibus, & quod magis est,etiam si à princip.actor fuerit,cap. significauerunt,11.eodem tit.cum primum enim quis ex sententia condemnatur. defensione indiget aduersus sententiæ iniquitatem,& oppressionem, c. omnis oppressus,cap.ad Romanam,el 1.y el 2.2.q.6. c. suggestum in principio, de apppell. l.1. D. eodem. Qua quidem defensione, nec excommunicatus priuari potuit,ne illud ius naturale in defensione consistens infringeretur. Forma vero,& solemnitas appellationis à iure ciuili inducta est, l.2.colum 4.ver.exactis deinde Regibus ibi:*l.lata factum est vt ab eis prouocatio esset*, D.de origine iuris, leg. vnica, ibi, *legum adminicula*, C.de sent.præf.Præt.notat Abb.num.6.ibi Syluester, vbi sup.n.2.& Suarez de Paz,in dict. proœmio, numer.6.& 7.

27 Prædictæ tamen resolutioni illud obstat posse per Principem,vel humanam legem ius appellandi tolli, *si appellatione remota* procedatur, 1.cap.1.de rescript. cap.pastoralis,53.de appellationibus,cap.super eo,13. c.super quæst.47.§.si vero,de off. deleg. l.1. §. interdum, D.à quibus appellare non licet, l.12.ad finem, tit.23.p.3. & per consequens non videri à iure naturali appellationem inductam, cum ea,quæ iuris naturalis sunt immutabilia esse, nec per principem etiam summum tolli posse certissimi iuris sit,c.sunt quidam, 23.q.1.c.si.de consuetudine,§.sed naturalia,inst.de iure naturali gen.& ciuili : Clementina pastoralis, ad finem, de re iudicata,vbi frequentissima est omnium adnotatio citationum, vtpote, quæ naturalis defensio sit à Principe minime tolli posse.

28 Cui difficultati satisfiet,si aduertamus dispar ius esse appellationis, & citationis:citatio etenim defensio est iuris naturalis, & ideo à Principe tolli non potest, qua in specie loquitur text.in d. Clem.2.de re iudic.

appellatio vero generaliter sumpta, defensio est iuris humani,& positiui,& ita potest tolli per Principem, vel humanam legem,non enim tollitur totalis defensio, provt in citatione, sed modus defensionis à lege humana, & positiua inductus restringitur, & limitatur : qua in specie accipiendus est text.in d.c.1.de rescript.& reliqua iura in arg.adducta ita Abb.in c.dilecti,n.15.de except.eleganter Decius,hic n.4. Ripa,in d.c.1.de rescript.Ang. Aret. in l.1.notab.vlt. D.h.tit. idem,in l.1.§.interdum, D.à quibus appellare non licet. Quibus nos vltra prædictos.DD. illud notatu dignum adiicimus, quod licet appellatio generaliter súpta defensio sit iuris humani,& positiui tūc tamen appellatio defensio iuris naturalis erit, quoties omnino perpensis negotij circonstantiis, & qualitatibus necessaria sit ad iustitiam ministrandam,iusque suum vnicuique reddendum, & in hoc casu à Principe tolli non poterit,ita Couarrub.pract.quæst.c.23,num.6. qua de re vltra ea,quæ idem Didacus docte,& copiose ibi dixerit,vide Manticam,in rubrica,de appellationibus,num.13.Rebuff.2.tom.tit. de rescriptis in præfatione,n.161.Pinelum,in rub.1.p.c.2.num.21. C.de rescind.

Ex qua verissima resolutione, primo deducitur in- 29
tellectus ad text. in dict. c.1. de rescriptis c. pastoralis,53.de appellat.cum omnibus aliis iuribus, de causis appellatione remota disponentibus ; potest enim Summus Princeps causas appellatione remota examinandas committere, nec ex eo defensionem naturali iure inductam tollere dici potest, si cuiuscunque causæ, etiam grauis, examinationem committat iudici docto, & integerrimo ; apud quem cum in prima instantia omnes hi, quos negotium principale tangit, citentur,eorumque defensiones audiantur satis superque sit naturali iure, etiamsi appellatio non admittatur : cum lites immortales esse non debeant, imo expediat Reip. breuem finem litibus imponi, c. finem litibus,de dolo, & contum. capitul.2. de caus. poss.& pro. l. properandum, C. de iudiciis, Trident. Conc.sess.24.c.20.

Secundò deducitur dicendi ratio ad Regni nostri 30
legem,16.tit.25.part.3. disponentem, publicos latrones,seditionem commouentes, eorum duces,vel principales fautores,raptores virginum,monetæ, seu Regij sigilli falsarios ; veneficos,prodit res,aleuosos,de prædictis delictis legitime conuictos,vel sponte confessos,minime appellantes audiri, cui Regiæ legi, de iure communi consonat, l. constitutiones,16.D. hoc tit.l.1.§.tantum autem,in fin. Cod. de rap.virg.l.1.C. de falsa moneta, l.obseruare, Cod. quor.ap.non recipian.tradit Gomezius,3.tom.variar.c.12.num.21.post medium. His enim in casibus,cum in prima instantia prædictorum delinquentium fuerint legitimæ defensiones auditæ,iustissime tolli potest appellationis defensio, propter talium delictorum qualitatem, quæ iuxta Reip. bene institutæ vtilitatem non patitur sententiæ executionem interpositæ appellationis prætextu impediri, cum idem Reip. expediat, ne delicta maneant impunita,leg.locatio,9.§. quod illicite, D.de publicanis,& vect.l.si ita vulneratus, 52.D.ad legem Aquiliam, vbi gloss.verbo, impunita, multa ad idem iura cumulat,& adducit ita Couarr.d.c.23,n.6.in vers. sexto,infertur.

Tertiò apparet, quo iure locum habeat vtilis illa 31
traditio,de qua per l.2.C.quor.ap.non recipi.qua docemur conuictum simul,atque confessum etiam si appellauerit,minime audiri,nec per iudicem à quo, nec per iudicem ad quem, quam traditionem in quocunque negotio,siue criminali,siue ciuili communem esse fatetur Ang.de Aret.in l.creditor,§.iussus,D.de appell.idem in tract.maleficiorum,verbo,*præsente*, Caio, Abb.& omnes,in c.cum speciali, 61.§. porro, de appellat.& vltra eos Couarr.d.c.23. n.5. in princ.Pro-

uenit enim hoc ex eo, quod cum in prima instantia citato, & defenso reo, ita testibus sit conuictus, vt dici possit legitime, plane, & integre probatum esse delictum, & huic legitimæ; & luce meridiana probationi clariori accedat ipsius de crimine confessio, non infringitur jus naturale, si ipsius appellatio non admittatur, imo summe conueniens est, & Reip. maxime necessarium talem delinquentem minime appellantem audiri, ex sup. relata doctrina: & ita tenendum est.

His veluti in modum præuiæ cujusdam inspectionis præmissis, & pro generali materiæ cognitione prælibatis, quia quædam alia, quæ hic desiderari possunt, infra commodius suis locis enatrabimus, vt ad clausularum, siue præceptorum explicationem accedamus, opportunum jam erit; ecce primum.

EXAMINIS, ET INSTITVTIONIS processus in causis appellationum.

Primum Præceptum.

Lo primero que se ha de aduertir, quien interpuso la apelacion, si la misma parte, ò su legitimo procurador: ò algun tercero sin tener poder, si la interpuso la parte en causa criminal, no estando preso, en ausencia, ò rebeldia.

Qui appellare possint, per quasve personas appellatio possit interponi. §. 1.

SVMMARIA.

1 *Appellatio à quo, quando, quomodo, & vbi opus fuit, an sit interposita, in primis inspiciendum.*
2 *Appellare possunt omnes quorum interest sententiam corrigi, vel emendari, & nu. seq. & n. nono, 10. & 11.*
3 *Appellare in aliena causa quando liceat.*
Appellare filius materfilij nomine, quando, & in quibus casibus possit.
Appellare quilibet pro eo, qui ad supplicium ducitur, etiam nolente potest.
Appellare seruus, nec domini nomine potest.
Appellare procurator, & semper potest, & debet.
4 *Appellandi libera facultas omnibus in sua causa concessa.*
5 *Appellare serui suo nomine, quando possint,*
6 *Appellare contumax absens condemnatus non potest, & quis contumax dicatur.*
7 *Appellare quibusdam personis delicti genus interdicit; quarum plures referuntur.*
8 *Appellari ne possit, litigatorum conuentione sæpe efficitur, & quando id non licet.*

1 CVm non antea sententia in rem iudicatam transeat si ab ea appellatum sit, quam iudicata, aut deserta sit appellatio, & iudicis officium quieuerit, nouaque lis ex litis primæ materia ab appellatione initium, & exordium sumat; recte primum hoc nostrum præceptum animaduertit, à quo sit appellatio interposita, si ab eo, aduersus quem lata sententia fuit: an legitimam personam standi in iudicio habeat, eamque, quando, quomodo, & vbi opus fuit, proposuerit: si ab eius procuratore, in legitimum mandatum: si ab alio, sine mandato, an is sit, cui etiam, sine eo pronocandi ius competat, est enim hæc in omnibus instantiis certissima, & indubitata regula, ante omnia litigantium personarum legitimationem requiri, ne judicia alias illusoria reddantur, quo respicit *titulus*, C. qui legitimam personam habeat standi in iudicio l. liceat 24. C. de procuratoribus, l. 1. tit. 3. part. 3. l. etiam, 4. C. de auth. præst. leg. acta. 45. §. fin. D. de re iudicata. Quas præter alios nouissime exornat Prosper. Farinacius, in praxi criminali 3. part. quæst. 81. cap. 10. ex num. 1. & ita nominatim obseruauimus sup. 1. part. §. 1. num. 1. & 2. part. & probat. l. 1. tit. 2. part. 3. & quamvis juxta primum hoc nostrum præceptum occurrant, plura, ex multis sequentia accipe.

2 Primum, eos omnes quorum interest latam sententiam corrigi, etiam si litem, controuersiamve non egerint, appellare posse, cap. non solent, 2. qu. 6. cap. cum inter, 16. de electione, cap. super eo. 15. de officio de leg. cap. cum super. 17. de re iud. l. ab executore. 4. §. 1. l. à sententia, 5. C. de appellat. l. 1. in principio, D. de appellat. recipiend. leg. 1. ibi. *Mas aun todos los otros, à quien viniesse la pro, ò le daño de aquel juyzio*, tit. 23. part. 3. quibus in locis Accurs. & alij glossographi plura obseruant, latius Federicus Schench. de appellationibus, num. 5. & 6. Ioann. Ferrarius, eodem tract. lib. 2. cap. 1. cap. 12. & cap. 13. Paz, d. 6. part. in proœm. num. 18. erudite Donellus, d. lib. 18. cap. 6. Deinde in persona appellantis, id spectandum, vtrum aliena causa quis appellet, an in sua.

3 In aliena causa, ei qui judicio expertus non est (si eius non interest, vt paulo superius diximus) appellare non licet, l. 2. versic. *sed dicendum*, D. quando appella. fit. Quod sic accipies, nisi, aut ei mandatum sit, aut cum appellasset dominus ratum habuerit, l. 1. in principio, vbi notat Acc. D. de appe. recip. Mater si filij sui rem sententia versam animaduerterit, pronocare poterit, pietati enim datum est, & hanc audiri debere, d. cap. non solent, 2. quæst. 6. dict. leg. 1. D. de appellat. recip. l. 7. §. 1. D. quando appellandum sit, leg. 1. D. de liberali causa, leg. 2. l. 4. tit. 23. part. 3. quas leges item, & leg. 2. ibi: *Quoniam seruitus eorum ad dolorem nostrum, iniuriamque nostram porrigitur*, D. de liber. causa, & l. 6. ibi: *Porque siempre finca la manzilla en su linage*, d. tit. 3. part. 3. extra causam sententiæ sanguinis, aut alias famosæ, ad causas nobilitatis extendes, vt in eis quilibet etiam consanguineus, cui ex sententia præjudicium generatur pronocare possit. Hoc amplius humanitatis causa receptum est, vt quilibet appellare possit nomine ejus, non tantum qui ad supplicium ducitur, sed etiam, qui supplicio addictus est, quamvis illi repugnet, leg. non tantum, 6. D. de appellat. leg. addictos, 29. Cod. eodem diximus, quemlibet posse hoc casu appellare; nisi forte seruus sit, qui ne domini quidem nomine appellare potest, leg. fin. in principio, D. de appellationibus, cui consonat, l. 2. versic. *mas si el siervo*, tit. 23. part. 3. diximus eum, qui judicio expertus non est in aliena causa non posse appellare: quoniam qui judicio expertus est, quamvis alienam causam agat, vt procurator: tamen lite contestata dominus litis efficitur, vt recte placeat eum, si victus sit, appellare posse, & quidem per procuratorem, leg. 4. §. vlt. D. de appellat. leg. 19. tit. 5. l. 2. l. 3. tit. 23. part. 3. quibus in locis late Gregor. Lopez, rem examinat, item & Ioann. Ferrarius, dict. tract. de appellat. lib. 2. ex numero 111. quod si procurator meus à sententia aduersus me lata non pronocauit (quod vel negligentia, vel malitia contigit sæpe) potero ipse intra legitimum tempus à die scientiæ computandum pronocare, dict. l. 1. part. vbi Gregor. glos. 16. quod est menti tenendum, adde ex d. l. 2. &. 3. partitæ Procuratorem non solum posse, verum, & teneri appellare, quamvis mandatum ad lites tantum habeat, aperte tamen prosequi non tenetur Castrensis, consil. 136. num. 3. col. 4. lib. 1. Thuscus Cardinalis practicarum conclusionum, litera A. cap. 362. vbi idem in fidejossore contractus, & emptore resolvit.

4 In sua causa si quis appellet, id est, si appellet is cuius interest, refert, verum ipse, dum causam ageret victus est, an vero alio condemnato appellet, vt iam admonuimus.

Nam

Nam de potestate appellantis ita cautum est, & in majoribus, & in minoribus negotiis appellandi liberam facultatem esse, l. & in minoribus, 2. l. 1. si quis, 30. C. de appellat. XI. extra eodem, l. 2. cum sequentibus, tit. 23. part. 3. Ex quo est quod Impp. prohibent vim, aut minas inferri appellantibus, & siquis prohibeat victos appellare, minantur se victores futuros, l. minime, 12. d. l. si quis, 30. C. de appellationib. Quæ si de hac re facultas est, frustra expectatur authoritas, & judicis approbatio, in eo quod etiam si velit denegare, non potest, & sane ita est, vt nisi quid nominatim prohibeantur, sit vbique ea facultas appellandi.

5 Omnibus ergo, qui judicio experti sunt in sua causa appellare permittitur, nisi si cui conditio personæ, aut contumacia, aut delicti genus, aut conuentio sua, & consensus obstet. Obstat *persona conditio* seruis, qui cum judicio interesse non possint leg. seruus 6. C. de judiciis, leg. 8. tit. 2. part. 3. de eis in criminali causa, ita scriptum est, in l. serui, 15. D. de appellat. *Seruis appellare non possunt, sed domini eorum ad opem seruo ferendam, possunt vti remedio appellationis & alius domini nomine id facere potest, si vero, neque dominus, neque alius pro domino appellauerit ipse seruus, qui sententiam passus est, triste auxilium sibi implorasse non deneganus.* Consonat in omnibus, l. 2. titul. 23. par. 3. vbi Gregor. glos. 4. cum hoc casu non appellare, sed ad supplicationem interponere posse, ex aliis referat: & probet Ferrarius jam relatus, lib. 4. capit. 1. ad fin. de qua re late inf. §. 25.

6 *De contumacibus ita ius est*: qui cum ad agendum causam legitimis edictis vocatus esset absens condemnatus est siquidem absuerit per contumaciam, ejus appellatio recipi non potest, l. & post edictum, 75. §. fin. D. de judiciis, leg. ex consensu, 25. §. fin. D. de appellat. l. 1. l. 4. in fin. C. quorum appell. non recip. l. 9. tit. 25. part. 1. l. 5. tit. 16. lib. 3. ordinam. leg. 4. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopil. Quis autem per contumaciam abesse intelligatur, docemur in leg. contumacia, 53. D. de re judic. Plane quoad rem hanc attinet, animaduertendum est, aduersus eos tantum, qui per contumaciam absunt, constitutum hoc jus esse, quia non comparendo judicem videntur contemnere: quod si quid aliud in judicio per contumaciam, quis non faciat, veluti si non exhibeat instrumenta, nihilominus eo nomine condemnatus appellare potest, leg. creditor. 29. §. 1. D. de appellationibus, dict. leg. 9. versicul. *Pro si el demandado*, explicat videndi in proposito Federicus, de appellationibus, num. 27. 28. & 29. Ioan. Vvamesius, in c. cum speciali, 61. §. porro, num. 9. de appellat. Guido Pap. decis. 436. num. 70. Lancellotus de attentatis, 2. part. cap. 4. limitatione, 18. numero primo & cap. 11. num. 12. & 3. part. cap. 18. Maranta, in practica, tit. de citatione, n. 70. Capicius, decis. 139. Socinus, reg. 75. Pet. Dueñas, reg. 152 post Greg. in d. l. 9. & Azeuedo, in dict. leg. 4. Didacus Perez, in dict. leg. 5. ordinam. Quibus adde si justam aliquam causam allegat, etiam in vera contumacia audiendum, ex his quæ animaduertit nouissimus Ceuallos, in practicis quæstionibus, cap. 149. cap. 166. cap. 412. & cap. 612. vbi idem etiam jure Regio admittendum resolvit, & Azeuedo, in leg. 10. num. 83. tit. 17. lib. 4. nouæ Recopil. Qua de re videndus etiam est Iulius Clarus, lib. 5. receep. sententia, §. fin. quæst. 94. & quæ nouissime ad eum obseruat Ioan. Baptist. Baiardus, & hodie resolvit Illustris. Card. Dominicus Thuscus, practicarum conclusionum juris, cap. 416. & 417.

7 Diximus num. 5. quibusdam personis delicti genus appellandi potestatem interdicere, referuntur, in leg. constitutiones, 26. D. de appellationibus, leg. 2. leg. 3. Cod quorum appellat. non recipiant, quibus consonat, le. 16. tit. 23. par. 3. quæ ex eis sumpta est, item, & ex l. si quis filio exhæredato, 6. §. hi autem ad fin. D. de injusto rupto, l. 1. §. si autem, C. de raptu virginum, l. 2. Cod. de falsa moneta. Primum insignes latrones, seditionum concinnatores, duces factionum, homicidæ, venefici, malefici, adulteri, item ij qui manifestam violentiam commisserunt, item officialis à suo judice condemnatus ob delictum in suo officio commissum, raptores virginum, monialium, & quarumlibet honestarum fœminarum, falsam monetam fabricantes, literas Regias, siue Apostolicas corrumpentes, vel simulantes: quos placuit damnatos statim puniri debere, quia publice interest eorum appellationes non recipi; sed ita demum si non solum legitimis probationibus conuicti damnati sint, sed si etiam voce propria vitium, scelusque confessi sint, d. l. 2. C. quorum appellat. non recipiant. cui ego hac in re plus defero, quam dict. leg. ibi: *A quien sea pronado pro buenos testigos, o por su conscientia fecha in juyzio sin premio*: quæ licet probet alternatiuè alterum sufficere, vel testibus conuictum reum his in criminibus esse, vel sponte confessum, vt ei appellandi potestas denegetur, æquior tamen est, dict. leg. 2. quam communi praxi admissam, ex aliis resoluit videndus Iulius Clarus, lib. 5. receptar. §. fin. quæst. 94. numero primo, quamuis contrarium, quinimo solam confessionem sufficere, & si conuictus non sit reus, vt possit iustè morti tradi, doceat glos. verbo, *vel de quo*, in cap. Romana. 5. §. fin autem, de appellat. lib. 6. quam etiam communis sequitur referente Julio Claro, dict. num. 1. Conarr. in pract. quæstionibus, cap. 25. Anton Gomez, 3. tomo, cap. 13. num. 31. Thuscus practicarum conclusionum, cap. 417. Baiardo, in additionibus ad Iulium Clarum, dict. §. fin. quæst. 94. ex num. 13. Ego hac in re judicis arbitrio, & religioni totum defero, qui juxta temporis, personarum, & locorum opportunitates statuat, ex regula leg. 1. D. de jus de lib. conjuncti, leg. 3. §. 1. versic. *Tu magis*, D. de testibus, & à Pinello traditis, in leg. 2. 3. part. cap. fin. nu. 44. Cod. de rescind. vend. fieri enim potest, vt licet quis sponte confessus sit, pastea tamen, vel confessionem ertoneam asserat, vel aliam aliquam conditionem adjiciat, vt si ad sui defensionem homicidium patratum contendat, & alia id genus, quibus in casibus sine dubio appellatio admitti debet. ex sententia Gregor. Lopez, in d. l. 16. glos. 10. Card. Thusci, d. cap. 417. Sanè an decisio, d. l. 2. C. quotum appella. & d. tit. 16. p. in aliis quoque casibus admittenda sit, latè Auendan. de exequend. mandatis, 1. part. cap. 2. Ceuallos, practicarum commun. cap. 509. Estque videndus omnino Bouadilla, qui doctè, & piè judices instruit qualiter se juxta executionem sententiæ in criminalibus habere debeant, in sua Politica, libro quinto, capite 3. ex numer. 75. cum sequentibus, & plures casus in quibus non admittat; congerit Thuscus, cap. 402. videndus omnino, juxta d. l. 2. & Ant. Gomez 3. tom. cap. 13. num. 31. Ioan. Gutierrez, de juram. confirmat. cap. 8. fnb. nu. 5. 3. part. Paulus Grilland. tractat. de relaxat. carcerator. 2. q. n. 5. cum sequentibus.

8 Diximus eodem num. 5. quod si cæteta desint, pacto etiam effici inter litigatores poteris, nec cui eorum appellare liceat, leg. vlt. §. fin. C. de tempor. appellat. Quinimo vt nihil inter eos conuenerit, si tamen quis ante sententiam professus fuerit, se à judice non pronocaturum, pronocandi auxilium perdidit, lege prima §. si quis, D. à quibus appellare non licet *quibus* consonat textus, in l. 15. vers. *fizieren postura*, tit. 22. part. 3. vbi vere explicat Greg. ex hujusmodi pacto non excludi nullitatis remedium si seorsum ab appellatione in judicio deducatur quod est menti tenendum, quotidie enim occurrit. Ratio in promptu est, quoniam si appellationi interpositæ potest appellans ei renunciare, vt audiemus infra, §. cap. longe magis poterit à pronocatione abstinere, idque pacto comprehendere, leg. siquis libellos, 28. C. de apell. cap. quamvis, 10. de elect. lib. 6. junctis d. §. fi. & d. §. siquis. Quod tantum limitat Greg. in dict. l. 13. glos. *fizieren postura*, in fin. si causa esset criminalis vel liberalis, seu status ex ratio-

ne, leg. 1. §. fin. cum legibus sequentibus, D. de liberali causa, C. liber. homo, 13. D. ad leg. Aqu. Planè non intelligunt quicquam istiusmodi conuenisse, qui judicem ex consensu sumpserunt, itaque rectè visum est à judice ex consensu litigantium dato, victum posse prouocare, leg. ex consensu 23. D. de appellat. Hæc de his, qui ipsi judicio experti victi sunt.

9 Potest & is, qui causam non egit, cujus tamen interest audiri appellans, vt jam sub. num. 2. audiuimus: sed hac conditione, si is cesset, qui victus est. Et quia non multum interest, verum victus non appellet, an appellet quidem, cæterum non ex fide causam agat, visum est hic quoque ei, cujus interest idem tribuendum: non quidem, vt ipse nouam appellationem interponat, cum sit à condemnato interposita, sed vt defensio causæ perinde illi committatur, ac si ipse appellasset. Discès hæc ex l. ab executore, 4. §. 1. D. de appell. l. 4. C. tit. 23. p. 3. quæ duo alia exempla in creditore, & fide jussore proponit, vt hi à sententiis aduersus debitorem, & reum latè possint prouocare.

10 Qua eadem ratione efficitur, quod licet hoc prouocandi jus non pertineat ad eos quibus testamento inofficioso quid datum, relictumve est, quamvis interfit eorum hæredem scriptum non vinci, quia ex inofficioso testamento, de quo præsente hærede scripto pronunciatum sit, neque libertates, neque legata debeantur, l. Papinianus. 8. & fin. D. de inofficioso testam. l. si pro luforio, 14. §. 1. D. de appellat. l. 7. tit. 23. part. 3. si tamen dicant, per collusionem esse pronunciatum, aut transactum, cum hæredi instituto prouocare potuerint, leg. à sententia, 5. §. 1. d. l. qui pro luforio, D. de appellat. suspecta, 29. D. de inofficioso testam. quinimo, & ex integro causam apud, 1. jud. agere, dict. leg. 14.

11 Planè quia diximus, d. num. 2. item, & paulo superius ratione interesse posse eos, etiam qui judicio experti non sunt appellare, admonendi sumus, interesse alicujus sic accipere nos hoc loco non tantum si ejus peculiaritet interest, idest, si alio condemnato aliquid ei abfuturum sit *de re familiari*, vt alias fere accipi solet: sed etiam si quod in commodum famæ, & existimationis ad eum pertineat. Vt puta dicimus hic interesse patris, filium non pronunciare seruum, aut libertum: quia non possit filius talis esse, quin ejus rei dedecus, vel ciuitatis munitio, patrem quoque attingat. Item interesse propinquorum, vt quis propinquus capite damnetur, quia putatur nota capitalis alicui inusta ad totam familiam pertinere. Qua de causa, & illic patri filio damnato, & hic propinquis alio propinquo damnato appellare permittitur, l. 2. §. si is qui, & 5. vir. D. de appellat. d. fit. l. 2. l. 4. l. 6. tit. 23. part. 3. conducunt, quæ latè disputat Couarr. pract. quæstionum, cap. 13. ferè per totum & vide, l. 4. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopilat. & ibi Azeuedo. Hactenus, de primo præcepto juxta quod, & an filius pro parte, dominus pro homine, Episcopus pro ciuitate audiantur appellans, vltra decreta, dict. tit. 23. part. 3. vide Guidonem Pap. decis. 436. num. 15. 16. & 17.

Secundum præceptum.

Se el que la interpuso siendo verdadero litigante, teniendo consortes en el pleyto la interpuso por si solo, y su interes: ò por si y en nombre de sus compañeros, y consortes.

Si vnus ex pluribus appellauerit, §. 2.

1 *Appellatio vnius quando alij prosit;*
2 *Rescriptum Principis in communi causa, vni concessum, omnibus, quorum interest, prodest.*
2 *Sententia vna quando, & quomodo plures teneantur.*
3 *Plures vno libello accusari possunt, etiam ex diuersis causis.*
4 *Vnius condemnatio, quando alios litis consortes comprehendat.*
5 *Appellatio vnius, vt alijs prosit, vt omnibus ex iure communi competat, requiritur.*

VErba sunt Rubricæ, tit. 68. lib. 7. Institutionum Cod. quibus, & hoc nostro præcepto non quærimus, an si vnus appellauerit, alij quorum interest appellare, vel interpositæ appellationi adhærere possint id efficere, quod jam superiori, §. exposuimus, sed quando vnius appellatio, aliis vel prosit, vel noceat, cujus rei summam mira breuitate complexus est Romanus Pontifex, in cap. vna sententia 72. de appellat. docens. Vna sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium connolauerit, illius victoriam jure communi cæteris suffragati, si communi jure juuentur, idemque negotium, & eadem causa defensionis existat. Quod Romani Pontificis placitum sumptum est, ex l. siqui separatim. 10. §. quod est rescriptum, & §. quoties D. de appellat. l. 1. leg. 2. Cod. si vnus ex pluribus appell. l. 21. versic. *Otro si dezimos*, tit. 22. l. 5. tit. 23. part. 2. conducit. leg. 28. tit. 5. part. 3. explicat notabiliter præter interpretes, in dictis locis, Bar. in leg. 4. §. Cato, num. 52. in princ. D. de verbor. oblig. Gregorius multis modis limitans, in dict. leg. 1. glos. 2. Socinus consil. 152. Petr. Gregorius, dict. lib. 50. cap. 2. num. 40. Ferrarius, dict. lib. 1. de appellat. cap. 1. ad fin. Rebuffus, de priuilegiis scholar. priuilegio. 106. n. 29. n. 51. & num. 97. vbi plures ad rem pertinentes quæstiones disputat, prosequitur etiam vtiliter dominicus Thuscus practicarum conclusionum, lit. A. c. 363. nos vt rem, & exornemus, & explicemus sequentia notamus. 1

Vt quemadmodum Principis rescriptum in vna, eademque de pluribus, communi causa, quamvis ad vnum eorum dumtaxat directum omnibus ex æquo prodest, l. 1. C. de diuers. rescrip. l. 40. n. 18. part. 3. Barr. in leg. Lucius, n. 10. D. de vulg. Gregor. glos. 1. in l. 26. tit. 1. 1. part. 5. Et pluribus condemnatis per vnam sententiam, sententia omnes complectitur, eo modo, quo explicat titulus, Cod. si plures vna sententia condemnati sunt, & leg. 40. tit. 27. p. 3. Ita vnius condemnatorum appellatio, aliis quoque, quamvis non appellantibus prodesse debet. Non ad hoc tantum, vt appellationi etiam postea ex interuallo adhærere, & interpositam ab vno, etiam ipsi prosequi possint, neipsis noceat, quod ipsi quoque non appellauerint; verum etiam ad hoc, vt vnius appellantis victoria, aliis quoque, qui non prouocauerunt, proficiat, vt si appellatio justa pronunciata sit ab vno appellante, sententia prior, quoad omnes condemnatos rescindatur. Quamvis enim pluribus in vnam sententiam condemnatis, etiam ex his, qui rei debendi sunt, & singulis solidum ex vna, eademque causa debent, ipsa vnica sententia in plures condemnationes scindatur, d. §. quoties: nec ex pluribus vnus possit eligi, & exigi insolidum, si simpliciter omnes in vnam, summam condemnati sunt, hoc modo, Caium, & Seium, & Sempronium Lucio Titio centum condemno, quia pro vitilibus portionibus ipsa sententia in personas diuidirur: vt sic tot. videantur esse sententiæ quot personæ condemnatæ. Singulæ tamen omnium appellationes non requiruntur: re vera enim plures non sunt sententiæ, sed vna tantum, licet illius effectus in plures personas pro vitilibus portionibus sit discretus (quæ est sententia, & interpretatio, d. cap. vna sententia, cum similibus sup. allegatis) qui effectus in consideratione esse

esse non debet, nisi postquam sententia in rem transiuit judicatam, nec remedio appellationis attentari potest, hoc enim est periculum ipsius sententiæ, quod inter consortes vnius litis ex æquo scindatur, l. 2. C. si plures vna sententia.

3 Vt autem hæc vnius ex pluribus litis consortibus in communi condemnatione appellatio, etiam non appellantibus, si velint, prosit; in primis oportet, in omnium personis, vnam, eandemque esse condemnationem, leg. 1. C. si vnus ex pluribus, d. l. 5. part. & explicant sup. citati: si enim in vna causa, etiam vnius ejusdemque rei, plures sententiæ ferantur, velut vna sortis, alia vsurarum, duplex appellatio requiritur, leg. cùm in vna, 17. in princ. D. de appellat. ne alias alteram agnouisse, de altera prouocasse intelligatur, vt ibi I. C. docet. Nam vt vna lite, vnoque libello accusari possunt plures, l. siquis cum procuratorio. 32. §. vnius litis. D. de procurat. idque non tantum ex vna, eademque causa, l. sup. iter. 11. §. Cassius, D. de aqua pluuia arcenda: verum etiam ex aduersis, vt ex sententia Cyni, in leg. eo quod à multis, C. si cert. petat. contra Speculatorem, de libelli conceptione, §. ad huius, versic. *sed pone*, eleganter tradit Ludouicus Romanus, cons. 140. Ita quoque vna sententia plures condemnati.

4 Planè, vt vna, eademque sit condemnatio, vna, eademque debet esse causa, & defensionis identitas, nã diuersitas causæ plerunqi diuersitatem defensionis inducit, ergo in diuersis, & separatis causis, si plures vno libello se conuenirí patiantur, quod tamen nolle possent (excipe eos ex eadem causa obligatos, l. 1. D. de quibus rebus ad eundem judicem eatur, l. 1. C. de cõsortibus ejusdem litis) sicuti plures, tam aspectu, quam effectu sunt sententiæ, & quemque sua perstringit; ita vnius appellatio alteri non prodest, cum plures ex eadẽ causa separatim, hoc est, plurib. distinctis sententiis condemnantur, dict. l. siqui separatim. 10. in princ. D. de appellat. & indè plurib. reis debendi conuentis, si vnus in decem alius in quindecim, leg. cum viginti quinque perita essent,) condemnarentur, vnius appellatio alteri non proderit. Ita contigit in pluribus tutoribus, ex vna tutela conuentis, & condemnatis, quorum vnus solus gessit, vt cum alia sit defensio ejus, qui non gessit, alia eius, qui gessit, l. 2. C. si tutor, vel curator non gesserit, ejus qui non gessit appellatio, ei qui gessit prodesse non debeat, quia maior est defensio eius, qui non gessit, quam eius qui gessit, d. l. si qui 10. d. §. quoad rescriptum plures ergo sententiæ per vnicam appellationem rescindi non possunt.

5 Adde vt ex eisdem iuribus deduces, vt illa vnius ex pluribus appellatio aliis quoque prosit, requiri, quod ex jure communi omnibus ex æquo competat, vt est illa, quæ omnibus competit, & cõcedituir, intra tempus appellandi, non etiamsi jure singulari ad appellandum, quis admissus sit post lapsum appellandi tempus, vt est in minore, qui aduersus omissã prouocationem in integrum restitui potest, vt possit etiam post decem, vel quinque dies appellare, l. & si sine. 8. 5. item si non pronocauit, n. de minor. ex quo etiam nulla probata cessione minorem aduersus omissam appellationem restituendum docet Bar. in l. fi. n. 10. C. in quib. causis in integr. rest. non est necess. Capella Tholosana, q. 389. quamvis eo casu, vt restitutio cõcedatur, læsionem esse debere probauerit idem Bart. in l. nam, & postea. 5. si minor. n. 6. D. de jur. iuran. quia est pro sententia præsumptio, sequitur Iaso ibi, num. 16. Guid. Pap. quæst. 141. Panor. cõsil. 77. col. 3. lib. 2. dicit communem Boerius, quæst. 7. num. 6. quam varietatem conator componere Alciat. reg. 1. præsumptione, 42. num. 4. Res sic componenda est, quando rens minor condemnatus non appellauit, absque læsionis probatione restitui debet just. Barr. d. nu. 10. si vero est actor, & contra eum est lata sententia, pro reo probare debet læsionem, vt per Fulg. & Paulum, num. 5. in dict. leg. fin. Alex. num. 9 in d. §. si minor, & consil. 155. nu. 6. lib. 5. & late disputat Caldas Pereyra, in l. si curatorem, verbo *vel aduersari dolo*, n. 18. C. de in integrũ restit. minor. hoc enim casu minoris priuilegiata appellatio maiori, qui intra tempus legitimum non appellauit, non cõmunicabitur, d. l. 2. C. si vnus ex pluribus appellar. l. 1. C. si in communi, eademque causa, d. cap. vna sententia, nisi cum individuitas rei separationem non admittit, Accurs. glos. fin. in d. l. 1. C. si in communi, eademque causa, d. l. 5. partitæ, vbi Greg. vt est in seruitutibus individuis.

Illud tamen perpetuo memineris, in vna eademque condemnatione, ex vna eadem causa, iure communi ab vno interpositam appellationem, sic aliis prodesse, vt sequens appellatio, vel transactio, vel renunciatio, aliis consortibus, qui non appellauerunt non obsit: quia semel prodesse cœpit, nec alterius facto illius commodum eripi debet, quod nominatim docet Baldus, in authentic. hodie, Cod. de appellat. comm. in dict. cap. vna sententia. 6

Tertium Præceptum.

Si el que la interpuso es el verdadero apelante ò no lo siendo, quiere prosiguiendo la causa en la segunda instancia, suplantar la apelacion del aduerso.

Quomodo is qui sententia vicit, vel diligentiam appellantis prænenire, vel negligentiam suppiere possit. §. 3.

SVMMARIA.

1 *Cap. oblata, 57. de appellationibus.*
2 *Appellatoribus, & tempus, & pœna constituta ne appellationem legitime prosequantur.*
3 *Appellantem compellit iudex, vel sententia parere, vel appellationem prosequi.*
4 *Appellationis prosequendæ quis sit terminus iure ciuili, Canonico, & Regio.*
5 *Appellationis prosequendæ terminus potest ex iusta causa à iudice moderari.*
6 *Appellationis prosequendæ, præfixo termino elapso, manet firma sententia, & num. 13.*
7 *Appellationis prosequutio, quem terminum habeat à iure, & iudice præfixum.*
8 *Appellans coram superiore, quando, & quomodo comparere debeat.*
9 *Inhibere superiores iudices possunt inferiores, donec acta processus prima instantiæ ad illos sint delata.*
10 *Appellans, quæ obseruare debet, vt sibi magis caueat, quousque alia ad superiores deferat.*
11 *Appellationis prosequendæ tempora, an includantur in primo fatali.*
12 *Appellationis prosequendæ tempora non currunt compromisso durante.*
13 *Appellationis desertio quando inducatur.*
14 *Appellationis desertio operatur, vt perinde sit, ac si nunquam esset appellatum.*
15 *Appellationis prosequenda terminum potest appellans sibi præfigere.*
16 *Appellatione non deserta intempestiua est quæcumque appellati solitudo.*
17 *Appellationem si non prosequatur appellans, quomodo, & quando appellato succurrendum, & num. 18. & num. 19.*
20 *Appellationis mentio, an in impetratione literarum necessario fieri debeat.*

FRequens casus in hac appellationum materia Pontificis sanctionibus longè plus quam Cesareis 1

animaduersus,vt frandi,& dolo appellati occurratur: pro quo cum dicta sit sententia,hoc,vel illo quæsito colore,vt quia fortè reus impensis quoque condemnatus non fuit, aut non maiori supplicio damnatus, appellationem etiam, & ipse interponit, literas impetrat & causam ad suum iudicem defert,veri appellatoris:vt Pontifex inquit,vera appellatione, magno cum eius incommodo, & præiudicio supplantata, c.oblatæ,57.de appellat. cuius decisionis & quæstionis huius siue præcepti materia à paucis cognita,quo breuiter, & dilucidè exponatur, rem sic comprehensus.

2 Ne liberum,quis, & solutum haberet arbitriũ retractandæ,& reuocandæ sententiæ,& pœnas,& tempora appellatoribus præstituta esse, docente Iulio Paulo,lib.5.sentent. § 1.sub tit. *de cautionibus & pœ-*
3 *nis appellationum*.Indeque permissum † iudici,qui sententiam dixit, appellantem compellere, vt vel interpositam appellationem prosequatur, vel latæ sententiæ pareat,cap.personas.4.cap.ad hæc 27. cap. peruenit, 28. de appellat. Quæ autem prosequendæ, &
4 † exercendæ appellationis tempora fuerint statuta, non satis constat;quamuis eius præfinitionis in Pandectarum compositione adhuc extent vestigia,in l.2. §.ei quoque,D. de iudiciis,l.1. in princ. D. de vacat. & excus.mun. quæ si appellator in peragendo nõ obseruasset, merito præscriptione repelli poterat. Iustinianus sublatis fere iuris veteris vestigiis exercendæ, & peragendæ appellationi spatium anni, & vrgente causa impedimenti biennij statuit in suo Codice,in l. fin.C.temper.de appell.& aliquot Nouellis constitutionibus confirmauit, vt in Nouella, 49. *De his qui ingrediuntur ad appellandum*,& in Nouella,93. *De appellationibus*,& Nouella, 126. *Exemplum sacræ formæ de appellationibus*. Quod, & Pontifices in vsu Iuris sui sequuti sunt,cap.cum sit Romana,5.in princ. cap.ex ratione,8.cap.constitutis,45.de appellat.cap.ei qui.2.q.6.Clem.sicut,de appell. & quamvis Hispani Reges legum partitarum cõditiones omiserint huius anni,siue biennij ex causa præfinitiones, vt nominatim aduertit Greg.in l.23.glos.4.tit.23.part.3.Azeuedo,in leg.11.num.4.tit.18.lib.4.nouæ Recopilat. nouiores tamen Principes admiserunt,l.3.tit.16.lib.3.ordinam.quæ hodie est, d.l.11.Recopilat. quæ tempora anni,& biennij, primum, & secundum fatale appellantur, de quibus,quia commodius infra, §. 21. ideò rem hanc nunc missam facimus.

5 Planè is terminus à iure statutus ad appellationem prosequendam,potest per iudicem iusta existente causa moderari, quæ ex locorum distantia personarum,ac negotij qualitate æstimabitur,dict.cap.cum sit Romana, versi. *Nisi forte iudex*, vbi notat glos. verb.*rescissus*,gl.verbo,arctari,per textum ibi, in cap. quoad consultationem,15.de re iudicata, notant omnes vbique,& Bart.vbi cæteri,in l.2.D.de re iudicata, & de iure Regio probat textus,in l.23.titul.23.part.3. apertius,in l.2.tit.18.lib.4.nouæ Recop.vbi Azeuedo, num.1.& 3. Auendanus, responso 2. num. 2. Paz,in praxi,6.part.1.tom.cap.1.num.1.& 2. & cum multis videndus omnino Petrus Cenedo,in Collectaneis ad Decretales,collect.17.ad cap.personas, 4.de appellat.
6 Potest itaque iudex † si attentatis negotiis, circunstantiis, & qualitatibus ita expedire perspexerit, terminum à iure constitutum moderari, aliumque breuiorem ad prosequendam appellationem præfigere, quo elapso, nisi appellans doceat de prosecutione, sententia,à qua appellatum est, firma manet, & in rem transacta iudicatam, & appellatio remanet deserta per transcursum,istique termini à iudice præfixi, sicuti remaneret ob lapsum termini à iure constituti, vt inferius dicemus; si vero non assignetur per iudicem terminus iuris, annus scilicet, ex iusta causa biennij.

Hæc in termino, qui à iudice præfigitur ad prose- 7
quendam simul, & finiendam appellationem verissima sunt:solet tamen alius terminus,tam à iure,quam à iudice parti appellanti assignari ad prosequendam appellationem,hoc est, ad inchoandam appellationis prosecutionem, seu ad hoc, vt pars appellans coram superioribus in gradu appellationis præsentetur; & iste terminus,de iure Regio partitarum antiquo, erat duorum mensium,leg.25.tit.23.part.3.(quam de hoc termino intelligendam esse certissimum affirmo, cum Suarez de Paz,d.6.p. tom.1. c. 1.num. 4. in fine, & Auendaño d.resp.2. num. 3.) Iure vero nouiori hoc præsentationis tempus limitatum est ad quindecim dies,*si es aquende los puertos:y si allende*, ad quadraginta dies,ita constat,ex l.2.tit.16.lib.5.ord.hodie,l.2. tit. 18.lib.4 Recopil.Auendaño,dict.nu.5. Paz, vbi sup. num.4.& Monterrosus.tract 5.de Chancillerias, c.1. num.?.

Et hic quidem terminus ad inchoandam prosecutionem appellationis à iure constitutus, poterit similiter à iudice prorogari,vel coarctari,attente locorum distantia,personarumque,& negotij qualitate, vt expressum disponitur per d.l.2.ibi, *al plaço que le pusiere el iuzgador*, tit.18.lib.4. Recopil. vbi notat Azeuedo, num.3. Auendaño,d.num.3.in versic. quarta conclusio,& Monterrosus,dict.num.1.si vero iudex non assignauerit terminum, prout magis communiter fieri solet, debet appellans præsentari intra terminum iuris,dierum inf. quindecim, vel quadraginta, cum distinctione,de qua sup.

Hæc tamen præsentatio regulariter fit absque pro- 8
cessu causæ, solummodo cum appellationis testimonio.Qua præsentatione coram superioribus facta statim præcipiunt,vt appellatis detur Regalis prouisio, quæ vulgariter dicitur,*mejora*,quæ prouisio citatoria est,& compulsoria;citatoria,quia per eam pars appellata citatur ad prosequendam appellationem, l. 5.tit. 18.lib.4.Recopil.compulsoria quia per eam compellitur Tabellio transumptum processus parti appellanti dare,vulgariter,*el traslado del processo*.

Non vero est inhibitoria, quia à superioribus in- 9
dicibus inferioribus inhibere prohibitum est, donec transumptum, seu acta processus primæ instantiæ ad eos delata sint, & ex illis constet,an debeat inhibitio concedi,nec ne,l.54.& 55.t.5.l.1.9.10.& 11.tit.7.lib. 2.l.5.tit.5.lib.7.Recop.In qua prouisione solet per superiores assignari terminus,intra quẽ processus coram illis deferatur, quo elapso, & processu non delato,licet attento iuris rigore desertio appellationis causetur,secundum Auendañum,& Azeuedum,ita intelligendos,illum d.resp. 2.n.4.istum vero,in d.l.2.n.13. id tamen praxis minime recipit.

Prouisionem prædictam debet pars appellans prius, 10
& ante omnia Tabellioni notificare,non parti appellatæ antequam transumptum processus sibi à Tabellione traditum fuerit, vt euidenter inconueniens, de quo per Suarez de Paz,d.cap.1.num.11. per Monterrosum,vbi sup.dict.c.1.num.6.& 7. habito vero processus transumpto,& regali prouisione parti appellatæ notificata, illum pars appellans superioribus iudicibus defert,coram quibus causam finiri tenetur intra annum, vel ex iusta causa biennium ad prosequendam appellationem à iure concessum, & tunc locum habent ea,quæ superius tradidimus.

Quibus adiicite tempora constituta ad inchoan- 11
dam prosequtionem appellationis, & præsentationem coram superioribus faciendam,computari debere in anno fatali ad prosequendam simul, & finiendam appellationem concesso ita Azeuedo dicens communem.in l.11.tit.18.lib.4.Recopil.idque ad sensum patet, cum anni fatalis cursum à die interpositæ appellationis incipere, s.n. verissime d. cuerimus. Il-
lud † item pro illius att. complem. scitu dignum re- 12
stat,

stat,terminum ad prosequendam simul,& finiendam appellationem,siue ad prosequendam tantummodo, hoc est,ad prosequutionem inchoandam,siue à iure, siue à iudice præfixum,& constitutum, non currere compromisso durante, vt ex Clem. quandiu,de appellationibus,notat Auend.d.resp.2.n.8.Quæ omnia menti tenenda, quia quotidiana in praxi.

13 Ergo si appellans non prosequatur appellationem intra terminum à iure præscriptum ad illam prosequendam:tunc primam sententiam ratam, firmamque remanere,& in rem iudicatam transacta,& hoc propter desertionem appellationis. Ita probatur ex iuribus sup.adductis, quæ iura licet loquantur in termino iudicis ibidem verissime resoluimus.

Et inde sicuti appellatio deserta remanet, per transcursum termini à iure constituti,vt suprà proxime diximus; ita similiter per lapsum termini à iudice præfixi.Parificantur enim,quoad hoc terminus iuris & terminis iudicis, ita probatur ex tex.in cap. cum sit Romana,& cap.personas,4 sup.eodem, vbi notat Abb.num.3.Præpositus 9.Felinus,1.Decius omnino videndus,num.6.& Azeuedus,in l.2.n.36.tit.18.lib. 4.Recopilationis.De pluribus tamen desertionis casibus consulendus Guido Pap.consil.77.& plura tradens in eadem materia Maranta,in Speculo aduocatorum 6.parte actu secundo de appellationibus,numero 299.

14 Operatur itaque desertio,vt non censeatur à principio appellat.l.fin.§.illud,vbi gl.verbo,prouocatum alia multa ad idem allegat iura,C.de temporibus appellationũ. Didacus Perez,in l.2.tit.16.lib.3. ordinamenti,& Octauianus,de stylo Curiæ lib.3. cap.6.n. 16.Et desertio causatur,siue pars appellãs non fuerit in appellationis gradu, præsentata intra quindecim, vel quadraginta dies ad inchoandam prosecutionem appellationis constitutus *con la distincion de los puertos*. De qua siue intra annum, vel ex iusta causa biennium non fuerit appellatio prosecuta, & finita hæc est,lis diffinitiue conclusa,ita resoluit Monterrosus, dict.tract.5.cap.6.n.2.

15 Igitur(vt ad rem redeamus)siue nullus sit breuior terminus à iudice appellanti assignatus siue sit aut ab eodem ipso appellante, sibi præfixus (quod fieri posse multis est locis cautum, cap.personas 4. c. cum sit Romana 1.cap. reprehensibilis,26.c. ad aures 53. cap.directæ,39.cap.sæpè,44. cap.ex insinuatione 50. cap.oblatæ,57.de appellat.)nulla diligentia, aut præcipitatione eius aduersus quem appellatum est, po-
16 terit præueniri, dict. c. oblatæ. Intempestiua † ergo est,quæcunque literarum impetratio,siue super obseruatione sententiæ vt scilicet executioni mandari possit,præmaturum enim id omnino est,nondum deserta appellatione, nec irretractabiliter confirmata sententia,quam appellatio suspendit, & in suspenso retinet vsque ad extremum momentum fatalis temporis,cap.dilectis,55.de appellat.siue super commissione causæ appellationis, aut citationis ad comparendum coram iudice prouocato,ad audiendam sẽtentiam confirmari (quæ sunt appellati partes, vt enim appellans contendit ad retractationem,ita appellatus ad confirmationem sententiæ,à qua appellatum est, Aufrerius,decis.151.& 468.) Breuior enim hæc appellationis prosequẽdæ siue potestas,siue necessitas tota est in pleno arbitrio appellantis, cui illa concessa est vnde ad fraudem, & dolum refertur quæcũque præueniens,seu anticipans,siue literarum impetratio,siue appellationis ex parte aduersa prosecutio,d. cap. ex insinuatione 50. Quinimo ne in appellantis quidem potestate est hunc breuiorem terminum præuenire ; quia scilicet vicem peremptorij habeat, & effectum citationis,in seu ac illum diem, quo iudex appellationi deferens,causa coram superiori introduci,præcipit Aufrerius d.decis.151.

Quia vero hic terminus anni,vel biennij à l.præ- 17
scriptus longior est,& in quo longior appellantis in exercitio appelationis mora merito suspecta esse potest,permittitur victori appellato hæc præueniendi potestas ; non quidem quandocunque in principio etiam huius fatalis termini,sed cum aliqua maturitate, vt non nimium præcurrat,d.c. oblatæ.Et quamvis, ex constitutione Iustiniani dict.auth. *De iis, qui ingrediuntur ad appellandum*, §. volumus, ibi, *Ita vt vnus forte supersit negotio mensis*, coll.5.conuenientissimum videatur accipere id de eo tempore,quod sub finem biennij est, non præcise ad postremum illius mensem:eius tamen Iustinianus,verbo,*ille forte*.non restrictionis,sed exempli causa meminit.Quod recte animaduertit Pontifex,in dict.c.oblatæ,quo in loco mensis huiusmodi nullam mentionem fecit,nec rem ad mensem restrinxit.Et cum dicat ita demum partem appellatam intra terminum constitutum à lege commissionis literas impetrare,*dummodo nimium non præcurrat,vt appellantem in commissione impetrãda supplantet*,non aberrauerit, qui hoc arbitrio superioris relinquat,qui personarum negotij,& temporis qualitatibus inspectis pro sua religione arbitrabitur, & statuet,an nimirum,vel non nimium præcurrere dicatur,nihilque vetet hanc præuentionem,quandocũque post medium hoc legitimum tempus lapsum fieri posse,quasi tunc satis euidenter reprehensa appellantis negligentia,qui nequidem ad dimidium fatalis temporis causam introduxit,quæ sententia probatur expresse,in leg.1.§.fi.lib:*Cum dicit tempus, nec adijcit diem,sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate,quem diem præstituat*, D.de iure deliberan.coniunctis in eius exornatione à nobis traditis disputatione de Mora,nu.102.cuius decreti,quia varij, & multiplices sunt articuli præter ordinarios in eodem loco videndi sunt Felinus in cap.ex tenore,de rescript.Feder.de Senis,consil.28.incip. *Punctus quæstionis*, Romanus,consil.485. incipit *dubitatur*, Calderinus, consil.14.tit.de rescriptis.

Potest igitur in maiore,& longiore appellantis ne- 18
gligentia præueniendo appellatus,vel ipse appellationẽ coram prouocato iudice inducere, & peragere:vel literas impetrare,non quidem super sententiæ obseruatione, vt in casu proposito,in dict.cap.oblatæ nullo iure factum fuisse ostẽditur,quia illius nulla vnquam potest esse præuentio, nondum deserta appellatione,sed super commissione causæ ad aliquẽ iudicem per superiorem dandum,vel super citatione ad comparendum coram prouocato:cuius impetrationis hic erit effectus, vt quamvis appellans in diligentiæ suæ appellationis persecutione potuisset, vel prouocatum iudicem habere,vel alium ab eo ad postulationem ipsius delegatum:nunc debeat illum agnoscere, & causam appellationis peragere,coram eo quem victor,seù appellatus sic præueniendo impetrauit, illi tamen recusandi potestate,si ex iusta causa eum suspectum habeat permissa iuxta text.in dict.cap.oblatæ versic. ita quod si appellans.

Sed an cùm per iudicem à quo prouocatur,certus 19
terminus, breuior ad prosecutionem appellationis propositus fuit illique appellans satisfecit per introductionem causæ,coram prouocato iudice pro reliquo tempore,quod deest ex legitimo,victor,seu appellatus statim poterit præuenire, & non expectare exitum ipsius temporis legitimi;recte dubitatur, & sanè huic appellanti beneficium legitimi temporis, quod reliquum est liberum esse permittendum, vt non possit præueniri nimium præcurrendo,resoluit Federicus de Senis,cons.108.& cons.173. angustias autem temporis, per iudicem præscripti effect. esse sortitas,per introductionem causæ,ante breuius statutum tempus,vt inde deserta non possit dici appellatio,vsque,adeo,vt eo casu nõ sit appellãti necessarium

tium exprimere sibi brevius tempus statutum fuisse: quia illius effectus iam consummatus est, quo nondum consumato non posset petere literas non facta mentione brevioris temporis statuti, quia neuter litigantium illud præuenire potest, dict. c. sæpè, 44. de appellat. Illo vero lapso, nulla est illius exprimendi necessitas, nec refidui legalis, quia nullo termino à iudice statuto legitimus manet, & omni appellationi cohærtet per se.

20 Appellationis vero an in impetratione literarum fieri mentio debeat, siue ab appellante, siue ab appellato, super informatione, aut confirmatione sententiæ impetrentur, dubitari potest, & eius requiri mentionem probare videtur, text. in c. ex parte, in 1. de appellationibus, in c. bonæ, in fin. de confirmat. vtili, vel inutili. Quod sanè in appellatione ab interlocutoria indubitanter verum est; quæ non tam libero pede currit, nec eadem facili late admittitur, vt late inf. §. 11. audiemus, cum in ea & grauis causa semper exprimenda sit, facilius deprehendatur, an admittenda sit. In impetratione autem literarum super causa appellationis à definitiua eius mentionem non esse necessariam, magis probat Philip. Franc. in dict. c. oblatæ; sed sufficere exprimere, se causam contra talem, quis causæ appellatione, tam illa quæ ex prouocatione, quam quæ ex prima actione est, & instituitur, continetur. Cuius sententia, etsi in impetratione iudicis à Papa, qui periude ex appellatione, vt ex prima actione omissis mediis adiri potest, posset tolerari: In alio tamen superiore prouocato, seu adito, non æquè permittendum videtur, cum regulariter adiri non possit, nisi per appellationem, c. cum in Ecclesia 38. c. vt debitus honor. 59. de appellat. vt mirum non sit, si appellationis mentio fieri debeat, vt inde euidentius constet, an ad eum appellari potuerit, an appellandi occasio fuerit, an potius simulata appellatio. Qua de re, & quæ in impetratione rescripti delegatorij exprimi debeant, latè Doctores, in dict. c. bonæ, de confirmatione vtili, vel inutili.

Quartum Præceptum.

Si muerio el dadero apelante despues de interpuesta la apelacion: quien la prosigue, y la causa, y razon que tiene para ello.

Si pendente appellatione mors interueneret, §. 4.

SVMMARIA.

1 *Appellatione pendente, si mors interueniat.*
2 *Morte accusatoris accusatio extinguitur, non crimen.*
3 *Morte rei crimen extinguitur, paucis exceptis casibus.*
4 *Cadauera mortuorum aliquibus in casibus pœnis animaduersa.*
5 *Appellationem pendere propriè quid sit.*
6 *Appellationem morte extingui quomodo intelligendum, & numeris sequentibus.*

1 VErba etiam sunt, tit. 13. lib. 49. Digestorum, & tit. 66. lib. 7. Iustinianei Codicis. Eorum, & huius præcepti interpretatio fluit, ex tit. 6. lib. 9. Codicis. *Si reus, vel accusator mortuus fuerit.* Cui consonat, l. 28. & tit. 29. tit. 23. part. 5. l. 7. l. 8. l. 23. tit. 1. p. 3. explicat Iulius Clarus libro 5. §. fin. quæst. 51. n. 9. & num. 12. Petr. Plaza, de delictis, lib. 1. c. 38. n. 1. & sequentibus plures relati à Ioann. Baptist. Bajardo, in additionibus ad Iulium Clarum, d. quæst. 51. ex num. 30. vtiliter Anton. Gomez, 3. tom. c. 1. ex n. 38. & ex numer. 80. aliqua Bobadilla, lib. 3. Politicæ, c. 15. num. 143. ex quibus & iis, quæ eisdem in locis notant interpretes, & praxis obseruat discef. *Morte † accusatoris accusationem* extingui, leg. fin. C. si reus, vel accusator non crimen, l. 3. §. fin. D. de accusat. leg. sed si maritus, 14. D. qui à quibus, leg. penult. Codic. de publicis iudiciis. At morte rei † crimen extinguitur: morte, id est, *mortalitate*, vt 3 loquitur text. in leg. vltim. D. ad leg. Iuliam maiest. Quia non qualibet morte non inquam morte sibi adscita in reatu capitali, leg. penult. c. si reus, vel accusator mort. vt in reatu Libonis apud Cornelium Tacitum, lib. 2. & multis exemplis relatis à Iulio Claro, & Antonio Gomez, vbi suprà mortalitas mors est communis, & naturalis. Excipitur constitutione Diui Marci Perduellionis crimen, leg. penult. & vltim. C. ad leg. Iul. maiest. leg. fin. D. eodem, l. 4. Codic. de hæreticis, l. 1. in fin. D. de requirend. reis, quod morte non extinguitur, cui & alia coniungunt leges Regiæ suprà adductæ Clarus, & Antonius Gomez, iam relati, & omnino videndus Peregrinus, de furibus, & priuilegiis fisci, lib. 4. tit. 5. num. 6. cum sequentibus, vbi congessit decem & septem casus, in quibus per mortem delinquentis crimen non extinguitur, quoad pœnam, respectu bonorum fisco applicandorum, & respectu pœnæ pecuniariæ; non nullos etiam † casus, in quibus in 4 mortuorum etiam cadaueribus pœnæ exequuntur, ex aliis leui licet calamo texensit Bobadilla, dict. num. 143. & etiam noster Salorzano, lib. 6. de pœna parricidij, c. 2. An verò regulariter post condemnationem, pendente appellatione morte rei prorsus extinguatur crimen, quæstionis est; cam facilè dissolues si generaliter, iuxta præceptum nostrum hæc obseruaueris. Pendente appellatione, † intelligi 5 iuxta, leg. penult. C. si pendente appellat. pendente in num. cognitionum; id est, nondum re iudicata ex appellatione, vt multis hanc in rem adductis testimoniis ostendit Brisonij, de verb. sign. lib. 1. 4. fol. 488. pag. 2. quo eodem sensu, & rei ipsi *pendere* dicuntur, qui nondum discriminè liberati sunt: longe diuerso ab eo quo Martialis, lib. 4. Epigram. 77. dixit *Pendentem volo Zoilum videre*, id est, præ inuidia laqueo suspensum, vt benè ad eum noster Laurentius Romirez obseruat. Qua in re notandum est quod in dict. lege penult. ait Imperator, ibi, *in num. cognitionum pendere proponas* & ibi, *ea prouocatio suo ordine audiri debet*, appellationem pendentem, in numero cognitionum peragi suo ordine: id est, seruato ordine introductionum, quod & in supremis tribunalibus obseruari oportere Regijs est nominatim sanctionibus cautum.

Deindè mortem in hoc casu intelligi, id est, mortem eius, qui appellauit, vel eius contra quem appellatum est; vel hominis, siue rei de cuius proprietate lis est. Sed ea in re separandæ sunt ciuiles à criminalibus causis. Mortuo enim eo, qui appellauit à sententia in negotio ciuili, lis transfertur in hæredem, perindè, ac si priori iudicio mors ei contigisset, 1. C. si pendente appellatione, qui necesse habent, vel prouocationis causam reddere, vel statutis acquiescere. Planè si ad ciuilia munera, vel decurionatum qui fuerit enocatus, & à nominatione prouocauerit, prouocatione que pendente decesserit, ea quæstio morte finita est, leg. si pater, 4. C. si pendente appellatione, ergo hæredes eius, nisi præteriti temporis ratione, ea prosequi non tenentur, quoniam si per malitiam nominatus prouocauit, & quia non gessit res in periculo sunt nominati, hæres, aut prouocationis causam reddet, iuxta dict. l. 1. aut in quod interest reipublicæ, aut minoribus condemnabitur, leg. quamquam, 15. Codic. de excusat. tut. vbi plura adducit gloss. verbo, *Examinanda*, quamvis eo casu ei longior terminus ad appellationem prosequendam, quam defuncto indulgendus sit, ex ratione leg. 18. versicul. *Eporque los herederos*, tit. 13. part. 5. quæ nominatim, id expressè probat, & ortum habuit, à leg. fin. C. si pendente appellat. & Azonis doctrina in summa illius tit. n. 5. de cuius leg. fin. interpretatione, ne ei obstet, leg. cum antiquioribus, Codic. de iure deliberandi, vide omnino Iacobus Cuiacium, lib. de diuersis tempor. præscript. c. 16. quod est menti tenendum: quotidiana enim quæstio est in nominationibus ad munera, onerosque ciuilia de quibus plura latè Auendaños de exequendis mandatis, c. 16. ex num. 14. Bobadilla, lib. 3. c. 8. ex n. 38.

7 In negotiis vero criminalibus ita distinguendum, vt si accusator appellatione pendente, mortuus sit, accusatio quidem, & appellationis instantia, ipso iure perimatur: crimen non ita, cum ab aliis si sint quorum interest, aut à quolibet de populo, si crimen sit publicum de quo possit iudicium institui, ex his quæ suprà num. 1. diximus. Mortuo vero reo accusato aduersus quem lata fuit sententia, de cuius viribus interposita appellatione disputatur; si sententiam rei personam, siue statum non etiam eius bona respiciat appellatio, & instantia cum toto iudicio euanescat, lege 1. D. si pœna appellat. l. 8. in 21. part. tit. 23. p. 3. excepti criminibus de quibus suprà n. 2. quoniam si in eis ex integro etiam mortuis reis iudicium institui potest, cum morte non extinguantur, longe magis iam cœptum prosequetur. Quod si bona quoque sententia respiciat, discrimen est etiam adhibendum. Quoniam si priori sententia contra quam reus appellauit bona item eius expressim publicata sunt; morte eius crimen, id est, causa capitis extinguitur, sed quæstio bonorum specialiter publicatorum non extinguitur, dict. leg. 1. D. si pendente appellatione, dict. leg. 28. versic. *ciertamente*. Si verò tacitè, vt si deportatus sit, nullo alio adiecto: morte eius, & crimen, & quæstio bonorum extinguitur, & bona transmittuntur ad hæredes, vt eisdem est iuribus cautum, & l. 3. C. eodem tit. sæpè ergo multis in partibus iuris multum interest exprimatur quid, an verò tacitè intelligatur, quod & probat, leg. fin. C. si reus vel accus. mor. fuer. Repetitio verò bonorum sceleris quæsitorum nunquam perimitur, nec si priori sententia absolutus sit reus, sicuti nec bonorum specialiter publicatorum priori sententia. Nec probat contrarium, leg. 2. Cod. eodem, quia oblignatio bonorum absentis rei non est publicatio, nec adnotatio inter reos, est condemnatio, licèt ab ea quoque appellari possit, planè quid *fit adnotare*, & absentis rei bona *obsignare* discès, ex l. 1. 1. & 3. D. de requ. reis, Brisonio, & aliis de verbor. significat. eodem verbo. & iis quæ ad illum titulum, de requir. reis benè scripsit Vvesembechius.

8 Morte verò hominis, cuius de proprietate lis agitur, pendente appellatione, vel etiam priori iudicio, litem durante propter peculium, fructus, partus, & stipulationem de euictione probabis, ex l. penult. C. si pendente appellatione, leg. vtique, 16. D. de rei vindicat. quamvis quoad condemnationem interest multum inter bonæ, vel malæ fidei possessorem, vt videbis, ex l. 29. tit. 23. part. 3. vbi plura Greg. congessit.

Quintum præceptum.

Si el ve se presenta en grado de apelacion en segunda, o tercera instancia, no apelo en las primeras por miedo del inez inferior, y que diligencias se han de hazer en este caso, paraque el superior admita la apelacion, y que quando el apelante estuuo impedido.

De his qui per metum iudicis non appellauerunt, §. 5.

SVMMARIA.

1 *Appellandi facultas omnibus nominibus causis omni iure concessa.*
2 *Appellantibus vis nulla inferenda, & qua pœna iudicis vim appellanti inferentis.*
3 *Lex 4. tit. 20. part. 7. animaduersa.*
4 *Appellationis omissio eius, qui metu non appellauit indicati executionem non remoratur.*
5 *Iudicis præsentia, metus allegationem excludit.*
6 *Veritati omnia cedit præsumptio.*
7 *Appellationem metu omittenti, quomodo iure succurrsum.*
8 *Appellanti vis multis modis infertur à iudice, & ab actore.*
9 *Commodum ex improbitate sua nemo consequi debet.*
10 *Metus non appellantis, quomodo probandus.*
11 *Protestatio viui, qui per metum non appellauit, quando & quomodo facienda.*
12 *Appellationem omittens, quia impeditus, quomodo sibi cauere debeat.*
13 *Appellationem ob paupertatem omittens de impedimento, an protestari oporteat.*
14 *Appellationem iudicis metu omittens aduersus eum, in syndicatu agi.*

OMnibus grauatis, & oppressis, cum & in maioribus, & in minoribus causis appellandi libera facultas sit, c. ad Romanam, c. omnis oppressus, 2. quæst. 6. c. de appellat. 11. de appellat. leg. & in maioribus, 20. leg. fiquis, 30. C. eodem l. 2. tit. 23. part. 3. prohibeantque Imperatores † vim, aut minas appellantibus inferri, & siquis prohibeat victos appellare minatur se vltores futuros, l. minimè, 12. d. l. siquis 30. C. eod. Teneanturque l. Iulia, de vi publica, qui cum imperium potestatemve haberet ciuem Romanum aduersus prouocationem, ne cauerit, verberauerit, iusseritque quid fieri, aut quid in collum iniecerit, vt torqueatur, leg. Iulia, 7. D. ad legem Iuliam, de vi publica consonat, l. 4. tit. 10. part. 7. cuius verba propter quæ in fin. habet referri libuit. *Sientense por agrauiados los homes de los juyzios de los juzgadores, e piden alzada para delante del Rey. Et alet juezes, y á que con gran soberuia, e malicia que oy en ellos, ó por ser muy defendidos, que los no quieren dar alzada, ante los des honran diziendoles mal, ó prendiendo los. E por ende dezimos, que qualquier juzgador que sobre tal razon como esta fiziesse, ó prendiesse, ó matasse ó deshonrasse á algun home, que deue auer por ende otra tal pena, como si fiziesse fuerza con armas.* †Sequuntur elegantissima, & perpetuo menti tenenda verba. *Porque muy fuertes armas han para fazer mal aquellos que tienen vez de Rey quando quisieren vsar mal del lugar que tien.* Iuxta quæ accipies, leg. 26. ad fin. tit. 23. part. 3. l. 12. tit. 16. libro 5. ordinam. l. 12. tit. 18. libro 4. nouæ Recopilat. Quia tamen iure ciuili non prodest condemnato ad fugiendam, vel differendam indicati executionem si dicat, aut prætexat,

prætexat, se metu, seu formidine iudicij non ausum fuisse, appellare, sed rebus iudicatis omnino standum sit nec appellandi, aut aliter sententiam attentandi post lapsa tempora permittenda sit potestas l.1. l.2. Codic. de iis qui per met.iudic.non app. Quasi scili-
4 cet † vanus sit, qui prætexitur metus à iudice, apud quem omnia iura, nihilque ex periculo metus suspectum esse soleat, dict.l.1.leg.non est verosimile, 23. D.de eo quod met.causa. *Non est verisimile* (inquit Vlpian.) *compulsum in vrbe inique debitum soluisse, eum qui clarum dignitatem se habere prætendebat, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuisset. Sed huiusmodi prædi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere.* Cuius verba attexere libuit; bellissimè enim hisce ostenditur iudicis præsentiam metum omnem excludere. Sic enim interpretanda sunt illa, *& adire aliquem*, potestate prædium. Neque id tantum verum, & id eo loci insinuatur si ab eodem iudice vis inferatur, licere vim passo, *ius publicum inuocare*. Quod autem, *ius*, sit, id quod *publicum*, ab Vlpiano ibi appellatur, magna inter nostros concertatione discutitur. Rem tamen accuratissimè explicuit eruditus Dominus Laurentius Ramirez de Prado Hispanus, Regius in supremo Rei Dominicæ Senatu Consiliarius, lib. singulari, cui nomen Tessera legum, section.3. ex pag.34.ad pag.42. cum vide.

6 Quia tamen omnis præsumptio † veritati cedit, dict. leg.non est verosimile in fin.principij, leg. optimam, 14.Codic. de contrahenda, & committ. stip. si facti veritas hanc iuris præsumptionem diluat, hoc est, si non vanum, sed iustum fuisse timorem demonstretur, vana non erit, nec inutilis iusti metus allegatio, veluti cum appellans à iudice vim sustinet, vel verborum forte, vel carceris, aut detentionis, dict.l.2.Codic. de his, qui per metum, l.3. sed eximendi, 4.D. ne quis eum, qui in ius vocatus est, l.3.§. veti, cum leg. seq.D.de eo quod metus caus. quod & ex aliis causis esse potest, veluti ex minis, dict.leg. non est verosimile, §.si iusto metu, tortuo vultu, aut ex iudicis antecedente consuetudine male tractandi eos, qui appellant impotentia magistratus, etiam si vnicum eius rei extaret exemplum, Alexand.in leg.de pupillo, 5.§. siquis ipsi prætori, D.de operis non.nuntiatione. Ergo
7 † quamvis aliàs, quæ metu facta sunt actione, quod metus causa rescindi possint, sic coactus abstinere ab appellatione restitui debeat, vt adhuc appellare possit, etiam post lapsa tempora, leg. metum, 9.§.ex hoc edicto, D. de eo quod metus caus. ea tamen rescissione, & restitutione hic opus non est, cum hoc iusto metu constrictus in proposito pro appellante habeatur, l.2. ad fin. Codic. de his qui propter metum iudicis, c.fin. ibi, *ad appellationis reputari beneficium conuolasse*, de appellat. l.22. ad fin. tit.23.p.3. Speculator, tit.de appellationibus, §.1. versic. *Si propter metum iudicis*, Bart.in dict.§.siquis ipsi Prætori, & in l.1.§.siquis, D.de appellationibus. Ferrata, lib.2. c.7. Gregor. in d. l.22.& in l.27. tit.27. p.3. & alij infrà referendi, quæ decisiones sic explicandæ, & exornandæ sunt.

8 Primò quod Cæsares, in dict. l. 2. & Martianus l. C.leg.cum quidam, 7.D.eod.& Pontifex, in d.c.fin.de illato à iudice metu, siue violentia statuunt probatque, d.l.22.p. admittendum, si ab aduersario, siue ab alio illatus metus sit, veluti si ille, vel retinuit, vel retineri fecit appellare volentem, aut aliter vim illi inferat, & ei minatus est. Quod sanè, d.c.fin. verba satis demonstrant, quæ præcise de iudicis metu non loquuntur, sed indeterminate de iusto metu, & sic cuiuscunque perinde litigatoris, vt iudicis expressius, in l.27.versic. *E aun dezimos, que si la parte que se sintiere agrauiada del iuyzio, dixisse, è prouasse, que noioso tomar alcada, ò seguirla por miedo que le feririan, o le matarian, o le prenderian, que le deue oyr el iuez, e deue oyr el pleyto, e librarle segun fallare por derecho bien assi como si se huuiera alcado,* tit.13.p.3.& sanè magis ex facto litigatoris, quam iudicis, ne ille 9
† ex facto, suo & improbitate hoc commodum omissæ appellationis consequatur ex ratione, leg. itaque fullo, 12. D. de furtis, nam in omni iuris parte, cum per eum cuius interest aliquid fieri stat, quominus fiat, habetur, ac si factum fuisset, imò pro facto habetur, id in quo quis alium perhorrescit quominus fiat, leg.in iure ciuili, 161.leg.in omnibus causis profectò, 39.D.de reg.iur.

Secundò de hoc iusto metu constare omnino de- 10
bere, quo autem modo variè deciditur Imperatur, in dict.l.2. in præsentia bonorum virorum, seù honestarum personarum contestationem, siue protestationem fieri expostulat Martianus, in d.leg.cum quidam ad bonos viros eam contestationem non reiicit, sed publice eam posse fieri scribit, etsi coniungas, d.l.2. hoc quidem non quandocunque, sed intra legitimos dies, hoc est quibus appellare licuit: ita vt coniunctim hæc tria requirantur, vt vno horum deficiente huius rei effectus constitui non possit, quartum addit text.in d.c.fin. intra legitimum tempus, hanc protestationem iudici, si eius copia haberi possit, intimandam, & quidem expressis appellationis causis, quas & Imperator exprimi vult in ipsa antecedenti protestatione in ipsa, l.2. † Verum, cum tanti periculi sit 11
in hac protestatione ipsi iudici facienda, quantum in ipsa appellatione, eam coram iudice, etsi illius copia haberi possit, faciendam non esse, sed indistinctè coram honestis personis fieri posse, ex dict. l.2. docent omnes, in dict.c.fin.& probat. nominatim, d. l.22. ad fin.tit.23.p.3. estque moribus receptum, & generali fere consuetudine admissum, vt coram quacunque publica persona interposita appellatio, siue etiam facta protestatio sufficiat, vt ex aliis in eodem c.fin. sub num. Ioannes Vvamesius recensuit. De qua eadem protestatione Bart. in leg. non solum, §.morte, n.11. num.16. D. de oper. noui nunciat. Bald. in cap.1. col.3. de milite vassallo, qui contumax est, & de eadem plura, Antonius Nicellus, tract. de concordia glossarum sub n.139. Gundisaluus de Paz, in praxi, 1.tom.6.p.in procem.n.52.

Idem etiam admittes, quo casu quis propter impo- 12
tentiam, siue impedimentum appellationem non interposuit, ex ratione, & verbis, leg.fin. §. illud, ibi: *Vel aliam inexorabilem causam subsecutam.* Codic. de temporibus appellat. c.ex ratione, 8.de appellationibus, quæ iura, aut elapsa restituantur, vt eisdem in locis latè notant interpretes, & nominatim Ioann. Vvamesius, d.c.8. num.3.& 4. eadem etiam ratione, & ad omittentem extendenda sunt, propter expressam, 1.c. sententiam, in leg.si procuratorem, 8.§ si ignorantes, ibi: *Quid tamen si paupertas eis non permisit, excusata est eorum inopia.* D.mandati, qui in fideiussoribus, qui in maiorem quantitatem damnati, quam debiti ratio exigebat prouocationis auxilium omiserunt, loquitur, & eos nihilominus iuuandos esse affirmat.
Et quamvis raro † contingere soleat, quem ob pau- 13
pertatem appellationem non interponere, illamve omittere, frequentius illam non prosequi. Id ad quodcunque aliud impedimentum extendenda est ex ratione, l.2.§.quod diximus, D.siquis cautionibus, quibus casibus, etsi sint, qui putent sic appellare impeditos, de eo impedimento protestari debere, verior sententia est, eius probationem sufficere, vt latè disputans probat Cacheranus, decis. Pedemontana 12. & cum multis Iosephus Mascardus, de probationibus, volum.1. cons.116. ex num.7. Mattheus de Afflictis, decis. 50. disputat etiam Andr. Tiraquel. de retract. lignag. §.9. gloss.3. & vltim.n.9. pec.cons.357.

Quibus addes eum qui propter metum, vel non 14
appellauit, vel aliàs iniustæ, & iniquæ iudicis senten-
tiæ

tiæ assensum præstitit, aduersus eum, etiam in syndicatu agere posse, vt latè post alios resoluit Petr.Auéd. resp.11.ex num.1.Franc.Auiles, in cap. prætor. c. 1. num 19.& Hier.Cauallos, 1. tom. pract. com. c.153. Couar.in 4.2.part.c.8.§.12. num. 18.

Sextum Præceptum.

Si auiendo se interpuesto la apelacion, hizo el apelante nueuos autos ante el iuez inferior de quien apelò sera visto apartarse de la apelacion, y quando lo podra hazer.

Quando liceat appellanti ab appellatione discedere § 6.

SVMMARIA.

1 *Appellationi in criminalibus renunciari non potest.*
2 *Appellationi in ciuilibus renunciari potest.*
3 *Appellationem deserere quando in ciuilibus liceat.*
4 *Appellationis desertio, quem effectum habeat.*
5 *Appellationis desertio regulariter non præsumitur.*
6 *Appellationis desertio ex quibus actibus præsumatur, & num.7.& num.10.*
7 *Appellationem an deserat, qui iterum coram appellato indice comparet.*
8 *Appellationem non deserit, qui in alia causa coram appellato iudice comparet.*
9 *Recusari an possit index in vna causa ex eo quod in alia ab eius sententia sit appellatum.*
11 *Appellationis desertionem qua protestatio excludat.*
12 *Appellatiom acquiescens in syndicatu ob iniquam sententiam aduersus indicem non agit.*

1 ETsi in criminalibus interpositæ appellationi renunciare non liceat, nec audiatur damnatus, prouocati resistens, leg. in tantum de appellat. leg. ad dictos, C. eodem, leg. si non defendantur, de pœn. obseruant relati à Farin.in praxi quæstion.101.num. 20.quibus addo Afflict.decis. 78. num. 3. Ioann. de Ferratiis, in tractatu de appell.lib.1. cap. 5. num. 62. vt interim demitter Dynum, Bartol. & alios relatos à Farinac. suprà numero 21. contrarium aduersus su-
2 prà in re tenuisse. In ciuilibus † tamen iudiciis appellanti licet, aduersario quantumvis reluctante, ab appellatione interposita resilire cum eius vtilitatem contineat appellatio, leg. nemo, hoc titul. in Cod. Theod.& proprium ius à se abdicare vnicuique sit liberum, leg.iuris gentium, §.si paciscar, de pactis, leg. siquis Codic.de Episcopis, & clericis. Quod sic acci-
3 pere † oportet, si appellatio prouocato iudici oblata non fuerit, & sumptus aduersæ parti restituantur; rebus enim non integris, hoc est appellatione ad superiorem iudicem introducta, renunciatio non admittitur, leg.siquis libellos. C.hoc titul. capit. quamvis, 10.de elect.in 6.cap.interposita, 70.§. ille, hoc titul. quibus iuribus contra Vvames sententiam, quam defendit, in dict. §. ille satis, in principio, obseruant Petr.Gregor.lib.50.syntagm.capit.2. numero 42. Papin.libr.19.titul.1.arresto.18.Osascns, decis. 131. numero 12. Peralta, omnino videndus, in leg.statu liber. §.Stychum, numero 4. deleg. 2. Felin. in cap. cum Ioann. num. 19.de fid. instr. Aresminus Tepatus, in compendio quæstionum iuris, tom.1. tit. de appellat. ingen.numero 1.& seq.Donel.libro 28.comm.capit. 6. prosequitur latè Thusc.pract.conclus.tom.2.concl. 386.per tot.

4 Effectus huius renunciationis, vt appellandi iterum, prosequendæque appellationis potestas renuncianti præcludatur, ni causæ, qua de agitur fauor aliud exposcat fauori matrimonij tribuitur indirectè, hoc titul. quem text. sic accepit Cuiac. ibi posthum. 7. & vt iudex à quo, cuius per appellationem erat suspensa iurisdictio, possit rursus de causa cognoscere, dict. §.ille, capit. accepta.35.hoc titul. vbi verba illa, *nisi partes consenserint*, etsi vtriusque ex litigantib.consensum requirant, quod contra glossam, rectè aduertit Vvamesius, ibi non tantum excludunt renunciationem, quæ vnius tantum voluntarie peragitur, vt Cuiac. ibi monet, vnde & sola vnius professione appellationem remouerit constat.l.1.§. siquis à quibus appellat.

Verum cum renunciatio non factis minus, quam 5
verbis fieri possit, dubitari solet, quibus actibus causa inducatur, & licèt in dubio nunquam deserta præsumatur, vt post plures resoluunt, Mascard. conclus. 117. Menoch. de præsumpt. libro 2. præsumpt. 96. latè Lancellot. de attentatis, libro 1. ampliatione 1. numero 22. Plerique † tamen sunt actus, ex quibus 6
renunciandi appellat. animum ius coniicit, puta si sententiam condemnationis approbet, vt docet Bartol. cons. 101. numero 4.volum.1. eius petita executione, Grammat. decis. 103. numero 41.Bartol.consil. 150. volum. 1. aliisve modis quibus sententia probari creditur, quos congessit Thuscus, verbo, sententia, conclus. 181, si ei stare spondeat, quod obseruat Crauet. consil.103.numero 13. si fatalia appellationum labi sit passus l.23.tit.23.part.3.l.1.& 2.& 5. titul 18.libro 4.Recop. prosequitur post alios Azeuedo, in dict.l.1.numero 70. ob desidiam enim appellantis in interponenda, prosequenda, & finienda appellatione deserta indicatur, dictis iuribus, quod non in ciuilibus tantum, & in criminalibus causis procedere affirmat Gregor.in dict.leg.P.Auend. responso.1.numero 5.etsi supremi indices earum cognitionem, desertatione non obstante, soleant prosequi, vt testatur Couarr.1.variar. capit.10.in fin. Azeued. in dict.l.2. numero 20.

Sunt & alij casus, in quibus appellationi renuncia- 7
tum præsumimus, quos congerunt Bellarm. conclus. 706. Rib. ad constit.Gall.3.tom.titul.de appellat.art. 15.per tot.Thusc.suprà conclus.387.inter quos is est præcipuus, cum interposita appellatione iudicem à quo appellans eandem causam prosecuturus adiit, capit. gratum, de offic.deleg. capit. cum venisset, de test.capit. quoad consultationem, de re iudic. leg.ad solutionem, C.eod.capit.solicitudinem, 54. hoc titul. quibus in locis ordinarij disputant, & vltra eos Ioan. Gail. quæst.17.in decis.aduers.Alexand. consil.146. num.21.lib.5. An h.consil. 6. numer. 3. puta si testes coram eodem iudice denuo producat, dict. capit. cum venisset, * vel instrumenta, dict. capit. gratum, Surdus, consil.35.per tot.Rota, decis.476.in nouis.Marcanta, de ordin.iudic.6.part.2.actu princip. num.425. Guid. Pap.decis. 364. per tot.cum pluribus quos ibi refert Steph.Grac.discept.forens.disceptat.141.numero 22. cum seq. Aliomve actum gerat appellationi contrarium vt docet Felinus consil.13.alioquin si appellationi actus contrarius non sit, vt si appellationis porrigat libellum, petat apostolos, nec sententiæ acquieuisse creditur, nec appellationis, remedium, à se amouisse. Dixi † eandem causam, quia si in alia 8
causa coram iudice à quo compareat appellãs non ex hoc videbitur ab appellatione recessisse, potest enim in vna causa interposita appellatione aliam appellãs apud eundem iudicem prosequi, vt & coram eodem conueniri, à quo in alia causa prouocauit. l.1. D.apud 9
eum à quo appellat. aliam causam agere compelli, quo casu, & appellationis, & recusationis beneficium iure Pontif. ei conceditur aliter, atque Cæsareo iure quo etsi gratus in hac secunda causa appellare potest, non tamen ante illatum grauamen iudicem, vt suspectum recusare, vel ex eo solo, quod antea ab eius sententia prouocauerat, nec enim ius ciuile iustam hanc suspicionis causam credidit vt Pontificium, quod cõtra Bartol. rectè probat. Vvames, in capit. ad hæc 6.

numero 1.& 2.hoc titul.Ex superioribus primo infero,tacitè,in dict.capit.interposita, §.alle, renunciatum appellationi videri, ex eo quod appellans iudici inferiori à quo pronocauit causam remitti postulauit, voluit enim coram eo litem prosequi, quod tamen non ita stricte accipiendum est, quasi renunciatio appellationis non aliter inducatur,quam si appellans à iudice ad quem eam remissionem expostcat, potest enim iudex appellationis non adito, remissione non petita, is sponte ad inferiorem reuerti, ex eoque sat videbitur appellationi renunciasse, quo respexisse videtur S.P.vbi,*De iure remittatur*, hoc est, vel petente appellante remitti debet vel comparente eo remissa causa intelligitur, quæ verba in hunc sensum accepit Vvames,ibi. numero 4.

10 Secundo infero,eum, qui tertium ad soluendum,id quod condemnato in sententia præstare iussus est expostcit appellationi renunciare, docet Mar.in l.14.tit. 10.glos.2.num.9.lib.5. Recop. & alij plures relati à Ceuallos,pract.commun.n.732.num.1.2.& 3.quibus adde decisionem Locanam,24.n.18.Guido fing.186. faciunt expressa iura, ex leg. abeo.C. quomodo, & quando iudic.in leg.fin.Cod.de temp. in dict.leg. ad solutionem,id, quod non in interposita tantum, sed in interponenda appellatione procedere commune Neotericorum est placitum,vt resoluit Mexia ad leg. Toleti.6.par.secundi fun.num.4.& 5. explosa Innoc. in dict.capit.quoad consultationem, & aliorum antiquorum sententia, qui etsi interposita appellationi prorogatione termini petita,renunciari fatentur : ad interponendā tamen, ex hoc solo non esse necessum asserebant, quorum sententia tunc demum procedet, vbi meru iudicis pertentitus condemnatus soluit,alias non soluturus,docet Abb.in dict.cap.quoad consultationem,num.15.admittunt Ceuallos,& Mexia supra vtrum autem prorogatio termini à procuratore petita noceat domino,disputat Hippol.sing. 86.

11 Superiora omnia limitanda sunt,vbi iudicem à quo appellans adiens protestatur,se non animo discedendi ab appellatione coram eo comparere,cum non renunciatio hæc præsumptione nitatur, indubie protestatione elidetur præsumptio, vt considerat Cuiac. in dict.capit.Asicitudinem, & per eum text. ita resolut Bart. consil. 180.Oldrad.consil. 301.nu.5.& 303. n.6. Zabarel.consil.52.n.6.* Guid. Pap.decis.364.per tot. sed si talis protestatio non interuenerit, si appellans producat testes, vel instrumenta coram iudice à quo, appellationi videtur renunciare, dict. capitul. sollicitudine,ibi;*Sed si verbo,vel facto appellationem se velle prosequi protestetur*,notant Surd.decis.35.nu.11.vol.2. Grac.discept.libro 1.cap.101.nu.11.vbi plures refert. Protestatio enim ad omnes actiones futuras refertur, vt docet Barr.in leg.non solum, §.morte,imò eorum tantum causa fit,vt post imolam.& Felin.in cap.cum de const.Cast.in leg.pacta nouissima, Codic.de pact. considerat in proposito Afflict.decis.78. num.5.vnde cauendum à Calder.consil.211.Anch.consil.6. num.3. qui contrarium sunt tuti;ex eo quod per actum protestationi contrarium ab ea recessum videtur : hoc enim in protestatione iudiciali non procedere affirmant Ioann.Andræ.in dict.cap.solicitationem, Imola,& Felin.suprà.

12 Pro coronide obserno, quod etsi iniquæ iudicis sententiæ acquiescens possit aduersus iudicem in syndicam agere,vt diximus,§.præcedenti,in fin.si tamen expresè appellationi renunciet,secus erit,omni namque iuri suo renunciasse creditur,vt post alios Ceuallos defendit.10.tit.comm.quæst. 153.

Septimum Præceptum.

De que iuez,ò iuezes se interpuso la apelacion, y si el iuez no la admitte,como se ha de prouer de remedio à el apelante.

A quibus appellare non licet §. 7.

SVMMARIA.

1 *Appellare ab omnibus iudicibus non semper licet.*
2 *Appellare à Principis sententia non licet.*
3 *Appellari à S. Pontifice,an possit.*
4 *Appellare à supremo Regis consilio nō licet;& quare.*
5 *Appellari à Principis rescripto potest, & quare.*
6 *Restitutionis beneficium aduersus Principis sententias conceditur.*
7 *Appellatione remota potest committi à Principe causa, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, nec ius defensionis laditur, & quare.*
8 *Appellatione remota clausula non obstante appellatio effectum deuolutiuum habet.*
9 *Appellare ab arbitris an possit.*
10 *Appellari ab executione non potest.*

QVod per manus traditur à quocumcunque iudicum sententiis, siue ordinaria,siue mandata iurisdictione potiantur, appellationem interponi posse,cap.ad Romanam,cap.omnia,2.q.6.leg.1. quando appell. sit, prosequitur Paz, ita, 6. part. in procemio, n.19.non est perpetuum ab aliquorum namque sententia appellatio prohibetur.quorum nonnulli recessentur in tit.à quib.appel.non licet,leg.17.tit.23.p.3. 1

Et quidem inter initia,monendi sumus à Principe appellari non permitti, l.1. à quibus appellat. merito, cum enim appellatio ad superiorem iudicem semper fiat,l.1.C.vbi & apud quem,& nos,§.sequenti disputabimus,cumque nemo Principe superior sit,ab eius sententia appellatio non admittitur,id cum per se pateat, stultū videtur Vlpiano monere,à Principe enim pronocari non potest,cum ipse pronocari debeat,prosequitur Roman.consil.521.Alex.lib.1.consil.2.n.10. Thuscus, verbo, appellatio, conclus. 454. Morla, in emp.tit.5.part.3.num.13.Donellus,libro 28.cap.6. 2

Qua ratione, nec à S. Pontif. sententia appellari 3 posse constat,cap.ipsi.D.Canones,9. quæst.vltim.nisi quibus casibus vniuersali subdit Concilio, quod disputat Abb.quæstion.1.num.17. & seq. & quæst. 2. col.12. & 14.

Idemque in senatu, & consiliatiis Regiis statuendum docemus in lege iubemus, & seq Codic.de appellat.etsi Princeps ipse pronocatur,dict.leg.1.§.sciēdum, & ad Præfectum Prætorio extendunt Impp.in leg.si quis,Cod.de appellat.C.ne liceat in vna, quod post longam hac de re inter I.C.concertationem, leg. ab Hugo lata obtinuit,vt docet Alexand.ab Alexand. 6. dierum genial. cap.10.neque enim Princeps credidit ad tantum dignitatis fastigium euectē.inique iudicat.leg.1.de offic. Præf.prat.sed & voce facta hoc est Imperatoris,eos indicare docet Cassiod. 6. epist. 4

Hæc vera sunt,siue à diffinitiua, siue ab interlocutoria sententia grauati velint appellare, vt obseruat Angel. consil.188.num.2. vtrobique enim superiorū personarum maiestas læditur admissa appellatione, *nec enim potest non suggillari auctoritas eius, cuius arguitur iniquitas.* Quo fit vt cessante hac ratione appellatio denegari non debeat, puta si ad relationem alterius Princeps rescripserit; placet enim aduersus Principis rescriptum appellari posse,leg.1.§.1. de appellat.docent Socin. consil. 195. libro 20.num. 4. & 5.Bald.libr.20. consil.354. Donel.suprà magis enim, de fal- 5

de falsitate relationis,& consulentis mendacio,quam de iniquitate sententiæ appellans videtur conquiri. Idemque pari ratione admittemus,vbi à Principe malè in prima instantia informato ad eundem benè informatum appellatio interponitur, cum Abb. d.q.1. colum. 15. vt ab Alexand.Dormiente ad eundem experrefactum appellare Machetam auctor est Plutarchus.

Hinc etiam descendit quid,etsi à Principis.& præ- 6
fecti sententiis appellare fas non sit,restitutionis tamen beneficium minoribus postulantibus conceditur,l.1.C.si aduersus ind.leg.Præfecti,17. & seq. de min.c.auditis, c. tum ex lit.de restitutione prosequitur post alios,Morla,d.q.3.per totam, neque enim in petenda restitutione iniquitas iudicis detegitur, sed litigantis error, qui ætatis lubrico se deceptum fatetur,accedit, quod appellatio ad maiorem iudicem interponetur ad restitutionem idem, qui iudicauit indulget,prosequitur,Donell.21.comm.c.11.

Superioribus annectit.I.C. in dict.l.1.§. interdum, 7
iudicem appellatione remota datum à Principe, is enim solus hanc clausulam in datione iudicum adhibere potest, & ea adiecta appellationem remouere, c.pastoralis,53.de appell. c.1. de rescript. c.super eo, c.super quæst.§. si verò, de offic. deleg. not. Gregor. quæst. 60. *iuzgador*, in l.13. titul.23. part.3. Thuscus verb.appell. concios.390. nouæ Recopil.Gonzalez,in reg.8. Cancell. §.9. n.115. id quod non in ciuilibus tantum, sed & in criminalibus causis procedere post numerosam allegationem, affirmat Pin. in rub.Codic.de rescind.l.part.c.2.num.21.& 22.Neque ex hoc iuri naturali aduersari videbitur, quasi defensionem eo iure introductam auferat, hæc enim tunc demum sublata iudicabitur,vbi contra inauditam partem tententiā ferre inbetur Clem.pastoralis,de iudic. Cæterum,vbi in prima instantia docere, de iure suo litigatur potest non derogati iuri naturali, prima instantia sublata.hæc enim meræ potestatis est ad iustitiam causæ,non omnino necessaria, nec enim constat,an æquus iudex appellationis iudicaturus sit, an qui primò sententiam dixit,prosequitur Ruyn. suprà Conarr.pract.c.16.n.6.

Accedit, quod sublata appellatione defensiones 8
adhuc grauato supersunt, nam & apud superiorem queri potest, glossin querelam,de procur.lib.6.tit.18. lib.4.Recopil.de nullitate agere,Gail.1.pract.c.135.in integrum restitut. beneficium implorare, Felin. & Rip.in d.c.1.de rescusare iudicem, c.postremo, d.c. C.vbi Vvames,cum text.componit cum c.super eod. § de in causis eod. ab eius sententia supplicare, l.1.& 2.tit.19.lib.4.Recop.obseruā Paz,in praxi, tom.2. 5.p. num.1.& 2. Quo + respexisse videtur S. P. in d.c.pastoralis, ibi : *Sed si appellans fuerit grauatus iniuste, grauamen huiusmodi per superiorem poterit emendari, quæ verba*,ad appellationem etiam referri posse, quæ adhuc non obstante,&c. clausula, saltim quoad effectum deuolutiuum à notiori grauamine interponi, vt docent Nata,cons.51.n.21.Thusc.verb appell. concl. 399.n.11.Cou.sup.n.6. Paz, communem resoluens, n.1.Lancell.1.p.c.12.lim.8.n.18.

Sed & hæ appellationes admittentur, quæ nominatim inre conceduntur,eas enim tantum appellationes clausula appellatione remota excludit,quæ generaliter iure permittuntur, non quæ expresiè in iure indulgentur,quarum exempla licet desumere, ex d.c. sup.q.c.postremo,c.ex parte, c.significantibus, de appel.c.ex conquestione,de restit. spoliat. quamque verā,d.c.pastoralis interpretatione agnoscit Vvames, ibi,vt interim caueamus à Petr. Greg. qui lib.50.c.1. num.18.friuolas tantum appellationes remouere credidit; cuius sententiam palam conuincit S.P. in dict. pastoralis, & semota ea clausula friuolas appellationes deserre iudex non tenetur, eo tamen casu procedere eius sententia posset, quo multa causæ cognitione præmia, clausula appellatione remota adiiceretur,vt tradit Greg.in l.70.tit.18. p.3. glos.4. Put. decis.128.num.1.lib.3.Lancell.sup.num.41. Gonz.sup. num.144.

Vltimo loco meminit Vlpian.in leg.fin.à quib. 9
appell.arbitri à quo appellare non posse constat, l.1. & 4.Cod.de arbit.leg.diem proferre,§.stari, cod.l.25. tit.24.part.3.docent Rom.consil.27.& 400.Menoch. de arbit. quæst.54. num.31.& ad arbitrationem inter duos,quæst.70.num.11.for.15. modis limitans, reg. 715.Thusc.concl.413.verbo,appell.Mantua, in glos. class.9.c.21. quod in arbitris compromissoriis locum habet, nec enim ex eorum sentent.indicati actio oritur dict.l.1.ad arbitros iuris, eos nempè, qui à magistratibus elig.vt docet Alciat.2.parad.c.5.extendi non debet,hi enim, & recusari poss. Ioann. Garcia de expens.c.24.n.27.& ab eis appellari,d.leg.fin.l.ex consensu.13.de appell.ibi,*Circa compromissum* (ita enim legendum monet post alios Cuiac. in posthum. ad eam, leg. sub Papin.lib.19. respons. vt alij præhabent, *circa compromissum*) leg.arbitro,qui fatid. cog. quæ iura sic componenda,cum dict.leg.1.& similibus supra allegatis,monet Petr.Gregor.dict.c.2. num.24. Bindus 10.quæst.14.Parla 3. lib.11. c. final.1. part.5.2. num.2 addent,num.23.quod eum iam hodie ex l.24. tit.11.lib.4.Recop.ex sententia arbitri detracti appellatio admittenda erit.

Adlio superioribus, nec ab executione appellari 10
posse,l.ab executione,cum similibus, de appell. l.eo, in C.Theod.Paul.5.sent.tit.35.saltim;vt executio suspenditur,nisi modum in executione excedat, Suar. in l.post rem.in fin.q.6.num.5.Gail.de arrest.c.11. n.20. Gutierrez,in pract.c.124 num.7.Paz,1.tom.4.p.n.38. Azeu.in l.1.n.29.& in l.fin.n.136.titul.11. lib.4. latè Thusc.sup.concl.410.& 411.Fachin.1.contron. c.74. Genall.quæst.190.Parlad.d.c.fin.2.p.§.3. num.9. qui omnes disputant, an mandato de exequendo sit admittenda appellatio.

Sed antequam ab hoc §. discendamus, vt eius in script. faciamus satis libet admonere, quod si appellationi iudex,à quo non deferat,satisfaciet appellationi si porrecto ei libello admissum non esse quomodocunque doceat; & superiorem in appellatione competentem iudicem intra constituta tempora adeat, l.5.de appel.recip.quomodo autem probetur iudicem appellationi detulisse, prolixe explicat Mascard. conclus.119.per totam.

Octauum Præceptum.

Para ante quien se apelò, y si aniendose apelado con palabras generales : apelo para ante quien, con derecho puedo, y deuo, *se puede proseguir la apelacion en el vltimo, y suprema tribunal, omisso medio.*

Quis sit competens appellationis iudex. §. 8.

SVMMARIA.

1 *Appellatio semper ad superiorem iudicem interponenda est.*
2 *Appellatio à vicario generali ad Episcopum non interponitur.*
3 *Appellari à delegato ad delegantem non potest:à iudice dato ad datem potest.*
4 *Appellari ab Ecclesiastico ad secularem, nec à seculari ad Ecclesiasticum potest.*
5 *Appellari à violentia Ecclesiasticorum, an ad secu-*

Iaria tribunalia liceat.

6 *Appellatio non omisso medio, sed ad proximum superiorem interponenda ciuili, secus iure Pontificio, & Regio, num. 8. & 9.*

7 *Appellatio omisso medio ad superiorem interposita, remitti ad proximum debet.*

CVm ea appellationis natura, vt ad superiorem 1
Iudicem interponatur, qui inferioris iniquitatem corrigat, c. antionem, 296. si non superior, sed eandem æqualem, aut inferiorem iurisdictionem habens iudex appelletur, nulla appellatio erit, leg. 1. §. fiquis, de appellationibus, l. 5. de appell. recip. c. non putamus, de consuetudine, in 6. l. 18. tit 25. p. 3. docent Paz, 1. tom. 6. p. in procem. n. 45. Donell. lib. 28. c. 7. latissimè Thusc. verb. appell. concl. 352. adeò, vt in contrarium existens consuetudo, vt potè appellationis naturæ aduersa, obseruari non debeat d. c. non putamus, not. Greg. ver. *inimienda*, in l. 1. tit. 23. p. 3. & quod post Reb. & Marant. latè disputat Azeu. in l. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. ex n. 11. cum seq.

Quis autem superior iudex sit, vt noscamus, eum appellandum esse, certa regula comprehendi nequit, quandoquidem pro diuersitate locorum variæ sunt hac de re sanctiones, quæ obseruandæ erunt, quid iure ciuili Rom. obtinuisset, benè Donell. supr. explicat, quid Ius. nostrum obseruet Paz, tradit sup. n. 52.

2 Ex superioribus sit primo à sententia vicarij Episcopum pronocandum non esse, cum non maiorem, sed eandem cum vicario potestatem habeat, d. c. non putamus, Guido, decis. 336. n. 41. quod limitant Imol. cons. 1. 20. Zabarela, cons. 32. n. 4. vt non procedat, vbi aliud consuetudo introduxerit. Hæc in vicario generali locum habent, à foraneo enim, siue Rurali Episcopum appellari constat, inferius enim ab Episcopo tribunal. constituit, prosequitur Abb. cons. 45. num. 2. lib. 2. Alex. consil. 12. n. 4. lib. 6. Calder. cons. 2. sub tit. de appell. & post Marant. quam allegat Paz, 2. tom. præl. 3. n. 4. & 5. Thusc. verb. Episcopus, concl. 300.

3 Secunda sit, quod cum deleg. non diuersa à deleg. iurisdictione gaudeat, sed eandem exerceat, l. 1. §. qui mandandam, de officio eius à delegato, non delegans appellabitur, sed qui à delegatione appellandus erat, l. 1. ab eo qui, & à quo Aretin. cons. 131. Alex. consil. 282. quod iure ciuili in distincto procedit; Pontio verò iuxta distinctionem text. in c. sup. q. 5. potrò, de officio deleg. c. fi deleg. cod. in 6. prosequitur Fachin. 1. controu. 78. erudite Quintana Dueñas, de iurisdict. & Imp. lib. 1. c. 7. n. 2. & secutus hæc vera, nisi Principis sit deleg. ab hoc enim Princeps ipse appellabitur, præterquam si delegatus idemmet ordinarius, sibi commisse causæ iudex esset, tunc enim magis virtute ordinariæ iurisdictionis, quæ excitata videtur, quam tanquam delegatus causam eam definite creditur, vt sic ab eo, non Princeps appelletur, quia non vt delegatus eius iudicauit, sed proximus superior, qui ab eo ordinario iudice iure debebat pronocari, c. licet in corrigendis, de offic. ordinarij, disputant innumeri relati Cened. colle. ad decret. 197.

Nec superius obstat primo, quod delegat. delegantem appellandum docemus in d. l. 1. qui & à quo, in leg. Impp. de appell. leg. vn. C. qui pro sua iurisd. nam quod ad hæc iura attinet placet de dato iudice accipienda à quo ad dantem appellari in confesso est, prosequitur Morla ratione doctrinæ considerans, in emp. iur. tit. 2. in p. Lud. n. 90. Dueñas, vbi sup. sed & d. leg. vnic. in subdelegato ad delegatum Principis specialiter procedere, id ibi putauit, vt ab hoc non ad Principem, sed ad eius delegatum appelletur.

Secundo, neque superioribus. obstat l. 1. eod. tit. quæ allegatio Proconsulis ad Procunsulem appellare permittit, est enim lex ea specialiter accipienda in multis, quos suæ iurisdictioni non obtemperantes legib. instigit, à quibus appellat. nulla concedi potest, tamen eas, nulla appellatione prævia Proconsul, vel minuere, vel in totum tollere non per viam appellationis aditus, sed alio modo, de eorum iniquitate cognoscens, obseruat Goneanus, 1. var. c. 46. quidquid contra dicat Menoch. de arbit. lib. 2. q. 54. n. 16. casu 7. obseru. 21.

Quod autem diximus ad superiorem iudicem in- 4
terponendam appellationem, sic oportet accipere, vt iudex, qui appelletur eius iurisdictionis sit competens, & proximus iudicis à quo superior, l. 1. C. vbi, & appell. quem qua ratione placet à laico iudice Ecclesiasticum pronocandum non esse, vt post alios docet Instit. concl. 352. verb. appellation. n. 29. vt nec vice versa ab Ecclesiastico, temporalem quantumvis iurisdictionem habet appellari ad secularem potest, c. Romana, §. de ben. appellatur, in 6. nisi aliud consuetudine obtineat, d. §. debet, vt apud Hispanos, in leg. 8. tit. 5. lib. 4. Recop. docet post alios quos allegat Couarr. in pract. c. 4. n. 2. Azeued. in d. l. 8. num. 2. & in leg. 4. circa fin. tit. 7. lib. 3. relati per Cenedo, coll. 61. ad decretales, num. 7. Vnde, & apud nos † ea etiam praxis intu- 5
luit, vt à violentia Ecclesiasticorum iudicum, puta si à suis sententiis appellationes interpositas non admittant, seculares appellentur in omnibus Ecclesiasticis causis, exceptâ causa hæresis, vt in numeris relatis probat Lauell. collect. ad decret. 17. ad decretum, collect. 5. Couarruu. pract. 35. Morla d. tit. 20. q. 14. per totam.

Dixi ad proximum superiorem appellandum esse, 6
quia appellatio gradatim non per saltum facienda, adeo, vt omisso medio, nec Princeps possit pronocari, l. Impp. de appell. post alios Gail. de arrest. c. 13. n. 15. nec enim Princeps facilè admittet ordinariis iudicibus iurisdictionem, maximè cum grauioribus distineatur negotiis, qua ratione, nec ad se aditum in prima inst. aperit paucis exceptis casibus, quos nos casos de Corte appellamus, de quibus latè Couarr. pract. c. 5. † Verum si omisso medio contingat appellari, ap- 7
pellatio nulla erit, sed ei, ad quem iure interponenda erat remitti debet, dict. leg. Impp. leg. 1. §. fiquis eod. docent Bald. consil. 99. lib. 5. Castr. consil. 194. lib. 2. quod idem iure Regio obseruat teste Azeued. in l. 7. tit. 18. num. 39. lib. 4. Recop. † Hæc iure ciuili proce- 8
dunt, nam Pontificio potest S. P. aut eius leg. omissis mediis appellari, c. si duobus, 7. c. solicitation. 54. de appell. c. antiqua, de priuil. c. ad Romanam, 2. quæst. 6. notat Guido, decis. 221. num. 5. & decis. 336. num. 46. quod, & iure Regio (ciuili hac in parte antiquato) admitti video, vt ad principem appellatio valeat interponi, dict. l. 18. part. facit bonus text. in l. 1. titul. 1. lib. 4. & in l. 14. tit. 18. lib. 4. Recop. vbi omissis dominis locorum ad quos iure appellatio interponitur, rectè aditur Princeps, obseruant Azeued. in dict. l. 1. num. 39. Couarr. pract. c. 4. num. 9. Gutierr. pract. 10. c. 42. Dueñas, de iurisdictione, & Imp. lib. 2. c. 1. ex n. 35.

Verum Pontificio iure S. P. duntaxat, & legatus 9
omisso medio appellari potuere, si enim alius adiretur, puta Metropolitanus omisso Episcopo, appellatio nulla erat, c. dilecti 66. de appellat. prosequitur Calder. consil. 10. & 2. sub tit. de appellationibus, Abb. consil. 45. l. b. 10. Quod tamen ita temperandum erit, si modo aduersa pars id obiiceret, si enim in superiorem appellatum tacitè, omissa exceptione consensit, nocebit, sibi rataque erit sententia, vt in aliis declinatoriis exceptionibus omissis ius statuet Calder. consil. 207. alias 1. sub tit. de appellationibus, Thusc. dict. concluf. 352. num. 56. quomodo interpretatur, d. c. dilecti, Vvames, ibi.

Vtrum autem, qui per verba generalia appellauit, ita appellatio ad iudicem, ad quem de iure possum, possit appellationem prosequi coram superiore omisso medio, commodius sequenti, §. examinabimus.

Nonum

Nonum Præceptum.

Considere se la forma, y tenor de la apelation, con que se interpuso: y si se pidieron apostolos por el apelante.

Quomodo appellandum sit, & de libellis dimissoriis §. 9.

SVMMARIA

1 *Appellationis forma alia ab interlocutoriis sententiis, alia à diffinitiuis.*

2 *Appellatio ab interlocutoria causam desiderat secus à definitiua.*

3 *Appellatio debet esse certa non conditionalis, aut alternatiua.*

4 *Appellationis forma competentem, & ad quem de iure possum, valida omni iure.*

5 *Appellans ad iudicem competentem, ad quem pronocauerit declarare debet.*

6 *Libelli dimissorij, qui sint, & quomodo, & quando petendi num. 7.*

8 *Apostoli si denegentur à iudice, perinde auditur appellans, ac si iudex appellationi detulisset.*

9 *Apostoli in triplici differentia iuxta communem, quid tamen reuicitur.*

VT appellantis, & iudicum personis, nonnul- 1
la ad appellationis valorem experimus, sic, & in appellandi modo certa jur. statuta est forma, qua prætermissa effectum appellatio non sortitur, sed nec eadem in omnibus appellationibus obseruatur ab interlocutoria non sententia in scriptis oportet appellare, libello appellationis, porrectoque ea ratione appellatus nuncupatur, l. 1. §. fin. leg. cum quidem, de appellat. cum tamen à diffinitiua sententia, etiam viua voce facta appellatio subsistat, dum tamen eadem die, & pro tribunali sedente judice interponat, l. 2. l. 5. §. fi. de appellat. litigator. C. eodem, cap. ei qui. 2. q. 6. obseruant Maranta de ordine indic. 6. p. tit. de appellat. num. 124. & 141. Bald. consil 146. num. 1. lib 3. Sen. consil. 164. Petrus Gregor. libro 50. syntag. cap. 2. ex n. 25. Don. lib. 28. comm. c. 7. Socin. reg. 19. Paz, in praxi 6. part. in procem. ex num. 29. latè Thuscus verbo, appellatio concluf. 57. per totam, & concluf. 358. num. 7.

Sed & illud inter vtramque appellationem dissidet, 2
quod & si vbi ab interlocut. sententia appellatur causa necessario sit exprimenda, cap. vt debitus, de appellationibus, capit. 1. in 6. & quidem in specie, nec enim sufficit genericam alleg. causæ per relationem ad acta, vt notat Bald. in l. 1. Cod. de his quæ pœnæ nomine, Rota, in antiquis, decisio. 74. alias, 470. sub tit. de appel. in appel. tamen à diffinitiua sententia, vel interlocut. quæ vim diffinitiuæ habet causæ expressio nō desideratur, l. scio, vbi glos. de appellationibus, & post Dec. in c. peruenit, el segundo, de appell. not. Paz, Petr. Gregor. & Azeu. suprà, latè Thusc. verbo, appel. concluf. 360. per totam, & nos latius infr. §. 12. disputabimus

Præterea ad valorem appellationis desideramus, 3
vt certa sit; certusque qui ab appellante designetur judex: incerta enim appellatio non sustin. 2. de appellat. junctis, quæ ibi omnes notant, qua ratione alternatiuam appellationem inualidam esse fatentur omnes, vt constat ex Ioan. Andr. in c. is cui de officio deleg. in 6. Rom. consil. 360. Alex. cōs. 164. 167. 183. lib. 2. & consil. 12. eod. lib. Paz. super n. 39. nisi intra terminum iure appellatus præfixum declaret appellans, ad quem iudicem appellauit, obseruat Alexand. suprà, Gemin. in dict. capit. is cui. Ang. consil. 336. n. 2. Thuscus 6. hac in regula constituens, conci. 352. ex nu. 72. Hinc † fit, quod cum omisso medio iure ciuili appel- 4
lari non possit, vt §. præcedēte resolvimus, eo iure appellatio generaliter concepta nullo expresso iudice, ita appellatio, *ad iudicem competentem*, valida erit, neque enim incerta esse potest, cum certū sit, ad proximum superiorem appellatum esse, vt ex leg. qu. Romæ, §. de verb. oblig. probant omnes ordinat. 1, ibi Paz, supra n. 18. & num. 52. verum cum jure Pont. & Regio possint S. P. & Princ. omissis mediis appellari, & consequenter incertum sit, an ad eos, vel ad iudicē proximum superiorem appellatio sit interposita dubitari solet, an valitura sit appellatio, vel v incert debeat corruere, quam diffinitionem ad v amque partem disputant Iafo, in dict. §. fera. ex num. 17. Dec. in dict. c. 20. numero 4. & 5. licèt neuter figat pedem, magis tamen in id vterque inc inat, vt appellatio tanquam ad superiorem proximum facta valeat; hic enim jure cōmuni appellari potuit & debuit, & licet Princeps, & S. P. appellari etiam potuissent, id tamen jure singulari effectum est, quo in dubio appellās, nisi exprimat vti non videtur, quem docendi modum tentauit Imol. in l. 1. eodem, & praxi receptum testatur Vvames, in dict. cap. 2. n. 5. subiungens, posse appellantem coram superiore omisso medio appellationem (si velit) persequi. Dummo o intra terminum ad appellandum iure concessum ad eum se pronocasse declaret, quod superius interpretum traditis mire conuenit. Tametsi illud communius admissum videam, & stylo curiæ receptum sufficere declarare est, quo tempore petuntur apostoli, vel aduersa pars citatur, siue generalis, siue alternatiua fit appellatio ita Paz, suprà numer. 18. Præposit. in dict. c. is cui, Rot. decis. 33. de appellat. Innoc. ea enim declar. ad tempus interpositæ appell. refertur.

Superest pro huius §. complemento, vt de libellis 6
dimissoriis dispiciamus, qui interposita appell. à iudice à quo, ad iudicem ad quem dimittuntur (inde dimissorij dicti, & nuncupati apostoli) quibus testificetur ad appellationem interpretandam, l. 1. de lib. dimiss. quos tamen non aliter iudex concedet, quam si appellans eos tempore debito popposcerit, quod (veteri iure abrogato. 30.) dierum termino concluditur, leg. indicibus, 24. C. de appell. tradit P. Greg. in tit. de appell. lib. 6. c. 7. numer. 1. & dict. lib. 50. c. 1. num. 28. eoque ex die sententiæ computādo, secundum gloss. in Clem. 5. verbo. à die, de appell. quam sequitur cōmunis, ex Mar. tit. de appell. num. 209. Paz, dict. 6. par c. 1. num. 6. Sed nequę † quævis apostolorum postu- 7
latio sufficit, nam inst. ntiam petentis constit. consideranda, dict. leg. vn. hoc est, vt instanter, & sæpius petantur, non tamen geminatis & separatis libellis, vna enim cum instantia facta petitio duntaxat requiritur. c. ab eo. capit. vt sup. de appell. in 6. iuxta clem. quamvis, eodem tit. Bald. consil. 171. lib. 5. Lappus, alleg. 9. n. 7. Guid. decis. 25. Paz, dict. 6. par. in procem. nu. 40. & seq. Thusc. verbo, apostoli, concluf. 427. petiti porro apostoli, si denegentur à iudice res ea appellanti fraudi esse non debet, dict. leg. vn. §. fin. perinde enim habetur, ac si iudex appell. detulisset, dict. c. ab eo, d. c. sup. d. clem. quis §. fin. docent Senis, consi. 95. & 192. nu. 2. Bald. consil. 44. lib. 3. Vvames, in c. cum cessante, num. 5. de appell. idemque erit si petit. apostolorum non respondert, dict. §. fin. vel intra tertium quem eis concedendis præfiniit, non dederit, vt obseruat gloss. in dict. §. final. ver. ex tunc, Sen. consil. 183.

Apostolos autem in triplici differentia constituit 8
communis, aut reuerentiales esse asserens, cum ob superioris judicis reuerentiā inferior appellat. differt, aut refutatorios, cum eam denegat, aut testimoniales, cum nec denegat, neque admittit, ita Paz, dict. n. 42.

& aliis relatis, Thusc. concl. 426. quibus etsi propter communis sententiæ auctoritatem differendum sit, nusquam tamen assentiti potui, didici enim refutatorias preces, non à iudice, sed ab appell. proficisci, ex l. à Proconsul. ibi acta cum refutatoriis partium, C. de appell. cum enim iudex opinioni suæ exemplum, hoc est, sententiam suam simul, cum causæ relat. iudici ad quem dimittere teneretur, vt omni fide constaret, relatio appellanti ea debetur, leg. eos, §. super, ibi: *appellantem*, edita, C. de appell. l. 2. & 3. Cod. de relat. quam si mendacij arguere appellans volebat libello oblatâ refutabat, qui ea ratione refutatorias preces continere diceb atur deprecabitur non appellans, ne ei relati fides haberetur, quibus consequens est refutatorias preces à litigantibus offerri, iisdemque volentibus, neque enim cogeb. relat. refutare, eo quod res petisse videtur, leg. quoniam nonnulli, C. de appell. ibi: *Nec iam opinionis & refutatas preces curant petere, vel offerre vn. non petere*, ad causam opinionis referre oportet, quod à iudice petendum erat, verbum offerre ad preces refutatas hæ non cum ab appellante profisciscerentur is eas offerebat, non à iudice postulabat, prosequitur Donell. lib. 28. c. 7. Addo superioribus Apostolorum petitionem, apud seculares tribunalia in desuetudinem abiisse, & si in Ecclesiasticis adhuc frequententur, vt docet Azeued. in l. 20. n. 68. tit. 17. lib. 4. Recopil.

Decimum Præceptum.

Dentro de que tiempo se interpuso la apelacion, si eran passados los cinco dias en lo seglar, ò los diezen en lo Ecclesiastico.

Quando appellandum sit, & intra quæ tempora, §. 10.

SVMMARIA.

1 *Appellatio, siue supplicatio intra quod tempus proponi debeat.*
2 *Appellationis proponendæ tempus, neque ex partium consensu prorogatur.*
3 *Appellationis proponendæ tempus à qua die numerandum.*
4 *Appellationis proponendæ tempore elapso aliquibus in casibus proponi adhuc potest & n. 6. remissiuè.*
5 *Minor aduersus omissa appellationis proponenda tempora restituitur.*

1 INter cætera, quæ ad valorem appellationis necessario desiderantur præcipuum ius est, vt debito tempore interponatur, quod iure ciuili bidui, aut tridiumet. circunscribebatur, l. 1. §. biduum quando appell. sit à cuius loco decennium omni iure subrogarum est, authentica hodiè, C. de appell. c. significauerunt de testibus, c. quoad consuetudinem, de re iudicata, l. 21. tit. 23. p. 3. Gaill. 1. c. 139. nouè ergò tandem Regio iure ad quinque dierum terminum id redactum est, l. 1. tit. 18. lib. 4. Recopilat. cuius decisionem in extraiudiciali, etiam appellatione procedete affirmat Azeuedo ibi, num. 60. Ad supplicationem tamen extendenda non est, huic enim in interlocutoriis sententiis triduo in diffinitiuis decem dierum curriculo præscribitur, l. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. obseruat Paz in praxi, 6. part. cap. 2. num. 2. & 3. quibus elapsis temporibus firma manet sententia, d. l. 18. lib. 4. d. authentica hodiè, & appellandi, & supplicandi facultas litigantibus præcluditur. Adeò † vt prorogare appellantis tempora, & si ambo consentiant nulla eis ratione permittatur, & si antequam præteatur, suspendere non prohibeantur, obseruant Menoch. de succes. creat. 1. tom. §. 7. num. 4. Gregor. in d. l. part. verbo, decem dies, per textum in Clem. si appellationem, de appellat. Gutierrez, de iuramento confirm. 3. part. c. 5. num. 15. Paz, Iunior, in l. 150. styli.

Hoc autem tempus iure ad appellandum præfinitum iam vtile, iam continuum iudicatur, vtile censetur in sui initio, nec enim numerari incipit à sententiæ, sed à suæ die, l. 1. §. fin. quæst. appell. sit, Marant. de ordin. iud. 6. part. tit. de appell. n. 215. Salicet. in dict. authentica, Card. & Felin. in c. 10. vt lite non contestata, non. lib. 18. c. 6. Oldrad. consil. 130. num. 12. Mascardus disputans quando ea scientia præsumatur, de probat. tom. 1. conclus. 120. Thuscus, verb. appellatio, conclus. 355. num. 16. & 16. & concl. 355. Gaill. 1. pract. c. 139. num. 70. Gonzalez pulchram limitationem subiungens, in regul. 8. Chancell. gloss. facit, d. l. p. 6. *Fasta los diez dias desde el dia que lo supiere*, vbi Gregor. nedum à scientiæ, sed ab intimationis die appellationis tempora numeranda, docet quod praxi obseruari testatur, Paz, Iunior, sup. num. 20. 3

Continuum autem hoc tempus erit, postquam semel cœpit, vt sit verum dicere, currere de momento ad momentum, vt docent sup. citati, & diem termini in termino computari, in d. leg. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. quod tamen non sic accipiendum est, vt & si vltima die parte intimata sententia faerit totus is dies computatur, sed ita vt à notificationis hora numerati dies debeant, vt explicat Azeued. num. 52. & num. 53.

Verum, etsi certissimum sit intra hæc temp. interponendam ab appellante appellationem, vel ab alio, sine mandato interpositam ratam habendam, vt argument. leg. penult. rem ratam hab. defendunt Azeuedo, sup. ex n. 57. Marant. 207. Thuscus, dict. concl. 354. n. 18. Interdum tamen hoc appellationis tempore elapso appellandi ius est, puta si sententia tractum habeat successiuum, docent Ang. in d. auth. Maranta, sup. n. 26. si in rem iudicatam non transierit, vt docet post alios Ial. in leg. admonendi, n. 9. & 45. de iureiurando Azeued. sup. num. 60. quando autem sententia in rem iudicatam non transeat, prolixe prosequitur Thuscus, in practicis concl. vers. sententia concl. 575. Sed † & vbi minor appellationis tempora labi passus est restit. in integrum beneficio implorato se aduersus omissam appell. restituet. l. 1. tit. 25. part. 3. obseruant Abbas, consil. 77. libro 2. Thuscus, dict. concl. 354. num. 12. & quidem, & si tutor soluendo sit, nulla alia probata læsione, quam transcursu temporis, cuius lapsus læsionem inducit, vt contra Bart. & alios probat Azeu. sup. num. 38. adden. num. 40. quadriennium ad petendam hanc restitutionem concedendum, sic praxi obseruari docens, eiusque sententiæ fuit, Afflict. decis. 175. num. 5. & 6. 4 5

Sunt, & alij casus, in quibus suprà interponendæ appellationis tempora non obseruantur, quos licèt colligere ex l. 9. titul. 13. lib. 8. Recopilat. Bobad. in sua Politic. libro 5. capit. 5. num. 3. Cepolla. caut. 117. num. 4. Thuscus dict. concl. 354. ex num. 22.

Vndecimum Præceptum.

De que sentencia, ò auto se apelo, si fue interlocutorio, aduiertase si tenia fuerza de sentencia diffinitiua, ò era tal que tuuiesse grauamen irreparable por ella.

De appellatione, ab interlocutoria sententia. §. 11.

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab interlocutoria sententia iure ciuili non potest*

potest proponi secus iure Canonico, & quæ sit ratio differentiæ remissiuè.
2 *Appellatio ab interlocutoria, an causa expressionem iure Pontificio requirat.*
3 *Appellatio diffinitiua, & cur causa expressionem requirat.*
4 *Appellans quomodo causam appellationis exprimere debeat.*
5 *Appellari ab interlocutoria ex nona Tridentina, & Hispana lege non licet: nisi vbi, vel diffinitiua vim, vel grauamen irreparabile contineat.*
6 *Interlocutoria quando vim diffinitiua, vel grauamen irreparabile contineat, & num. 8.*
7 *Tortura sententia, & iniusta incarceratio grauamen irreparabile continent.*
8 *Sententia qua iudices se competentes, vel incompetentes pronunciant in supremis tribunalibus supplicationem excludit.*
9 *Appellari ab interlocutoria, in quibus casibus possit remissiuè.*
10 *Causa expressio in appellatione ab interlocutoria, an requiratur.*

1 CVm * quæritmus à quibus possit sententiis appellari sententiam ante latam esse debere, siue illa interlocutoria, siue diffinitiua sit, necessario supponimus: ergo si antequam sententia pronuncietur ab ea appellatio interponatur, nullum appellatio hæc sortitur effectum, Bald. in l. 2. num. 3. C. vt lite pendente, Angelus, consil. 188. col. 1. Lancellotus de attentatis, 3. part. c. 26. num. 14. Vnde emissæ literæ super ea appellatione, nullæ erunt, Ægidius, dec. 100. nec earum prætextu inferior abstinere debet ex decisione, leg. fin. C. de diuersis refeript. Rota, decis. 75. de appell. in antiquis, Felin. in c. ex tenore, de appell. Ægidius, decis. 239. Gratian. discept. foren. 1. tom. c. 17. ex num. 1.

Dicendum ergo, quod etsi à diffinitiua sententia regulariter permittitur appellat. nisi nominatim, lege prohibita existat, vt post alios Rebuffus docet ad constitutiones Regias, 3. tom. tit. de appell. in præfatione, num. 51. ab interlocutoria tamen sententia, ni vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen contineat reparabile per appellationem à diffinitiua, appellandi facultas non est, l. aperissimi, C. de iud. l. 2. de appell. recip. l. ante sententiam, C. quorum appel. Quod iure Ciuili obseruabatur, nam Pontificium, omnem ab interlocutoria sententia appellationem admittebat, c. cum sit Romana, c. super eod. 1. & 2. de appell. c. 1. eodem, in 6. c. 1. de dolo, & contumacia eo lib. prosequuntur hisce in locis ordinarij interpretes rationem differentiæ inter vtrumque ius anxie quærentes, & vltra eos Bald. in l. 1. num. 4. Codic. de Episcop. aud. Reb. suprà tom. 1. tit. de sententia execut. art. 1. gloss. 1. num. 1. & in leg. quod iussit, de re iudic. notab. 2. num. 122. Paz, in praxi, 6. part. in proœm. ex num. 21. Don. 28. comm. c. 6. Petr. Gregor. 50. syntagmat. c. 1. n. 12. Azeued. in l. 3. tit. 18. lib. 4. Recop. Dueñas, reg. 32. Lancell. de attent. 2. p. c. 12. limitat. 1. & à n. 100. Gregor. in 13. tit. 13. p. 3. verb. amenos, Surd. decis. 36. n. 14. Federicus de Senis, consil. 66. Thuscus verb. appellat. concl. 359. nouissim. Gonzalez, in regula 8. Chancell. gloss. 9. in annotat. à num. 175. 2

Verum latissima hæc iure Pont. appellandi potestas facta eiusdem iuris dispositi, coangustata est, & ita demum appellat. admitti iussa si probabili subniza causa videretur, eaque ab appellante expressa, c. vt debitus, de appell. c. 1. eod. in 6. enim verò, & si ante eorum iurium dispositionem causam aliquando requiri audiamus, c. cum causam, de appell. eam tamen non tam ad valorem appellat. quam ad inducendum attentatorum reualidationem requisitam autumo, vt benè post alios putauit Vvamesius ibi num. 1. quod licet colligere, ex c. ex part. c. Rodulfus, c. significante, de refeript. subsistebat namque eo tempore, nulla etiam expressa causa appellat. capit. consuluit, el. 1. de appellation. quem textum, sic post glossam acceperunt omnes ibi, & in dict. c. vt debitus. 3

Ex his licet colligere nobile inter appellationem à diffinitiua, & ab interlocutoria sententia discrimen, vt in illa causa exprimi non debeat, in hac secus, quod sup. pepigimus præcepto 9. num. 1. eiusque ratio ex eo forsan pender, quod interlocutoria sententia lata durat, adhuc officium iudicis, qui à se grauamen illatum reuocare poterit, si ea expressa sit causa, quæ ad reuocationem eum moueat, l. quod iussit, de re iud. Diffinitiua vero lata sententia index officio suo functus, quod semel iussit reuocare nequit, leg. iudex postea quam de re ind. obseruant Reb. in d. leg. quod iussit in præfat. num. 76. Bart. hac in Rub. de re iud. in Clem. num. 13. Abb. in c. peruenit el 1. num. 9. de appell. erit enim in appellatione à diffinitiua sententia necess. causæ expressio, vbi contra iuris prohibitionem interponitur, vt post gloss. in c. Romana, §. si autem, verbo mandatum, de appellationibus, in 6. notant Marant. de ord. iud. 6. part. tit. de appellat. num. 143. Couarruu. practicarum, c. 15. num. 1. Paz, sup. num. 35. quando autem à diffinitiua sententia appellare non liceat, fusius præcepto, 14. examinabimus. 4

Qualiter autem exprimenda sit in hac parte causa, explicat S. P. in Clementina appellanti, de appellat. nominatim eam faciendam docens, quo verbo, vel continetur, vt per verba generalia expressio facta non proficiat, quantumvis se ad acta referat appellans, docet post alios Tiraq. post leg. connu. ibi, gloss. 5. numer. 188. Aret. consil. 107. Mar. suprà numer. 141. Rota, decis. 1. in nouis, tit. de appell. Thuscus concluf. 60. per totam, verbo, appellat. quia, & si nominatim vnam exprimat, & genericam allegat, adiungat expressam tantum prosequi poterit, vt sic coercetam agnoscamus, cum Innoc. & Vvames, ibi decis. d. c. consulnit. per dict. Clem. appellanti id enim regulare est, vt ex nominatim tamen expressis allegationibus appellat. ab interlocutoria iustificetur vt obseruat Rom. sing. 287. & sing. 414. Dueñas, 47. Mar. sup. n. 159. ad diffinitiuam appell. à diffinitiua sententia, quæ & ex nouis allegationibus iustificare potest; lege per hanc, Cod. de tempore appell. c. cum Ioannes, de fid. instrum.

Hæc iure Pontific. obseruabatur, quo antiquo iure Regio, & Trid. Conc. decreto renouata est ciuilis dispositio: proinde cautum, vt non à quavis interlocutoria, sed ea dumtaxat, quæ vel diffin. vim habet, vel grauamen irreparabile continet, appellari possit, lege 3. tit. 18. lib. 4. Recop. Trident. sess. 24. c. 20. facit reg. 36. Cancell. & quod decidit Rota, decis. 58. de appellat. in nouis, excipiuntur tamen, d. c. 20. hæ causæ, quæ tanquam arduæ apud S. P. sunt tractandæ, in his enim facillime admitteur, appellatio, qua ratione, nec in eis Pont. iure causam exprimere necesse erat, dicto c. vt debitor, iuxta veram huius interpretationem, quam post Innocent. sequitur Vvamesius ibi, n. 18. & 19. 5

Quod si quæras, quæ interlocutoria vim defin. habeat quæve grauamen irreparabile dicatur contineri R. eam omnem interlocutionem, quæ nullam aliâ sperat sententiam vim diffin. obtinere, vt docet Reb. in d. leg. quod iussit, num. 42. Aret. consil. 106. vt si iudex incompetenter loquatur, quod post gloss. fin. in auth. habit. C. ne fil. pro patre, docet Bald. sup. & in l. 2. de appell. recip. Reb. vbi proximè, num. 43. & 74. Gonzales, sup. num. 196. facit d. l. 3. à Recop. ea autem † dicetur grauamen irreparabile continere à 6 7

qua illatum grauamen per appellationē à diffinitiua reparari non poteſt, c.fin. appellat. in 6. exemplo eſt ſententia cotturæ, à qua ob eam rationem appellatio admittitur, d.lege 2. de appell. recip. & incarceratio iniuſta gl. in Clem. 1. §. 1. verbo, ipſo iure, de except. & in leg. cumque, §. in popularibus, de iureiurando, Gom. 3. var. c. 10. proſequitur Maranta ſup. num. 205.

8 Inde † etiam appellari poteſt à ſententia, qua iudex ſe competentem iudicat. d. leg. reco. vbi Acc. & ita l. 1. tit. 5. num. 3. lib. 4. Recop. quod tamen ſic accipiendum eſt, vt & ſi ab hac ſententia appellatio admittatur, ſi tamen ſupremi iudices eam ſententiam ferant, ab eis ſupplicari non poterit, neque enim ſuperiores iudices alienæ iuriſdictionis aui.i cenſentur, leg. 4. tit. 5. lib. 4. Recopil. Auend. de 2. ſuppli-

9 cat. num. 10. Proſequo † alios caſus, in quibus ab interlocutoria ſententia appellari poteſt, licet colligere, ex leg. intra, & l. 39. de min. l. arbitro qui ſat. cog. l. 1. C. vt lite pend. Rebuff. ſup. & in dict. tract. de ſententia exec ax. 10. gloſſ. 1. Duen. reg. 52. Mar. ſup. ex num. 269. Guido 10, 11, 16, 75. Petr. Greg. 50. ſyntagm. c. 2. n. 5. Lancell. de attent. 2 p. c. 12. limit. 1. n. 57. Minſing. cent. obſeruatione, 5. Ruin. conſil. 68. lib. 5. conſil. 1. n. 4. lib. 4. Menoch. de retinend. remedio 4. ex n. 810. vſque ad num. 816. Rota deciſion. 419. in nou.

10 Illud interpretes controuerſum video, an in appellationibus ab hiſce interlocutoriis expreſſio cauſæ requiratur, negat Bart. in l. 2. de appellationibus recip. quia interlocutoria diffin. vim obtinens diffin. aſſimulatur, & eius rat. ſortitur, ſubſcribunt innumeri relati à Rob. in d. l. quod iuſſit in præfat. n. 75. & iuxta hanc ſententiam decidit Rota, deciſ. 13. de appell. nou. ſumma enim ratio ob quam cauſæ expreſſionem ius expoſcit ea eſt, vt cauſa agnita, iudex à quo interlocutoriam reuocet, vt ſup. diximus, cum ergo has interlocutorias reuocare nequeat, vt poſt Bart. in dict. l. quod iuſſit, defendunt fere omnes ibi, Reb. 1. not. num. 16. Rom. conſil. 358. de c. in c. cum ceſſante, num. 12. de appell. quaſi ratione expreſſionem cauſæ in appell. ab his interlocutoriis non expectemus. Verum hoic ſententiæ non indiſtincte adhærendum puto, iure namque ciuili, quo ab his tantum interlocutoriis appellationem admitti diximus, quæ vel grauamen irreparabile continent, vel diffinitiuam vim habent expreſſionem cauſæ neceſſariam conſtat ex l. ait Prætor, §. permittitur, verſicul. niſi forte iuncta inductione Bart. ibi, num. 3. de minoribus, ita temperanda erit. Res ergo ita temperanda erit, cum Rebuff. in præf. num. 79. vt ſi eius naturæ interlocutoria ea ſententia ſit, qua lata duret adhuc officium iudicis, cauſa exprimi debeat, puta ſi ineptum libellum iudex reiiciat, neque enim ex hoc iudex definitiue hæ interloc. quamvis diffinitiuam vim obtinentes quia tamen magis interlocutoriis accedunt, iuxta earum naturam regulantur, vt docent interpretes, in c. peruenit el 2. de appell. faciunt not. per Guido, dict. deciſ. 10. & 11. ſin autem interlocutoria ſententia lata extinctum faceret off. iudicis, cauſæ expreſſio neceſſaria non erit, neque enim finita iuriſdict. ſententiam reuocare poterit: exemplo erit ea ſententia qua ſe incompetentem pronunciat, quam ob eam rationem reuocare nequit c. ſignantibus, de off. deleg. docent Bald. conſil. 114. lib. 4. Ang. 200. Rom. ſign. 130. & poſt Bart. in dict. l. quod iuſſit Alex. ibi, num. 27. Rip. 16. Thuſcus verbo, ſententia, concluſ. 115. num. 35. quod veriſſimum credo. & ab hac ſententia appellatum proponetur appellat. enim ad dicendam à iudice, à quo iuriſdictionem inducta contrarium effectum operari non debet, quo & aliis fundamentis, hanc ſententiam defendunt. Alex. ſuprà num. 29, vel contrario, ſententiæ arg. ſatisf. Rip. num. 18, imo & Calde, in c. dilectus el 2. de præb. Caſt. conſil. 282. num. 2. lib. 1. & conſil. 283. num. 6. interpretatur deciſionem Rotæ contrariam eredebatur iure ſententiam, quam ſequitur Reb. dict. not. 1. num. 77.

Duodecimum Præceptum.

Si la ſentencia de que ſe apelo ſe auia pronunciando en cauſa poſſeſſoria: ſi ſin embargo de la apelacion ſe ha de executar, ò deferir à la apelacion,

Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum, §. 11.

SVMMARIA.

1 *Appellatio in cauſis poſſeſſoriis iure Ciuili non admittitur, niſi admixtam habeat cauſam proprietatis, & num. 5. & aliqua caſu admittitur, & numero 9.*
2 *Poſſeſſionis cauſa momentanea cur appelletur.*
3 *Nullitas aduerſus ſententiam in cauſa poſſeſſionis, proponi poteſt.*
4 *Reſtitutione beneficium aduerſus ſententiam in cauſa poſſeſſionis locum habet.*
6 *Appellatio in cauſis poſſeſſoriis iure Pontificio vtrumque effectum habet.*
7 *Appellatio in cauſa poſſeſſoria, leg. fin. de edicto D. Adriani, nullo iure habet effectum ſuſpenſiuum.*
8 *Appellatio in cauſa poſſeſſoria ſummariſſima appellant, interim, nullo iure habet effectum ſuſpenſiuum licet nonnulli controuertant.*

TOtidem verbis inſcribitur, tit. 69. lib. 7. C. non 1
ad vnam aut alteram poſſeſſionis cauſam pertinens, ſed ad omnem poſſeſſionem ſpectans quacumque actione, aut interd. petatur, quæ cum celeritate, terminanda ſit (inde † momentaria dicta à mo- 2
mento, quod breuitatem temporis ſignificat, vt pluribus probat Cujac. 10. obſerv. c. 20. laboret quantumvis in huius, vbi explicatione Parl. non ſat rem aſſecutus, 1. rer. quotid. c. 9.) appellationem non admittit, leg. 22. de appell. non recipiñ C. Theod. accedit appell. ab his tamen interlocutoriis dari, quæ vel diffinitiuarum obtinent, vel grauamen in poſſeſſoria cauſa illatum, per appellationem à diffinitiua in proprietatis cauſa ferenda reparari poteſt, non ergo in iudicio poſſeſſorio appellationi locus. Id ciuili iure certiſſimum eſt, ex l. 3. C. ſi de moment. poſſ. ſaltim quoad ſuſpenſionem effectum deuolutiuum, enim ea l. non ſuſtulit, vt contra nonnullos ex antiquioribus probant Menchac. vſuf. c. 38. num. 3. & c. 40. num. 2. Menoch. adiſpiſcenda, remed. 4. n. 875. & de retinenda, remed. 3. num. 843. de recuperanda, remed. 9. à num. 316. & remed. 15. num. 640. Ioann. Garcia, de nobilitate, gl. 1. §. 2. num. 5. Vvames, in c. tua nobis, num. 10. de appell. Couarr. pract. c. 13. n. 8. Thuſcus verbo, appellatio, concluſ. 407. num. 2. Fachin. 1. controuerſ. c. 75. Ceuallos communium 1. part. quæſt. 13. num. 6. Ioann. Gutierr. 1. Canon. c. 35. num. 91. & 92. Verum † ſublato appellationis remedio, nullitatis adhuc benefic. granato ſupereſt, vt do- 3
cent Abb. conſil. 65. Ceu. num. 3. ſup. Thuſc. num. 44. Et ſi † minor ſit, cui ſi iure gaudeat, reſtitutionis auxilio potietur, Bald. conſil. 379. num. 9. lib. 10. Thuſc. num. 42. ſup. 4

Hæc iure ciuili ſunt veriſſima, cæterum Pontifi- 6
cio iure, appellationem in poſſeſſoria cauſa interpoſitam, vtrumque ſuſpenſiuum, ſcilicet, & deuolutiuum effectum operari, commune interpretum eſt placitum, quod non leuiter iuuare videntur text. in cap. ex

c. ex conqueſtione, c. cum ad ſedem, de reſt. ſpol. c. ſignificauerunt, de teſt. Clem. vn. de ſequeſtrat. Clem. 1. de cau poſſ. quibus fundamentis huic ſententiæ acceſſerunt poſt alios Menoch. ſupr. Cou. verſic. 1. concl. Menoch. dict. remed. 5. num. 641. Thuſc. n. 18. Gomez in leg. 45. Taur. num. 194. interdictis omnibus, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, aut recuperandæ poſſeſſionis, ſine hæſitatione admittit Gutierr. ſupr. num. 86. & 87. niſi vbi de retinenda poſſeſſ. agitur notoriam actoris poſſeſſionem nulla peremptoria rei allegatio excludat, ita iudicatum firmant, num. 88. ſed nec in manifeſto ſpoliatore locum habere conſtat, ei ſiquidem Pontificem ius appellandi adimet facultatem, c. Romana, §. præterea, de appell. per quem text. dict. R. Rom. conſil. 324. ſequitur Iul. ſup. num. 35.

7 Hoc amplius, & peculiari in cauſa, poſſ. 16. quæ hæredi ſcripto decernit, ex l. fin. Cod. de edict. D. Adr. vt nedum iure Pont. ſuſpenſionem operetur effectum appellatio: ſummarium enim iudicium eſt motam in hæreditaria rerum occupatione non patiens, voluntas namque teſtatoris celerem expoſtulat executionem, qua ratione nititur Imper. in l. quiſquis, C. quorum appell. differre ergo propter interpoſitam appellationem non debet, ita Couarr. ſup. verſic. 3. concluſ. Menoch. de retinenda, remed. 4. num. 816. & 840. Thuſcus pluribus modis limitans, verbo, appell. concl. 409. Parlador. id iure Regio obſeruari docens, lib. 2. rerum quotidianarum c. 5. n. 31.

8 Ex ſuperioribus fit, quod cum iudicium id, quo pendente lite ei conſeruatur poſſeſſ. qui temp. moræ litis poſſidebant, c. cum veniſſent, verſic. nos igitur, de Inſtit. l. æquiſſ. de vſufr. l. ſi liberis, 6. fin. de liberali cauſa, C. vnde originem habuit, id interdictum, quod nos item appellamus, quo is in poſſ. rerum maioribus pendente lite conſeruetur, ad quem iure pertinere videtur, de quo copioſe egerunt Couarr. pract. c. 15. Sarm. 2. ſelectarum, c. 13. num. 9. Menoch. de retin. remed. vltimo, Molina, leg. 103. c. 13. ſit ſummariſ. ab eo iure, eriam Pontificio appellatio interpoſita executionem ſent. non ſuſpendet. Acced. 15. extraordinarium illud iudicium eſſe, à quo interiecta appellatio deuolutiuum tantum operatur effectum, docent Menoch. vbi proxime, num. 48. Gutierr. d. c. 35. num. 96. & num. 168. & ſeq. Qua ratione à ſent. interdicto interim, lata iure Regio appellari, quoad effectum ſuſpenſiuum non poteſt, leg. 9. & 10. titul. 7. lib. 5. Recopil. & ſi quoad deuolutiuum effectum ſupplicat. admittatur, ſummariè tamen tractanda, docet Couarr. d. c. 17. num. 8. non ſatis perceptus à Menoch. d. remedio vltim. num. 53. quo nomine eum reprehendit Gutierr. num. 102. verum etſi hæc iure Regio diſpoſita ad amuſſim obſeruari debeant; non tamen videtur omnino iuris Principiis conuenire iudicium hoc, ſiquidem hoc non mere poſſeſſorium videtur, ſed admiſtam habere proprietatis cauſam, cum is in poſſeſſ. conſeruetur, in quem, vel in verum maioratus ſucceſſorem, l. tranſlata videtur, ſed ex diſpoſitione, d. l. 10. non tam de detentar. bonorum, in eo agitur, quam plena poſſeſſionis cauſa diſcutitur; petitorio tamen tractat iudicio, ad Regias Chancellarias remiſſo, quæ non naturale conſiderat Molin. ſup. n. 17. lib. 5. Recop.

9 Vidimus quando in cauſis poſſeſſoriis admittenda ſit Ciuili, & Pontificio iure appell. quibus id adiungimus iure noſtro in quavis poſſeſſoria cauſa appellare ſolitum, executionem, qui ſent. retardari antiquato tit. C. ſi de moment. poſſ. patuis exceptis caſibus, de qq. ſup. teſtantur Molin. vbi proxime Ceuallos, num. 7. facit text. in leg. 9. tit. 7. lib. 5. Recopil. *Quibus addes, & quæ in propoſito huius appellationis in momentaneæ poſſeſſionis cauſa, an ea vtrumque operetur effectum, ſcripſerunt Reboſſus, de remediis poſſeſſoriis, art. 1 gloſſ. 1. num. 13. Neuizan. conſil. 81. num. 4. Reninteudis, deciſ. 70. per tot. Gracian. diſcept. Forenſ. diſceptat. 74. ex num. 16. & c. 510. ex num. 67. & 68. Sigiſmund. Scacia, de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 2. num. 1. Gaſpar Rodr. de annois redditibus, lib. 1 quæſt. 70. num. 51. cum ſeqq. deciſio Rotæ apud Farin. 2. tom. c. 183. n. 4. & 287. num. 8. Hieron. Gonzalez, ad reg. 8. Chancell. gloſſ. 6. num. 224. & 225. alia deciſio apud eundem Farinac. 641. & eſt bonus locus, apud Lancellot. de attentatis, 1. part. c. 10. in præfatione, quæſt. 5. num. 107. vbi ſcribit in Rota, in cauſis poſſeſſorii, de manutenendo inhibitionem aduerſus manutentionem non dari. Quibus fauere nimis videtur deciſio, leg. 9. tit. 7. lib. 5. Recopil. quæ ſtatuit in cauſis tenutæ ſupplicationem non remorari executionem, eni licet inuitus acquieſcere cogitur Molina, de Primogen. lib. 3. c. 13. num. 19. diſputat Io. Garcia, de nobilit. gloſſ. 1. §. 7. num. 5. Valaſcus, conſult. 51. n. 48. Olanus in antinom. idris, lit. P. n. 47. Ceuallos, de cognitione per viam violentiæ, 2. part. q. 29. Menoch. de retin. poſſeſſ. remedio fin. num. 48.

Decimum tertium Præceptum.

Si la ſentencia definitiua de que ſe apelò es ſegunda, ò tercera, y conforme con las primeras, y quando ſe diran tres ſentencias conformes.

Quoties appellare liceat, aut ſupplicare, §. 13.

SVMMARIA.

1 *Appellare tertio in vna cauſa non, licet nullamque hac in re diſtrimen eſt inter interlocutorias ſententias.*
2 *Appellare ſup. deſertione appellationis etiam poſt ſecundam pronocationem, licet.*
3 *Appellari à tertia ſententia, ſi plus prioribus continet, poteſt.*
4 *Appellare à tertia ſententia quando tertius poſſit.*
5 *Sententia tertia prioribus concordis effectum nullitatis obiectio non remoratur.*
6 *Nullitas manifeſta ex aliis aduerſus tertiam ſententiam prioribus conformem locum habet.*
7 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis quando aduerſus tertiam ſententiam conformem opponi poſſit.*

LItigatorum calumniam, qui innumeris appella- 1
tionibus interpoſitis in infinitum lites protrahebant, cohibere ius ciuile cupiens, ſemel dumtaxat appellare permiſit, gemino iudicio ſuperatum ſi appellauerit poſſeſſione iubens excidere, vt conſtat ex l. vn. de poſſeſſ. ab eo, quibus prouocauit, in C. Theod. per quem text. id notat Cujac. in paratitl. & poſth. ad tit. C. ne liceat in vna eademque cauſa, idque Alarici Italorum Regis edicto cautum teſtatur Caſſiodor. lib. 9. quicquid Vvames, dicat, in c. ſua nobis, n. 1. de appell. contendens nullum appell. numerum iure ciuili præfixum, vt ſit, id certum eſt. Ioſtin. conſtit. quæ extat in l. vn. C. ne liceat in vna eademque cauſa geminatam appellationem admittendam, & tertiam repellendam prouocatione, huic inris Pont. diuiſ. concinnat, in c. directæ, c. ſua nobis, de appellationibus, eoque iure vt nos conſtat, ex leg. 25. tit. 23. p. 3. leg. 5. tit. 17. l. 2. tit. 16. lib. 4. Recop. vbi id ſuperioribus iudicibus tribuitur, vt ab eorum ſententiis ſecundo ſupplicare fas non ſit, proſequuntur, in dictis locis

locis ordinatiis,& vltra eos Couarr.practicarum 15. num.8.& 9.& c.25.per totum. Paz,in praxi, 1.tom. 9.part.c.3.num.9. Gutierr. 1.pract. c.96. num.5. & seq.Thusc.in verbo,appellatio, concl.402. ex n.25. & concl.403.per totum,Donell.18.comment. c. latè Gabriel. 1.comm.tit.de execut. rei iudicatæ, conf.1. alij relati à Cenedo ad Clement.col.19.

2 Verum enim verò,vt tertiam excludamus appellationem, & secundæ supplicationi locus non sit, nonnulla expetimus, quæ nisi concurrant, admittenda erunt, 1.requirimus,vt vna,eademque sit causa (incidentes verò articuli,non vnius, sed singularum causarum singuli vicem subeunt,vt probat post alios Vvames,sub.n.4.) & late in ea sententiæ sint omnino concordes: qua ratione si à duabus sententiis in eadem causa litis appellatum sit à tertia super deserr. appellationis lata appellari posse, decidit Rota, decis.417.in ant.sequitur Couarr.d.c.25.num.5. Idemque erit,si in 3.sententia præcedentes nullas fuit. declaret iudex, ab hac enim appellatione admittendam constat ex Rota,decis.424.in ant.verbo, proxime. Quibus † est consequens, vt si plus 3. sententia continuat in eo tandem appellatio concedenda sit, nouum enim gravamen, cum inferat ab ea parte,appellatio interponi poterit, docet Maranta, de ord. iudic.6.part.tit.de appell.num.281.Thusc. dict. conclus.403.num.2.Vvames,supr.Alex. consil.77. lib.2. Paz 1.& Couarr.qui exemplis rem erudite illustrat.

4 Secundo requiritur, vt is appellet, qui nominatim sententia gravatus est,alioqui si tertius,3.sententiæ executionem,appellationis,aut nullitatis vsus remedio velit impedire, audiendum docet Paz, sup. vtique si eam causam quovsque examinari ignoravit, si enim litis conscius fuisse denuo eam instaurare cupiens repelleretur,Couarr.dict.15.num.8.& 9.

5 Cum supradicta concurrerint verissimum erit tres concordes sententias, etsi interlocutoriæ sint (inter has enim, & definitas hac in parte nihil interest, Mar.num.264.Couarr.n.3.) appellatione interposita infringi non posse,quod S.P.in Clem.1.de re iud.ita extendit, vt nedum nullitatis obiecta exceptio illatum executionem remoretur, etsi enim ea, si modo summatim disceptetur sententiæ, quæ in rem iudicatam transiit, executionem retardare soleat, ne vires vllas,sententiæ, quæ nulla est, tribuamus, l.1. C.an si comp.l.2.C.quar.pro tradit Afflict.dec.283. Cou.d.c.25.num.1. si tamen sententia, 3. prioribus conformis fuerit, præter nullitatis nou. rescindetur, d. Clem.1. sic enim litigantium calumniis obuiatur,& debitum accipiunt lites finem Cou. sup. n.2.

6 Quod † sic recipiendum erit, ni manifesta sit nullitas quæque exactis constet, hanc enim generalis nullitatis exclusio non comprehendit, obseruat, in prop.Couarr.vbi proximè,num.5.Mexia,ad leg.Toleti,ad 1.fundum 2.part.num.26. Gutierr. extendens hanc regulam ad quosvis alios casus, eoque modo limitans leg.2.tit.17.lib.4.Recopil.vbi sup.num.5.&

7 6. Sed etsi ex defectu iurisdictionis † nullitas insurgat,indubie exceptio admittenda erit,si tamen,qui iudex sententiam tulit, nusquam in ea causa iurisdictionem habuit, si quam enim habuit,etsi sententiæ tempore,extincta fuerit,reiicienda exceptio erit, sic post longam disputationem, distinguit Couarr. d.num.5.à quo accepit Gutierr.sup. num.6. Verum aut restitutionis beneficium trium concordantium sententiam vim elidat disputant Vvames, sup.n.5. Azeu.in d.lege Recop.

Decimum quartum Præceptum.

Si la sentencia de quien se interpuso la apelacion se auia pronunciado en causa,en que conforme à derecho no se deuia admitir la apelacion, y que causas son estas.

A quibus sententiis appellare non liceat, §. 14.

SVMMARIA

1 *Appellare aliquibus in casibus iure prohibetur, & numeris sequentibus.*
2 *Appellare in causa possessoria, & alimentorum futurorum non licet.*
Lex finalis,D.de appell.recipiendis.
Lex 6.tit.18.lib.4.Recopil.
3 *Appellatio fisci debitoribus,quando interdicta,& qua ratione.*
4 *Appellare à iuris sententia non licet.*
5 *Appellare à pœna iuris non licet.*
6 *Appellare à iudice qui sententiam, siue pœnam legis excedit,licet.*
Cap.de reformatione in Tridentino.
7 *Appellari à nullla,& iudice,qui pœnam legis locum habere decernit,licet.*

1 APpellationis benefic. quo diffinitiua iudicis sententia grauatis litigantibus iure succurritur,& si regulariter eis concedatur, plerumque terminum nominatim prohiberi constat, & quidem quominus admittatur appellatio, in causa esse possunt, vel iudicum personæ,à quibus appellare non licet, quos recensuimus, sup. §.7. vel eorum qui ab appellationis remedio iure remouentur, de quibus late egimus,sup.§.1.inter quæ, & naturali causæ,de qua agitur, pleraque enim sunt, quæ appellatione rescindi non possunt, de quibus proprius hic disserendi locus. Et † appellationem, temoueri constat, vbi causa celeritatem exposcit ne sententiæ executio appellationum dilatu retardetur, qua ratione, & in causa possess. appellationem non admittendam resoluimus sup.§.12. à sententia de alim. futuris (hoc est post litem contestatam soluendis) lata appellari non posse constat ex his quæ adducuntur,Thuscus, in pract.concl.lit.A, concl.286.ex num.42. & conclus.401.ex num.17.latè,& erudite Surdus,in tract. de alim.tit.8.prin.60. per totum,facit text.in l.fin.de appell. recip. quia etsi de alimentis militibus præbendis nominatim loquatur, ad quæcumque tamen alimenta in quibus sup.viget ratio porrigendus est, vt docet Guttierrez,1.practic.c.106. ex num.2. quibus ea etiam rationem decisionem, l.6. tit.18. lib.4. Recopil. quæ appellationem in causa alimentorum pupillo præstandorum remouet, ad quævis alia his personis,quæ ex alimentis pendent debita extendit, sed & dict.leg.recop. eadem ratione mota in rebus, quæ admissa appellatione tempore peritura forent, appellari prohibetur, quod obseruat Anchatra consil.189. num.1. & 2. Thuscus dict.conclus.402. num.10.

Ex superiore etiam ratione, fisci debiti appellatio 3 interdicitur,l.4.l.fin.C.quorum appell.docet de sententiis,consil.81. contra finem, quæ tamen iure in notoriis dumtaxat debitoribus intelligenda monet Donellus 28.comm.c.6.publica id vtilitate suadente,quæ in celerrima huius debiti exactione versatur,si enim de debito manifestè constiterit, indubie appellationem admittemus quomodo accipiendum quod

quod generaliter docemus licere à sententia pro fisco lata appellare,l.lata,l.quoniam nonnulli. Cod. de appell.docet post alios Peregr.de priuil. fisci lib. tit.4.num.12.

4 Præterea,& cum inuenta sit appellatio, vt inferioris iudicis iniquitatem superior corrigat,si non à iudice, sed à iure lata sententia proponitur appellationem denegabimus,à iuris enim sententia appellari non potest, qua ratione, à correctione monachis,& quibuscumque aliis appellare vetitum in cada nostram,3.cap.reprehensibilis,2.de appellat. Vt

5 nec † à pœna legis appellare licet,leg.si qua pœna, de verborum significe. obseruant Oldrad.consil.311. Calder. consil.209. sub tit.de appellat. Thusc.verb. appellatio,conclus.402.num.1.& concl.405.Gonzalez.in reg.8.Chanc.§.7.proœm.num.8.magis enim à lege,quam à iudice, hoc casu videretur appellari, pœnam enim lex infligit,non iudex, Cicero in Verrem,*lex est,pœna est,quid ergo ei qui vis dicit.* Verum

6 † si in correctione, & pœna modus excedatur appellationi, indubie locus erit, Calder. sup.Thuscus conclus.402.num.8. Cujac. Vvames. in d.c. ad nostram,quomodo intelligi debet text.in c.licet in corrigendis, de officio ord.in c. de priore de appellat. vt & ab executione, si modum excedat appellandum diximus sup.§.7.ad finem, iuxta quam doctrinam accipiendum est decis.Concil. Trident. sub decreto,de reformatione,sess.14.c.10.vt appellatio, ibi denegata à correctione,admittenda sit, si correctionis modus accedat.

Sed, & illud non est in proposito omittendum, quod licet à pœna non appelletur, à mulcta tamen appellabitur, quia hæc à iudice imponitur: qua ratione præcepit Lucius Piso(auctore Tacito)ne mulctam à tribunis ductam, ærarij quæstores autem quatuor menses referent in tabulas, cum eo tempore,& liceret contradicere, & consulere, de ea re statuere oportere. Hoc amplius, & à sententia, qua iudex legis pœnam locum habere declaret, appellationem interponi posse,cum non à lege,sed à iudice feratur,fatentur omnes, vt constat ex relatis à Farinac.in praxi criminali q.161.n.65.

Sunt,& plerique alij casus,quibus denegatur appellatio, quorum nonnullos,ex his,quæ superiorib. §§. diximus licet colligere,alij in sequentibus occurrent,nec enim omnes sigillatim, hoc §. persequi libet,ne in immensum excrescat, congesterunt eos interim consulendi, Specul.tit.de appell. §. quibus, Maranta,de ord.iudic.6.parr. titul.de appellat. num. 169. Bernard.Diaz,reg.35.& 38. Gomez 3. variar. c.13. num.37. Couarrun. alios referens practicar. c.25. num.5. Petr. Gregor. lib.5. syntagm. c.2. num.11. Donell.28. comm.c.6.Paz,in praxi,1.tom. 6.parr.in proœm. num.17. Farin.dict.quæst.101.per totam, Thuscus sup.consil.402.& 403.Caldas,in l.si curatorem,vero per quos pristinum, num.31. Rebuff.in const.reg.3.tom.art.8.glosst.2.addendi,& alij, quos allegauimus, §.1. huius tract.n.5.iunctis, quæ ibi diximus.

Decimum quintum Præceptum.

Si el iuez ; de cuya sentencia se apelò precedio, è la causa sin embargo de la apelacion,ò por virtud de su commission, y iurisdicion, o por naturaleza de la causa la qual la apelacion debuelue, y no suspende y de los efetos de la apelacion.

Qui sint appellationis effectus, §. 15.

SVMMARIA.

1 *Appellationis effectus duplex,suspensiuus,& deuolutiuus.*
2 *Appellatione sententiam inferioris extingui probat lex 1.§.finali,D.ad Turpillianum, & de eius interpretatione.*
3 *Appellatio quibus in casibus nullum operetur effectum.*
4 *Appellatio à sententia additionis suspensiuum effectum non operatur.*
5 *Appellatio lata excommunicationis sententiam non suspendit,bene tamen ferenda,num.6.*
7 *Appellatione interposita,an denuntiari excommunicatus possit.*
8 *Appellatio conditionalem excommunicationis sententiam suspendit.*

1 DVplicem appellationis effectum agnoscunt quotquot sunt interpretes, suspensiuum scilicet, & deuolutiuum, interiecta siquidem appellatio non tantum inferioris iudicis iurisdictionem suspendit, qua abdicata nihil possit euertere, aut immutare,cum eius iurisdictione litigantes eximantur, conuenientes,de iureiurando, c. inlectis,de appellationibus, cum aliis. Sed & cognitionem causæ, d superiorem iudicem transfert,transmittit,c.pastoralis, de appellationibus,notant omnes in Reb. eius titul. Paz,in praxi,1.tom.6.part.in proœm. num.21. Duenas,reg.42. Vvames, in c.1. & in c. cum teneamus num.1. de appell. Id tamen eos vexat,quod etsi appellatione interposita dormitare tamen, & in suspenso hærere, eiusque sententiam dixit iurisdictionem docearnus in dictis iuribus,& in l.præcipimus, C.de appellat.si causa cognita,l.de transact.c.1.de re iud.obloquuntur eis. † l. C. in l.1. §. fin. ad Turpill. 2 iudicatum extingui aperte docens, vt sic non tam suspensiuum, quam extinctum appellationis effectum fateri oporteat; sunt qui inter Pontific. & Cæsareum ius pugnam admittant, quibus merito succenset Thuscus verbo, appellatio, conclus.397. quin. 7.id probat,quod placuit Corras. in l.4. §.2. n.5. de seruit. Horoscio, in l.tale pactum, §.qui prouocauit,num.26.de appell.Couarr. pract. c.25. n.1. Paz,sup.quorum tamen non meminit, vt præsenti attento statu extinguatur sententia, etsi futuro inspecto euentu suspendatur,confirmata siquidem ea, vel deserta appellatione vires capiet,quod cum euenire possit suspensa magis, quam extincta censenda erit iurisdictio, verum etsi horum interpretum auctoritati, non parum tribuendum credam,eis tamen hac in parte adhærendum non puto; ex eorum siquidem opinione confirmata 1.dent.ex ea,agendum esset quippe,quæ nondum finita esset ex confirmatoria sententia, not. ex prima actionem nasci palam probat,Cod in l.furti, ibi; *Hodie notari potest*,de his qui non inf.facit,l.9. tit.16. lib.5. ord.l.9. vbi Azeuedo,num.5. tit.17. lib.4. Recop.& nos latius diximus inf.§.14.Magis ergo est,vt id probemus, quod præceptoribus nostris placuisse video,qui forsan,id acceperunt à Galdas, in l.si curatorem, verbo, per quod pristinum,num.35.C.de in integr. rest.min.finiri quidem futuro, etiam confiderato euentu, sententiam in suspenso tamen tunc demum esse,cum sup. iudice non adito, ver adito eo,nondum tamen fatalibus elapsis temporibus incertum est, an in rem iudicatam transitura sit; deserta enim appellatio,proinde iuris fictione habetur, ac si numquam fuisset interposita,proinde ex prima agitur sententia,cum secunda non subsequatur prosequitur Caldas sup.

Verum enim vero vtrumque hunc effectum ei 3 duntaxat appellationi concedimus, quæ iuxta iuris sanctiones interponitur,cæterum si quæ prohibente iure interponatur, plerumque nullum operabitur effectum interdum,etsi deuolutiuus non denegetur, suspensiuum tamen ad minus, docent Couarr. sup. num.7. Paz, num.13. vt in appellatione in causa possessoria,

possessoria, & à sententia iudicis appellatione remota dati §§. præcedētibus resoluimus, inde liceбit, quam plura huius doctrinæ exempla depromere,
4 præter quæ id satis notabile colligimus,† ex l.3. & 19.tit. 21. lib.4. Recopil. vbi à sententia adductis, quam nos *de remate appellamus*, interjecta appellatio, deuolutiuum effectum operatur, suspensiuo omnino sublato; prosequitur. Parlad. 2. quotidianarum cap.fin.5.part.§.15. Alia exempla suppeditant, l.6.tit. 18.lib.4.Recopil.& ibi Azeu. Couarr. d. numer. 7. Lancel. de atten.2.par.cap.12.lim.25.num.1.

5 Inter cætera autem, quia difficillimum cōmendo illud quod S.P.exhibet,in c.Pastoralis, §. verum de appellationibus,vbi appel.à sententia excommunicationis interposita, & si ad superiorem iudicē causæ cognitionem deuoluat, executionem tamen non remorari docemus, perinde beneficij fructus prouiēte,etiam appellat. subtrahendum,vt sic in obedientia contineantur cuncti,scituri,semel inflictam excommunicationis,pœnā,nullū appellationis remedio retardari facile,text.in c.ad hæc 37.de appel.cap.is cui, de sententia excommun. in 6. obseruat Couarr. in cap.alma,§.10.num.4. Guttierrez,Canon.1. cap. 1.à n.90. plurimi relati à Cenodo,ad decretum, col.42. vltra eos Pater Suarez de censuris,disputat.5. sed 6. Hugo eodem tit.lib.1.cap.20.n.10.nouissimè Auila, de censur.2.part.c.5.disput.5.dubit.11. Id quod sine difficultate procedit, vbi plute lata excōmunicationis sententia omnem appellationem præcedens,cæterum si interiecta † appellat. lata excommunicatio propona ur,tantum abest vt executioni mandati debeat,vt potius mero iure nō subsistat,d.cap.adhæc, cap.ad præsentiam,de appel.& per text.in c.dilectis, 54.eodem obseruāt omnes ordinarij,ibi prosequitur Gregor.Sayrus,in suo Thesauro,lib.1.cap.16.à num. 18.neque mirum, suspensa enim per appellationem inferioris iudicis iurisdictione sententia ab eo denuo lata non consisti,neminē enim grauare potest.

7 Vnde inferri videbitur,quod cum ex denūciatione nouum grauamen excommunicatus sentiat post Extrauagantes ad euitanda scandala, vitari namque debet, vt interposita appellatione excommunicatio ferri non possit sic, nec prætexta excōmunicationis ante appellationem sane post eam excōmunicatus denunciari poterit,ita Nauar.concl.11.& 20.sub tit. de sententia excommunicat.& in cap.cum cōtingat, rem.7.à num.8.de rescript.sed ab eo merito discedit Cenedus sub num.4.existimans, hodie etiam post appel.posse excommunicationem denunciari,vt iure Pont.statutum erat,d.§.verum, nec enim ex decisione, d.extrauagantis nouum granamen denunciatio excommunicato infert, cum ante denunciationem vitare ipse teneatur,etsi vitari non debeat,accedit d. extrauagantem, non fauore excommunicati latam, huic enim prospicere non intendi, sed communicantibus cum eo,quæ & alia in huius sententiæ relatam considerat Cenedus,subscribit Gutiertez,n.
8 36.Vvames.in d.§.verum,num.1.

Hæc in excommunicatione pura locum habent; si enim sub conditione lata fuerit(possunt autem aliquæ conditiones excommunicatis adiici, vt probat Couarr.sup.Suarez d.disput.5.sect.3.)appellatio ante conditionis implementum interposita suspensiuū operatur effectum, cap. præterea, de appell. quod si expleta cond.intericiatur non suspendum;ea enim conditionalis excommunicatio conditionis subsequuto implemento ad naturam puræ excommunicationis redigitur, Suarez, sup.sect.6.num. 6. Addo super eius eam sententiam, qua aliquem excommunicatum iudex declarat,interposita appellatione, suspendi,docent Couar.d.num.4. Cenedo, sup.n.2. sed de his satis.

Decimum sextum Præceptum.

Si siendo la causa de naturaleza, que en ella la apelacion suspenda, procedio el inferior, sin embargo, despues de la apelacion, ò en el tiempo que se pudo apelar, quien ha de reponer lo hecho, y porque remedio.

Nihil nouare appellatione pendente, §. 16.

SVMMARIA.

1 *Appellatione pendente innouatum remedio attentatorum reponendum est.*
2 *Attentatorum reuocatio, quo tempore peti debeat.*
3 *Attentata post partis petitionem, sine cunctatione rescindi debent.*
4 *Attentata post interlocutoriam quando rescindi debeant.*
5 *Attentata post appellationem extraiudicialem, an reuocanda.*
6 *Attentatorum reuocationem ab interlocutoria, & extraiudiciali appellationem an probabilis, an vera causa præcedere debeat.*
7 *Attentata reuocanda si iudex appellationi detulerit.*
8 *Attentata post inhibitionem semper reuocanda.*
9 *Attentatorum reuocatio, quo iure, & à quo iudice petenda, & num. 10.*
10 *Appellatione pendente quibus casibus sequestratio fieri possit remissiue.*
11 *Attentata etiam iudex à quo reuocare aliquando potest.*
12 *Attentata dicuntur non solum, quæ appellatione pendente sed & quæ intra tempora ad appellandum data innouantur.*
13 *Sententia excommunicationis intra tempora ad appellandum pronunciata remedio attentatorum non reuocatur etiam appellatione postea interposita.*

Hisce verbis inscribitur tit. 17.lib. 49. Dig. in cuius l.vnica Vlpianus ea omnia, quæ inferior iudex appellatione interposita nouauerit, reuocāda docet, neque immerito, suspensa namque iurisdictione appellare interiecta (quibus casibus suspendi iurisdictionem,patag,præcedente resoluimus) iudicis personam eiicit,& consequenter si quæ eo tempore attentauerit velut à non iudice facta rescindi oportet,idem variis in iure locis statuitur,l.1.cap.vt lite pendent.l.minime, l. ex illo de appellationibus, C.dilectis,cap.bonæ cum aliis, eodem tit.cap. non solum,eodem in 6.cap.venientes,de iureiurando,& ibi sæpe prosequitur præter ordinarios in dictis locis, hoc reg.21. Dueñas reg. 42. Rebuf. ad constit. reg.3.tom.tit.de appellationibus,art.16.gl.1.Lancel. de attent.1.part. per totum, Don. 28. com. cap. 9. Couar.pract.cap.32.& sequentibus Gail.practica,1. cap.146.& sequentibus nouem Gonzalez,in regula, 8.Chancell.gl.5.in annotationibus,à n. 176. Thusc. in pract.concl.lit.A.concl.375.376. 462. Petr.Greg. lib.50.syntagm.cap.12.n.45. & 46.& nouiss. in tit. de appellat.lib.7.per totum. Nos, quo perfectius tem hanc elucidemus breui eam extringentes, id 1.disputabimus, quo tempore peti,& fieri debeat hæc attentatorum reuocatio post modum quo iure sit expostulanda dispiciemus, tandem cui incumbat iudici inquirentes.

Et quod ad primum attinet,id certum est,quo etsi innouata hæc mero iure non subsistant, dict. cap. non solum Rota,decis.6.n.4.2.part.diuers. & decis. 406.nu.2.1.part.non tamen aliter eorum reuocatio præcipitur,quam si ab aliquo ex litigantibus exposcat Lancell.sup.3.p.cap.fin.ex num.100. Gonzalez, sup.gl.56.num.63.quibus etsi petendæ reuocationis terminum, vsque ad contestationem præfigant nonnulli, verius tamen censeo, quod communiter prosbant interpretes,in d.c.non solum vsque ad conclusionem, scilicet in causæ rescissionem innouatur petentem audiendum fore,ita decidit Rota,decis.57.&
3 185.in oeci.defendit Cou.d.cap.23.num.5.

Petita attentatorū reuocatio absque vlla delatione fieri præcipitur,in dict.cap.non solum,id enim iudicis incumbit officio, vt incunctanter attentata rescindat obseruans Afflict.decis.98.nu.3.& 5.Vvames in cap.ex parte,67.num.7.de appel.Per.Greg.d.lib.7. cap.4.numer.3. Nec moueor in contrarium aut tex.in l.cū ex causa, 11.de appell. quod enim post sententiam reuocari attentata,ibi I.C. ait,non eo pertinet, vt antea non potuerit,imò,& ad partitionem debuerit rescindi quomodo post glos.in d.c.non solū,verbo,ante omnia,& cum accepit,communis,vt constat ex Cunan.ibi,Baldus,in d.l.vn.num.4.Per.Greg.cap. 4.num.4.

4 Hæc i appellatione à diffinitiua sententia locum obtinent,cæterum si ab interlocutoria appellari contingat obseruanda erit decisio d.cap.non solū,vers. illa vero, vt non ante ea reuocatio fieri jubeatur, quā de principalis negotij justificatione constiterit, ita Cou.d.cap.24.nu.1 Lancel.2.par. limit.1.per tot. cap.12.Rota,decis.234.in nouiss.Cum enim tunc demum innouata rescindi debeant, cum interposita appellatio judicis à quo suspendit jurisdictionē, nec id in appellatione ab interlocutoria sententia prius accedat, quam si probabili ea subnixa causa, videatur, cap.vt debitus,cū similibus,de appellationibus ante expressæ causæ verificationē, ab inferiore judice gesta rescindete inciuile erit.Et licet ante decis.d.cap. vt debitus,expressio causæ ad appellationis valorem non spectaretur,cap.consuluit.el 2.de appell.semper tamen ad attentatorum reuocationem requisitum autumo,c.cum causam,c.dilecti,el.3. quæ jura,sic interpretari sumus sup.§§.11.num.2.Etli autem innouatorum rescissio in appel. hac sent. ante verificationem causæ non fiat,non tamen ex eo inferre licet,ea meo jure subsistere,cū verius sit ipso jure nulla esse,vt cum Lapo,alleg.1.n.12 affirmat Cou.d.c.24.n.2.conducit text.in c.sup.q.5 fin.de off.deleg. licet enim interim,dum de veritate causę agitur incertissimus,an talis fuinta sit,quæ innouatur rescisioni causam præbeat,per l.tamen futuri euentus conficiam attentata ipso jure non subsliterunt, nec male, in arg. adduci possunt,l.cum quidam,§.sunm hæredem,de arq.hæred. & quæ ad ejus interpretationem adnotarunt Duar.ad illum tit.cap.1.Gouea.1.var. Cuiac. ad Affri. tract.4. ad l.si filius his,de liber.& posth.

5 Interlocutoriæ sententiæ extraiudicialem æssimilamus,cum appelletur ab interposita non aliter valere constet,quam probabili, aut verosimili interiecta causa videtur,& consequenter,ad suspendendum jurisdictionem ejus probationem requirimus,ita communis,quam sequitur Per.Greg.d.lib.50.cap 2.nu.6. & in tract.de appell.lib.1.cap.11.n.4.& 8.& l.7.c.5
6 Dixi probabilem causam ad reuocationem†attentatorum in appellatione ab extraiudiciali sententia requiri,quia tamen hanc petit S.P.in cap.51.in quo diffinit ab interlocutoria sententia,quæ veræ causæ probationē exposcit,existimo cum Abb.& Dec.in dict. cap bonæ.P.Greg.d.num.8.quidquid in contrarium moliatur,Couarr.p.cap.24.nu. 5.Addo† superius interdū non probata veritate causæ,quæ pendente appellat.ab interlocutoria sent.innouatur rescindenda
7 esse, si vel appellatione judex detulit, eo enim facto

omnem à se jurisdictionem abdicauit,cap.cum Apostolos,de appellationibus,prosequitur Lancell.d.cap. 12.limit.num.66.vel per superiorem,†inhibitus fue- 8
rit,quæcumque enim post inhibitionē geruntur rescissioni sunt obnoxia,d.cap.non solum in fin.cap.Romana,§.si vero,& §§.sequentibus. de appellation.in 6.cap.si soli,de concell.præb.eod.li.Triden.sess.22.c. 7.ex quibus licet colligere,que sint necessaria,vt hūc effectum inhibitioni tribuantur,& ex Maran.de ord. jud.6.part.tit.de appell.num.96.Couarr.d.ca.24.n.3. & 4.Vvames, in c.significauit,n.vlt. de appell And Guill.prac.1.c.144.& 145.

Videmus,quo tempore peri,& juberi reuocatio at- 9
tentatorum debeat,nunc videndū,qua actione petenda,& à quo judice concedenda sit:& quidem duplici jure appellationis, scilicet,& remedio attentatorum judicis implorato officio rescissionem hāc peti posse in cōperto est,ita docet Petrus Gregorius,d. cap.2.num.46.conducunt text.in l.appellatione,l.minime,C.de appel.nec te torbet extraordinem,id remediū cum ordinario appellationis auxilio ex vulgatis regulis conuenire non posse.Id enim pinguius consulit,quā appellatio, cum ordo juris in eo seruetur, sed & aliis potitat principiegius, quæ constant ex trad.à glos.in Clem.2.de app.Vvames, in d.c. bonæ, Mandosius,de formarum commiss.forma.14.Lanc.de attent.in præfat.à num 74.

Sed & illud est certissimum.Indici ad quem hunc 10
reuocationem incumbere, d.cap.non solum ibi. Par appellationis judicem,cap.solitudinem 54.de appellationibus,l.ei cuius,§.liquid,de appellationibus recipiendis,quo fit,vt quibus casibus appell.pendente sequestratio fieri potest,quos congerit Guill.1.pract cap.147.& 148.per judicem ad quem præcipienda sit Maranta,d.tit.de appell. num.177.Non† tamen in- 11
ficior posse etiam judicem à quo innouata rescindere,cum id ad facilioré causæ exitum tendat,qua ratione turbatam pendente lite possessionē reformat in c.cum teneamus,17.de appellationibus, admittit communis,quam sequitur Couarr.d.c.25.n.1.Pro coronide,obseruo ea quę vel à judice, vel à par.(non sic 12
à §.)innouanti,reuocanda esse, si vel pēdente appellat,attententur,vel nondū elapso appellandi termino, perinde enim durante eo facta rescinduntur,ac quæ appellat.pendente geruntur,d.c.non solum,Couarr.d.c.25.d.n.2.Petrus Gregor.d.li.7.c.4.n.12.vnā sic excipias sententiam excommunicationis, quæ si pendente interponenda pronouocationis feratur,absq; metu reuocationis consistat,c.venerabilibus,& porro,de sententia excommunicationis,in 6.docet Co- 13
uarr.d.nu.2.& in cap.alma mater 1.part.§.2.num.5. versic.3.specie,9.reuocatio enim eorum,quæ nondū interposita appellat nouantur à futuro euentu pendet, cum sit incertum,an pars appellationis remedio sit vsura, at excōmunicat. in pendenti esse non potest,cap.pastoralis,§.verum,de appellat.

Decimum septimum Præceptum.

De que sentencias no es necessario apelar, y de las nulidades de ellas: y dentro de que dias se ha de dezir de nulidad: y ante que juzes.

Quando appellare,seù prouocare non est necesse, §. 17.

SVMMARIA

1 *Appellatio non est necessaria, vbi sententia nulla est.*
2 *Nullitas aduersus sententiam intra quod tempus opponi debeat.*

3 *Nullitatis exceptionis omissio, qua ratione sententiam nullam confirmet.*
4 *Nullitas ex defectu iurisdictionis lapsu, & ierum non confirmatur.*
5 *Nullitas apud quem iudicem proponenda & num. 7.*
6 *Nullitas quando principaliter, quando incidenter discutiatur.*

1 CVm appellatio eo tendat, vt lata sententia rescindatur, constat ibi perperam interponi, vbi dicta sententia mero iure non subsistit, quæ enim nulla est rescindi nequit ex reg.l.nã etsi.verbo post defectum, de iniusto rup.nulla vero sententia multiplici, ex c.redditur, varias enim nullitatis causas cõgeßere Matãta de ord.iud.4.p.dist.16.Præpositus, in c.dilecto, n.15.de appellationibus, relati ab Azcuedo in l.2.tit.17.li.4.Recop.fusissime Thuscus, in practicarum, concl.verbo, sententia, ex c.335.cũ multis sequentibus. Remoto†porro appellationis beneficio
2 nullitatis hoc casu remediũ superest, quod etsi antiquo iure perpetuum esset nulla, vel saltim, 30. annorum præscriptione submouendum, iuxta ea distinctionem, quam admittunt Maranta sup. 6.par.tit.de sententia, num.154.

Ad legem Toleti, ad secundũ punctum, t.p.n.10. iure tamen nostro Regio intra 60. dies adhuc sentẽtiæ cõpetit, quibus elapsis nullitatis abiciendæ ius
3 non est, d.l.2.tit.17.lib.4 Recopil. Non quia†confirmetur sententia, quę nulla fuit, sed quia tacita ex lapsu temporis litigantium inducitur renunciatio, qui ei sẽtentiæ acquieuisse creduntur, quam intra 60. dies non impugnarunt, & iuri nullitatis renuntiare, quod eo rẽpore exercere noluerunt ita Azcuedo sup.
4 à n.22. Inde†inferens nullitatem ex defectu iudicis prouenientem hotũ dierum, termino non circũscribi, cum ei litigantes renũciare nequeant non magis quam priuato iurisdictionem concedere, l.priuatorũ.C.de iurisd. admittunt Ioan. Gutierr.1.pract.qu. 96.vtera quem alias limitationes subiungit Azcuedo sup.

5 Quod si quæras apud quem iudicem de nullitate agendum sit, respondetur eum, qui sententiam dixit de nullitatis causa cognituru, nec .n. videtur officio suo functus, qui iudicauit nulliter, l.1.C.de sententiis & interlocutionibus, l.fin.C.de sententiis, quæ sine certa quantitate, post alios Vvam.in c.pastorali, nu. vlt.de apell.quod sic accipere oportet, si principaliter nullitas obiiciatur, si enim incidẽter, is de nullitate cognoscit, apud quem principalis negotii pendet examen admittit post alios Azcuedo, sup.à num.1.* Eius rei ratio est, quia causa, siue appellationis, siue supplicationis in se nullitatis causã habet implicitam, l.quædã.41.D.familiæ ercisc.l.Camelia pia, 24. D.de iure patro.l.si express.9.ff.de appel.c. exhibita, de iudiciis cap.cum olim, ca.significantibus, de officio delegati, Francus in ca.dilect.eod. t. vbi Belam. concl.18. Bancius de nullitatibus, tit.quod & quibus modis nullitas eccl.col.227.n.116. Ergo pendente iã appellationis causa coram iudice ad quem non poterit iudex à quo de causa nullitatis cognoscere citra vitium at entatorum, quia illius cognitio ad iudicẽ, ad quem tantummodo eo casu spectat. Petr. Greg. de appellat.c.16.n.4.fub lib.2. Sigism. Scacia, de app.q. 17.n.11.& 9.& q.19.remedio.1.concl.6.n.26. Quæ sententia iure Hispano probata est, l.4.tit.17.lib.4. Recop. versic. *Y otrosi*, vbi in causis secũdæ supplicationis, iuxta legem Segoniensem dispositum est quod si eis pendẽtibus ab aliquo ex litigatoribus, de nullitate sententiæ reuisionis dicatur, super ea processus non instruatur, sed eius examen, & discussio ad diffinitiã causę principalis referũtur, alias enim nullus esset litium finis, vt bene eodem loco vidit Azcued.nu.12. Quando†autem principaliter, aut incidẽter de nullitate agi videatur, disputat Vvames, tractat.de nullit. cap.quot & quibus modis nullitas proponi possit, & alios huius distinct. effectus prosequuntur Couarr.pract.cap.24.nu.7. vbi eam nullitatem principaliter proponi ait, dico sententiam nullam, & si qua est appellatio, de quo appellationis modo videndus etiam Paz in praxi. 1.tom. 6. par. in procem.num.50.

6

Illud non omittam posse superiorem iudicẽ, de 7
nullitate aditum postquam de ea sententia dixit, de principalis causæ meritis cognoscere, vel cõfirmando, vel reformando latam sententiam Puteus, decis. 72.n.3.& decis.82. Gonzalez, in reg.8.Cancell.gl.9. in annot.num.174. Azcu. sup.

Decimum octauum Præceptum.

Si sin embargo de auerse apelado en vn articulo, podra el juez inferior proceder en la causa principal, ò en otros articulos de ella.

Appellatione in vno articulo interposita, an in principali negotio, & aliis eius articulis inferior iudex possit procedere. §. 18.

SVMMARIA.

1 *Appellatione in vno artic. interposita in principali negotio, aliisve articulis, inferiori iurisdictio non suspenditur. Quod tamen sequenti numero limitatur.*

1 NOn, vt interiecta à diffinitiua sententia appellatio in vniuersum inferioris iudicis iurisdictionẽ suspendit, ita & quæ à quouis grauamine interponitur, placet enim interposita in vno art. appellatione in incidenter aliis, & principalis causæ cognitione inferiorem iudicem supersedere non debere, cap.sup eo.10.per argumentũ à contrario sensu, de appellationibus, conducit text. in cap.ad hæc, & 1. eodem, probat cõmunis, vt constat ex Alex.cons.89. lib.1.Rota, decis.31.alias.19. in nouis, Per. Greg. syntag.cap.2.num.47. Lancellotus de attentatis.2-part. cap.12.limitat.7.per totam, Boer.decis.73.Thuscus, verbo, appellatio, conclus.576.numer. 8. & 9. suspensa enim in vno artic. propter appellationem, iurisdictione, & in reliquis, & in principali causa, iurisdictio manet, arg.l. quæ tamen, de receptis arb. tameth Cuiac.& Vvames, in d.cap.super eo contrarium probent.

Verum hæc non indistincte vera; quandoque enim 2
iudex interiecta in vno art. appellatione, in aliis, & in principali negotio procedere prohibetur puta si principalis causa ante eius articuli decisionẽ terminari non possit vel reliqui art. in quo lata ponitur sẽtentia connexi sint, quoad forum enim cognitionẽ suspensa etiam est app. interposita iurisdictio, quando vero connexi, aut separati articuli dicendi sint, etsi post alios iudicis abitrio tribuendum credat Menochius de arbit. casu.95. Ego tamen summe probo Decij consil.33.numer.4. lib.1. & Lancel. suprà indicum, qui eam annexam hac in parte causam docent in qua lata sententia in aliis articulis rei iudicatæ exceptionem pareret. Sed & vbi separati articuli sunt, pendente in vno appellatione in aliis supersedendum, plerique crediderunt, si vel superiori, inferiori iudici quoad vniuersæ causæ cognitionem inhibuisset, vel is appellationi detulisset, eo enim facto,

facto, omnem sibi videtur iurisdictionem eandem esse, ita Alexand. sup. Decian. in dict. capit. ad hæc Bart. & Imol. in dict. capit. super. eod. quorum tamen sententia in vtraque parte mihi periculosa videtur. Et primo probare non possum, inhibitionem eo casu prosecutionem in articulis impeditoram, cum inhibitio non aliter permittatur, quam si integrum negotium deuolutum constet, cap. non solum, §.2. de appellationibus, in 6. obseruat. post alios Lancellotus, d. limit. 2. num. 35. qui nec magis probat iudicẽ deferentem appellationi in vno art. siue in aliis iurisdictionem abdicasse, cum eo tantummodo appellationem admittere credendus sit, quo ea est interposita, cum ergo in vno tantum art. interiecta sit, non est in aliis admissa præsumenda.

Decimum nonum Præceptum.

En la segunda instancia de que cosas se puede conocer; si de los articulos que se trataron en la primera, ò otros nuevamente alegados, ò intentados prouar.

Qui articuli in causa appellationis examinari possint, §.19.

SVMMARIA.

1 *Appellatio à diffinitiua totam causam ad superiorem deuoluit, secus si ab interlocutoria.*
2 *Appellatione interposita coram superiore non allegata allegari, & non probata probari possunt.*
3 *Articuli noui quando coram iudice appellationis possint discuti, vel ad inferiorem remitti.*
4 *Exceptiones quales in appellationis instantia discuti possint.*
5 *Appellatione pendente super articulis directo prioribus contrariis, admitti probationes, an possint.*

1 PRincipalis negotii cognitione ad appellationis iudicem transmissa eius officio incumbit, de causæ meritis, & appellationis iustitia cognoscere, quod vt certius peragat actoris intentionem, & rei exceptiones ad amussim examinabit non eas tamen quibus in prima instantia vti fuerint, sed & quas denuo in sui tutelam allegabunt, si modo à diffinitiua sententia appellatum fuerit, hæc enim appellatio nouis potest allegationibus iustificari, non itẽ si ab interlocut. tia appellari contingat, ab enim interposita appellatione, vereribus, nisi eque nominatim expressis causiis uti debet, cuius differentiæ rationem post Bart. tradit Maranta, de ordine iud. 6. parl. tit. de appellat. à nu. 159. obseruat Reb. in l. quod iussit, de re iud. 2. not. num. 154. & nos aliqua diximus sup. §. 11.
2 n.4. Ergo in causa appellationis † à diffinitiua sententia interiectæ non allegata allegari, & non probata probari possunt, lege per hanc, C. de temp. cap. cum Ioann. de fi. instiun. capitul. fraternitatis. 17. de test. quod tamẽ sic in dictis iutibus limitatur, vt tunc demum noui admittantor articuli, si à veteribus dependeant, & motam actionem respiciant, vt in exẽplo text. in d. cap. cum Ioan. & aliis, & quæ exhibent Bald. in d.l. per hanc, col. 4. & in d. cap. fraternitatis à
3 n.6. Felinus, in d. cap. cum Ioan. n.17. Sin†autem ita per se articuli subsistant, vt nouam videantur causã continere repellendi erunt. Quo fit, vt si vel res diuersa petatur, vel noua intendatur actio, denuo lis agenda sit, nec in causa appellationis eius examini sit locus, vt recte post Azcued. in d.l. Per hanc, adnotarunt Bart. & Paul. ibi Maranta, sup. num. 193. oportet enim, vt eius naturæ sint in prima instantia omissi articuli, in quibus sententia lata principali causæ præiudium faceret, ita omnes sup. Franc. in c. fin. num. 14. de test. Gaill. 1. Pra. 128. ali. qui, si omnino noui sint art. admitendi non erunt quantumuis eorum probationem pars offerat: nec enim probatio sup. eis admitenda, vt innumeris relatis probat Far. de testibus, tit. de opposi. contra examẽ testium q. 75. nu. 317.

Quod autem diximus nouas exceptiones in causa 4
appellationis proponi posse in dilato iis exceptionibus non obtinet, leg ita demum C. de procur. harum 5
enim obiectioni terminus vsque ad contestationem iure præfixus est paucis exceptis casibus, qui referuntur in cap. pastoralis, de except. sed au peremptorias dumtaxat, & perpetuas exceptiones pertinet, quæ in prima instancia cõmissæ in causa appellationis opponi poterunt, modo non constet opponentis dolo omissas, prosequuntur Felin. in d. cap. cum Ioannes, à n.16. Vtrum autẽ omissa in prima inst. re- 6
stium repulsæ possint in causa appel ationis obiici, post Afflict. dec. 116. plene examinat Couarru. pract. c 18.n.15. Azcu in l.4.tit.9.n.17.lib.4.Recop.

Vt noui articuli ab antiquis non dependentes in 7
causa appellationis probari nequeant, sic nec super iisdem, aut directo contrariis probationes ex testium depositione admitti possunt, nec leuis subordinationis oboriretur suspicio si publicatione testium facta, testificatis didicitis iterum testes recipe rentur, dict. 8
cap. fraternitatis Clẽ. 2. de testibus authentica atqui semel C. de probat. & licet contrari non pancis ex Iuris Cæsare professoribus placuerit, id tamẽ communẽ Pontificiorum est placitum, iure Regio comprobatum, in dict. l.4.tit.9.li.4.Recop. vbi azened. Matienzo pluribus modis limitans in dialogo relationum. 3. part. cap. 46. cum multis sequentibus, Couar. sup. num. 6. prolixe Farin. sup. à num. 302. Suarez, allegatione 5. per totam, in praxi. 2. tomo. 1. par. 6. temp. num. 118. eo latius 6. cap. 1. n. 16. Gutierrez, 1. practicarum, cap. 71. Ioann. Garcia, de nobilitate, glo. 46. Thuscus, in practicis conclusionibus, lit. A. concl. 527.

Vigesimum Præceptum.

La cantidad de la causa sobre que se ha litigado apelado, y conforma à ella donde se ha de proseguir en grado de apelacion.

Quis in exiguæ quantitatis causis iudex sit appellationis §.20.

SVMMARIA.

1 *Appellatio etiam in exiguit, & lenibus causis admittenda est.*
2 *Appellatio in exiguis causis ad supremos iudices non deferatur.*
3 *Appellatio in causa, quæ non excedit summam viginti millia numerorum aureorum ad ciuitatis decuriones pertinet, & quomodo discutienda.*
4 *Appellationis causa intra quem terminum apud decurionem expedienda*
5 *Appellatio à sententiis, de los Alcaldes de los adelantamientos quando non admittatur.*

CVm potissimus, qui in appellatione finis attenditur, is sit, vt inferioris iudicis iniuriam superior corrigat vbicumque grauamen subesset ibi locũ appellationi futurum constat, cum qua non minus in lenibus causis, ac in grauibus controuersiis grauamen inferri solear, & possit, vbique pariter appellandi potestatem ius facit, l. & in minoribus, C.

de appellat. cap. de appellat. eodem verbo. nullum inter minores, & minimas causas inre ciuili discrimen agnitum contra Francum contendit Vvames, sub
2 nu.1. Sed tamen † maioribus causis tributum video, vt in eis, & Princeps & S.P. pronocari possint : in minimis nō item, nec leuissimarum rerum cognitione distanti à grauiorum negotiorum cura euocentur, l.2. de oper. publicis, in C. Theodos. er. inde Marcal. lib.2. ait, *infra Imperiale culmen* esse minutas causarum motus. Eo quod respicere videtur l.C. in l. siquis. 10. §.1. de appell. docens ad Principem deferri posse appellationem eius causæ coacervatis diuersis eius speciebus eam summam, quæ ad Principis notionem facit, ita enim legendum, & Florentinorum, & vulgarorum Pandectarum, poscit authoritas, nec animadvertendum Hotomano. q.4. obser. cap 16. loco illorum verborum, notionem Principis legendum monet notionem Prætoris. Hoc amplius, & nec in minimis causis supremi iudicij pronocādi sunt, sed inferiores alij iuxta ordinem à Inst. præscriptum, in authentico, de appellat. §. illud etiam, obseruat Donell. 28. comment. cap. 7.

3 Ad cuius imitationem regio nostro iure in exiguis ciuilibus causis Decuriones ciuitatū appellantur, sic autem modicitatem causæ hac in parte metimur, vt quæ ad viginti vsq; millia numerorum æreorum pro tenditur eos Decuriones appellationis iudicis experiatur, ad quos intra quinque dies à die notitiæ numerandos, appellatio interponenda, l.7. tit. 18. lib.4. Recop. & apud duos ex eorum ordine ab eis deputatos, iuxta praxim ab Azeuedo ibi, n.57. tradita, intra
4 † 30. dies à die interpositæ appellationis, vt docet Gutierr. 1. lib. pract. c. 108. & sequenti examinanda, & finienda postmodum, quia intra decēdum decidenda, & terminanda, quo elapso ita necutionum extinguitur iurisdictio, vt nedum iurato partium cōsensu prorogari queat, vbi n. terminus iurisdictionis præfigitur, eo finito, ita admittitur iurisdictio, vt litigatiū iurata conuentio prorogationem eius adducere, not. Azeuedo. sup. n. 75. & in Curia Pin. l.4. c.6. n.75. post longam disputationē Gutierrez, de iuram. confir. 3. p. 15. à n. 10. vbi n. 20. fingit, nec eadem cōuentione iuramento quantumuis conformata Decuriones posse in maioris quantitatis causa sententiā ferre, reliqua, quæ ad explicationem d. l. recop. pertinent, copiose prosequuntur Azeuedo ibi, & d.l.16 per totum, Gutierrez, d.c. 5. à n. 10. vsque ad finem, & 1. practicarum, cap. 107. & sequenti.

5 Sed & illud Regio cantum, vt quæ causæ summam 6. millium nummorum æreorum nō egrediuntur, apud eos iudices, qui apud nos Alcade, mayores de los Adelantamientos nominantur, si in eorum territorio litem moueri contingat in causa appellationis deferantur à quibus latæ sententiæ absque vllo appellationis obstaculo inbentur exequi fideiuss. tamen prius præstita, de re restituenda, si quando per supremos Regiæ Chancellariæ iudices, ad quos causa deuoluitur sententia reuocatur, statutum id in l.76. tit. 4. lib. 5. Recop. Hoc amplius, & suspensiuus effectus appellationi adempt us, in his causis, quæ mille dipendiorum quantitatem non excedunt in speciali casu. l.9. tit. 18. lib. 4. Recop.

vigesimum primum Præceptum.

Dentro de que tiempo se ha de proseguir? y fenecer la causa en grado de apelacion: y del primero, y segundo fatal.

Quo tempore prosequenda, & terminanda sit appellationis causa. §.21.

SVMMARIA

1 *Appellatio, quo tempore prosequenda, & terminanda.*
2 *Appellatio à nominatione ad munera intra duos menses prosequenda.*
3 *Appellationem interdum temporis reparatio sequitur & quomodo concedi potest.*
4 *Appellatio iuris Hispanointra quod tempus prosequēda, & numeris sequentibus.*
6 *Fatalia tempora quæ sint, & quare sic dicta.*
7 *Fatalia tempora ex quo numeranda.*
8 *Appellationis tempora, si labantur eam disertam prouocatus petere potest, & numero 14.*
9 *Appellationis prosequenda tempora, an prorogari possint, & num. 12.*
10 *Appellationis prosequenda prerogatiua, quæ iuste sint causæ.*
11 *Fatalibus elapsis sententia mandatur executioni.*

MVltiplex appellationibus præstitutū iure tempus constat, primum interponendis eis, alterum poscendis apostolis præfixū de quibus copiose sup. §. 10. egimus, tertiū indncendis appellationibus datum, quod varie pro iudicum, & locorum distin. lege definitum, vt constat ex l.2.l. cum anterioribus, C. de temp. appell. & † aliquando, dierum, memsium assignamus terminos, vbi scilicet à nominatione ad munera appellabitur, leg. 1. eod. tit. quod qualiter accipiendum sit, & in paratit. & in post, ad eum tit. Cuiac. obseruat. Sin † autē non introductis appellationibus lege constituta tempora laberentur, reparatio temporis peti poterat, eaque lapsa, altera rescripto Principis intra quadrimestre concederur omni alia post tertium lapsum reparatione deneganda, quod bene probat Cuiac. 12. obser. cap. 4. lib. 16. cap. 7. Postmodum, ex d.l. vbi fatalis, seu temporalis dies quibus dumtaxat appellatio poterat inter hos enim nihil interesse contra Donel. 28. commen. c. 7. probat Cuiac. d. cap. 4. elapsi essent mero iure vnius mensis reparatio tribuebatur, & post secundum hunc lapsū tertia reparatio motum, quarta concederur, quatum vnaquaque 30. diebus constabat, quinta tamen non aliter permittebatur, quam si intra trimestre à Principe impetraretur, ita vt proximus post quācumque reparationem dies fatalis esset, cuius loco Inst. cum facile fatalem vnum diem obseruari cernert, decem fatales constituit ex subsequenter 5. totidēque antecedentibus diebus, d.l. cum antec. §. & cum antea prosequuntur Cuiac. sup. & de præscript. cap. 7. & 16. Gothof. in notis ad d.l. 2. pon. sup. iure vero nostro † indicendis, & præsentandis appellationibus certa sunt constituta tempora, in l. 2. tit. 18. l. 4. Recop. vbi Azenedo prosequuntur, & Guriet. 1. pract. ca. 103. & 104. nos aliqua diximus §. 3. nu. 3.

Quartum tamē prosequendis, & finiendis appellationibus tempus præfigitur in d.l. fi. §. illud authen. ei qui, C. de temp. sumi scilicet iusta suggerente causa ad biennium extēdendum, quod & Pontifices admiserunt, in cap. cum sit Romana, cap. ex ratione, cap. constitutus, de appellationibus, Clem. sicut, eodem

dem & apud nos decisum idem in l. 11 tit. 18. l. 4. Recop. quibus in locis ordinarii disputant Cuiac. in nou. 49. 93. & 126. Menoc. le arb. casu 446. Minsing. centur. 1. observ. 31. dec. Pedemontana 28. Gaill. 1. practic. c. 141. Guido, de appellat. à num. 60. Per. Greg libr. 50. †syntagm. cap. 2 num. 51. † & in tract. de appellation. lib. 6. cap. 10. & lib. 8. cap. 1. num. 7. eaque anni, & biennii tempora fatalia nominantur, quia eorum lapsus fatum hoc est, mortem appellationibus ingerunt, Vvamesius in d.c. cum sit Rom. n. 2. Don. sup. Cuiac. dict. cap. 16. & lib. 16. obser. cap. 9. Petr. Greg. d. nu. 7. vbi dies hos Grecis mortiferos dici docet, vt sic mori dicatur lis quemadmodum, & viuere, in l. 3. Clem. tempus, iuxta vulgatam eius lectionem; quam defendit Cuiac. 18. obsern. cap. 32.

7 Fatalia vero. Hæc in iudicialis & in extraiudiciali apellatione à qua interponitur numeranda non à die sententiæ probat text. in d. Clem. sicut, admittunt Speculi. tit. de appellat. §. qualiter, Guido sup. num. 61. neque enim memorari, id tempus ante interiectam appellationem potest, cum ad prosequendam eam detur, vt sic cessent variæ hac de re opiniones, quas recensēt Accurs. in d. §. illud, hanc enim admisit d. Clem. & d.l. 11. Recop. quæ, & in termino iuris, & in eo qui eius loco à iudice substituitur procedit pariter, in appell. tamen à futuro grauamine non item in hac enim non dies interpositæ appellationis, sed dies grauaminis attendi debet, d. Clem. sicut, Tiraq. in tract. cessante causa. 1. part. n. 82. Vvames, sup. n. 8. Azeu. in d. lege Recop. num. 1.

8 Dixi intra constituta tempora finiendam appellationis causam, quia appellans summa debet, vt causæ intra anni curricula finem imponat sciturus eo transacto desertam ei appellationem, si per eum steterit quominus eo tempore causa peroretur, desidia quippe eius hoc modo plectitur, si non instanter iudicem interpellauerit, Salic. in d. §. illud. Alex. consil. 64. n. 7. libr. 6. alioqui si dilationi index causam dederit, eiusve cop. à habere non possit, aut inexitabilis alia ratio moræ causam præbeat. Puta † compromissum pendens, d. nu. 93. Clem. quandiu, de appellationibus, vel expressa litigantium prorogatio à iudice admissa, inxta notata, in dict. Clem, & à Pet. Greg. d. cap. 1. n. 9. Gaill. sup. nu. 2. & 3. Cuiac. d. nou. 49. & 93. indulgendum biennium erit, si modo causa ea ab appellatione allegetur, & probetur, vt docent Abb. & Decius, col. 1. Beroius num. 10 in dict. cap. cum sit Romana, & quidem ipso iure conceditur, nulla enim ad restitutionē opus arbitror, ex d. cap. exin. ibi, lis intacta permaneat, d. §. illud, obseruant omnes, in d. cap. cum sit, decis. Pedemon. 29. & num. 11. & 12. tametsi aliter distinguat glos. in d. cap. ex ratione, verbo, in potentiam quem sequitur Pet. Greg. sup. numer. 11. Sed † impedimentum in persona appellantis contingens locum biennii facit, puta si mendicus, & pauper sit, Petr. Greg. d. cap. 2. n. 14. Gail. 1. pract. cap. 142. vbi quis dicatur pauper disputat. & Menoc. de arb. casu 65. Coparruu. 2. variar. cap. 6. num. 8. Morla, in emp. tit. 12. q. vlt. quæ autem sint hac in parte leg. impedimenta latius prosequuntur Azen. sup. n. 25. Illud omittendum non est, eorum probationem aliis adstantibus iudiciis ex appellantis iuramento sumi posse, teste Spec. sup. Guido nu. 61. Rota decis. 25. sub tit. de appellationibus inno. eoque modo euidentissimus probatus, quos requirit Imp. in d. §. illud factum, satis credimus si modo impedimentū probare volens adiciat, summoto eo causam se prosequuturum, obseruat Gail. 1. pract. cap. 143. num. 2. Idque impedimentum, neque ab appellatione affectum, nec ab eo remouere potuisse, alioquin inexorabile, aut inexitabile non esset, quod exposcunt text. in dicto cap. cum sit, vbi Dec. not. & in dicto §. illud, & in authentico his, qui ingrediuntur. §. f.

Antonij Pichardi Præsl. Institut.

Elapso ergo primo fatali, si nulla probetur causa, 15
sententia executiua mandanda erit, vt plene probat Fach. 1. controu. c. 79. sin autem impedimentum insistat alter annus indulgebatur, etsi primo anno impedimentum contingens, vel minimam moram iniecerit, vt contra Franc. in d.c. cum sit, Ang. con. 310. defendit cum Casio. l. decis. 6. de appell. Vvames, sup. n. 9. quod si adhuc ex eisdem impedimentis biennio appellans excludatur, iterum reparabitur ei lapsus in integrum restitutio petita, not. communis, in d. authent. ei qui Abb. in d.c. ex ratione, n. 3. & 9. Dec. n. 12. Præp. 33 non quidem, ita vt transacto biennio alter ei concedatur annus, sed vt rescisius tempus præfiniatur, quo iniecta biennio mora reparari possit, ita Abb. sup. n. 9. Afflict. decis. 175. Beninc. de priu. paupertatis prin. 3. n. 18. Azeu. in d.l. Recop. n. 12. Vvames, sup. n. 10. qui late disputat, quid hac in parte statuendum vbi procuratoris defidia appellationis causa intra biennij metas finem non accipit.

Superiora prosequendæ, & finiendæ appellationis 12
tempora, etsi à iudice Protogari nequeant, ne in infinitum protrahantur lites pos. tamen quo citius terminentur coarctari cap. personas 4. cap. reprehensibilis, 26. cap. oblatæ 57. de appellationibus vbi omnes disputant, Menochius de arbitr. cas. 2 num. 9. Pet. Greg. de appellat. cap 8. nu. 11. Paz in praxi 1. tom. 6. par. cap. 1. num. 1. & 2. Greg in l. 2. tit. 6 glos. 4. & in l. 13. tit. 7. glos. 7. p. 6. relati ab. Azeu. collectan. 17. 2. quod facit l. 2. tit 18. lib. 4. Recopil. & conducunt quæ nos diximus sup. §. 2. nu. 3. Nec nouum est vt tempus lege indultum limitare iudices iusta subsistere causa possint, maxime vbi id eis iure permittitur, cap. pastoralis, vbi obseruāt omnes, de excep. & quia superius obseruare videtur, l. 4. §. cōdemnatus, de re iudicata, pro eius explicat. consulendi erunt Doar. ibi, & Don. ibi, & in l. 2. eo sub lib. 24. commun. Anton. Fab. conject. 12. cap. 7. licebit ergo iudicia, quo appellatum est rescisius tempus appellationibus præfigere siue appellationi denolerit, sine eam non admiserit vt per textum, in cap. 1. verbo, cum appellatio, & seq. de appellationibus, in 6. docent Ioan. And. Don. & Perutin e. cum appel. 10. eod. lib. & in d.c. personas, Paz sup. Speculi. d. §. qualiter, tametsi contrarium probent Dec. n. 10. Beroius. 17. in d. cap. cum sit Romana.

Addo superius tractatum hunc à iudice præfinitum 13
non finiendæ appelationi præfigi, ne inferior superiori iudici legem dicere videatur, sed inducendæ, & inchoandæ quæst. vbi eo tempore factum sit ei, non feciste satis appellans censebatur, quo pacto communis accepit text. in d. ca. ex infinuatione recepta praxi, vt constat ex Rota decis. 27. de appel. inno. Casiad. decis. 4. eod. tit. Dec. in d. cap. personas, numer. 8. & 11. Beroio. 12. Petr. Gregor. d. libro 6. cap. 8. nu. 11. Thuscio, in practic. concl. lit. A. conclus. 382. ex num. 21. & concl. 384.

Illud ad huius §. calcem obseruandum, quod siue 14
interiecta præstituto tempore appellatio non sit, siue interpositam appellans intra terminum à lege, vel à iudice præfinitum prosecutus non fuerit, appellatio deserta censenda erit, d. cap. personas, d.c. cum sit Romana, & sup. allegatis, quibus in locis plene ordinarii, & vltra eos consulendus, Guido, consil. 77. Azeu. in d.l.2. recop. à numer. 32. Maranta, plura in desertionis materia tradens, de ord. iud. 6. part. tit. de appell. à numer. 48. Paz, d. cap. 1. numer. 7. qui, & in 1. tom. 12. tempore, quæ requirantur, vt appellatio dicatur deserta, & sententia interim iudicata transeat, exponit latè Pet. Greg. d. lib. 8. cap. 2 & 3. plures casus referens quibus appellatio pro deserta habeatur, & Thuscus. lit. D. concl. 222. cum sequent. Effectus huius desertionis erit, vt nec à principio interposita videatur appellatio, Gomez, in regula de triennali, qu. 54. Did. in l. 2. tit. 16. lib. 3. ordin. & consequenter.

1.sententia subsistet, Azeue.sup.n.36.& 37. etsi quæ ferantur à iudice ad quem mero iure, glos. in Clem. si appellationem, per text. ibi, de appellat. Rebuf. ad constit.Reg.12. tom.3. tract.de appell.art.5.num.12. omnis quippè appellatione deferta ad iudicem à quo iurisd. re tit, quæ dumtaxat penes prouocatum iudicem manebit, quoad eum effectum, vt defectione non obiecta primam sententiam confirmet, quo restitutionis aduersus lapsum beneficium, quo se tueri poterat appellans excludat. & vt super allegata defectione sententiam dicat, quod plene examinat Gail.1. pract.cap.132.vbi disputat, an ab eo iudice expensarum condemnatio fieri possit, quin& quandoque index, à quo super defectione appellationis sententiam ferret, si non dicad superiorem iudicem inducta proponatur appellatio, vt distinguit Azeuedo sup. n. 40.qui num.sequenti disputat,an defectionis sententia interlocutoriæ,vel diffinitiuæ vicem habeat,quod tamen plenius examinat Gaill. quærens: An ab ea sententia appellari possit. sup.cap.138. An autem defectio præsumenda sit, & verum in criminalibus causis ei sit locus, & diximus sup.§.9.num.2.

Vigesimum secundum Præceptum.

Despues de tres sentencias conformes, si ha lugar segunda suplicacion, y de la de las mil y quingentas doblas, quando se ha de interponer, y seguir.

De secunda supplicatione Segouiensi lege permissa.§.22.

SVMMARIA.

1 *Appellare tertio in eadem causa prohibetur.*
2 *Supplicatio secunda à iudicibus superioribus inhibita est excepto casu legis prima, tit.20.lib.4. Recopil.*
3 *Supplicatio secunda, vt à procuratore interponi possit speciale requiritur mandatum.*
4 *Supplicatio secunda à quibus iudicibus interponi possit.*
5 *Supplicatio secunda in quibus casibus admittatur.*
6 *Supplicatio secunda intra quod tempus interponenda sit.*
7 *Supplicatio secunda, nisi iuste interponatur, quam pœnam interponens soluet.*
8 *Supplicatio secunda non impedit executionem sententiæ reuisionis.*

1 VT ab inferiorum iudicum sententiis tertia prohibetur interiici appellatio,quod sup§.15. examinabimus,ita † & à superioribus iudicibus,secundo
2 supplicare fas non est, à sententia enim reuisionis, quæ illam supplicationem sequitur altera interponi nequit supplicatio,Guido, quæst.186.nu.2.& quæst. 245. Auendaño, de secunda supplicatione, nu.1. & 2. Gaill.1.pract.cap.155.n.3.facit,l.5.tit.17.l.2.& 19. lib.4.Recop. V no sanè casu secunda supplicatio ad Regem interponi potest, vt decis.1. Segouiensis,quæ extet in fi.& per tot.tit.20 lib.4. Recopil.vbi Azeu. prosequitur, & late Auendaño sup.à nu.1.fusissime Paz, in praxi.1. tom.7.part.cap.vn.per totum, apud quos, quia plenissime hic articulus discutitur summa dumtaxat rerum capita attingimus.

Et vt appellatio omnis appellante constare debet
3 appellationis iudice, & eo, à quo appellatio interiicitur, sic hanc secundam supplicationem interponit grauatus, d.l.1 vel procurator eius speciale ad id mandatum habens (omne enim aliud repellitur, vt late obseruat Paz sup.à num.3.(ad Regem ipsum, qui ad eius causæ decisionem quinque ex supremo cons. indices eligit, ita tamen vt decedente eorum aliquo superstites eam possint terminare, l.12.d.tit.20.Iudices † vero à quibus secundo supplicare licet supremi esse
4 debent: hi nempè, qui in consiliis in Regia curia existentibus, Regiisve Chancellariis, ius dicunt, dd.ll. notat Auendaño sup.à n.10. apud quos in causa summat exordium, ibique contestetur, secundæ supplicationi locus non erit, prosequitur Paz sup.à nu.22. Hoc † amplius,nec in omnibus causis secundo licebit supplicare, nec ab omnibus sententiis; causæ
5 enim, & cimles esse debent,l.11.d.tit.20.Auendaño, nu.16.& eius quantitatis,quam requirit,l.6. eiusdem tit.antiquata ex taxatione, quam induxerat l. 7. eodem tit.obseruat Paz à nu.63. & 86.Azeued.ibi sed & ab interlocutoriis quibuscunque sententiis denegatur, leg.6.eodem, Auend.num.18.Monterroso, in praxi,tract.5.2. cap.num.13. Et ne passim †litigantes
6 secun æ supplicationis beneficio abutantur, non eis impune erit,si temere eam interieceriut: intra viginti enim dies, quos à die intimatæ sententiæ reuisionis ad interponendam secundam supplicationem habiens, ex d.l.1.latisdare de soluendis mille quingentis doblis debent, si remissionis sententiam confirmari contingat, eoque tempore publicum satisdationis instrumentum Regis auditoribus porrigere, adeo,vt nec fisci procurator eo oncre eximatur, l.10. d.tit.20. lib 4 Recop.

Adde superius secundam hanc supplicationem 8.
8 non impedire executionem sententiæ reuisionis, quæ primæ conformis fuerit, leg. fi.eiudem tit. correcta dec.fleg.1.eodem,obseruat Padilla in l. fi causa,n 8. C.de transact.*Vt late scribunt Didacus Perez, in l. 8.tit.4.lib.2.ordinam.glos.1.verb.*Suplicar de ella*, pag. 233.& glos.7.verbo, vninte dias*, pag.238 Rebuf.tit.d. supplicatione,in præfatione, q.10 nu.80. & antea, qu.9.num.72.in fine, Paz, inpraxi,tom.1 part.7.cap. vnico, num.125.Pet.Greg.tract.de appellat.lib.I.cap. 6.nu.11.Sigismundus Scacia, eod.tract.quæst.19.remed.13.n.25.& 34.Arismin. Tep.lib.1.var.tit.de remissione, supplicatione, euocatione, & recurs.u, col.2. ver. *Quando supplicatio concedatur*, quia quando lex excludit omnes exceptiones, reus, qui principaliter litigat in causa excluditur ab excipiendo, licet reus, qui sua interesse putauerit illa possit allegare, Francus, in c.pastoralis,num.15.de appellation.Milanens decis.7.num.5. lib.2.Franciscus Marcus, decis.277. lib.1. vnde cum verba, d.l.2.d.tit.20. li.4. verba habeat decreti irritantis, omnem negat potentiam reo excipiendi.glos.in Clem.1.verb.nullatenus.de sequestrat.possessionis, Felin. in cap. cum dilecta, versic. septimum signum,de reseriptis,Mandosius,ad Rom. consil.402.in verb. & non aliter Gracian.discept.Forens.cap.208.nu.22.Pereira, de extinctione emphyt. tom.4.cap.5.nu.36. Farin.decis.247.tom. 1.Mandos. in reg.7. Chancell.quæst.4.num.2. Gonzalez,in reg. 8.glos.67.num.65. Et ex eidem actis, eam expediendam nullis nouis admissis exceptionibus, leg.2.d.tit. 20.nisi que denuo emergant, vt explicant Matien.in dial.relat.3.part.cap.48. nu.5.& tandem latam in secunda supplicat,sententiam omnino executioni mandandam,nec vllius appellationis, supplicationis, aut nullitatis pretextu rescindendam,siue confirmatoria, aut reuocatoria sit sententiæ recusionis, siue ei aliquid addat, aut detrahat, l.3.d.tit.20.Reliqua quæ ad huius articuli explicationem attinent plene examinant Azeued. Paz, & Auend. sup. nos properemus illud tantummodo addideris in integrum quoque restitutionis beneficium, d.l Regia exclusum, idi *Per uia de restitucion*, quæ nunquam aliis censetur exclusa, nisi de illa specialis mentio fiat, Accurs. in leg. postquam liti.C.de pactis,vbi Decius,numer.10. Alciat. num.17.Gozadinus, num.16. Carolus de Grassis, de

exception.

exception.exceptione 34.num.2.Ergo cum quo casu restitutio denegatur omnis præcludatur quæcumque alia via,l.Imperatorer.35.D.de re iudicat vbi Accurs. & in leg.sub specie, C.eodem,Sforcia,de restitution. 2.part.q.73. Ondedeus, consil.61.nu.13.vol.1.Surdus consil.208.vol.3.Ioanne Garcia, de nobilitata glos.6. §.2.num.3.Consequens est errore lapsum,Ioan.Matienzo,in Dialogo Relator.5. parte cap.48. nu.3. & eum,sequutũ Doctorem Paz,iam relatum, qui exceptionem nouorum instrumentorum ad in hac secunda supplicatione admittendam firmant, loquuntur enim contra expressam dictæ legis dispositionem.

Vigesimum tertium Præceptum.

Estando prohibido apelar se de vn iuez, si se podra suplicar de su sentencia.

A quibus appellari non potest, an supplicari liceat §.23.

SVMMARIA.

Appellare, à quibus iudicibus non possit, supplicari quandoque potest.
Appellationis, & secundæ suplicationis præcipuum discrimen.
Appellare quando non licet,vel odio appellantis,vel ex causa natura, nec supplicare permissum est.

1 QVod supra diximus §.7.Principis Præfecti prætorio, & similium dignitati,id tribui,vel ab eorum sententiis appellare non liceat, sic hoc §. accipiendum monemus,vt ab eis supplicari possit,cap.ex litteris, de restit.in integrum l. siquis,atq; h.quæ supplicatio,de precibus Imp.l.4.& 6.tit.24. par.3.l.1.tit. 19.lib.4.Recopil.prosequuntur latissime Rebuffus ad constitutiones Reg.tomo.1.tract de supplic.in præfatione,Guido,quæst.50.Didac.Perez,in l.2.5.tit.3.lib.2. ord.Menoch.de arbitr.lib.1.quæst.70.à num.20.& de adipiscenda, remedio 4.à num.899.Non † enim im-
2 petranda supplicatione de indicantium iniquitate,sed de errore proprio, aut circonscriptione aduersarii, conqueritur supplicans. Menoch.d.remed.4.nu.866. & dicta quæst.70. à num.35 in quo maxime dissidere ab appellatione supplicationem constat, vt & in plerisque aliis quæ congerunt Maranta de ordine iudic. 6.parte titulo de appell.à nu.12.Rebuffus,& Menochius prædictis locis, Thuc.in pract.conclus. verbo, recusatio, concl.513.& verbo,suplicatio, conc.904. Alilict.decis.131.

3 Illud monendi sumus tnne demum,remoto appellationis beneficio supplicationibus remedium sup. esse, si obiudicantium dignitatem supplicatio denegetur, cæterum, vel si appellantis odio, vel ex natura causæ appellatio non admittatur, eadem ratio cogit, vt neque supplicatio concedenda sit,quod post alios quos allegat probat Azened.in d.l.1. Recop.n. 2.qua ratione, vbi indicata sententia transiit, supplicationi locum non esse, docent Menoch.d.q.70.n.43. Tusc.q.conl.904.n.35.Pura,si interponendæ supplicationis tempora præterierint, quæ autem ea sint diximus sup.§.10.nu.1.vel si sententia, à qua supplicationi duabus aliis conformis fuerit, iuxta distinctionem l.2.titul.19. lib.4.Recopil.&ea quæ resoluimus sup.§.13.Idemque erit si appellationi grauatus renunciet, omne enim eo pacto,&appeliationis,& supplicationis beneficia se amouisse creditur,obseruat Cast. in fin.l.siquis,nu.3. Recin.cons.54. nu.6.lib.4. quicquid dicat Reb.sup.num.66.ratione,& contumacem cui appellationis remedium præcludimus à supplicationis beneficio repellimus docet Azeu. sup.nu.2.& 3.Menoch.d.remeb.4.num.905.& d.quæst.70.nu.64 Thusc.num.34.sup.

Vigesimumquartum Præceptum.

Auiendose confirmado la sentencia del inferior por el superior, qual de las dos sentencias se ha de executar, y por quien.

Vera sententia confirmatoria, an confirmata execut. mandanda. §.24.

SVMMARIA.

Sententia confirmatoria non confirmata executioni mandatur.
Sententiam confirmatoriam iudex ad quem executioni mandat, non iudex à quo.

Cvm appellatio omne extinguat iudicatum, l.F.§ 1
fin.ad Turpill.iunctis quæ supra diximus, §. 15. constat.1.sentent.appell.interiecta euanuisse,& consequitur non eam exequendam, sed secundam,etsi,1. confirmatoriam, quod non obscure docet l. C. in l. furti ibi hodie notari puto, de his qui not. ofernant Reb.ad const.Reg.tom.1.de sent.execut.art.7. glos.9. num.4.& 6,& post Acc.in l.eos,C de appell.Bald.ibi, nu.2. Salic.6.aliis relatis, Azeu.in leg.6. nu.3.tit.17. lib.4.recopil.Ioan.Gutierr.1.pract.c.97.

Ex quibus licet colligere executionem confirma- 2
toriæ sententiæ,iudici ad quem qui eam tulit incumbere,vt per text.in lege precipimus.§ in his,C.de appell.docent Rota,decis.56.tit.de sent.& re iud.in ant. relati à Gaill.1.pract. c.113 nu.14. Gutierr.d. quæst. 97.per tot. Mar. de ord. iud.6.part.tit.de ex eo.sent. num.6.& iure nostro iudex ad quem confirmat (non sic reuocat (sententiæ executione iudici à quo remittere teneatur leg.9.tit.16.lib.3.ord.l.6.tit.7. lib.4. recop. siue ex eisdem siue ex nobis actis confirmata sententia proponatur, nec enim ea iura admittunt,vt contra Did.Perez, in d.leg.ord. proban.Gutierr. & Azeu.sup.rem hanc late prosequuti:illud non omittam, quod si interposita appellatio deserta sit, perinde habeatur, ac si interiecta non esset, & 1.sent.vires capiet, & per iudicem à quo executioni mandabitur, conducit text.in cap.cum in Ecclesia, de appell. observant Maranta sup.à n.7.Gutierez. 10.& 11.relati à Gaill.sup.Guido q.436.num.14.

Vigesimumquintum Præceptum.

Si se apelè friuola y malitiosamente, homo, y en que ha de ser condenado el apelante.

De pœna temere prouocantium. §.25.

SVMMARIA.

1 *Appellantis temere, qua pœna omni iure, & numere secundo.*

TEmeritatem appellantium reprimere ius ciuile 3
copiens variis eos distinctione temporum pœnis afficit,olim enim vigebat ad solutionem eius pœnæ, quam se soluturos tempore interponendæ appellationis spondebant, vt constat ex Paul. l.5.sent.tit. 33. postmodum eo iure antiquato.Diocl.& Maxim. leuiore pœna plecti inferunt,in eos §.ne temere,C. de appellat.quam proinde arbitrariam,cum Acc.recte

crediderunt omnes ibi, & ad 50. auri libras extendendam putauerunt Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 2. Montealbanus, de except. art. 24. n. 2. huc pertinere existimantes tex. in l. ab execut. 5. fin. C. quorum app. in qua sent. præstit. P. Greg. 50. Syntag. c. 2. n. 51. sed in merito specialis eminente eius, l. dec. non vltra speciem ibi propositam extendenda est, vt bene arbitrantur Vvames, in cap. 2. n. 8. de appell. Menoch. de arbitr. casu. 449. n. 4. & 5 Iure sane Pont. & Regio, appellantis malitiosa expensarum refusione computetur, cap. reprehensibilis. cap. vt debitus, de appell. l. 9. tit. 16. lib. 3. ord. l. 7. tit. 17. l. iv. 22. l. 4. Recop. sine in exordio litis, siue ex post facto, malitiose se gerat appellans, etsi enim initio iustam habuerit causam litigandi, quæ solet ab expensarum condemnatione vitium eximere; iniustitiam tamen appellationis agnoscens, ab ea debet recedere, obseruat Azeu. in d. l. 1. Recop. n. 2. &c. quando vero iustam litigandi causam habere creditur, quando litigare temere, prudenti iudicis arbitrio communis committitur, quam admittunt Gail. 1. pract. cap. 151. Fach. 10. cotron. cap. 41. qui ex variis circumstantiis iustas litigandi causas conijcit, quas diligenter prosequitur Menoch. de arb. casu 177. per tot. eam non omittam, cuius meminit, d. l. 1. Recop. vt in ea causa in qua sententia primam confirmat, aliquo addito, aut detracto condemnando, expensarum fieri non debeat. proseq. Azeu. ibi: num. 24. quo autem iure petenda sit expensarum condemnatio, & quando fieri debeat, & plene, & erudite disputet Cou. pract. c. 27. per tot. & vtrum in criminalibus causis locus huic condemnationi sit examinat. Fach. 10. contr. c. 43. *Adde his, quod etsi frivolis appellationibus, non tantum non sit deferendum, verum aliquando iudex arbitrio suo frivole, & malitiose appellantem, possit punire, vt paulo ante diximus: tamen si semel iudex à quo detulit appellationi, vlterius non debet in causa procedere, donec iudex ad quem appellationis articulum definiat, c. cum appellat. 3. de appell. lib. 6.

ANTONII

ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

Salmanticensis, Cæsarei iuris Antecessoris Primarij, & Collegij Decani, in Regio Vallisoletano Conuentu Senatoris, & Aulæ Præsidis.

PRIORES TRES PRACTICÆ SCOLASTICÆQVE veteres renouatæ Disputationes.

DE { *Mora, & eius commissione, & emendatione vna.*
Nobilitatis inter virum, & vxorem communicatione altera.
Satisdationibus iudicialibus, iudicio sisti, & iudicatum solui tertia.

DISPVTATIO PRIOR.

De Mora, eius commissione, & emendatione.

In qua omnes ferè eius materiæ quæstiones, solidè & accuratè, ij sis Iuris Romani, Hispanique fontibus, disputantur, & definiuntur.

Ad exornationem, c. Potuit, 4. versic. Nisi celeri, *de locato, & conducto.*

SVMMA RERVM.

1 Exordium disputationis & litera textus.
2 Elicitur quæstio disputata.
3 Ad id totum quod disseritur, definitionem adhibere necessarium est.
4 Argumentum ab Etymologia vocabuli vtilissimum est, & certum, quando definitio non repugnat, num. 5.
6 Emendatur vulgata literalegis, 1. D. de pact.
7 Mora quid significet, & vnde dicatur.
8 Morator, creditor, an debitor, non morosus, ex probatis auctoribus dicendum esse ostenditur.
9 Mora generaliter accepta quancumque dilationem significat.
10 Mora quod attinet adhuc tractatum pro ea parte accipitur, qua cum alicuius culpa coniuncta alteri damnosa est, & nu. 11.
12 Moram, iusta non posse definitione comprehendi, communis autumat.
13 Refertur communis interpretatio l. mora, 32. D. de vsuris.
14 Refellitur communis hic error, & traditur verus d. l. mora, intellectus.
15 An mora facta sit perstringi vix regula potest.
16 Mora definito, id est, determinatio, solemnem iudicem desiderat, cum talis, non iuris sit.
17 Infertur verus, & nouus intellectus ad l. filium eum definimus 5. D. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris.
18 Dominus Aegidius Ramirez de Arellano, nouum sensum d. l. filium, omnium priorum fuit assecutus.
19 Verbum, definio, idem quod constituo, in multis iuris locis significat.
20 Intellectus l. omnis definitio, 202. D. de reg. iur.
21 Refutantur Sebast. Med. & Ferd. Mendoza, communem illius legis interpretationem defendentes.
22 Referuntur plurimi, qui moræ definitionem scripserunt.
23 Traditur vera moræ definitio.
25 Cuiusque rei definitio, vt bona sit, nihil superfluum, nihil quæ diminutum continere debet.
25 Omnis bona definitio debet conuerti cum suo definito.
26 Omnis bona definitio genere, & differentia constare debet.
27 Definitionem moræ, adductam supra nu. 23. veram esse ostenditur, & per partes probatur.
28 Culpa multiplex est.
29 Mora sine culpa esse non potest.
30 Qui excipiendo se tueri potest moram non committit.
31 Pupillus moram non contrahit.
32 Interpretatur l. si pupillus, 127. D. de verb. oblig. & l. nulla, 99. D. de reg. iur.
33 Qui iustam causam habet ignorandi se debere vel litigandi etsi retardetur, moram non facit.

24 Plerum

crediderunt omnes ibi, & ad 50. auri libras extendendam putauerunt Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 2. Montealbanus, de except. art. 24. n. 2. huc pertinere existimantes tex. in l. ab execut. 5. fin. C. quorum app. in qua sent. præstit. P. Greg. 50. Syntag. c. 2. n. 51. sed in merito specialis eminente eius, l. dec. non vltra speciem ibi propositam extendenda est, vt bene arbitrantur Vvames, in cap. 2. n. 8. de appell. Menoch. de arbitr. casu. 449. n. 4. & 5 Iure sane Pont. & Regio, appellantis malitiosa expensarum refusione computetur, cap. reprehensibilis. cap. vt debitus, de appell. l. 9. tit. 16. lib. 3. ord. l. 7. tit. 17. l. iv. 22. l. 4. Recop. sine in exordio litis, siue ex post facto, malitiose se gerat appellans, etsi enim initio iustam habuerit causam litigandi, quæ solet ab expensarum condemnatione vitium eximere; iniustitiam tamen appellationis agnoscens, ab ea debet recedere, obseruat Azeu. in d. l. 1. Recop. n. 2. &c. quando vero iustam litigandi causam habere creditur, quando litigare temere, prudenti iudicis arbitrio communis committitur, quam admittunt Gail. 1. pract. cap. 151. Fach. 10. cotron. cap. 41. qui ex variis circumstantiis iustas litigandi causas conijcit, quas diligenter prosequitur Menoch. de arb. casu 177. per tot. eam non omittam, cuius meminit, d. l. 1. Recop. vt in ea causa in qua sententia primam confirmat, aliquo addito, aut detracto condemnando, expensarum fieri non debeat. proseq. Azeu. ibi: num. 24. quo autem iure petenda sit expensarum condemnatio, & quando fieri debeat, & plene, & erudite disputet Cou. pract. c. 27. per tot. & vtrum in criminalibus causis locus huic condemnationi sit examinat. Fach. 10. contr. c. 43. *Adde his, quod etsi frivolis appellationibus, non tantum non sit deferendum, verum aliquando iudex arbitrio suo frivole, & malitiose appellantem, possit punire, vt paulo ante diximus: tamen si semel iudex à quo detulit appellationi, vlterius non debet in causa procedere, donec iudex ad quem appellationis articulum definiat, c. cum appellat. 3. de appell. lib. 6.

ANTONII

ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

Salmanticensis, Cæsarei iuris Antecessoris Primarij, & Collegij Decani, in Regio Vallisoletano Conuentu Senatoris, & Aulæ Præsidis.

PRIORES TRES PRACTICÆ SCOLASTICÆQVE veteres renouatæ Disputationes.

DE { *Mora, & eius commissione, & emendatione vna.*
Nobilitatis inter virum, & vxorem communicatione altera.
Satisdationibus iudicialibus, iudicio sisti, & iudicatum solui tertia.

DISPVTATIO PRIOR.

De Mora, eius commissione, & emendatione.

In qua omnes ferè eius materiæ quæstiones, solidè & accuratè, ij sis Iuris Romani, Hispanique fontibus, disputantur, & definiuntur.

Ad exornationem, c. Potuit, 4. versic. Nisi celeri, *de locato, & conducto.*

SVMMA RERVM.

1 Exordium disputationis & litera textus.
2 Elicitur quæstio disputata.
3 Ad id totum quod disseritur, definitionem adhibere necessarium est.
4 Argumentum ab Etymologia vocabuli vtilissimum est, & certum, quando definitio non repugnat, num. 5.
6 Emendatur vulgata literalegis, 1. D. de pact.
7 Mora quid significet, & vnde dicatur.
8 Morator, creditor, an debitor, non morosus, ex probatis auctoribus dicendum esse ostenditur.
9 Mora generaliter accepta quancumque dilationem significat.
10 Mora quod attinet adhuc tractatum pro ea parte accipitur, qua cum alicuius culpa coniuncta alteri damnosa est, & nu. 11.
12 Moram, iusta non posse definitione comprehendi, communis autumat.
13 Refertur communis interpretatio l. mora, 32. D. de vsuris.
14 Refellitur communis hic error, & traditur verus d. l. mora, intellectus.
15 An mora facta sit perstringi vix regula potest.
16 Mora definito, id est, determinatio, solemnem iudicem desiderat, cum talis, non iuris sit.
17 Infertur verus, & nouus intellectus ad l. filium eum definimus 5. D. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris.
18 Dominus Aegidius Ramirez de Arellano, nouum sensum d. l. filium, omnium priorum fuit assecutus.
19 Verbum, definio, idem quod constituo, in multis iuris locis significat.
20 Intellectus l. omnis definitio, 202. D. de reg. iur.
21 Refutantur Sebast. Med. & Ferd. Mendoza, communem illius legis interpretationem defendentes.
22 Referuntur plurimi, qui moræ definitionem scripserunt.
23 Traditur vera moræ definitio.
25 Cuiusque rei definitio, vt bona sit, nihil superfluum, nihil quæ diminutum continere debet.
25 Omnis bona definitio debet conuerti cum suo definito.
26 Omnis bona definitio genere, & differentia constare debet.
27 Definitionem moræ, adductam supra nu. 23. veram esse ostenditur, & per partes probatur.
28 Culpa multiplex est.
29 Mora sine culpa esse non potest.
30 Qui excipiendo se tueri potest moram non committit.
31 Pupillus moram non contrahit.
32 Interpretatur l. si pupillus, 127. D. de verb. oblig. & l. nulla, 99. D. de reg. iur.
33 Qui iustam causam habet ignorandi se debere vel litigandi etsi retardetur, moram non facit.

24 Plerum

34 *Plerumque mora in soluendo committitur.*
35 *Per creditorem aliquando mora etiam fit.*
36 *Propter moram agi non potest, nisi cum quis ratione interesse damnum patitur.*
37 *Mora duplex, regularis. & irregularis.*
38 *Quæ sit mora irregularis.*
39 *Irregularis mora, sine interpellatione fit, & absque homanis facto, legis ministerio contrahitur.*
40 *Quoties lex ipso iure operatur, iudicis sententia declaratoria adhuc requiritur.*
41 *Idem est cum pœne ipso iure imponuntur.*
42 *Irregularis mora pluribus casibus cõtrahitur remissiue*
43 *Regularis mora exper sona dicitur, & per interpellationem fit.*
44 *Interpellatio est admonitio, qua fit testato soluẽdi, vel accipiendi, eius, quod debetur.*
45 *Interpellatio duplex, iudicialis, & extraiudicialis & qualibet moram facit.*
46 *Vnicam extraiudicialem mentionem sufficere, vt quis in mora constituatur, post Bartolum cæteri communiscuntur.*
47 *Hæc communis tribus argumentis fulcitur*
48 *Intelligunr leg. Titia Seio 89. §. iusurat, D. de leg. 1.*
49 *Regula l. huius §. hoc sermone, D. de verb. sig. in legis dispositione non procedit.*
50 *Corasius, & Ferretus plures interpellationes contra comm. desiderant.*
51 *Horum opinio septem argumentis corroboratur.*
52 *Defenditur communis, & iterum confirmatur.*
53 *Disputatur leg. si convenerit 4. D. de pignorat. action. & reiecta Bartoli opinione traditur verus intellectus illius legis.*
54 *Agitur de interpretatione, leg. Æmilius Larg. 39. De minorib.*
55 *Interpretatur l. si mandato Titi. 59. §. illi. D. mand.*
56 *Illustratur l. qui Romæ 122. §. Seia hæres, D. de v. obl. & eius litera defenditur.*
57 *Disputatur d. l. mora. 32. in fin. principij. D. de v. furis.*
58 *Refertur, & reiicitur Corasii, & Planij intellectus ad d. legem moram.*
59 *Discutitur intellectus, d. l. qui Romæ. §. coheredes.*
60 *Argumentum à verbis facti narratiuis ratium non est, nisi legislatoris intentio super narratis nitatur n. 6.*
61 *Licet vnica interpellatio sufficiat scientiæ agat debitor, qui de facto pluries interpellauerit.*
63 *Intelligitur l. de pupillo 5. §. si quis ipsi pretori, D. de tp. no. nunt.*
64 *Cũ inferior superiori protestatur plures interpellationes requiruntur.*
65 *Capite primo de milite vassallo, qui contumax est intelligitur.*
66 *Interpellatio triplex est, hominis, legis, verb. temporis*
67 *Dies tacite pro homine interpellat, & debitorem in mora constituit.*
68 *Interpellatio, quæ ex aduentu diei fit, fortior est quam quæ ex interpellatione contrahitur.*
69 *Proponitur disputanda quæstio.* Vtrum die, & pœna adiecta moræ emendationi locus sit.
70 *Eo casu emendationem non admitti communis arbitratur.*
71 *Expenditur primo pro ea sententia, l. traiectitia 23. §. de illo D. de obl. & act.*
72 *Sequens argumentum præstat l. magnam 12. C. de contrahenda & comm. stip.*
73 *Alterum argumentum extrahitur de l. Celsus 27. D. de recep. arbitris.*
74 *Emphyteuta qui à solutione canonis cessauit, omnimodo expellitur secundum communem.*
75 *Iuramentum impedit mora emedationem, & latius. numero 186.*
76 *Iuramentum sequitur naturam actus cui adhæret.*
77 *Stringit sexto lege fundus, 4. §. Marcellus, D. ad l. comm.*
78 *Addicitur septimo leg. 1. versicul.* nisi forte *D. de penult. legata.*
79 *perpenditur octauo, l. Thais 41. §. intra certa, D. de sidei. lib.*
80 *Constituitur nonum pro hac communi argumentum.*
81 *Duplex mora emendationẽ impedit, iuxta Bart. communiter receptum.*
82 *Geminata confessio recepta pecuniæ exceptionem non numeratæ excludit.*
83 *Geminata renunciatio Velleiani mulierem ab eius Senatus consulti auxilio reiicit.*
84 *Geminata confessio, siue scriptura operatur effectum, quem simplex non operatur.*
85 *Geminata interpellatio impedit emendationem mora, iuxta communem.*
86 *Legatum relictum coniugi* (si caste vixerit) *amittitur geminatas nuptias contrahendo.*
87 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*
88 *Dies sola aut pœna sola licet non impediant emendationem vtrumque tamen si dispositioni insit mora eius non potest.*
89 *Vbi executio fit à lege, mora non emendatur.*
90 *Dominium vel legata relicta via à morte testatoris transit in legatarium.*
91 *Quando vna ex duabus rebus alternatiue debitis soluitur, legis auctoritate obligatio transfunditur in resoluta.*
92 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
93 *Post litem contestatam mora emendatur.*
94 *Per litis contestationem quasi contrahitur.*
95 *Permissum ad tempus post tempus censetur prohibitum.*
96 *Pœnali stipulatione principalis obligatio nouatur.*
97 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*
98 *Dies, & pœna adiecta mora emendatur contra communem.*
99 *Ecclesiasticus emphyteuta, post biennium celeriter moram excludit, idem & in priuato dicendum est.*
100 *Celeris satisfactio dicitur ante litem contestatam secundum aliquos.*
101 *Reiicitur hæc sententia.*
102 *Iudicis arbitrio relinquitur, quando celeriter satisfactum sit.*
103 *Idem iure Regio Hispano cautum est, lege 3. tit. 14 par. 1.*
104 *Contrarium disponit l. 28. tit. 8. p. 5.*
105 *In amicitiam hæc iura reducuntur.*
106 *Expenditur secundo contra communem l. & si post tres. 8. D. si quis cautionibus.*
107 *Refertur, & refutatur Bartoli sententia ad illam legem, & numeris sequentibus.*
108 *Moræ emendatio ab æquitate descendit, neque admittitur si alicuius ius deterius fiat.*
109 *Lex omnia redigit ad æquitatem, & bonitatem.*
110 *Duplex stipulatio pretoria est, item & stipulatio iudicatum solui, n. 111.*
112 *Quoad mora emendationem à pari proceditur in pretoriis, & conventionalibus stipulationibus.*
113 *Pœna non fuit* ✱ *d. lege & si post tres secundũ vulgatum.*
114 *Præceptorum sententias sequi, verbanum est, & numero 116.*
115 *Pœna non adiecta ipso iure, quis liberatur secundum præceptores nostros.*
117 *Contra eos defenditur vtraque casu exceptione non ipso iure rem liberari.*
118 *Mora non emendatur cum ius alterius factum est deterius.*
119 *Nona l. si insulam 84. D. de verbor. obligation. interpretatio.*
120 *Tempus non fuit præfixum in d. l. si insulam.*
121 *Verbum* Potueris, *non denotat necessitatem sicut verbum* debueris.

122 *Iureconsulti mirum in modũ Latina lingua elegantia floruerunt.*
123 *In hac stipulatione* (insolam fieri) *sine certo tempore integra iudicis arbitrio relinquitur dispositio.*
124 *Interpretantur alia verba, l. si insulam*
125 *ponderatur l. stipulationes, 72. §. final. D. de verb. obligat.*
126 *Verbum*, liberari, *aliquando liberationem ipso iure, aliquando ope exceptionis inducit.*
127 *Verba, iuxta subiectam materiam accipienda sunt.*
128 *pœnam fuisse in d. l. & si post tres, contra vulgatum ostenditur.*
129 *In stipulationibus* (iudicio sisti) *semper pœna adiicitur.*
130 *Intelligitur l. sancimus. 27. C. de fideiussor.*
131 *Adducitur contra communem l. Lucius Titius. 48. cum seq. D. de actio. empti.*
132 *Argumentum à contrariis sensu in iure fortissimum est.*
133 *Explodituir Accursii sententia ad d. l. Lucius.*
134 *Carpitur Bolognesi interpretatio ad eandem legem.*
135 *In contractibus bonæ fidei, dies, & pœna non obsunt, quin mora emendetur secundum Baldum.*
136 *In contractibus bonæ fidei, maxima æquitas exuberat.*
137 *Qui in vno grauatur in alio debet releuari.*
138 *Intelligitur noster text. in finalibus verbis.*
139 *Tamen in contractibus bonæ fidei, quam in cõtractibus stricti iuris, dies & pœna adiecta non admittitur emendatio, secundum Accurs. contra Bald.*
140 *Expenditur pro Accursio l. qui fundum, 40. D. de cont. abend. emptione.*
141 *Distractus est eiusdẽ naturæ, quam habet contractus principalis*
142 *Æquitas quæ in bonæ fidei iudiciis exuberat, quoad eorum conseruationem, non rescissionem est.*
143 *Gravamen in tempore, non est in consideratione.*
144 *Nullam inter bonæ fidei, & stricti iuris iudicia, quoad mora emendationem esse differentiam nouæ ostenditur.*
145 *Bonæ fidei iudicia maxima æquitate nituntur.*
146 *Bonæ fidei idem est, quoad bonum, & æquum, & in contractibus bonæ fidei ex bono, & æquo iudex arbitrari potest.*
147 *Si ius alterius deterius factum non sit, in omnibus contractibus mora emendatur, sin minus expiatio reiicitur.*
148 *Æquitas cum alterius damno admitti non potest.*
149 *Asseritur quarto contra communem d. mansipierum, 6. D. de optione legata.*
150 *Verbum* quandoque, *idem quod*, quandocumque, *significare solet.*
151 *Validum est argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra & num. 102.*
152 *Inducitur contra communem l. qui Romæ 122. §. Flavius Hermes, D. de verb. oblig.*
153 *Adducitur, & reiicitur Bartoli sententia ad illum text.*
154 *Pugnant d. §. Plautius, & l. cum venderet. 10. D. de seruis expor. qua in amicitiam reducuntur.*
155 *Expenditur sexto contra communem, l. si ita quis. 155. §. Seia comit. D. de verb. obl.*
156 *Proponitur, & explodituir Bartoli intellectus.*
157 *Vrget contra communem, lege sancimus 27. C. de fideiussoribus.*
158 *Traditur, & carpitur Baldi responsio.*
159 *Similiter displicet scripta à Bartolo solutio.*
160 *Inducuntur vltimo contra communem, l. commissaria. 4. C. de pactis inter empt. & d. l. Æmilius Largianus, 39. D. de minoribus.*
161 *Disputatur d. l. traiectitia, §. illo, D. de oblig. & act.*
162 *Asseritur, & reiicitur Angeli solutio.*
163 *Refutatur Francisci Ripa consideratio.*
164 *Verus intellectus d. §. de illo.*
165 *In obligationibus faciendi post moram succedit obligatio ad interesse.*
166 *Duplex interesse est, intrinsecum, & extrinsecum contra Cauallinum.*
167 *Exacte discutitur l. magnã. 12. C. de cont. & com. stip. Asseritur Baldi intellectus, & cum aliis amplectitur ibid.*
168 *Noua consideratio circa d. l. magnam, & nu. seq.*
169 *Nulla est in iure nostro antimonia, quidquid plures arbitrentur,*
170 *Diuersæ Proculeianorum, & Cassianorum sectæ perpetuat dissensiones in iure pepererunt.*
171 *Cum noua aliqua lege veterum prudentum quæstio deciditur, extare solent aliqua consulterum contraria responsa, nec tunc aliqua contrarietas est.*
172 *Inter Proculeianos, & Sabrianos quæstionem de traiectitia pecunia fuisse indicatur.*
173 *Iulianus, & Africanus, Sabiniani sunt, & de successione aliorum prudentum.*
174 *Late, & eleganter agitur de interpretatione l. Celsus, 27. D. de recepto arbit.*
175 *Traditur communis intellectus, & ibidem expleditur*
176 *Displicet similiter Bartoli solutio.*
177 *Proponitur, & damnatur Angeli intellectus.*
178 *Reiicitur Ioan. Roberti sententia, & proponitur vera, num. seqq.*
179 *Arbitri pronunciatio, sententia non est.*
180 *In compromissis pœna semper ponitur.*
181 *Soluta pœna, litigatores nouiter iure suo vti possunt.*
182 *Verus sensus, d. l. Celsus.*
183 *Adiecta clausula* (rato manente pacto) *mora non emendatur.*
184 *Emphyteuta iuxta communem post cessationem solutionis moram emendare non potest.*
185 *Verius est contra communem si celeriter fiat admitti.*
186 *Iuramentum impedit mora emendationem, secundũ Bartolum.*
187 *Contra eum verius videtur non impedire.*
188 *Verbum mox, internallum aliquando recipit. Interpretatur l. si quis maior, 41. C. de transact.*
189 *Iuramentum decisorium habet vim litis contestationis, non conuentionale.*
190 *Iuramentum non facit desinere rem esse intergram.*
191 *Iuramentum non impedire emendationem, contra Bartolum, contendit Alciatus.*
191 *Iuramentum confirmat contractus alias inualidos.*
193 *Intellectus l. finalis, C. de non num. pec.*
194 *Conciliantur Bartoli, & Alciati contrariæ opiniones.*
195 *Iure Canonico, an ea sententia procedat.*
196 *Communis intellectus c. suam, de pœnis.*
197 *Desiniente in Hispania iure Regio ad ius Canonicum recurrendum est.*
198 *An eo casu absolutio necessaria sit, disputatur.*
199 *Communis intellectus c. 1. & c. debitores, de iurisur.*
200 *Interpretatur l. si fundus 4. §. Marcellus, D. de leg. com.*
201 *Discutitur l. 1. ff. de penu legata.*
212 *In testamentis voluntas testatoris semper inspicienda est.*
204 *Vera interpretatio d. l. 1. ff. de penu leg.*
205 *Intellectus l. Thais, §. intra certa ff. de fideicom. lib. disputatur.*
206 *Communis intellectus reiicitur.*
207 *Vera sententia traditur.*
108 *Explanantur l. cum hæres, 4. §. item Cassius, & l. seruus. 14. §. seruus. ff. de statu lib.*
109 *Intelligitur l. si in lege 27. §. colonus, ff. locati & dictus §. Seia canit.*
210 *Modica mora non nocet.*
211 *Duplex mora non magis impedit emendationem, quam simplex.*

211 *Vltima mora nocet.*
213 *Executione facta à lege, mora non emendatur.*
214 *infertur explicatio ad l.70.Taur.cum seq.l.9.cum seq.tit.10.lib.5.noue collect.*
215 *Post litem contestatam mora non emendatur, neque generaliter, vbi actoris ius deterius factum est.*
126 *Per pœnalem stipulationem primaeua obligatio non nouatur, quoties ex legis dispositione mora potest emendari.*

SI quæ sunt quæ variis tenebris obuoluātur, apud iuris vtriusque interpretes longissimis commentariis vexentur, & in hunc vsque diem eorum ingenia, & mentes vehementer conturbent, ea sanè, quæ ad moræ emendationis tractatum pertinent esse semper iudicaui, vtpotè quæ nullis certis regulis comprehendi, definitiuè possit. Interque illud in ea disputatione grauius controuertitur, *an die, & pœna adiecta mora expiatio admittenda sit?* Quem articulum quia insignis est apud nos, Gregorij XI. Summi Pontific. hac de re locus, in cap. potuit 4.de locato, & conducto, in celebri hac disputatione, quæ ex perpetuis huius nostræ toto orbe terrarum celeberrimæ omnium bonarum artium cultricis, moderatricisque magnæ, Salmanticensis Academiæ edictis, & iustissimis sanctionibus, iam vsque ab ipsius nascentis ductis, & obseruatis temporibus, pro obtinendo Licentiaturæ (quam vocant) gradu pro rostris haberi, tremēdoque, & rigorosissimo examini, præire debet, disputandum decreui: quod neque inutile, contemnendumve fatorum arbitror, cum quia *mora*, de qua totus noster habendus est sermo, vtilissimam cognitu, cum antiquissima sit quippe cum ipsa malitia, & persi sa hominum nata, & tam late patens, vt omnes obligationes persequatur, & per omnes partes quasi vtriusque iuris effundatur, & erret. Quod vt fælix, faustumque sit, vota in primis facienda censeo, vt spiritus ille imensus, atque sempiternus, cuius afflatu, atque numine omnia sustinentur, atque conseruantur, homanæque mētes diuinis sensibus afficiūtur, cunctas animi labes reppellat, mentique lumen præferat, atque vires ingenio largiatur, quo possim difficillimæ quæstionis intellectum mentis acie contueri, congruenterque explanare; aliter enim nullo modo poterit quisquā, non dico consequi oratione, aut stylo, sed ne cogitatione quidē, tam excellentem doctrinam suspicari.

Rē igitur ipsam vt iam aggrediamur, huic nostræ (vt prædixi) citatā Gregorij Noni Epist.Decret. disputationis, elegi, quæ sub lib.3.Decret.tit.autem 18. constituta est, quo loci Gregor. interrogatus, an Ecclesiasticus emphyteuta, meliorationes, & ius sibi iure competens irrequisita Ecclesia alienans, & à solutione canonis per biennium cessans, ab emphyteusi per Ecclesiam possit expelli: & vtrum morā in solutione commissam emendare possit; affirmatiue respondet; posse iis casibus reiici, nisi celeri sibi satisfa-
1 ctione prouideat, hæc in verba † *Potuit emphyteuta (Ecclesia primitus requisita, eique nunciato quantum sibi ab aliis offertur si nolle se emere dixerit, vel à denuntiationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum) meliorationes, & ius sibi competens aliis vendere, qui ab emptione huiusmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque, secus præsumendo, vel cessando in solutione canonis per biennium* (nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset) *iuste potuisset expelli. Non obstante, quod ei vt canonem solueret non extitit nuntiatum, cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellet* Hactenus Greg.9.

2 Cuius decisionis vltima pars, quæ probat post moram commissam satisfactione celeri emphyteutā, sibi prouidere posse, grandem continet difficultatem, siquidem iuris principiis docemur, die, & pœna adiecta moram non posse emendari; at hic dies, biennij scilicet spatium, & pœna, quia statuto tempore non soluens, cadit in commissum; sunt ergo eam emphyteuta eluere non poterit. Hāc difficultatē, vt nostra ista disputatione absoluamus, Pontificia quæstio, quam discutiendam proponimus est huiusmodi.

Vtrum die, & pœna adiecta, mora emendari possit.

Sed quoniam ad id totum, quod disseritur, tum de- 3
finitio adhibetur, quæ quasi inuolutū euoluit, id de quo quæritur quod definitur explicat, & quid sit ostendit, quam breuissime, & cuiusque rei proprias āplectitur potestates, breuiter, & absoluere, vt apud Cic.lib.1.de Orat.1.de fin, & in Top. & 2.de Inuēt. Quint.quoque lib.7.c.4. Arist.lib.1. & 2.Top.Gell.l.4.c.1.Vellei.Gueu.in not.ad Top.Cic.§.2.nu.3.& 9. n.1.& seq.post Bald.Cagnol.Asin.Medicis, quos refert nouissime Castill.li.1.de quotid.contr.iur.vsufr.ca.2.n.1.qui in hanc rem potuit nostra hæc scripta iam diu typis mandata, & quæ nuper scripsimus in §. extraneis, n.28.Inst.de hæred.qual.videre, *Moræ*, diffinitionem proponere è re iam erit. Iuxta quam (si Marciano, cum communi sic aceptu, fides habenda est, li.4.Regularum) illud dicere fas sit, in toto iure Ciui i, nullam aliam difficiliores explicatus habere, & inde mirari iure poterit nemo Iuris interpretes in qua re eius auctores non huc vsque conueniūt, tam varia tradere.

Quoniam quidē (vt Stoicos solitos refert Cic.Of- 4
fic.1.) vnde verba sint ducta studiose exquirere, cū ex vi verbi argumentū non futile elici soleat, vt idē in Top.§.6.testatur, ex n.1 ibi illustrante Velle. vtile sit non sine nostrorū I.C. exemplo, vnde *Mora* dicatur, quidque vox significet, antequam diffinitionem, quæ rei essentiam describit proponamus disquirere fuit
cordi.† Etsi non me fugiat verborum etymologiam 5
(sic quam Arist.lib.2.Top.interpretationem, Agricola rei nomen, Cic. notationē appellant. Quintil. vocat) plerūque fallacem, vt ait Valla, & in primis, nisi fidei fundamento nitatur friuolam esse; attamen quoties interpretatione res de qua quæritur, eget, vt Quint.inquit, vsū necessarium habet, datque verbis proprium significatum quando definitio non repugnat. Vlp.in l.notionem.99. verb.*propria* Pomp.in l. pupillus est 239.§. territorium, & in leg.tugurij.180. Marc.in l.vt Alphen.87.D.de verb.sign.D.Isid.li.18. etym.c.10.& 15.in c.sotus.10. de ver.sign. frequenterque ea, & alii consulti vtuntur. Paul.enim vt tutorem eum esse ostenderet, qui alios tuetur, habetque vim, ac potestatem ad defendendum eū, qui propter ætatem suam se defendere nequit, iure ciuili datū, ac permissam tutores ideo appellatos interpretatur, quasi tuitores, atque defensores; sicut æditui dicūtur, qui ædes tuentur, hæc ille in l.1.D.de tut. Possessionē, à pedibus, & eorum positione ex Labeone dictam putat in d.l.3.D.de acquir.poss. Furtum à *furuo*, id est, *nigro*, ex eod. Lab.ait, quod clam, & obscure fiat, & plerumque nocte, vel à fraude, vt Sab.ait, vel à ferendo, idest auferendo, in lege 1.D.de furt. 6. & Vlp. in l.1. D.de pact.*pactum à pactione*, (inquit] *ducitur*, sic enim, non *dicitur*, legendum est lite- 6
ra, l.in,n, mutata, vt sit sensus. Pactum à pactione ducitur, idest, hæc vox, pactum ortum ab actu paciscendi, seu conueniendi habet, per hoc (vt eius moris est) tradens deriuationem, siue etymologiam vocabuli, quem locum sic restituit Vvesem.in paratit.D. de pact.& obseruat Menoch.li.1.disput.iur.ciu. c.7. n.1.& rursus Paul.in l.mutuū 2.§ appellat D.de reb. credit. appellatā scripsit mutui dationem ab eo quod de meo tuum fiat, & ideo si non fiat tuum non nascitur obligatio. Igitur nō susque deque verbi interpretationem Consulti fecerunt, vt ex illis non obscure colligitur, & latius post alios disputarunt Velleian.

7 Gueu.in Top.§.6.Euerar.in cen.Top.cap. 6. †Huius autem quæ his occasionem dedit notationem palam omnibus esse suspicor, cum Mora, quæ cunctationem, siue tarditatem significat, non nisi à *moror moraris*, priore correpta dici possit, hocque verbum apud probatos Latinæ linguæ auctores idem quod detinere, retardare, siue cunctari sit Quint. *Quid me adhuc pater retinens, quid morari abeuntem?* Plaut. *Nihil ego te moror.* Cicer. *Baldo placebat propinquum diem, & Romæ, si Cæsar moraretur, posse in diem tertium differre.* Et alibi. *Hem cui legatos mittamus, cui bellum moremur inferre?* Passimque eam vocem in eum significatum, præter eum, & alij vsurparunt, vt hæc, & alia in id referens,
8 testis est Nizol.in obseru.ad Cic.verb.lib.11.† & inde formatur verbale nomen, *morator*, quod idem quod retardator, & cunctator, significat; vnde perperam nostrates, eum qui moram cuipiam rei facit, *morosum* appellant, *moratus* enim non *morosus*, hic dici debet: cum morosus non id indicet, sed difficilem, intractabilem, fastidiosum. Plautus, de amore loquens in Trinum. *Is mores & morosos facit*: Cic.de senect. *At sunt morosi & anxij, & difficiles, senes* & lib.1.de Orat. *Vsque adeo morosi sumus, vt nobis non satis faciat ipse Demosthenes?* & ad Quin.Frat. *In defendendo moroso homini cumulatissime satisfecimus*, & lib.Epist.Fam 7.ad Treb. *quam sint morosi qui amant*, & Horat.lib.carm.1.Ode 9. *Donec virenti canicies abest, morosa*, & huic, *morositas*, apud eundem Tull.de senect. *At morositas tamen & ea, quæ dixi, vitia, habent aliquid excusationis, & Morose*, apud eundem, lib.de Clar. Orat. *Marcus Piso iracundius respuebat ineptias hominum siue morose, vt putabatur, siue ingenuo, liberoque fastidio*, & apud Vlp.in l.solet.6.§.non vero, ibi; *Vt neque morose in totum abstineat, neque auare modum Xeniorum excedat*, D.de off.Proc. & Plin.lib.18.cap.13. *Terram non morose elegit, pene vbi nihil aliud seri possit. Morator*, autem ab illo *morandi*, verb.Liu.2.ab vrbe con. *Nonemque* alij legunt, *Quatuorque*) *Tribunorum aduersus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum Consules habent*, & lib.4.Bell. Pun. *Et ad viginti millia, aut moratorem, aut pellentium per agros interfecta.* In qua significatione verbum *morandi*, sæpissimè intelligitur; vt in l. si seruum. 91.versic. si autem alienus, ibi: *Nisi postquam moratus est solutionem*, D.de verb. oblig. in l.si vsusfr.6.ibi, *moratusque esset in ea danda*, D.de vsufr.leg.in l.siquis in hoc genus, in fin. ibi: *Imponere non morentur*, C.de episc.& cler.& in l. si ea,7. ibi: *cognitionem moratur*, C.de iis qui accus. non po. in l.quoties, 2. ibi: *Quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur*, C. de prec. Imper. offe.in l.tuor, qui repertorium, 8. §. 1. ibi: *Sed nec moratoria cunctatione*, ff. de adm.tut.in l. cum possess. 5.§.vlt. ibi: *Oblata moratoria cautio non admittitur*, D. de censib. scripserunt Prat.libr.12. Thes.iur. Ciu. & Canon.eod.verb.Bris.lib.11.de verb.sign.fol.409.pag. 2.Dec.G.in l.quod te mihi, in 2.lect.num.2.D.si cert. pet.hacque significatione, verb.*moratoris*, Alc. frequenter vtitur, & notanter Tiraq.de retract. *Lignagier*, §.4.gl. numer. 4. Nemo ergo iam posthac verbum, *morosus*, pro cunctatore, vt passim accipi apud vos audio, vsurpet, sed eum, vt bonus postulat sermo, *moratorem* appellet.

9 *Mora* igitur (quæ generaliter accepta] quamcunque dilationem significat, vt ex superius obseruatis constat, & in Antonium testis est Cic.ibi, *Ista legatio moram & tarditatem afferet bello, &* alibi, *propter tarditatem sententiarum, moramque rerum*, à quo sensu alter illius Latinorum omnium festiuissimi Comic. Plauti non discrepat locus: Cui mora semper obfuit, *diligentia profuit*, necnon, & alius Mantuani Æneid.3. *Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti*, item & Ecloga,3. *In me mora non erit vlla*, extat elegans Paul. resp.in l.etiam 15.D.vt leg.nom.cau. *Etiam de præsenti*

legato (inquit Paul.) *locum habet hæc cautio, quoniam nonnullas moras exceptio iudicij habet*, Inst.in auth.se & lis ibi: *Absque damno mora maneat intacta*, C.de temp.appell.obseruat Ferret.tract.de Mora, col.1.nu 2.& ante eum Bonif.8.in c.Mora.25.de reg.iur. lib.6. † Quod 10
attinet ad hunc tractatum pro ea tarditate accipitur, quæ cum alienius culpa coniuncta alteri damnosa est, & in solutionibus præstandis, recipiendisque tanquam in subiecta materia versatur. Vnde dilationem culposam circa debi um soluendum, vel creditum recipiendum appellari, post Salic.Soc.& Ias.explicans considerat Barb.in l.si mora, 10.in princ. D.sol. matr, nec discrepat Pet. Greg.3.par. Sintag.lib.11.c.14.ex nu.1.Mascard.de prob.vol.2.concl.1070.n.1. & 4.& passim alij.

In qua significatione accipitur in l.si pactus sim.55. 11
D.de pact.in l.si debitori, 21.D.de iudic. in l.electio. 29.§.si is quem D.de nox.act.in l.hominem, 37.in fi. D.mand.in leg.illud 16.ff.de per.& com.rei vend.in l. datio,3.(alias ratio.)§.si per venditorem in l.si & per venditorem, in leg. si & per emptorem, 53.D.de act. emp.in l.si in lege, 27.§.colonus, D.locat. in l.si post moram, 11.ff.de eo quod cert.loco, in leg.1.§.1. in l.in fideicomm.3.in l Equis, 8.in l.pecun.fœneb.9.§. vsur. in le.qui semisses, 13.in l.Paul.14.in princ.& in §.Netatins in l.cum quidam, 17.§.si pupillo, & §.ex locato, in l.sciendū, 21.in l.sed & si 23.§.fin.in l. siquis solutionis, 24.in l.cum pati.27.in l.mora 32.in princ.& in §.1.cum seq.in l. videamus, 38.in l.Equis, 39.in l.paratum, 47.ff.de vsur.& fructib.& om.acc.& *Mora*, in fin.l.si mora, 10.in l.semel mora, 17.ff.solut.matr.in l. tutor, 29.§.si intra, ff.de adm.tut.in l.postulante, 44.§. 1.ff ad leg Falcid.in leg.cum res, 49.§ fin.ff.de leg.1.in leg.seruus, 34.§.final.in fin.ff.de statu liber.in leg.traiectitiæ, 12.§. de illo, ff.de obligation.& action. in leg.impuberibus, 7.§ preterea, ff.de suspect.tut.in l.sed etsi ex stipulata, 24.in l.cum filius, 49.in leg.mora rei, 88.in l.si pupillus, 128.in l.si seruum, 91.§.sequi, ff.de verb.oblig.in l.quoties, 14.in l. si rem.31.ff.de nouat. in l.nulla, 89.in l.in condemnatione, 134.§.vnicuique, ff.de reg.jur.in cap.vn.de commod.in c.bona fides, de depos.& infinitis aliis vtriusque juris locis, in quibus congerendis, plus, quam ingenij, laboris ostenditur, & consulto omittimus, ne nimis prolixam de ver. *Mora*, notationem faciamus.

Quam iusta non posse definitione comprehendi,
putauit Azo, in sum.tit. Cod.de vsur.n.6.subscripsit 12
Acc.in d.l.mora.32.ff.de vsur.verbo, difficilis, Bart.in tit.Inst.de oblig.quæ ex quas.delict.nas.col.2. num.7. quibus non relatis idem sentit Bald.in d.l.mora, n.3.asserens moram esse quoddam quid quod in facto consistit, quod certa definitione non potest vniformiter limitari, secutè Butigel.in l.quod te mihi, 5.n.1.ff.si cert. pet.In qua opinione, & alij plerique subsistunt, vt testatur Sap.tract.de mora, cap.1.nu.1. † Ducti egregio 13
Marc.resp.(cuius & nos sup.n.3. meminimus (in d.l. mora, 32.ff.de vsur.in initio, quod sic habet. *Mora fieri intelligitur non ex re, sed ex persona, idest, si interpellatus opportuno loco non soluerit, quod apud iudicem examinabitur. Nam (vt Pomponius libro 12. Epist. scripsit) difficilis est huius rei definitio.* Ex iis verbis omnes hactenus sibi persuasum habent, Moræ definitionem difficilem, siue potius impossibilem esse, vt ibi sch.difficilis, Acc. interpretatur.† Sed (quod grauiter dolendum est)
viri egregij, & I.C. (quod eorum pace dictum sit) in 14
re aperta longe falluntur, cū Marc.ibi non de definitione, quæ rei essentiam per genus, & differentiam describit, loquatur, sed de explicatione, quando mora, committatur, quod difficile esse ait, definire, idest, determinare, & certa regula comprehendere, cum ea res in facto magis, quam in iure consistat. Facta autem etiam prudentissimos fallant, l.2.ff.de iu. & fact.ign. neq; ad facti quæstionē respōdere soleant I.C.l.vtrū,

48.ff. de donat.inter.l.ordine,15.ibi:*Cum facti quidem quæstio sit in potestate iudicantium; iuris autem auctoritas non sit*.ff.ad munic.l.si ex plagiis 53.§.in cliuo Capitolino, ff.ad l.Aquil.l.triticum,94.ff.de verb.obl.juncta accurata,licet ex temporali,nostra ad eam l.interpretatione, post Donel.ibi. Alc.lib.1. parad.c.10.quo in sensu difficilem quæstionem appellat I.C.eam quę factum certum habere non potest, in l.cum hic status, 33.§.si ambo.ff.de don.inter.& non jus,sed probationem deficere, idest,facti certitudinem dixit in l.duo sunt Titij.30.ff.de test.tut.Sanè,vt consulti ostendunt, an mora facta sit, quæ sit interpellatione petitoris, & non ex re, sed ex persona pronocata, vti soluit,restituatve, tunc plane definitio dari non potest. Atque ita

15 definitio ibi valdè propriè pro regula sumitur.†Cum generaliter,an mora sit, vix perstringi regula poterit, cum videndum veniat judici, an interpellatus sit debitor opportuno loco, vel tempore, l.si soluturus,39. ff.de sol.item post an ratione aliqua secmus sit quare procrastinet,d.l.sciendum,21.ff.de vsur.insuper,an interpellatio facta fuerit serio per creditorem. *Nam* (inquit Marc.) *Si omissa fuerit debiti repetendi instantia non protinus mora intelligitur*. Est enim hæc instantia non forensis l.fin. C. de oper. publ. sed solicitudo creditoris imminentis debitori,l.si bene 33.ff.de vsur. quia qui obiter admonet,ac defunctorie petit,vix est, vt pro justo interpellatore habeatur,l.2.§.non solum, ff.ad Tert.nam neque tempestiua interpellatio, ita in mora debitorem constituit,quin aliquod spatium sol-

16 uendi capiat,l.1.§.item si,ff.ad l.Fal.Quocirca perdifficilis moræ definitio est, & solertem judicem desiderat,vt omnia quæ facti,non juris, quæstionem habēt, l.vtrum.48.ff.de don.inter l.ordine 15.ff.ad mun.Qui est verus,& elegans,d.l.mora sensus,vt sequētia eiusd. Mar.verba ostendunt,ibi.*Diuus quoq; Pius Tullio Balbo rescripsit,an mora facta intelligatur, neque cōstitutione vlla,neque iuris auctorum quæstione decidi posse,cum sit magis facti,quam iuris,& c*.Obseruarunt cum Aret.& Fulg.Ferr.tract.de mora col.5.n.5. post Cor.li.2.misc. c.6.Char.li.3.verosi.c.10 Duar.li.1.disp.ann.c.41.Rob. lib.4.recept.c.15.Menoc.lib.2.de arb. cent.3.cas.120. ex n.1.ad 5.Et ante cos ita visus sentire Bal.(qui nihil ignorauit) in l.edita 1.lect.n.16.ff.de ed.Prato in d.l. quod te mihi,n.2.D.si cer.pet.nouè Sap.tra. de mora, c.1.n.3.& .4.Forc.tract. itid.de mora,1.p.n.5.& eleg. verb.idem insinuat Cuiac.in l.si ex legati casu 23. lit. B.D.de verb.oblig.Bologn. in l.si insulam,num. 7. D. eod.Pancor.Hisp.lib. sing.obseruation.capit.2.2. part. & nouissimè itidem Menoch. in addit. ad comm. de arbitr.dicto casu 220.ex.numero. 1.

17 Ex Qua vera d.l.mora 32.ff.de vsur.interpretatione Primo jam fluit concinnus,& pulcher intellectus ad difficilem l.filium eum definimus,5.D.de iis,qui sunt sui, vbi legitimi filij definitionem describi ex primis verbis illius loci ibi:*Filium eum definimus,qui ex viro, & vxore eius nascitur*,propter illud verbum, *definimus* omnes huc vsque interpretati sunt, vt ibi scripsit Acc.consentiunt Bar. Alb. Coras. Otos. Eguinar. & alij illius loci interpretes Conn.lib.2.com.cap.16.numero primo & vt indubitatum retulit Medic. lib. 2. de definit.cap.58.sub num.9.& alij quos retulit Mant. libr. 1.de coniectur. tit.10.num.4. Sed ego ex superioribus aduerto eo loci Vlpianum *definire*, idest, in vniuersum; & generaliter tradere, eum,qui ex vxore, cum qua maritus assidue commoratus est, nascitur, filium ipsius esse existimandum, quem intellectum confirmat,vniuersus ille Vlp.contextus,qui sic habet, *Filiū eum definimus,qui ex viro,& vxore eius nascitur, Sed si fingamus abfuisse maritum (verbi gratia) per decennium, reuersum inuenisse anniculum in domo sua: placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium, Non tamen ferendum Iulianus ait, cum, qui cum vxore sua assidue moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum,sed mihi videtur (quod & Sceuola probat (si constet maritum aliquando cum vxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel causa alia, vel si ea valetudine paterfamilias fuit, vt generare non posset: hunc qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse*. Affert igitur in eo contextu Vlp.rationes & causas, ex quibus aliquando hæc juris regula, & definitio possit & debeat deficere, aliter enim non esset maritus audiendus,negans filium suum esse, ex sua vxore natum, quamvis adulterium probasset. vt in leg.miles, 11.§.defuncto, ff.ad leg. Iul.de adult. Nec credendum est vlp.ibi loqui,quando euidenter constat filium susceptum ex commixtione viri,& eius vxoris,esset enim fatua, & stulta definitio, sed potius quando maritus assidue commoratur cum vxore.

18 †Quem sensum,licet docte sentire videantur Palæot. libr.de noth.spur.fi.cap.21.Menoch. lib.2. de arbitr. cent.1.cas.89.num.12.& seq.Nec multum discrepent, quæ de præsumptione,& probatione filiationis agentes noue scripserunt,Mascard. de prob.vol. 2. concl. 797.& 799.Petra tract.de prohibit.alien.fidei comm. quæst.11.nu.240.& idem Menoch.lib.6.de præsumpt. cap.53. me excepisse memoria recolo ab acutissimo, juxtaque literatissimo viro, cum multis nominibus suspiciendo, tum magistro nostro non pœnitendo Domino Ægidio Ramirez de Arellano, olim in inclyto nostro isto Salmanticensi gymnasio Legum Primariæ (quam appellant) Cathedræ moderatore, & in maximo collegio,Diuo Iacobo Zebedo dicato (vulgo Conchensi (alumno, nunc Regio Senatore meritissimo, integerrimoque, in supremo Hispaniarum conuentu;quem vt ipsius dignitas & eruditio exposcit honoris causa nomino.

19 †Cui verissimæ interpretationi verbum,*definimus*,nihil oberit,quia illud interpretamur de breui quadam oratione, & sententia, & ad regulam exacta,certum doctrina,vt sæpe citata,l.mora ibi,*difficilis est huius rei definitio*,estque similiter exēplum in leg.testium fides,§.1.ibi.*nullo certo modo satis definiri potest* ff.de test.& in l.suus quoque 4.§. puto, ibi,*Puto recte generaliter definire*,& ibi.*propter qua ad generalem definitionem recurrendum est*,ff.de hær. inst. & in leg.1. in princ. versic.*qua definitio*, ff.de regul. Cat.& in leg.Carbonum 167.§ sulphurata,ibi:*Æque eandem habebunt definitionem*,ff.de verb.sing

20 † & magis in l. omnis definitio.202.(quam sic accipi volo.(ff.de reg.jure vt sit sēsus.*Omnis definitio in iure est periculosa,parum* (siue vt alij legunt,) *rarum est enim,vt subuerti non possint* hoc est omnis generalis determinatio & sub regula facta traditio, periculosa est in jure, cum ex variis causis & rerum circunstantiis jus varietur, & sæpe fluctatur,idest plures fallentias, & exceptiones habeat, arg.leg.semper 147.& in leg.in toto jure 80.ff.illo tit. leg.vxorem,§. felicissimo, 41.ff. de leg.3.& melioris tex.in auth.vt sine prohibit. matres, in pr.junct.glos.ver.*existimarunt*, coll.7.auth. de non alien.reb.Eccl.§.vt autem, coll.2.quam expositionem præsensit Acc.in d.leg.omnis definitio idem in dict.§. puto,sch.*definiri*,explicant Reb.ad dict.§.sulphurata, Faber Reuard.& recentiores ad d.l. omnis definitio, Vigl.in princ.Inst.de test.Ant.Aug. lib.3.emend.cap. 8.Coras.lib.7.miscell.cap.6. Mantua, in gl.juris 1.par. claus.1.ca.5.& sing.187.Pinel.in Rubr.C.de rescind. vendit.1.par.cap.fin.num.fin.& in specie, dip l.mora, præter Fulgos.ibid.& Coras.dict.cap.6.Iac. Curt. lib. 2.coniecturarum ad fratrem, cap.8.

21 †Quamvis vulgarem illius loci acceptionem defendere conetur Med.lib.1. de defin.in prin. ex numer.7. Meod.lib.1. disput.cap.8.num.8.contendentes Vlpian. eo loci,de exacta & vera definitione,quæ rei essentiam ostendit, de qua Cic.& aliis,in locis sup à nobis relatis, nu.3. loqui. Valeant tamen ij cum sua opinione, & errore, atq; omnis qui veritatem exoptat sibi persuadeat (si cum ipsis falli noluerit) huius nominis,*definitio*,verissimam

simam & propriam satis eam esse acceptionē,quæ nostræ arridet interpretationi,quod & ex probatis auctorib cōstat vel saltim illo in Som. Scip.Tull.test.dū ait. *Sic habeto omnib.qui patriam conseruauerint,adiuuerint, auxerint,certum esse in cælo,ac definitum locum,vbi beati æuo sempiterno fruantur*. Item & in lib.de Orat.*Siquis vniuersam,& propriam Oratoris vim degnire,complectique vult*.Et alibi. *Philosophi causam, aut controuersiam appellant, eamque tribus lite,aut deliberatione,aut laudatione definiunt*,Eodem modo Plin.de fol. arbor. deciduis loquens lib. 16.cap.22. definitionem accepit. *Falsa* (inquit) *definitio est non decidere his,quarum succus pinguior sit*. Extantque plurima alia bonorum auctorum testimonia, quæ nostram hanc acceptionem eleganter confirmant.Ex quib.omnibus satis apertum (ni fallor) reliquitur legem illam,leg. *Mora*; C, de vsur.Azoni,& sequacibus nihil astipulati, cum mora ibi non definiatur; sed quando ea committatur Marc. dubitet.

22 Sed idem ipse Azo, qui definitionem moræ impossibilem putauit, eam definit in d. Rubr. C. de vsuris, num.7.quam nullis mutatis transcripsit Acc. in dict. l.mora, verb.difficilis ; quæ communiter aprobatur. Ias.in l.quod te mihi,num.1.ff.si cert.per.quam tamen ibi retulit,& improbat Bolog.in Repet.ex nu.5.& displicet alber. in suo diction. verb.Mora, qui aliter eam definit, & imperfectè, licet placeat Corset. in sing.verbō.Mora,aliter Salic.in d.l. quod te mihi, in princ.& tract.de mora,in princ.n.1.quæ frequentiori interpretum calculo recipitur secundum Soci. in d.l. quod te mihi,n.1.Ripa ibi n.2.& Bolog.d.num.5. qui illam non inepte reiicit:vbi Dec.post Oldrad.& Fulgos.aliam refert, in 2.lect. num.7.Aliam ibi Sadole, num.14.Aliam eo loci Prato,nu.2.Aliam Ias.in l.mora rei,88.n.4.ff.de ver.obl.Aliam idem Ias.in l.si mihi. & tibi,12.§.siquis fernos,num.7.ff.de legat.1.& in l.si ita quis promiserit,135.§.Sæia cauit,n.18.ff.de verbor. oblig. Aliam Alex.in l.non hoc.4.num 6. Cod. vnde leg.& ante eos aliam Acc in leg.fin.C.in quibus cau. in integ.quam seq.Bellon.relatus per Grabriel.lib.11. comm.opin.2.tom. con.125.Aliam Loriot.de apicib. juris tract.de mora axio.1.Aliam Mudæus, in leg.Iulianus,§.1.ff.de actio,emp.Aliam Ferret.tract.de mora col.3.Aliam Sipor.tract.etiam de mora,cap.1.nu.5. Aliam Forcat.eodem tract.1.p.num.1.Aliam Bologn. jam relatus,c.num.6.& in l.si insulam 84.num.11.vbi nouam aliam congessit ex omnibus Nigr.11.Aliam Cujac.in leg.si ex legati causa 23.liter.A. C.de verb. oblig. & tract.8.ad Afric.in leg. hominem 37.D. de mand.col.4.ad fin.& eodem tract. 8. in l.cum parfam.27. liter.A D.de vsuris. Quæ omnes definitiones large sumptæ pro quadam descriptione demonstrante aliquam rem, seu dante notitiam qualitatum rei, possent sustineri,plurimas enim moræ qualitates, veras,& approbatas insinuant ; sed tamen eas pro vera terminorum definitione, si accipiamus, plane corruent,quoniam vero genere,differentia,& aliis essentialibus definitionibus carent,

23 Vnde,iis omnibus omissis,quæ Hoto, de verbis juris,verbo *Mora*,& libro 2.obseru.cap.fin.placuit, & à communi verbis,non effectu discrepat,estque à nobis in §.quod si fugerit,numer. 7.Institu.de emption. & vendit.sequuta,amplectenda est *vt mora sit.Culpa prætermittendi officij soluendo,recipiendove debito,quæ alteri damnosa est*.Hæc est elegans, breuis, & perfecta definitio,quæ omnes optimæ definitionis partes complectitur

24 Desideratur enim (vt bona sit) ne quid diminutum,nève quid superfluum contineat,sic docente Philosopho Top.lib.6.cap.1.quod & Tull.lib.1.de. Ora. & ad Brut. sæpe retulit, & nostri latè tractant,ad l. 1.§.1.D.de dolo,& d.l.omnis defin.202.D.de reg.jur. Rursus & conuerti debet cum suo definito, vt vbicumque sit definitio possit ibi esse & definitum, & è contra:vbi definitum,ibi & definitio:& si casus aliquis contigerit,in quo substantia,& quidditas definitionis non competat definitio, desinet sub tali definitione comprehendi.Oportet.n. (inquit Arist.sup. (*hominis definitionem de homine verificari, & si aliquid formaliter alij competat,tandem cum alio eodem instanti habebit naturam, cum illud naturaliter sit tale cui cōpetit definitio talis*.Vlp.in l.1.§.1.D.de dolo,& in leg.Quin. Mut.29.§.cum aurum.D.de aur.& arg.l.Cai.in l.mortis causa capitur,31.in prin.D.de don.caus mor.prosequuntur eleganter præter ordinarios in dictis locis, maximè Vell.Gueu.lib.sing.de dolo,& eundem in notis ad Top.Cic.§.2.n.4.Cag.& Dec.ad d.l.omnis definitio,idem Dec.ad Rub.nu.4.sup.de.prob.Mend.li.1. disp.c.8,nu.1.& ante eos Abb.in Rub.de sent.excom. late,& doctè Euer.in centum locis,c.44. à definitione ad definitum,Ias.in rub.nu.22.D.sol.matr.

26 † Item vero genere, & differentia debet constare, vt latè ex philosopho probant Agric.& Phrisemius,lib.1.de inuen Dial.cap.5.Bart. & post eum alij ad leg.1. D. de test.

27 †Hæc cum nostra succincta moræ definitio contineat, ab omnibus, quibus placitura est coniuncta breuitati veritas,probatam iri suspicor. Diximus Culpa,loco generis,

28 † nam & latissime patet,& multiplex est,vt traditur,in leg.Quod Nerua.32.D.depos.in leg. contractus,14.D.de reg.jur.in leg. latæ culpæ,213.D. de verb.sign.in cap.vn.sup.de com.in cap. bona fides 3.de depo. cum simil. cuius omnes speciēs,& gradus accuratè, recensuimus, & explicauimus,in fin.item is cui,ex num.19 quibus mod. re contr.obl. post eruditum Madera,lib.sing.ani cap.17.ex num.1.quod autem mora,sit dilatio culpæ socia cuique patet,præsertim,ex l.2.C.vt int.cer.tem.crim.quæst.term.

29 Nec mora dici potest, quæ inculpata inuenitur, l. pecuniæ fœnebris,9.§.fin.D.de vsur.Quod respicit celebris illa interpretum disputatio *Vtrum ad incurrendam moram oporteat præcedere dolum saltim præsumptum,vel sufficiat præcedere culpam:* quam post ord.interpretes,& repetentes,in leg.quod te mihi,D.si cert. petat, & Petr. Gregor.3.par.Syntagm.lib.21.cap.14. numer.6.& 7.latè examinat Barbos.in leg.si mora,10. num.1.D.soluit.matrim. omnino juxta eam videndus, & qui causari potest merito aliquid, quare non soluat creditori, aut quare oblatum creditor non recipiat,jam culpæ expers est,& moræ, l.sciendum 21.D. eod.l. si soluturus, 39 D. de sol. ergo mora innocens non est mora. Proinde adiunximus. Prætermittendi officij,vt ostendamus moram committi,cum quis non facit id ad quod alias tenebatur.Mora namque in non faciendo consistit, l.in fideicommissi,3.l.cum quidam, 17.§.si à pupillo,l.sciendum,21.D.de vsu.not.Morla,in Emp.jur.1.part.tit.8.num.36.

30 Vnde si debitor exceptione perpetua se tueri posset,non constitueretur in mora per interpellationem, quia non Prætermittit officium, cum non teneatur cum effectu, leg.lecta 40.§.pen.versi.Non enim,D.si cer.pet.c.non est in mora,60.de re ju.lib.Qua etiam ratione debitorem ante diem solutionis interpellatum in mora non constitui, rectè scribit I.C.in l.cum filiusfam,49.§.fin.D.de verb.oblg.

31 Neque pupillum,quia licet interpelletur,interpellatio non valet.Scæ.in l.si pupillus,127.versic.*Nulla enim intelligitur mora ibi fieri vbi nulla petitio est*,D.de verb. oblg. idem in lege nulla,99. D.de reg.jur.† in quibus mora non contrahitur,non quia petitum non fuit, sed quia petendi jus non erat:ibi enim Scæ. noluit quidem moram, sine petitione non inueniri, sed eam quidem pro mora minime haberi,vbi petitio intercessit,sed ea nulla idest nullius momenti, vt præter alios rectè ea jura Bris.interpretatur lib. 11. de verb. 32
sign.fol.468.part.2. Vt cum dicimus, *nullum testamentum*, quod factum mox vanum monstratur, leg inter

cætera,30.D.de lib.& posth.iunct.leg.5.D.de iniust. rupt.Inde dicitur,*nulla conditio*, in præteritum,idest effecta cæteris,leg.cû ad præsens,leg.37.itaque, 39. D.si cert.pet.& *nulla stipulatio*,leg.certi cond.9.§.quoniam,D.eo. aut cû *venditio nulla est*,sine pretio lege inter patrem.1.§.sine pretio,D. de contrahend. emptio.leg.insulam,9. D. de præscriptis verbis. Quare cum petitio talis adfuit, quæ irrita declaratur morã non constituit, vt si pupillus solus interpelletur, quemadmodum Scæu.docuit,quê bene sic explicat Hotom.d.lib.2. obser.c.fin. in princ.Forcat. de mora,1.num,9.sentire videtur,Tiraq.de retract.*Lignagier*,§.11.glos.4.nu.4.† Sic etiam qui justam causam
33 habuit ignorandi se debere,non constituitur in mora,l.qui sine dolo malo,64.D.de regul.jur.leg.siquis 24.versic.*vtique si iuste*,leg.paratû, 47.D.de vsur.l.si seruum,91.D.de verb.oblig.& qui justam causã litigandi habet,& si retardetur,non tamen morã facit. Tiraq d.tract.*Lignagier*,§.4.glos.2.†Habetur insuper
34 in definitione,verbo, *In soluendo*,quia mora plerumque per debitorem committitur,juxt.text.nostrû in hoc c.potuit, & infinita alia jura quæ supra,n.11.in
35 significatione verbi,*Mora*,obseruauimus †Quia tamen,& per creditorê mora fit,l.semel mora 27. D. sol.matr.l.qui decem.62.& in d.l.hominem,37.D.de solut.l.si soluturus,9.ff.eod.l.sed si alia,17.ff.de cõst. pec.l.illud,17.ff.de per.& com.rei ven.l.acceptã,19. C.de vsur.l.2.Cod.de jure emphyt.adiecimus,*inrecipiendove debito*.Itaque siue debitor,siue creditor cûctetur nequit;ex dilatione culpæ plenam morã perficit,probarunt ex juribus citatis,Salicet.de mora,in princ.nu.2.Ferret.eodem tracta.col.fin.num.31. Saporta.tract.itidem, de mor.c.1.n.11. & Forcat. jam relatus,1.p.nu.5.Quæ verba,*in soluendo,recipiendove debito*, loco differentiæ scripta sunt.Cum,& in aliis pluribus casibus ex culpa præmitti officium possit, in quibus tamen mora non contrahitur,argu.text.in dict.cap.bona fides, 3. de depos. cum aliis superius notatis.

36 Denique postrema verba, quæ alteri dãnosa est, ostendunt, tunc demum propter moram agi posse, cum quis damnum ratione interesse patitur.De quo in l.1.ff.de actionib.emp.in l.vni.C.de sent.quæ pro eo quod interest prof.vel pœnæ quæ in eius locum subrogatur,iux.§.vlt.inst.de verb.oblig.de quo latius nos inf.n.165.& seq.

Ex quibus omnibus jam quid sit Mora,perspicuè definire licebit. cuius definitionem frequens Doct. turba inuestigatu difficilem, inuentu pene impossibilem contendit.Atque non minus anxiè indagando versatur,quam Ceres illa legum inuentrix,cum filia Proserpinam amisisset,in tractu Siculo,agros implés quæstubus,& fœmineo violatu,vt est in fabulis.

37 His sic de Mora nomine,& definitione obseruatis, eam duplicê esse,Irregularê, & Regularem pro pleniori huius quæstionis explanatione aduerto. Qui termini licet apud I.C.non inueniãtur,doctrinę gratia rectè,vt & alij,ab interpretibus,fuerunt inuenti, juxt.glos.celebrem doctrinam,verbo,ipso gestu,vers. ipso gestu,in l.si pupilli,6.§.itê quæritur, quã exornat Bald.ibi,de neg.gest. quos non me fugit, conati,alios tradendo,euertere Forcat.d.tract.de mora, 1.p.n.7.quem hac in re ipse sequendum non duxi, eo quod hi a iis quibus communis frequêtius vtitur rei facilius cognitionê insinuent, lateque ab omnibus probentur,vt post repetêtes,in dicta lege quod te mihi,in dicta lege mora,in dicta lege insulam,in leg.vinum,12.D.si cert.petat.& eos qui tractatus de mora scripserunt (quorum sigillatim singula ideò capita non recenseo, ne nimis morosam disputationem faciamus) late probauit Menoch.lib.2.de arbitrar.cas.12.ex num. 6.Rodrig.libro 3.de ann.reddit. q.7.numer.91.Idem Menoch.in add.ad lib.de arbit. sub d.cas.210.D.Ioann.del Castillo,lib.2.controuersiarum,cap.primo,num.6.qui nostra hæc scripta videre potuit.† Irregularis est,quæ re ipsa solummodo, nulla interpellatione vera,vel ficta contrahitur 38
leg.in minorum 3.Cod.in quibus caus.in integ.rest. de cuius interpretatione vtiliter Scobar,lib.sing.de ratioc.administr.cap.15.num.32. omnino circa eius legis praxim videndus. *In minorum* (inquit Diocletianus)*persona re ipsa,& ex solo tempore tardæ pretij solutionis recepto iure moram fieri creditum est*. Cuius etiam meminit Vlp. in l. siquis ita legauerit, 3. §. siquis Titio,D.de adim.l.idem in l.Iulia,14.§.ex vêdito,D.de act.emp.& in l.cum vero is 26.§. apparet igitur,D.de fideic.l.rursus idem Diocl. in l.curab.5. C.de act.emp.Cui præter Hier.Cagnolû qui peculiares commêtarios ad eam legê scripsit,adde Alex. consil.147.col.1.lib.6.& in l.Iulianus,§.offerri,D.de act.emp.& in l.de diuisione,n.12.D.sol.mat.Zoanettum,Rerum quotid.c.9.latissime Did.Couarr.l.3.variar.c.4.†Fitque absque hominis facto legis ministerio,quæ sola constituit debitorê, siue possessorê in mora,& vigilat pro creditore,vel domino, maxime odio delinquentis, quem iugiter accusat,& cor eius lancinat,Vultur Titij iecur in inferis,l.in re furtiua 8.D.de condict.furt.Eo tamen casu,cum re ipsa mora fit,judicis declaratione opus erit,qua illum talem moratorê esse declaretur.†Cum recepta magis Doct. traditio sit,in casibus illis, in quibus lex ipso jure 40
operatur, declaratoriam adhuc judicis sentêtiam requiri,vt affirmarunt latissimè A.Barba.con.5.col.16. & seq.lib.1.post Ias.Dec.Ruin.Cur.& alios,Tiraq.in l.si vnquam,verb.*reuertatur*,n.21.C.de reuo. donat. †Vt & in pœnis,quoties *ipso iure* pro crimine impo-
nuntur declaratoriam judicis sententiam nihilomi- 41
nus necessariam esse probarût omnes,ex leg.eius qui delatorê,29.ibi;*Verum oportet constare prius,& de crimine pronuntiare*,D.de jure fisc.c.cum secundum,16. de hæret.lib.6.& nouissime,prçter alios quos refert, resoluit Matien.ad l.1.tit.1.lib.5.nouç collect.Regię glos.2.num.4.Gutierr.lib.1.Canon.quæst. cap.1. nu. 4.Nec enim hæc moræ commissio secû trahit executionem,sed adhuc hominis factum expectat,ob id declaratoria sententia requiritur,jux. doctrinam, c. fœlicis de pœn.lib.6.quam probarunt plurimi,quos refert,& sequitur Menoch.d.cas.210.n.7.†Hæc au-
tem irregularis mora pluribus casibus contrahitur, 42
quorû plerosque congerit plena manu Acc.in dict. l. mora,scholio.*Difficilis*,versic.*Specialis autem*,D de vsur.quam late exornant Ias.in §.ex maleficiis,num. 33.inst.de act.Bauer.tract.de mora 2.par. ex n.1.Salic.eod.tract.1.par.nu.2.in præamb.Ferret.de mora, col.3.ex num.9.Sapor.eod.tract.c.2.Forc.vbi sup. n. 7.Repetentes omnes in locis jam adductis,notanter Ripa,in d.l.quod te mihi,n.2.vbi post Alex.Parpal.n. 17.Luca,Parmen.tract.de fisco 1.p.nu.34.Caualli de vsuris,quæst.70.ex n.537.Tiraquellus de priuilegiis piæ causæ,priuil.141.Iac.Cuiac.d.l.si ex legati causa, 23.D.d.verb.obl.lit.B. vbi Segura ex nu. 185. & in add.ad eundem ibi.D.Perez,& 14.recenset Menoc. in loco prox.citat.ex n.8.ad 25.

Regularis quę ex persona dicitur(idest interpel-
latione personæ ipsius, quæ debet,vel cui debetur, 43
Cuiac.ad Afric.tract.8.in d.l.cum patrifamilias,27. D.de vsur.& in l.iurisgentium 7.versic.*pactorum*,lit. C.D.de pact.)& per interpellationem contrahitur, quoniã cum mora in facto consistat,d.l.mora,32.D. de vsur.junct.jux.eam adduct.sup.ex nu. 13. probari omnino debet,vt in terminis post Purpurat. in d.l. vinû,nu.7.D.si cet.pet.admonet Mascard.de probat. vol.2.concl.1070.num.7.Ea probatio ex interpellatione necessario descendit, de qua omnino (vt eius insinuat definitio mox objicienda) constare debet, siue tractetur de constituendo aliquem in moram, quoad

quoad periculum interitus siue quoad commissionê
44 pœnæ,vt cum multis resoluit idem Mascar.d.concl.
45 1070.numer.8.& 9.*Est autem*†*interpellatio admonitio, qua fit testata soluendi, vel accipiendi eius quod debetur*, Cuiac.in d.l.cum patrifam.& inde,*hæc mora erit contemptio huius admonitionis*.†Quæ bifariam contingere solet, vel in judicio, vel extra judicium & harum quælibet sufficiens est,vt quis in mora constituatur; Atqui de judiciali nemo est,qui ambigat,& per posteriorem satis moram fieri probat sæpè citata leg. mora,32.D.de vsur.leg.Titia,89.§.vsuras,D.de l.2.l. si ex legati caus.23.leg qui Romę,122.§.cohæredes, D.de verb.oblig.d.l.quod te mihi,5.D.si cert.pet.côsonat text.Reg.in leg.18.§.11.p.5.versic.*E si quando la cosa señalada sa promitiesse alguno à dar:nõ dixesse ciertamente en aquel dia ge la daria, si despues de esso ge la pidiesse el otro à quien fue prometida,pidiendogela,è nõ ge la quisiesse dar, pudiêdo lo fazer dezimos que si muriere la cosa,despues de su muerte natural,que es tenudo de la pechar*.Vbi Greg.gl.*pidiesse*,cum leg.Reg.ab extraiudiciali petitione intellig.quę sententia vera est, vt post Acc.B.& antiquiores,cum multis obseruat Men.d.casu 210.ex n.25.& cum multis Graciã.lib. Reg.reg.118. in p.Barb.in l.si mora 10.n.10.D.solut.mat.& Masc.concl.1070.n.14. limitanda tamen quando quis tenetur solum officio iudicis,non autem iure actionis,nam tunc ad probandum illû esse in mora necessaria est iudicialis interpellatio,vt cõsulendo censuit Ruin.cons.185.n.8.vol.2.& induces l.cum postulassem 14.D.de damn.inf.

46 An autem vnica,an vero plures interpellationes vt mora perficiatur, præcedere debeant,valde inter vniuersos interpretes agitatû est.*Et vnicam interuenisse sat esset*, crebriori eorum sententia recipitur, quam post Accur.in d.l.morã defendunt ibi Bar.& cæteri,idem Bart.in d.§.vsuras n.3.idem Bar.in d.§. cohæredes,n.2.vbi Aret.notab.Ias.n.9.Alciat.n. 21. idem Bar.in d.l.qui Romæ,§.Seia,n.vbi Alc.& Ias. idê Bar.in l.de pupil.5.§.siquis ipsi prætori,n.6.D.de op.nou.nunc.& eã cõmunê esse,post Fel.Tiraq.Camill.Platiũ & alios resoluit Men.vbi sup.ex. n. 26. Parpalia,in d.l.quod te mihi,n.16.Alex.cõs.19.vol.1. Segura,in rep.dict.leg.si ex legati causa 23.ex num. 166.& ibi in addit.D.Perez,Cassan.in consuet.Burgund.Rub.4.§.23.nu.15.secure Ferret.tract.de mora col.5.num.13.versi. *remissam*.Sapor eod. tract.cap.2. n.7.Forcat.eod.etiam tract.de mora 1.p.n.9. Cujac. tract.8.ad Afr.in l.cum patrifam.27.D.de vsur. lit. B. Pet.Greg.3.p.Syntag.lib.21.tit.14.n.4.Masc.de probat.vol.2.concl.1070.n.11.Grac.l.Reg.reg. 118.n.2. P.Barbos.in l.si mora 10.n.9.D.sol.matr.

47 Pro qua communi sententia,& quod *vnica tantû extraiudicialis interpellatio sufficiat*,ad constituendum quêquam in mora,vulgo primo adduci solet Pauli resp.in dicta leg.Titio Sæio,89.§.vsuras,D.de leg.2. vers.*Quamuis enim* vbi sic scripsit,*Quamuis enim constitutum sit, vt minoribus XXV.annis,vsuræ, omnino præstentur,tamen pro non mora hoc habendû est quam sufficit semel interuenisse,vt perpetuo debeantur*.Ex illis verbis,*quam sufficit semel interuenisse*, vnicam interpellationem sufficere omnes autumant.Qui 2.mouentur Mar.& Pomp.sententia,in d.l.mora,ibi,*Si interpellatus opportuno loco non soluerit*,& in dict.l.si ex legati causa,ibi,*Si aut interpellatus non dedisti*,jûct.vulg.alia eiusd.Pomp.reg.&tradit in l.boues 8.§.hoc sermon. D.de verb.sig.*Hoc sermone* (inquit) *dum nupta erit prima nuptiæ significantur*,qua nostri interpretes passim,& vbique docent,sermonem simpliciter prolatum,de primo intelligi idest, primo,atque vno actu consummari,perfici,finiri,ita vt amplius locum non habeat.3.eis stipulatur,eam qui semel certior est factus,amplius non esse certificandum,probat leg.1.§. vlt,D.de act.emp.cap.eum qui certus 31.de reg.jur. lib.6. Cum ergo vnica interpellatione,qui moratur certior iam factus sit,non est,quare alias,& alias desideremus.

Verum hæc arg.quibus cõmunis fundatur,me pa- 48
rum,aut nihil mouent, Nam I.C.verb.in d.§.vsuras, ibi,*Quam semel interuenisse sufficit vt perpetuo debeantur*,non ad interpellationê,vt communis arbitratur, sed ad morã referêda sunt,vt sufficiat moram semel committi,vt vsuræ debeantur, jux.reg.l.cum quidê 17.§.si pupillo,ibi:*Vsuræ enim non propter lucrû petêtium,sed propter moram non soluentium infliguntur* D.de vsur.junct.reg. d.§.hoc sermone.†Quæ pro comm. 49
non facit,cum ea in legis dispositione nõ procedat, per tex.qui ab hac allegari solet,in leg.vel.7.§. hæc vox,D.de ed,quod late scripsit Tiraq.in d.§.hoc ser. limit.9.per tot.Rursus neque vlt.de l.1.§.fi.D.de act. empt.Nam qui certus est,adhuc solet certificari,cû in citatoria admonitio esse debeat,vt declarat B. in d.§ fin.n.3.Soc.iur.consil.14.num.4.lib.2.

Et inde Coras.lib.2.Miscel.cap.6.Ferret.d.tract.de 50
mora,col.2.ex n.8. contra superiorem communem expresse contendût plures interpellationes necessarias esse;quibus argumenta,& rationes,vt eã quam tuentur sententiam munire possint,non desunt.†Et 51
1.extat.l.si côueniret,4.D.de pign.act.hæc in verba. *Si conueniret de distrahendo pignore,siue ab initio, siue postea,non tantum venditio valet,verum incipit emptor dominiû rei habere.Sed & si non conueniret distrahendo pignore;hoc tamen iure vtimur,vt liceat distrahere: si modo non conuenit ne liceat.Vbi vero conuenit ne distraheretur,creditor si distraxerit furti obligatur, nisi ei ter fuerit denûciatû,vt soluat,& cessauerit*,2.adducût leg. Æmil.Larian.alias Largian.39.vers.*venditor*,ibi:*Denunciationibus,vt pretiû solueretur tutoribus sæpe datis*, D.de minor.25.an.3.mouêtur expressa,l.si mandato Titij 59.§.ille illi salutem,ibi,Postea sæpè conuêtus mandator non respondit,D.mand.4.eis fauet,d.l.qui Romæ,122.ibi:*Respôdit si Saia non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre iure vsuras non deberi*,D.de verb. oblig.quibus verb.continua interpellatio,& oblatio videtur desiderari 5.eis astipulari videtur,d.l.mora, 32.ver.cum etiã,ibi:*Cæterum cum postea is sui potestatem faceret, omissa est repetêti debiti instantia:nõ protinus per debitorem mora facta intelligitur*:D.de vsu.Quæ verba non vnicam,sed multiplicem interpellationê, vt mora perficiatur,videtur desiderare.6.facit d.l.qui Romæ.§.cohæredes,ibi;*Cû cohæres mulier cohæredis, liberorum tutores sæpius testato conueniret*,D.de verb. oblig.7.I.C.verb.in l.de pupill.5.§.siquis ipsi prætori, ibi; Quasi repetito die nunciatione facta D. de oper.noui nunc.& similia,Imp.in authêt.statuimus, ibi:*Tertio requisitus iurisdictionem suam amittat* C.de Episc.& cler.Et Pontif. in c.1.ibi:*Vt si Episcopus tertio cum humilitate,ac deuotione requisitus,&c.*de supp. negl.prael.Quæ plures denunciationes exigere videtur,8.induci potest,c.1.versic.respondeo, ibi; *Quod si neque venerit ad tertiam vocationem hoc ipso feudum amittat*, de milit. vassall. qui contum est in vsib. feud.

Sed iis non obstantibus superior comm.quæ iu- 52
ri,& artis nostrę principiis magis arridet,defendêda est;quam præter iura superius inducta non obscurè probare videtur Vlpian.resp.in leg.si is à quo,3.§.si semel,D.vt in possess.legat.seu fide.*Si semel* (inquit) *fuerit satisdatum, quæsitum est an etiam rursus cauendû sit si forte dicatur egenos fideiussores esse datos,& magis est, vt caueri non debeat.Hoc enim D.Pius rescripsit. Pacuuiæ Licinianæ. Ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere,qua minus idoneos fideiussores acceperit.Neque enim oportet per singula momenta onerari eum à quo satis petitur*.Et in leg.prohibere,3.§.illud D.quod vi, aut clam,dum ait.*Illud sciendum est non omnib.momêtis vim esse faciendam, sed semel inter initia facta vis* perseuerat.

perseuerat. Pro qua etiam plura congerit Segur. in dict.leg.si ex legat.caus.ex nu.167.D.de verb.oblig. nouissimeque alios ejusdē sententiæ assertores referens, inter quos nostra hæc scripta cōprobans Menoch.in addit.ad comm.de arb.ad lib.2.cas.320.numero.4.

53 Neque obstant Ferret.& Cor.arg.Non.1.ex d.leg. si conuenerit .4 D.de pig.act.Nam,pmissa Bart.opinione in d.l.Titia,§.vsuras, num.3.& in d.l.qui Romæ,§.Sæia,num.4. existimantis speciale jus in illius text.casu animaduerti quem securè sequitur D.Perez jam citatus,num.166.quia specialitatis rationē nullam reddit: verius opinor ideo ibi ter debitorem denuntiari requiri,quia agebatur, vt non modo is,pro credito, sed etiam furti teneretur, erat enim pactus debitor cum creditore de non distrahendo rem pignori datam, quare vltra causam crediti ad eum in mora constituendum erat etiam constituendus in mora,vt à pacto de non distrahendo recedere licere, & inde vna sola interpellatio non sufficiebat. Ergo trina denuntiatio faciet,vt creditor estimatus à furto, & rursus,vt vendat impunè solēnibus seruatis quod si debitor vrgeat ex pacto juxta contractum posito ne pignus venderetur, replicabit creditor, sibi quoque non seruatam fidem à debitore nec solutam maturè pecuniam & se contra Cretensem Cretica vti astutia qui est Germanus illius loci sensus quē scripsit Menoh.d.cas.220.num.31.& ante eum post alios Bauer.tract.de mo a,1.part. nu.18.Forcat.eod.tract. 1.p.num.15.

54 Secundo Ferret. & Cor. opinionem non tuetur Paulus in d.l.Æmilius.Largianus,nam,explosa interpretatione Ias.num.17.Decij, nu.14.Rubei,nu.181. in dict.l.vinum 22.D.si cert.petat.asserentium, propter duplicem terminum solutioni assignatum plures interpellationes fuisse necessarias magis veritati arridet, nulla ibi opus fuisse,cum dies esset appositus, per cuius lapsum, mora absque interpellatione contrahitur juxt.l.magnum,12.C.de contr.stip.& latius inf.n.67.probatque in terminis,l.si fundus,4.§.Marcellus,D.de leg.com.Atq; ita dicendum est interpellationes ibi intercessisse de facto, qualia sunt omnia quæ eo loci referuntur,vsque ad vers.putabam,quod vel ex eo apparet, quia interpellationes illæ nocere potius,quam prodesse poterāt venditori.cum ex illis à lege commissoria in contractu apposita recessisse videretur, vt considerat Paul. in versic.dicebam, & notat Segura,vbi sup.n.183.pateтq; ex intergra serie quæ sic se habet, *Æmilius Largianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commissoria emerat,data parte pecunia,ita vt si intra duos menses ab emptione eius reliqui pretij partem dimidiam non soluisset,inemptus esset, item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. intra priores duos menses Largiano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis successerat, cuius tutores in solutione cessauerant, venditor denuntiationibus, vt pretium solueretur, tutoribus sæpè datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat, pupilla in integrum restitui desiderabat: vita tam apud prætorem, quam apud præfectum vrbi, procurauerat. Putabam bene iudicatum quod pater eius, non ipsa contraxerat, Imperator autem Antonius motus est, quod dies committendi in tempus pupillæ incidisset, eaque effecisset, ne pareretur legi venditionis. Dicebam magis posse eam ea ratione restitui, quod venditor renuntiando post diem quo placuerat esse commissum,& pretiū petendo recessisse à lege sua videretur: nec me mouere, quod dies postea transisset non magis quam si creditor pign.distraxisset,post mortem debitoris,die solutionis finita. Quia tamen lex commissoria displicebat ei pronunciauit in integrum restituendam Mouit.& illud Imperatorem quod priores tutores,qui non,restitui desiderassent, suspecti pronuntiati erant.* Igitur cum ex abundanti interpellationes ibi interuenerint jus inde sumi non debet,vt Cuiac.scripsit tract.8.ad Afr.in leg.cum patrisā.27.lit.B.D.de vsur.quæ est vera huius legis interprotatio,& de mente Bart.in dict.§.Scia,numero primo quem seq.Bau.de mora,1.p.numero secundo, miror ante eam non fuisse assequutum Menoc. dict. cas.220.num.32.nec Sapor.de mora, 1.part.cap.2.numero 44.cum ex ipsius legis contextu non obscure colligatur,& à Bart.vbi proxime tradita sit,quomodo d.l.Æmil.illustratur,ex traditis juxt.eam Rubeo,in l. non solum,§.morte,n.378.D.de op.no.nunt.Annib. in l.naturaliter,nu.250.D.de vsucap.Bald-Non.in l. 1.§.si quis ita,n.43.D.de verbor.oblig.Cald.in l.si curatorem,verbo,sua facilitate,num.49.C.de in integ. rest.Gom.2,tom.cap.2,num.27.& cap.11.nu.10.& 3. tom.cap.11.nu.6.Sarm.lib.1.select.cap.14.n.3.quos videbitis.

Qua etiam ratione,non itē obstat d.l.si mandato 55
Titij,59.§.illi,in qua plures interpellationes de facto interuenerunt, de quibus non erat quæstio, sed an morte illius, cui credita est pecunia, mandator esset liberatus,atque ita de interpellatione nihil definitur vt obseruat Menoch.d.nu.32.& seq.Forcat. de mora,1.p.num.13.

Præterea communi non obest,d.l.qui Romæ,122.
§.Sæia hæres,D.de verb.oblig.ibi;si Sæia non cessas- 56
set,quibus verbis innuit Scæuola interpellationem, vnam non sufficere, sed assiduè interpellandum esse. Nam Alciat.l.1.dispunct.c.13.sic legit.si Sæia cessasset,vt sit sensus,primam interpellationem sufficere,& si postea debitor interpellare creditorem cesset,arg. d.l. Titia, §.vsuras ibi;*Quam semel interuenisse sufficit* Verumhæc literæ mutatio reiicienda est ex Flor.C.in quo negatiua retinetur. *Si Saia non cessasset*,quam lectionem magis probat August.l.1.emed.c.3.Corras. lib.2.Miscell.c.6.n.9.& in suo manuscripto sic lege testatur Menoch.d.casu 220.n.35.Rob.lib.2.recept. lect.ca.3.Quare dicendum est,eum tex.loqui in mora creditoris.(Solet enim,& creditor aliquando moram committere,vt ad illa verba definitionis,*in recipiendove debito*.sup.nu.55.obseruauimus) per quam cessat cursus vsurarum, ad quā requiritur, quod debitor non cesset pecuniam offere,ideoque & deponere,& consignare tenetur,l.si creditrici 6.l.si acceptam,19.C.de vsur.l.fin.C.de.vsur.pup.scribit,latè& nouissime Gasp.Rodr.lib.2.annuis redditibus q.15. nu.2.cum.seq.maximè nu.7.nu.9.n.15.& n.27.& ita omnes consentiunt,vt post Ias.Alciat.Negusāt.Boer. & Molin.testatur Menoch.iam relatus,n.36.& inde ille tex.ad interpellationem nihil attinet.

Deinde Corras.& Ferr.non fauet d.l.mora,32.ver. 57
cum etiam,D.de vsur.quia posthabitis aliorum interpretationibus,ita ergo Marc.resp.interpretor interpellationem vnam factā seruo debitoris non sufficere, cum sui copiam debitor deinde facit: quoniam tunc noua interpellatione opus est:fieri enim potest, vt dominus illius interpellationis, notitiam ob serui negligētiam non habeat:quare in mora non constituitur,si præsens interpellari adhuc potest.Quam interpretationem mirum in modū adiuuat Vlpiani responsi.in l.item veniunt,21.§.sed ponamus D.de pet. hæred.*Sed ponamus*(inquit Domitius)*denunciatum esse, non tamen scit:quia non ipsi, sed procuratori eius denuntiatum est:senatus ipsi denuntiari exigit,& ideo non nocebit,nisi forte is cui denunciatum est eum certiorauerit, sed non si certiorare potuit,nec fecit.*Hæc Vlp.†Nec fe-
renda est Corras.d.lib.2.c.6.& Plautij,in d.l.vinum, 58
n.23,ad d.l.mora interpretatio,asserentium,ibi etiam domino esse nunciatum, ex illis verbis, *cum etiam si ipsi,inquam domino denunciatum est*,nam ego sic intelligo,quod etiāsi sufficiat semel personaliter ipsi domino nunciare,non tamē sufficere si semel mediante persona serui denuncietur.Inter hæc duo differen-

tiam Martinus ponit, & ideò in fine illorum verborum,*denunciatum est*,repetendum est affirmatiue illud verbum,*sufficiat*. Præterea, & ea conjectura adiuuari potest quia si negatiuè vellemus legere,non sufficere semel domino esse nuntiatum, quod deinde de seruo dicitur,esset sine probabili dubitatione:cui enim esset dubium, quod si non sufficit semel ipsi domino denūtiare,non etiam sufficeret, si esset domino,mediante serui persona denuntiatum? Quam interpretationem visus est sentire Accur.in d.§.sed ponamus, verb. *certiorauerit*,citando,l.mora,& eam sic illustrat. Menoch.dict.lib.2.casu 220.num.30.

59 Difficiliores autem explicatus Scæn. habet in d. l. qui Romæ,122.§.cohæredes,ibi:*Sæpius testato cōuenit*: constat enim ex illo verb.*sæpius*, non vnam, sed plures interpellationes desiderari: cum ea vox,in pluribus quam in duabus, aut saltim in ipsis verificetur, leg.seruos,8.in versic.*Bis aut sæpius*,C.ad l.Iuliam,de vi pub.d.l.veluti,7.§.hæc vox,in fin.D.de edend.leg. mariti,29.§.qui quæstum,D.ad leg.Iul.de adult.l.fin. jun.Rub.C.si sæp.in integ.rest.fuer.post.Cui difficultati,vt Bart.in d.§.Sæia,num.4.succurrat,quem cæteri scribentes sequuntur, existimat, de facto ibi plures interpellationes factas fuisse:indeque non sequi eam sæpius esse faciendam,vt sup.num.54.ad d.l.Æmilius Largianus,& d.§.ille illi, obseruauimus.Atque cum verba illa narratiua sint,jus inducere non debent,vt olim scripsit Acc.in leg.vn.glos.magna,versic.*Vel die*
60 *tertio*,C.quand non petent part.†Neque à verbis facti narratiuis argumentum tutum est, vt arg.d.glos. docuit Roman.in repet.ant. similiter,10.speciali, C. ad leg.Falcid.& consil. 134.col. 2. & consil.79.circa final. & consil.191.colum.1.cui est similis,in cap.auditis,29.verb.*Ex post facto*,ad fin.de elect.sup.glos.in cap.eum qui,2.verb *non teneris*,ad medium,de dolo, & cont.lib.6.& altera glos.in cap.1.verb.*collationem*, de rerum permut.eod.lib.quod est omnium commune placitum,vt post Andr.Abbat.Imol.Alexand.Cū. & alios,quos longa serie resoluit Ias.in dict. leg.vn. num.21.C.quand.non pet.part.& c.& in dict. l. qui Romæ 122.§.Callimachus,num.6.& in §.cohæredes, num.9.Diaz,reg.781.& pro reg.2.tom. reg.vtriusque jur.lib.11.col.550.traditum est probatque in optimo
61 casu Alexand.consil.74.num.13.volum 4 † Igitur in dict.§.cohæredes,Scæuola, cohæredem mulierem cohæredis tutores sæpius testato conuenisse de facto referat,non est quare ex repetita ista monitione,quam ex abundanti curiosa ista, vel benigna mulier fecit, generaliter eam esse repetendam dicamus.Et inde generalem nostri definitionem obseruant,quod etsi plures interpellationes, vt mora perficiatur necessariæ non sint:*ex communi sententia*,quam defendimus;quia tamen solemnitates superuacuæ vitiare negotium non solent,leg.testament.17.Cod.de testamentis, sæpius testato conuenire tutum erit,ex notabili sententia gl.in cap.cupientes,§.quod si per 20.verbo,*proposite*,de electione,lib.6.essetque hanc non contemnendam cautelam, in hac interpellationum materia,docuit Bauer.de mora 1.par.num.2.Anxietas ergo ista, de qua in dict.§.cohæredes,tuta est,magis, quam necessaria:vt patet in eo,qui solo verbo potest nunciare nouum opus,& mauult adire prætorem,vel testato sæpius nuntiare,l.1.§.quid sit,D.quod vi,aut clam. d. l.de pupillo 5.§.meminisse,D.de oper.nou.nunt.Quā Bart.interpretationem ad d.§.cohæredes,vt indubitatam (licet eum non referat more suo) obseruat Cujac.d.tract.8 ad Afri.in l.cū patri.17. lit.B.D.de vsur. Sed profectò hæc Bar.traditio,& existimatio tuta non videtur,nam licet verba d. §.cohæredes,*sæpius testato conuenit*, facti narratoria esse fatemur nihilominus
62 ius inducere debent. † Quotiescunque enim legislatoris intentio nititur super narratis, ex eis argumentum indici,sumique posse nemini dubiū est c.fin. Papa,10.de priu.li.6.in Clem.1.eod.tit. & ita sententiā glos.in d.l.vn.C.quand.non pet.par.& c.sup.n.60.adductam limit.Imol.in cap.cum Apostolica,de iis quæ fiunt à prælato,Alex.in l.1.nu.40.D. de offic.eius cui mand.Ias.in d.l.vni num.23. C.quand.non pet. par. Diaz,in loco sup.citato.Vnde cum tota illa Scæu.resp. super verbis facti narratiuis fundetur, vt constat ibi: *Respondit secundum ea quæ proponerentur ob staturam, doli mali exceptionem*. Sequitur ex illis argumentum optime deduci posse.Verum hoc argumento non obstante,quicquid velint Bauer.d.n.2.Iaso,in d.§.cohæredes,n.9. superior Bart. interpretatio. tam vera est, quam verissima,& constanter asseuerandum illa verba (*sæpius testato,&c.*) facti narratiua,non iuris decisoria esse,vt post eum,& Cuiac.defendi Forca. dict. tract.de mora 1.part.n.13.Neque Consulti decisionē super narratis fundari, probant illa verba.*Respondit secundum ea quæ proponerentur,&c.*cum idem etsi vnica tantum monitio præcessisset dicendum sit, arg.h.c potuit,de locat.& cond.in rect.reg.d.l.boues,89.§.hoc sermone,D.de verb.signific. cum vbicumq;monitio, siue interpellatio requiritur,de prima tantum id accipiendum sit,quam interpretationem expresse confirmat Iust.in l.cum dubitatur,3.C.de iure emphyt.quo loci,cum dominum moneri, an velit meliorationes, siue emponemata emere,si emphyteuta illa vendere præsumat Imp. decernat, aliterque venditionem factam,si ex vi pactionis non muniatur, nullā esse statuat,& emphyteutam insuper, qui eam monitionem omisit jure emphyteutico cadere iubeat; testationem hanc semel factam fuisse sat esse probat, si post eam duorum mensium spatium lapsum fuerit,ibi:*Disponimus attestationem domino transmitti* & ibi;*Et attestatione facta*,quibus verbis non plures,sed vnam præcessisse sufficere non obscurè probat. Igitur lex refert quid creditores cauti,curiosi,ve benigni fecerint, nō quid faciendum fuerit,vt in d.l.Æmilius Largianus,39.D. de minor.& in d.l.si mandato,59. §.ille illi,D.mand.

Deinde etiam Corras.& Ferr.non juuat Vlp.in d.l. 63
de pupillo,5.§.siquis ipsi prætori,D.de oper.nou.nunc. Cui vt respondeant interpretes in varias feruntur sententias, crebriori tamen calculo ab omnibus in eam itum est opinionem,plures ideo ibi attestationes requiri, quia inferior superiori protestatur, quo casu trina requiritur,argum.d.authen. statuimus, Cod. de Episc.& cler.& d.c.1.de suppl.negl.præl.quę iura sic accipi volunt; & superiorem illam regulam, quam vnicam sufficere docemur,tantum cum par pari protestatur,veram esse,non si inferior superiori,vel superior inferiori, quia tunc trina omnimodo requiretur interpellatio ex juribus proximè adductis: quæ fuit sententia Bauerij jam relati,d.nu.2.& secure eam resoluit Add.Bart.in d.§.siquis ipsi prætori,lit.D.estque communis resolutio ex Host.Ioa.And.Ant.de Butr.& alijs quos refert Mascard.de prob.vol.2.concl.1070. nu.12.licet,& eo etjam in casu vnicam sufficere plures probent,quos idem Masc.ibi,num.13.refert. Sed ego,licet ipsi,vt indubitatum id tradant,verius existimo in d.§.siquis ipsi prætori,id non probari,cum ibi Cons. non plures interpellationes requirat. Neque contrarium probant illa verba:*Et si nunciauerit postea*, & illa.*Quasi repetito die nunciatione facta*,quæ eū sensum,quem communis arbitratur,non habent; quod non obscurè constabit, si Bart.& aliorum communis traditio ad illum text.an vera sit nec ne discutiatur. Qui post Acc.ibi scho.1.existimat ideo,in d.§.si quis ipsi (juxta communem) vnam,& aliam testationem requiri,quia durante magistratu,neque prætori opus nouum nunciari,neque in iudicium eum vocari posse constat,ex generali D.Adriani rescripto,cuius meminit Paul.in l.pars literarum.48.D.de jud.Vlp.in leg. nec magistratibus 32.D.de iniur.Vnde ne quod vna via, (vt vulgo dicitur) prohibetur per indirectum

concedi videatur, statuit Cons. vt si opus prætori nunciandum sit, ne actio pereat, vice nunciationis, quis protestetur durante magistratu renunciare non posse, eoque finito si rursus nunciauerit repetito die nũciatio facta videbitur. In qua interpretatione in vna, & altera gloss. subsistit Acc. ibi, cui non inuiti cæteri assentiuntur. Quam tamen sustineri non posse arbitror primò, quia si vera esset, pari ratione non posset protestari prætori ædificanti, sicut nec nunciari: nam ista protestatio vim nunciationis habet, eosdemque effectus, quos operaretur nunciatio, producit, cum facta protestatione, si prætor ædificare vult, remissionem petere cogatur, se alterius iudicis jurisdictioni submittendo: vel satisdare cogatur, & ab eo inuito aliquid extorqueretur, aliàs ædificatum destrui deberet, & inde solum esset differentia verbalis, non realis, contra reg. l. 2. C. comm. de leg. leg. si prætor, 75 in princip. D. de iudic. cap. commissa 35. §. porro, de elect. libro 6. & inde à Bart. interpretatione recessit Cuma. in dict. §. siquis ipsi. Qui cùm text. aliter interpretatur, cum tamen ibidem reprehendit Ias. post longam disput. Bartol. sequutus.

Sed (ni mea me fallit opinio) quorsum hæc in dict. §. siquis prætori, disputentur, ignoro, non enim ibi Consultus agit de opere nouo prætori ædificãti nũciando, id enim durante magistratu fieri non potest, vt proximè notabat Cuma. sed tantum Consultus dubitat, quid iuris erit, si quis domino nunciare velit, isque vel absit, vel alio modo, ne ipsi nuncietur, latitet, an ipsi prætori eo casu nunciare sufficiat? & sufficere scripsit si se interim non posse nunciare testetur, & postmodum cum potuerit nunciet, nam tunc quod retro ædificatum est quasi repetito die nunciatione facta destruendum erit. Igitur nũciatio, in dict. §. siquis ipsi prætori, non prætori tamquam ædificanti fit, sed eo auctore; quia nullus in loco operis erat, quo præsente nuncietur, & qui domino renunciet, quo casu protestatio, de qua ibi, necessaria est; quem intellectum licèt non firmet, præsensit Accurs. ibi gloss. in fin. & gloss. verb. *prætori*. Ergo in dict. §. siquis ipsi prętori, vnica tantùm nunciatio domino fit, juxt. illa verba, *& si nunciauerit postea*, licèt protestatio antea prætori facta fuerit. Vndè Coras. & Ferr. ille text. sic illustratus iam non fauet.

64 Quibus non item astipulantur verba dict. authent. statuimus, Cod. de Episc. & cler. & dict. cap. 1. de supplen. negli. præl. nam cum ibi non par pari, sed inferior superiori nuntiet, & eum interpellet, trina tunc requiritur interpellatio, ex doctrina Anton. in cap. cum causa, de offic. deleg. & in c. ex literis, de const. quam ab omnibus sequutam, & receptam asserit Bauer. de mora. 1. p. numero 3. B. additio nat. in dict. §. si quis ipsi prætori. lit. D. Perez, in add. ad Segutam, in dict. leg. si ex legati causa, num. 166. D. de verb. oblig. & in eis juribus speciale ius animaduerti obseruat Cassan. in consuet. Burgun. rubr. 4. §. 23. num. 15. vbi & aliàs plures limitationes scripsit, quem sequitur Segur. in dict. l. si ex legati causa, num. 166.

65 Denique dict. cap. 1. versic. *Respondeo* ibi; *quod si neque venerit ad tertiam vocationem hoc ipso feudum amittat*, de milite vassallo, qui contumax est in vsibus feud. communi non obstat. Nam ibi non de vsuris soluendis, aut de quavis alia rei accessione, sed de tota re prorsus admittenda controuertitur. Vndè jure debet judicari ordine præcedente, si causam ingratitudinis dominus probauerit, hoc ipso feudum amittere ad quod necessario eum ad curiam dominus vocare debet, quod si non venerit iterum eum debet vocare, vsque in spatio trium, septem, vel decem dierum, arbitrio eiusdem curiæ terminãdo, & si nec venerit ad tertiam vocationem hoc ipso feudum amittit, vt probat dict. cap. 1. de mil. vassall. &c. & in c. 1. §. est & alia, quæ fuit prima causa beneficij amittẽdi, in vsibus feud. & inde cum denunciationes illę morem iudiciarium spectent ab earum forma discedere fas non erit, leg. contumacia 53. D. de re iud. leg. ad peremptorium, 68. D. de iudic. nisi quatenus lex iudicis in manu temperamentum posuit. leg. nonnunquam, 72. D. eod. & obseruat ad ea iura Forcat. tract. de mora. 1. part. numero 13. Ex quibus omnibus, tam longè petitis, satis expressum cum communi relinquitur, verius multo esse, extraiudicialem interpellationem vnam, & solam in mora constituere debitorem.

Hæc autem interpellatio, de qua tam late suprà disputatum est, non vna, sed *triplex* est; *Hominis*, & hæc aut iudicialis, aut extraiudicialis, quælibet etsi vnica rectè perficit moram juxta proximè dicta. 66 Legis, quando ipso iure committitur mora, quam nos suprà irregularem esse diximus, pluribusque casibus contrahi, numero 42. ostendimus. Temporis, † quando dies est apposita in promissione, quæ pro nomine 67 interpell. iuxt. leg. magnam, 12. Codic. de contr. & comm. stipul. leg. in emphyteuticariis, 2. §. fin autem. Cod. de iure emphyt. leg. pecuniæ fœnebris 9. §. vsurarum, D. de vsur. leg. libertis, 18. §. manumissis, D. de alim. legat. leg. ad diem. 77. D. de verb. oblig. leg. si traiectitiæ, 9. D. de naut. fœn. leg. traiectitiæ, 23. D. de oblig. & action. leg. quoties in diem. 59. D. de verb. oblig. leg. si fundus, 4. §. Marcellus, D. de leg. comm. leg. Æmilius Largianus, 59. D. de minor. leg. vinum. 22. D. si cert. pet. leg. Celsus, 27. D. de recep. arbitr. l. 1. vers. *Nisi forte*, D. de penu. leg. idem probat. expressè tex. noster in hoc cap. *potuit*, versic. *Non obstante quod ei*, & cap. licet. Canon. de electi. libro 6. consonat, de iure Regio, l. 28. ibi. *Ca entiendese que el dia del plazo, à que deue pagar la renta, lo demanda por el señor, è à plaza al otro que la pague*, titul. 8. text. vbi eleganter notat Gregor. Lopez, gloss. *a dia cierto*, in l. 18. tit. 11. & melior in l. 8. versic. *E por ende dezimos, que cada vno es tenudo de dar, ò de fazer loque el prometio al plazo que fue puesto para ello. E non se puede escusar que lo non faga, maguer el otro non ge lo demãde*, p. 5. & antea in leg. 55. quo loci latè Gregor. d. t. re- 21. p. 5. notarunt vniuersi scribentes in locis proximè relatis, maximè in d. l. si insulam, B. in l. ita stipulatus, Lamag. 2. quæst. num. 41. D. de verb. obligat. receptus secundum Bolognetum, in eadem leg. si insulam, numer. 36. Hotomanum, libro 2. obseruat. capit. fin. Per. Ioann. de Anchart. decis. 68. num. 13. iidem omnes in dict. leg. magnam, & in dict. vinum, vt per Alexand. ibi, num. 3. Dec. eodem num. 3. scripsit Plautius in præfat. ad dict. leg. quod te mihi, numer. 16. D. si cert. pet. Seguta, in leg. si ex legati causa, n. 5. vbi in additionibus ad eundem Perez, ingentem doctor. copiam, idem affirmantium retulit, D. de verbo. obligat. tradidit cum ampliationibus, & limitationibus Bauer. tractat. de mora. 2. p. ex numero 1. & si controuertat Ferret. eodem tract. colum. 4. ex num. 11. Sapor. tract. itidem de mora, 2. part. num. 52. Forcat. eodem etiam tract. 1. p. numer. 7. & 2. p. num. 4. Cuiac. in dict. leg. si ex legati causa, litera B. & in leg. si insulam. 84. vbi latissimo sermone Bart. Bald Paul. Alexand. Ias. Ripa, Crotus Hannib. Homedeis, Nigris, & nouissimè Bologn. D. de verb. oblig. & præter inf. referendos, num. 70. probat Maschard. de prob. volum. 2. conclus. 1070. num. 19. Quinimo & solus vnius diei, & vnius horæ lapsus moram facit, vt iidem omnes expressè fatentur, & doctè scribit Robert. libro 2. sentent. cap. 17. Carond. libro 3. verosi. capit. 20. & nominatim, Decius, in dict. leg. vinum, numero 9. & ibi Rubeus, numero 108. † Et fortior ea mora est, quæ ex aduentu diei fit, quam quæ ex interpellatione contrahitur, siquidem hæc ignorantem moratorem non facit, illa etiam ignorantem comprehendit, leg. in diem. 77. D. de verbor. oblig. explicarunt Paris. consil. 19. Ias. in dict. leg. si ex legati causa num. 12. Menoch. qui alios refert,

refert, dict. cas. 220. ex num. 42. cum sequentibus.

His, satis superque intelligere licet, quid hæc vox, mora, significet, quid & quotuplex sit, item quomodo contrahatur, ad propositæ quæstionis veram intelligentiam, & dilucidationem.

QVæstio igitur à nobis suprà huic disputationi proposita, illa erat.

Vtrum die, & pœna adiecta, moræ emendationi locus sit.

In qua quidem communi omnium consensu, negatiuam partem receptam video, vt scilicet eo casu moræ expiatio excludenda sit; quam sententiam scripsit Accurs. in leg. etsi post tres, 8. verb. *pluresve*, versic. *Primum quia fuit pœna*, D. siquis caut. quem ibi communiter omnes scribentes sequuntur, Bart. num. 5 Bald. in lect. num. 32. in rep. num. 10. Paulus num. 4. Alexand. num. 9. & numer. 14. Ias. ex num. 20. idem B. in leg. si insulam, 84. D. de verb. oblig. in num. 4. Ias. num. 15. Herculan. num 40. Ripa, nu. 36. Bologn. numerò 114. Boërius, consil. 22. num. 4. Alexand. consil. 158. nu. 4. Oscius, decis. Pedemon. 72. num. 7. Hotom. libro 2. obseruat. capit. fin Loriot. tractat. de mora, axiom. 26. Chærian. 2. tom. comm. opinion. verb. *Mora*, pag. (mihi.) 125. colum 1. in fin. Cras. in disp. de mora, dict. 2. tom. commun. opinio. pag. 128. colum. 2. Andora. ibidem, verb. (*mora non purgatur,*) pag. 130. col. 2. Donel. Fina. 2. tom. reg. vtriusque iur. verb. *Mora*, pag. 61. col. 1. versic. *quarto mora*, post longã disputationem, idem scripsit Salic. tract. de mora, quæstio. 2. princip. conclus. 6. per tot. num. 6. vbi tandem in id, numer. 27. non inuitus trahitur, communem dixit Sapor. eodem tract. cap. 2. numer. 65. defendit Forcat. eodem tract. 3. p. numero 17. nouissimè Fachin. libro 1. controuers. cap. 98. Anton. Fab. libro 6. coniect. cap. 7. Caroc. tract. de locat. & conduct. 4. par. titul. de mora, ex num. 52. Valasc. de iure emphyt. quæst. 5. nu. 13. ex nostris secure doctiss. Gregor. Lopez, in l. 35. tit. 11. p 5. Padilla, in leg. si super possessionem 9. numer. 7. Codic. de transact. Gomez, in l. 33. Tauri, num. 3. Couarruu. libro 3. var. capit. 17. num. 4. Matien. ad l. 7. tit. 4. libro 5. nouæ collect. Reg. sub glo. 3. nu. 2. & Leon. in repetit. leg. si pacto quo pœnam, 14. 3. part. repetit. sub numero 1. Codic. de pact. Matien. in l. 10. gloss. 2. num. 3. tit. 17. libro 5. nouæ Recopil. & cum aliis Gracian. lib. vn regul. 397. num. 1. (qui vt obiter id admoneam ex hac communi opinione resoluunt in casu, leg. 53. Taur. l. 7. tit. 4. libr. 5. nouæ Recop, moræ emendationem admittendam non esse, vt in dict. l. 33. num. 3. resoluit Gomez, & in eius addit. Gomez Corn. eius Nepos, sub dict. num. 3. Matien. in dict. l. 7. gloss. 3. numero 2. Mieres, de maior. 1. part. quæstio. 46. num. 3. ad fin.) contendunt itaque omnes negatiuam hanc partem veram esse, & regulam, generalemque definitionem statuunt *moram nunquam, si dies & pœna adsint, elui posse*, quibus peculiares rationes, & argumenta non desunt quibus hanc, quam tuentur, sententiam munire possint.

Sed quod Doctores pluris faciunt desumptum est ex difficili Afric. respon. relato, in leg. Traiectitiæ, 23. §. de illo D. de oblig. & actio. qui iuncto princip. non leuiter communem hanc sententiam probat hæc in verba. *Traiectitia pecunia nomine, si ad diem soluta non esset, pœna (vti assolet) ob operas eius, qui eam pecuniam peteret in stipulationem erat deducta, quia eam pecuniam petebat, parte exacta petere desierat, deinde interposito tempore, interpellare instituerat. Consultus respondit, eius quoque temporis, quo interpellatus non esset, peti posse pœnam: amplius etiam si omnino interpellatus non esset, nec aliter non committi stipulationem, quam si per debitorem non stetisset quominus solueret: alioquin dicendum, si is qui interpellare cœpisset valetudine impeditus interpellare destisset, pœnam non committi.*

48 ¶ *De illo sanè potest dubitari, si interpellatus morã ipse fecerit, an quamuis pecuniam postea offerat, pœna nihilominus committatur: & hoc rectius dicitur. Nam, & si arbiter ex compromisso pecuniã certo die dari iusserit, neque per eum, qui dare iussus fuerit, non committi pœnam respondit. Adeo vt & illud Seruius rectissimò existimauerit: si quando dies, qua pecunia daretur, sententia arbitri comprehensa non esset, modicum spatiũ datum videri. Hoc idem dicendum est & cum quid ea lege* 49 *venierit, vt nisi ad diem pretium solutũ fuerit, inempta res fiat.* Hactenus Afric. ex cuius verbis non obscure colligitur, quod vbi dies, & pœna est, mora purgari (vt Doctores loquuntur) non potest.

Sequens agument. pro eadem communi præstat Imp. in leg. magnam, 12. Codic. de contr. & commit. stipul. *Magnam legum veterum obscuritatem (inquit) quæ protrahendarum litium magnam occasionem vsque* 50 *adhuc præbebat, amputantes sancimus, vt siquis certo tẽpore facturũ se aliquid, vel daturum stipuletur, vel quæ stipulator voluerit promiserit, adiecerit, quod si statuto tempore minime hæc perfecta fuerint certam pœnam* 51 *dabit: sciat minime se posse debitor ad euitandam pœnam adiicere, quod nullus eum admonuit: sed etiam citra vllam admonitionẽ eidem pœnæ pro stipulationis tenore, fiet obnoxius, cum ea quæ promiserit ipse, in memoria sua seruare, non ab aliis sibi manifestari debeat poscere.* Quæ verba perspicuè demonstrant, diem & pœnam moræ emendationi obesse.

Alterum argument (neque contemnendum) quod huic communi stipulatur, extrahitur de leg. Celsus, 27. D. de arbitr. vbi Vlpian. sic scripsit. *Celsus ait: si arbiter intra Kalendas Septembres dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur, attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere, quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse, &c.* Satis ergo his verbis ostendit Vlpian. eum qui intra Kalendas dare iussit, si non dederit, neque arbitri sententiæ paruerit, postea offerendo, moram emendare non posse, quoniam semper verum est intra Kalendas datum non esse.

Quarto non longè à communi est, & illud quod de emphyteuta vulgo traditur, qui si à solutione canonis per biennium, si emphyteusis Ecclesiastica fuerit, aut per triennium si priuata, cessauerit, omnimodo moram emendare non poterit, qui statim à iure suo cadat, iuxt. authent qui rem, Codic. de Sacram. sanct. Eccles. ibi; *Aut emphyteut. cum canonem per biennium non soluerit, hac lege repelli poterit*; & in authent. de non alien. aut permut. rebus eccles. & c. §. scire autem emphyteutas, ibi; *Quia si biennio continuo exsoluerint emphyteuticum canonen, fiunt omnino extranei emphyteumatis*, col. 1. & in authent de alien. & emphyteut. & c. §. si verò quis, ibi. *Aut per biennium non intulerit, quod ab eo promissum est emphyteuticum, aut locationis canonem; damus licentiam venerabili domui, ex qua locatio, aut emphyteusis facta est, & antiquum statum locata, siue emphyteutica rei exigere, & eiicere de em-* 52 *phyteusi, siue locatione*, coll. 9. & magis ex l. 2. §. fin autem, ibi; *Sed per totum triennium, neque pecunias soluerit, neque apochas domino tributorũ reddiderit, volenti, ei licere eum à prædiis emphyteuticariis repellere, nulla ei inposterum allegatione opponenda sed omnimode eo, si dominus voluerit, repellendo, &c.* Codice de iure emphyteut. Per quæ iura, Gregor. IX. hic prorsus contraria, communem sententiam resoluit Afflict. decis. 174. numero 4. Grego. Lopez, in lege. 18. titul. 8. parte 5. F. comm. libro 7. comm. cap. 12. numero 209. Clar. libro 4. reception. sentent. §. emphyteusis, quæstio. 8. numero 15. ergo die, & pœna adiecta mora non emendatur.

Quinto

75 Quinto pro hac communi huiusmodi argumentum construo. Iuramentum impedit moræ emendationem: sed iuramentum sortitur naturam actus, cui adhæret; ergo etiam sine iuramento elui non poterat mora, ergo à fortiori die, & pœna adiecta expiatio explodetur. Discursus iste legitimus est: Maior probatur ex recepta communi omnium consensu doctrina, in dict. leg. si insulam, num. 20. D. de verb. obligat. quam sequuntur plurimi infrà referendi, n. 189.

76 Minor non obscure† deducitur ex vulg. sentent. Imper. in leg. indubitati iuris, fin. Codic. de non num. pecun. leg. qui iurato. 16. D. qui satisd. cog. leg. si quis pro eo. 57. D. de fideiussor. capit. quemadmodum, 25. suprà de iur. iur. ex quibus pro regul. id. 1. tom. regul. vtriusque iur. traditum est, semper iuramentum sequi leges, & conditiones quas, & contractus cui adiicitur, quod & probat l. 27. versicul. *Otro si dezimos*, tit. 11. part. 3. resoluit cum aliis Couarruu. in cap. quamuis pactum, de pact. libro 6. 1. part. §. 3. num. 10. & § 4. numero 1. & in rub. de test. 2 part. num. 12. & libro 2. var. capit. 14. num. 1. versicul. *Quinto etiam* latè Gutierr. lib. de iurament. confirm. 1. part. capit. 57. qui plures retulit, sed non Garsi in leg si vnus, 28. §. pactus ne peteret, sub versicul. *Veniamus ad tertiam quæstionem*, numero 66. & num. 68. D. de pact. Molin. ad consuet. Paris. 2. p. §. 62. num 21. & in l. 1. si quis, §. ita, numero 85. D. de verb. obligat. Tiraq. in leg. si vnquam, in præfat. num. 149 & seqq. Octau. decil. Pedemont. 41. & decis. 92. n. 5. & 11. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 47. qui omnes egregiè regul. dict. leg. fin. Cod. de non numer. pecun. prosequuntur, & illustrant. Cuius communis regula etiam in statutis, quorum naturam assumit iuramentum, probat post Bart. in leg. omnes populi. D. de. in capit. cum accessissent, num. 19. de cōstit. vt videlicet si statutum iuramento firmatū sit, & postmodum reuocetur, vires etiam iuramenti deficiant, quia & statuum reuocatione fumescit, de qua etiam re omnino est videndus, qui cæteris latius rem hanc illustrat, à Villadieg. in comm. ad l. 4. ex numero 3. maximè numero 11. titul. 5. libro 5. del Foro juzgo, & P. Morquecho, de diui. bon. libro 3. capit. 6. num. 55. Consequentia autem rectè infertur, ergo sequela negari non potest.

77 Sexto in confirmationem eiusdem communis fortiter stringit Vlpian. respon. in leg. si fundus, 4. §. Marcellus, D. de leg. comm. vbi Vlpian. Marcell. libro 20. Digest. dubitasse tradidit, vtrum commissoria locum habeat, si quis interpellatus non soluat, an verò si non obtulerit, & arbitratur offerre eum debere si vult se legis commissoriæ potestate soluere, quod si non habeat cui offerat, posse se securum esse, ergò si habuit neque obtulit legis commissoriæ potestate solutus non erit, & inde re inempta moram in solutione commissam propter diem, & pœnam, vt ibi Consultus præsentit, non explodet.

78 Nec dissimile est, quod septimo pro hac parte adducitur, & ab eodem Vlpian. in l. 1. versicul. *Nisi fortè* D. de penu. leg. refertur; hæredem iussum vxori testatoris aliquid penoris dare, & si non dederit, nummos præstare, habere obligationem penoris præstandi, tamdiù quamdiù lis, cum eo de pecunia non contestetur, nisi fortè aliud tempus, vel mente, vel verbis testator præstituerit, quo casu non penum legatam, sed pecuniam testatoris vxori dare cogetur, propter diei adiectionem; quæ adiuncta pœna moræ emendationem impediet, quem tex. pro hac communi, præter alios, expendit ibi Bart. num. 6.

79 Pro qua potest, & octauo elegans Scæu. respon. in leg. Thais, 41. §. intra certa, D. de fideicommiss. lib. perpendi, vbi cum libertas seruis, si intra certum tempus rationes redderent, relicta esset, & per eos stetisset, quominus intra præscripta tempora conditioni parerent, non idcirco, quod postea rationes velint reddere liberos fore, Conf. scribit, quod nulla alia ratione contingit, nisi quia tempus præscriptum fuit, itē, & pœna quia conditioni non parentes serui manent, & inde ex communi moram emendare non potuerunt.

Nono hæc communis suaderi potest ea considera- 80
tione, nam si vbi non est dies, neque pœna, mora non emendatur, à fortiori iis adiectis eius expiatio impedietur. Antecedens suadetur Paul. & Scæuol. auctoritat. in leg. si in leg. 27 §. Colonus, D. locat. & in leg. si ita quis promiserit, 135. §. Seia cauit, D. de verb. obligat. quibus in locis prædicti consulti solum intra modicum tempus arbitrio iudicis declarandum moræ emendationem admittunt, ergo longo tempore maximovè interuallo lapso, etiam sine die, & pœna mora non eluetur. Paul. verb. in dict. §. Colonus, sic se habet. *Colonus, si ei frui non liceat: totius quinquennij nomine rectè statim aget, etsi reliquis annis Dominus fundi eum frui patiatur: nec enim semper liberabitur Dominus eo quod secundo vel tertio anno patiatur fundo frui: nam & qui a conductione expulsus, in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus, neque ipse pensionum nomine obligatus erit, & quantum per singulos annos cōpendij facturus erat, consequetur: sera est enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui Colonus aliis rebus illigatus nō potest. Quod si paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiam agit; & omnia Colono integra sunt, nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet*: hæc Paul. seq Scæuol. *Seia cauit Lucio Titio, quod mandante eo hortos emisset, cum pretium omne, cum vsuris ab eo recepisset, se in eum proprietatem hortorum translaturam. Deinde in continēti inter vtrum conuenit, vt intra Kalendas Apriles primas vniuersam summam mandator numeraret, & hortos acciperet. Quæritur cum antè Kalendas Apriles non omne pretiū cum vsuris à Lucio Titio Seia solutum fuerit, interposito tamen modico tempore reliquum pretium cum vsuris Seia Lucius Titius soluere paratus sit, neque Seia accipere voluerit, & vsque in hodiernum diem per Titium non stet, quominus reliquum pretium soluerit, an si nihilominus Lucius Titius Seiæ pecuniam vniuersū soluere paratus sit stipulatu agere possit. Respondi posse si non multo post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesse, quod omne ad iudicis cognitionē remittendum est.* Ex quorum responsis (quæ hic ideo retuli, quia inferius à nobis non ineptè exponenda sunt) antecedens non obscure probatur, consequentia autem aperta est, argument. vt suprà constructo, nam si post modicum tempus moræ emendationem non admittunt, multo minus post diem, & pœnam, quo casu magnum interuallum præcessisse necesse est.

Decimo Bartol. & commun. sequens consideratio 81
fauet, quod vbi post diem, & pœnam debitor non soluit, duplex mora contrahitur; altera ex interpositione diei, quæ pro domino tacitè debitorem interpellat. ex dict. leg. magnam, 12. Cod. de contr. & commun. stip. & latè suprà numer. 67. scripsimus, altera ex adiectione pœnæ. Sed vbi adest duplex mora, eius emendatio non admittitur, ergo die, & pœna adiecta itidem explodetur. Discursus optimus est, maior patet, minor probatur ex Bartol. recept. sentent. in dict. leg. si insulam, numer. 16. D. de verb. obligat. quam ibi commun. resoluit Ias. num. 29. Ripa, numero 76. latè Bald. in dict. l. etsi post tres. D. si quis caut. & repetentes omnes in dict. leg. si insulam, & vt indubitatum retulit Segura. in dict. leg. si ex legati causa, ex num. 183. & ibi in addit. D. Petr. D. de verbor. obligat. Gabr. 2. tom. comm. opinion. lib. 11. col. 130. Medic. reg. 2. relat. 2. tom. regul. vtr. iur. pag. 91. co. 1. ad fin. libro 11. Euer. in cent. locis, capit. 91. à locutionis geminatione, num. 9. Capic. decis. 19. num. 4. & Cephal. consil. 25. num. 1. † Pro qua communi sententia induci potest, 82
c. si cautio. 14. suprà de fid. inst. l. generaliter, 13. Codic.

dic. de non numerata pecunia, in leg. cum de indebito, 25. fin. D. de probat. in quibus geminata confessio receptæ pecuniæ impedit exceptionem nō numeratæ pecuniæ: quam sententiam expressè vltra iura supra allegata tenuit Alex. in leg. si duo patroni, 13. §. Marc. num. 3. D. de iur. Andor. 1. tom. commun.
83 opinio. libro 7. col. 461. † Rursus in confirmationem eiusdē Bart. ineptè adducitur regul leg. si mulier, 22. C. ad S.C. Vell. vbi geminata renunciatio Velleiani, mulierem ab eius Senatusconsulti auxilio excludit.
84 † Deinde etiam argument. præstat leg. cū scimus, 22. versicul. *Sin autem*, Cod. de agric. & cens. libr. 11. vbi licet sola scriptura, vel confessio in qua qui enunciatine se alterius adscriptitiū asseuerat ei non præiudicet, neque eius statum mutet, si tamē aliis adminiculis sit approbata, vt quia alia scriptura, siue confessio interuenit, tunc ex vtroq; genere obligationis, tam scripturæ, quam confessionis, talem eū esse præsumēdum est, qualem scripsit, & inter acta deposuit.
85 † Præterea quia geminata interpellatio, impedit moræ emendationem, iuxt. text. qui singularis haberi solet, in dict. leg. traiectitiæ 22. §. de illo, D. de obligat. & actio. quem sic accipi volunt Angel. Paul.
86 & Roman. in dict. leg. etsi post tres. † Sed & illud meminisse iuuabit, quod sit coniugi, si castè vixerit, relictū nubens non amittat, ex celebri traditione Bart. commun. recept. in dict. leg. mulier. 22. §. cum proponeretur, num. 5. D. ad S.C. Treb. Abb. in cap. vt clericorum mores, nu. 5. de vit. & de hon. cler. quæ fulciri non leuiter poterit, ex cap. Nycena synodus, 31. distinct. geminatas tamen si contraxerit nuptias relicto priuabitur, scripsit Angl. in authent. quomodo oporteat Episcopos, §. hæc autem de Deo, num. 12. coll. 1. quē sequitur Euerar. dict. loco, 91. à locutionis geminatione, num. 7. Ripa, in dict. leg. si insulam, num.
87 77. † Denique astipulatur regul. leg. Ballista, 32. D. ad S.C. Trebel. qua actum geminatum plus quam simplicem operari traditum est, quod ibi latè interpretes probant, & notanter tradiderūt Corser. in tract. de verb. gemin. qui habetur, in 12. vol. diuers. doct. in antiquis Brun. tract. de augmen. quæst. 4. princip. nu. 15. Gigas, tractat. de pensionibus, quæst. 100. num. 5. Hippol. in sing. verb. *geminatio*, & ad l. 1. sub nu. 38. C. ad leg. Cor. de sic. Euerard. in dict. cap. 91. per totum, & antea, cap. 5. pag. 2. in fin. Perez, in addit. ad Seg. in dict. leg. si ex legati causa, num. 183. plura Costa, in leg. si ex cautione, fallent. 14. Codic. de non numer. pecun. Pinel. in rubr. 1. part. num. 14. versic. *Inde etiam*, & num. 43. Cod. de bon. matern. & in l. 2. par. 1. capit. 2. num. 22. cap. 4. num. 31. Codic. de resc. vend. & infinitos retulit. Gab. lib. 7. commū. 1. tom. verbo, *geminatio*, & 1. tom. reg. libro 7. eod. verbo, *geminatio*, & concinit vulgaris Poëta.

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit,
Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant.
Tu tantum numero pugna, perceptaque in vnum
Contrahe, de multis grandis aceruus erit.

Ex quibus quanta sit vis geminationis apparet, de qua multa, etiam multa Iaso. in leg. fin. nu. 6. col. 4. in princp. Codic. de Instit. Medic. regul. 4. Ricciard. in comment. de adempt. legat in Rub. num. 15. Aluarad. de coniect. ment. defunct. capit. 2. ex num. 3. *Ex his causis primogeniorem masculinitatis geminatam vocationem, inducere fœminarum perpetuam exclusionē, sic vt nulla possit contraria admitti, nec præsumptio, nec probatio, probant Decius, in l. fœminæ, numer. 105. D. de reg. iur. Tiberius Decianus, responso. 46. num. 74. lib. 2. Anton. Gabr. libro 6. cōmun. opinion. tit. de verb. obligat. conclus. 6. nu. 14. Mantica libr. 8. de coniectur. vltim. volunt. titul. 18. nu. 18. Cephal. consil. 451. num. 232. vol. 4. Syluanus, consil. 95. n. 11. Gonzadinus, consil. 30. n. 1. Menoch. cōsil. 10. n. 5. Mieres de maiorat. 1. p. quæst. 22. n. 141.

Quibus insuper ego quoad Bartol. opinionē atti- 88
net. ad . o, quod licet sola dies moræ emendationem non impediat, vt in l. sed si alia 17. D. de const. pecū. & dict. leg. si ita quis, 135. dict. §. Seia cauit, secundū eundem Bart. (sic nunc accepto) itē neque sola pœna ex l. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes, D. de verb. obligat. quod, & nominatim scripsit Saporr. tracta. de mor. capit. 4. num. 131. & seq. vtrumque tamen, si dispositioni insit moram elui prohibet, iuxt. receptissimam hanc opinionem. Ex quibus omnibus, quid geminatio operetur satis constat, & minor argumentationis probata requiritur.

Vndecimo, & pro communi opione, illud argū- 89
ment. notari poterit, quod cum executio sit à l. mora emendari non potest, ergo à fortiori cū fit ab homine impedietur: antecedens probat. ex Bart. recepta sentent. in dict. leg. si insulam, nu. 19. quem ibi communiter amplectūtur posteriores Alexand. num. 33. Ias. num. 31. Ripa, nu. 82. Hippol. in rubr. de fideiuss. n. 344. Donel. Fin libro 3. regul. 2. tom. diuers. regul. lib. 11. pag. 90. col. 1. Crass. in disputatione de mora, quæst. 19 quem retulit Gabr. 2. tom. commun. opin. libro 11. col. 128. & ibidē ex aliis repetit. col. 130. ingentem Doctorum copiam retulit Tiraquel. in l. si vnquam, verb. *reuertatur*, num. 310. Codic. de reuoc. don. Diaz, regul. 476. Gomez, in l. 33. Taur. nu. 3. Matienc. in l. 7. titul. 3. libro 5. nouæ coll. regul. glo. 3. n. 90
2. & 3. Quæ probatur in leg. si is cui. 29. D. de l. 2. vbi Cels. scripsit. *Is, cui legatus sit Stychus aut Pamphilus, cum Stychum sibi legatum putaret† vendicauerit, amplius mutanda vendicationis ius non habet namque etsi dānatus hæres alterutrum dare, Stycum dederit, cum ignoraret sibi permissum, vel Pamphilum dare, nihil repetere poterit.* Præmisso prius† pro inductione, dominium rei legatæ recta via à morte testatoris in legatariū transire, l. à Titio. 66. D. de furt. leg. seruum filij. 49. §. si quis re, leg. si seruus legatus, 111. vers. *legatum*, l. si tibi homo, 58. §. cum seruus, D. de leg. 1. l. proinde, 8. D. si cert. petat l. nam sicut repudiante, 36. cum duabus leg. seq. D. ad l. Aquil. l. 1. col. 3. ad med. D. si quid in frau. pat. nor. vbique Bart. idem in leg. Pomponius, 9. nu. 3. D. de neg. gest. & probat, l. 35. vers. *E aun dezimos que luego que el testador es muerto, passa el señorio de la cosa que es assi mandada à aqual à quien es fecha la manda*, titul. 9. part. 6. Præterea, quod quando vna ex duabus rebus alternatinè debitis† soluitur ex le- 91
gis dispositione, obligatio in resoluta transfunditur, l. cum sine, 19. leg. si penum, 24. D. quād. dies leg. ced. cum aliis simil. Quibus præmissis inquit dict. l. si is cui quod si Titio fuerit relictus Stychus, aut Pāphilus, & is vnum acceperit ab hærede, non poterit hæres emendando moram, dicere velle se alterū soluere, neque legatarius, si alterum vendicauerit, amplius mutandæ vendicationis ius habebit: quia iam à lege obligatio alternatiua in resoluta translata est, vndè variatio non admittitur. † Consequentia autē aper- 92
ta est, ex vulgato axiomate, & iuris dicterio, quo docemur, mitius multo agi cum lege, quam cū homine, tria Accurs. sent. in leg. Celsus, glos. 1. D. de arbit. quā amplectuntur Bart. in dict. leg. si insulam, num. 9. Ias. num. 22. & cæteri repetentes ibi. D. de verb. obligat. latè prosequ. Abb. in capit. dilectus, de præbend. & nō male probat reg. l. 33. versic. *Porque mas legeramente puede ome estorcer de la pena de la ley, quando cayere en ella, que de la que ponen los iuzgadores en su juyzio*, tit. 4. part. 3. cum autem dies, & pœna adiicitur, initio conuentionis ab homine fit executio, ergo eo casu mora non emendabitur.

Quibus, duodecimo finitimum est illud, quod cō- 93
muni non parum fauet, post litem contestatam moram non posse emendari, ex sæpè citata l. si insulā, 83. D. de verb. obli. *Si insulā*, (inquit Paul.) *fieri stipulatus sim, & transierit tēpus quo potueris facere, quandiu litē contestatus*

contestatus non sim, posse te facientē liberari placet, quod si iam litem contestatus sim, nihil prodesse tibi si adifices, vbi latissimo sermone prosequūtur repetentes, at eadem ratio, quæ post litem contestatam moræ emēdationem impedit, die, & pœna adiecta adest, ergo si interuenerint, & dispositioni fuerint adiectę, expiatio moræ reiicietur. Maior argu. ex d.l. si insulam cōstat, minor sic probatur, nā omissis pluribus, de quib. per Doctores, in d.l. si insulam, vera ratio quæ post litē
94 contestatā moræ emendationē excludit, ea est. † Quia per litis contestationem quasi contrahitur, l. 3. §. idē scribit, D. de pec. gloss. verbo, *ex parte*, in l. 2. §. fin. D. de præt. stipul. & inde amplius ab eo, super quo lis est contestata, recedi non potest, cum nouus contractus celebratus videatur, & sic iā succedat reg. l. sicut initio, 5. C. de oblig. & actio. iunct. ibi à Doctoribus traditis, & gl. in l. in commodato, 17. §. sicut autē, verb. *Non officium*, C. commod. & conducit l. post litē, 17. D. de procurat. Sed hæc ratio militat die, & pœna adiecta, cum initio conuentionis contractu principali non impleto pœna præstetur, ergo pars contumax, ex superioribus pœnam non euitabit, quæ ab initio inter ipsos contrahentes adiecta fuit, & de ea alius quasi secundus quidam contractus celebratus, à quo contumax altera parte inuita, resilire non poterit.

95 Quod argumentum iuuari potest ea consideratione, nā creditor prouidendo sibi de pœna post terminum solutioni debiti principalis præfixum, videtur velle, vt debitum ipsum principalē offerri non possit, & per consequens debitor si contractū non adimpleat, ne possit moram emēdare, cui conuentioni debitor pœnam post diē promittendo annuere videtur, in idque, & vtrumque conuenire, arg. vulg. illius dicterij, cuius meminit Pomp. in l. statu liberrū. 11. §. fi. in fin. D. de l. 2. permissū scilicet, ad tempus, post tēpus censeri prohibitum, quod probat l. 2. C. de iure emphyt. & conducit l. cum prætor. 12. D. de iud. cū sim.

96 His & illud ego pro communi adiungo, ex commissione stipulationis pœnalis, principalem obligationē nouari. leg. obligationum, 41. §. fin. D. de oblig. & act. *Sed si navē fieri (ait) stipulatus sim, & non feceris centū: videndum vtrum duæ stipulationes sint, pura & conditionalis, & existens sequens conditio non tollat priorem, an vero trāsferat in se, & quasi nouatio priori fiat: quod magis verū est*, l. stipulatus 115. in fi. verb. D. de verb. obl. vbi latè scripsit Bart. & omnes, iidē in l. si pacto quo pœnam, 14. pact. Gregor. Lop. in l. 15. & 16. 34. & 35. titul. 11. p. 5. sed per nouationem primum debitum
97 extinguitur, & in aliud transfunditur, l. 1. cū aliis ibi, D. de nouat. leg. fin. C. eod. tit. § præterea, Inst. quibus mod. toll. oblig. l. 15. tit. 14. p. 5. † Ergo debitor morā emendando, primum debitum, quod iā non est, pro eo quod est, soluere non poterit, argu. l. 2. §. 1. D. si pet. l. Paulus, 99. D. de solut.

Hæc sunt vrgentiora argumenta, quæ à Doctoribus variis in locis tradita, à nobis in vnum congesta, eorumque nonnulla ex proprio Marte inuenta, & pro communi noviter constructa, eam non leuiter iuuare, & Pontif. Gregor. 9. decisionem in hoc versic. *Nisi celeri sibi &c.* euertere videntur, pro qua, & si alia possent adduci, ea omnia omittere decreuimus, tum quia sub iis comprehenduntur, tum etiam, ne nos qui de emendatione moræ disputationem constituimus, inexpiabilem illam contrahamus.

98 QVibus non obstantibus contrariam affirmatiuam partem, *moræ*, inquam, *emendationem diei etiam pœnam adiectam non esse denegandam*, aduersus hanc Accurs. Bart. & aliorum sententiā ab vniuersis ferè interpretibus sequutam, non desunt qui defendant, cuius opinionis auctores laudantur P. de Bellapert. A. de Pis. Ang. Ludou. Rom. Fulg. & alii, quorū meminerunt Alex. & Iaso, in d.l. si insulam, n. 15. D. de verb. oblig. & in d.l. si pacto quo pœnā, C. de pactis, & omnino tenendo, etsi pro ea nulla fundamenta adducat, opinatur Ferret. tract. de mora, col. 11. n. 30. eleganter, & doctè Saporta eodem tract. cap. 4. ex n. 133. & tanquam nouam neruose defendit Robertus libro 2. sententiarum, c. 18. quorum sententiam, reclamante communi, vtpote melioribus rationibus, fortissimisque argumentis comprobatam, quæ eam manifestè veram esse ostendunt, & indubitanter tenendam docent, sequi ex sequētibus non dubitabo.

Primo igitur moueor expressa Gregorij Noni Pontificis authoritate qui in nostro text. vers. *Nisi celeri*, palam insinuat, Ecclesiasticum emphyteutam, qui à solutione canonis per biennium cessauit satisfactionem celeri, sibi consulere posse moram emendando: quod tamen casu diem, & pœnā esse negabit nemo, & sup. n. 2. in initio disputationis ostendimus.
99 † Neque argumentum hoc eleuet, qui cum communi dixerit text. nostrum in emphyteuta Ecclesiæ loqui, in quo speciale ius animaduertitur, vt æquitatis causa mora emendare possit; secus autem esse in priuato, cuius expiatio omnimodo reiicitur, quomodo post Alexand. Imol. Ias. F. Ripa, & repetentes in dict. leg. si insulam, accepit. Couarruu. libro 3. variar. cap. 17. num. 4. Conan. lib. 7. capit. 12. num. 9. Gregor. Lopez, in l. 28. tit. 8. p. 5. Afflict. decis. 174. num. 4. Iul. Clar. libro 3. recept. sent. §. emphyteusis, quæst. 8. nu. 15. & communē resoluit Crassus, in disput. de mora, q. 24. tom. 2. commun. opinio. lib. 11. pag. 29. col. 1. & neminem referens Sap. de mora, cap. 4. n. 143. & nouissimè cum multis Caroc. tractat. de locat. 4. p. titul. de mora, numero 31. & seq. Fachin. lib. 1. controuers. iur. c. 98. Ceuall. pract. quæst. commun. cap. 14. ad final. Quia longè veriùs est, & in emphyteuta priuari, idē iure Canonico esse admittendū, per text. qui expressè probat in c. propter sterilitatem. 3. §. verū, in fin. suprà hoc titul. ibi: *Vel cum canonem per bienniū non soluisset, si sibi satisfactione celeri non prouidit.* Vbi ei qui à priuato rem locatam habet ad breue tempus permittitur moram emēdare: ergo multo magis emphyteutæ hoc concedendum est, cum maius ius habeat, ob idque res difficilius ab eo auocāda sit, vt resoluit Crassus prox. citatus Clar. in dict. §. emphyteusis, quæst. 8. in fin. Præterea si Ecclesiæ commoda sectemur, nonne magis præstat nulla post diem audita excusatione emphyteutā fundi possessione iuste expelli: Rursus addo, cum de patrimonio Ecclesiæ vel re tēporali agitur, sacros Canon. Princip. cōstitutionibus adiuuari, cap. 1. de nou. oper. nunc. Iura autem ciuilia in fundo Ecclesiast. bienniū statuisse, dict. authent. qui rem, C. de Sac. sāct. Eccl. cū aliis adductis suprà num. 74. iisdem igitur iuris regulis consistent Pontificia iura, quibus sanè non amplior terminus soluendi constitutus est, si ergo emphyteuta cessās in solutione canonis per bienniū, celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuerit, post morā, modici temporis interuallum habebit, etiam cum dies, & pœnam contractui accessit.

100 Sed quæ sit celeris satisfactio, de qua Grogor. IX. in hoc versic. *Nisi celeri*, in d. §. verum, grauiter controuertitur, quam antequā hinc abeamus exponere è re erit, quæ & variè explicari solet, & illa est notabilis opinio, vt celeriter satisfecisse dicatur, qui ante litem contestatam pensionem obtulit, argum. leg. amplius non peti, 15. D. rē rat. hab. leg. vn. C. de plus petit. per quæ iura id tenent Gratus, cōs. 49. in fi. lib. 1. Pap. decis. 123. Quod & videtur probari, in d.l. si insulā, 84. D. de verb. oblig. ibi; *Quandiu litem contestatus non sim, posse te facientem liberari placet. Quod si iā litē cōtestatus sim, nihil tibi prodesse adifices.* D. ibi post litē contestatā omnis satisfactio sera est, nō antea. Verum

101 Verum hæc iura non loquuntur vbi pœna adiecta est, quo casu nullibi exprimatur licere moratori vsque ad litē contestatam moram emendare. † Quare verior, & probabilior est sententia, celerem satisfactionem intra modicū tēpus arbitrio iudicis relinquendū fieri debere, quā scripsit Bern. hic in verb. celeri, ad fin, communis Ias. in l. 2. nu. 84. Cod. de iure emphyt. Decio, consil. 138. nu. 7. vol. 1. & consil. 412. n. 25. Afflict. decis. 73. Chæria. Viuio, & Crasso, quos sequutus retulit Gabr. dict. 2. tom. commun. lib. 11. verb. Mora, pag. 125. & 129. & eidē, Dec. in dict. authent. qui rem, numer. 6 Codic. de Sanct. Eccles. Cui opinioni fauet, l. 1. §. fin. ibi: *Cum dicit tempus, nec adiicit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate quem diem præstituat*, D. de iur. delib. in l. 1. §. expilatores, D. de effract. leg. Diuus, 51. D. ad l. Cornel. de fals. l. aut facta, 16. §. fin. & l. respiciendū, 11. D. de pœn. l. seruos, 8. C. ad l. Iul. de vi, l. 3. §. fin. C. ne sanct. Bapt. rei c. de causis, 4. §. 1. de offic. & pot. iud. deleg. cap. in causis, 19. de re iud. capit. fin. in fin. de trans. & quæ latè tradiderunt Tiraq. tract. de pœn. temp. in princip. ex num. 40. Rimin. in l. imperium 3. nu. 302. & ibi Bologn. nu. 80. de iurisd. omn. iudic. Menoch. lib. 1. de arbit. q. 11. nu. 11. & lib. 2. cas. 1. & seq. & in nostro casu emendationis moræ, eā scripsit Scæu. in l. si ita quis promiserit 135. § Sæia cauit, D. de verb. obl. ibi: *Respondit posse, si non multo post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesse, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est*, & scripserunt, præter suprà relatos, Bauer. dict. tract. de mora, 3. part. in princip. numero 1. Sapor. eod. tract. cap. 2. num. 3. & qui rem melius, & vtilius, quo ad praxim præsertim attinet, ampliationibus multis additis prosequitur Caroc. tract. de locat. 4. p. tit. de mora, ex n. 3. cum seq. pag. (mihi) 200. Quæ deinde confirmari, non male poterit, ex vera, dict. l. mora, 32. D. de vsur. interpretatione (quam cū Arenis, Ful. Ferrer. & aliis suprà obseruauimus, nu. 14.) vbi moræ definitio, hoc est quando ea facta sit, iudicis arbitrio relinquitur. Similique modo, & quando celeriter satisfactum sit, iudex ipse arbitrabitur, cum contrariorū eadem esse soleat disciplina. leg. & si contra, 35. D. de vulg. l. pœn. C. de solution. Euerard. in cent. loc. c. 75.
103 à contrariis seu oppositis. Sed & Iure Regio quo vtimur, eadem Bernard. & aliorum sententia probata est, per l. 2. tit. 14. p. 5. quæ in ipsamet specie, & casu, de qua nostra disputatio est, sic habet: *E si accaciesse contienda sobre esto, por poco tiempo de mas de dos años, deue ser librado por el aluedrio de el iuez de el logar.*

104 Verum in eisdem legibus Hispanis (quod mirum est) ex diametro repugnat l. 28. tit. 8. p. 5. hæc in verba, *Pero si despues de estos plazos sobredichos, quisiessē pagar la renta por si sin pleyto ninguno, fasta diez dias, deue la recebir el señor de cosa, estonce nō ge la deue tomar.* Quæ posterior sanctio finiti videtur decis. leg. promissor, 21. §. si sine die, D. de const. pec. *Si sine die constituas*, inquit, *potest quidem dici te non teneri, licet verba edicti late pateant, alioquin, & confestim agi tecum poterit, si statim vt constituisti non soluas: sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, vt exactio ce-*
105 *lebretur.* † Quas leges Regias ad concordiam reduci posse arbitratur doctiss. Greg. Lopez, eas tamen perpetuo fœdere, & amicitia conciliari facilè erit, si verba dict. § si sine die repetamus, vt sensus ex eo sit, morā vsque ad decem dies emendari posse per emphyteuticariū à solutione cessantem, ex legis dispositione, non expectato iudicis arbitrio, ex d. §. si sine die, ibi: *Non minus decem dierum*, & d. l. 28. ibi, *fasta diez dias*, vel modico tempore post, arbitrio iudicis relinquendo, ex dict. l. 3. ibi: *Deue ser librado por aluedrio de juez.*

106 Rursus & secundo, contra communem facit, dict. leg. si post tres, 8. D. si quis cautio. *Et si post tres*, (inquit Caius) *aut quinque, pluresve dies, quam iudicio sistisse reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum sit: consequens est defendi eum debere exceptione*, ex quibus verbis, non obscurè constat, die, & pœna etiam adiecta, moram posse emendari.

107 Neque Cato satisfaciet, qui cum Bart. in d.l. si insulam, num. 4. dixerit, eum in stipulatione iudicio sistendi, quæ prætoria est, loqui, in qua mitius multo agitur, arg. leg. quod si Ephesi. 5. ibi; *In summa æquitatem ante oculos habere debet iudex, qui huiusmodi actioni addictum est*, D. de eo quod certo loco, & inde in ea moræ emendationem admitti: quam Bartol. interpretationem, ad dict. l. etsi post tres, defēdit Herosc. eo loci, nu. 5. Bolog. in dict. l. si insulam, n. 111. & in l. 4. §. Cato. ad 2. Bartol. quæst. ex nu. 402. D. de verb. oblig. Nā duplici ratione exploditur. Prima, quia ea attenta, & in stipulationibus conuentionalib. etiam die, & pœna adiecta, admitti deberet moræ emēdatio,
108 † quæ ab æquitate descendit, l. si seruum, 91. §. sequitur, ibi: *Esse enim hanc quæstionem de bono, & æquo*, D. de verbor. oblig. idem in l. sed si alia, 17. ibi; *æquum est succurrire reo*, D. de const. pec. vt & latius inf. n. 147. quod & optima innititur ratione, quia cū nunquam emendatio admittatur, nisi cum ius actoris deterius factum non est, d. l. & si post tres, ibi; *Nec actoris eius ex mora, deterius factum sit*, l. vtique, 27. D. de recept. arbit. *Vtique* (inquit Cons.) *nisi eius interfuerit tunc solui*, dict. l. sed si alia, ibi; *Nec vlla iusta causa fuit non accipiendi*, dict. §. Sæia cauit, ibi: *Nec mulieris quicquam propter eam moram interesset*, d. l. si in lege, 27. §. colonus. ibi: *Et omnia colono integra sunt*, D. locat. & idem actor, dū offert reus nihil amittat, cur non erit solutione contentus; l. in summa. 2. §. itē Varus, versicul. *quanquam*, ibi: *Si velim aggerē restituere in agro eius, quod factum quidem mihi prodesse potest, ipsi autem nihil nociturum est, hoc æquitas suggerit etiam si iure deficiamur*, D. de aqua pluuia arcen. Plane hic est benignæ
109 † legis scopus, vt omnia redigat ad bonitatem, & æquitatē, Vlpia. in l. iuri operā, 1. D. de iust. & iur. Pilato, lib. 1. de l. ib. de Gueu. inter nostros non mediocris religionis, eloquentiæ, & iuris prudentiæ vir, ad legē illā, de iust. & iur. cuius paulo ante meminimus, lib. 4 Quam tamen moræ emendationem in stipulationibus conuētionalibus, die, & pœna adiecta, Bart. cū communi negat, ergo non solum propter æquitatem admittitur in prætoriis stipulationibus moræ emendatio, cum ea ratione attenta in conuentionalibus reiici non deberet. Altera ratio, quæ Bart. solutionem euertit, ea est, quia iuxta eum in prætoriis stipulationibus, moræ non reiicitur emēdatio, die, & pœna interueniente, quomodo, inquit, procedit, d. l. & si post tres: quæ assertio apertè ex iis conuincitur.
110 † Nā *dupla stipulatio*, quæ in venditionibus adiicitur, iuxt. l. si dupla non promittatur. 2. D. de euict. l. quod si nolit. 11. § qui assidua dupl. stipulatio, D. de ædil. edict. prætoria est, l. 1. § stipulatio duplæ, junct. §. stipulationum, D. de præt. stip. Bolog. in d. l. 4. § Cato, n. 403. & seq. D. de verb. obl. & tamen in ea semel commissa pœna non emendatur, l. habere licere, 57. ibi; *Alioqui semel cōmissa stipulatio resolui non potest*, D. de euict. Deinde & † *stipulatio iudicatum solui*. Prætoria est, l. 1.
111 §. iudiciales, l. 2. § incertā, D. de præt. stip. latè Bolog. prox adductus, in qua æquè denegatur emendatio moræ, ac in conuentionalibus, leg. si quis ad aliquē, 3. §. si plures, cum l. seq. D. iudicat. sol. vbi in stipulatione, *iudicatum solui*, moræ emendatio reiicitur; non enim ibi fideiussor, qui litē contestatus est, sed reus defensionem suscepit, namque fideiussor non audietur volēs morā emēdare, vt interpretatur post Duaren. Forcat. tractatu de mor. 3. part. num. 15. Cuiac. in dict. l. si insulā, lit. A. D. de verbor. obligat. qui asserit quoad moræ emendationem † à pari procedere stipulationes

pulationes & prætorias , conuentionales , consentit Ioan.Sap.tract.de mora,c.4.n.135.

113 Vnde alij autumãt in d.l.& si post tres,moræ emẽdationem ideo admitti,quia pœnam interuenisse non apparet, sed solum diem , post quem rectè mora emendari potest, dict.l.sed si alia.17.D.de const.pec. Pro qua sententia primo indici potest , adiectionem pœnę in facto consistere,vt constat,vnde cum in dict. l.& si post tres,de ea nullum verbum sit,præsumi non debet,argum.reg.leg.in bello.12.§.factæ.D.de captiu. Deinde eidem opinioni astipulatur , l.sancimus 27. Cod.de fideiuss.vbi nouo iure permittitur fideiussoribus, qui aliquẽ intra certũ diẽ iudicio sistere promiserunt,emendatio moræ ergo antea hoc principali debitori non cõcedebatur, quia si hoc ei esset largitum, fideiussoribus quoque eadem exceptio competeret, ex reg.§.vltim. Inst.de replicat.quomodo, dict.l.& si post tres, interpretatus fuit antiquus Bulga.cuius ibi meminit Accur.sch.*plures ve*,& necessariam interpretationem ad eam leg.censet Iaso.in dict.l.si.insulam, num.17.quam& ibi amplectitur Cuiac.lit.*E*.& securè A.de Leon.in repet.dict.leg.si pacto quo pœnã,3. part.repetit.sub num.1.ad med.C.de pact.

114 Verum ẽgo (præceptorum meorum vestigiis inhærendo,quorum sententias sequi,& defendere semper inuitor, celebri Iul. & Iau.sententia motus, illius, in leg.dicere, 23.ibi ; *Cassius vero magistri sui sententiam bene excusat*.D. de arbtr. huius in l. paterfamilias,12. ibi: *Me illud maxime mouet, quod& præceptoribus iuris placet*.D.de priuil.cred.Bulg.& Cuiac.sententiam sustineri non posse arbitror : verius etenim existimo,in dict.leg.& si post tres,pœnam adiectam fuisse,quæ as-
115 sertio ex sequentibus perspicua fiet.Primò,quia†Caius ibi, *consequens est dici , defendi eum deberi exceptione*,reum exceptione,non *ipso iure* liberari,plane probat , quod quidem propter pœnæ adiectionem contingit, cum alias *ipso iure* liberaretur promissor,iuxt. dict.leg.si insulam,ibi:*Posse te facientem liberari placet*, quæ verba, *ipso iure* , liberationem inducunt,vt non obscurè African.probat in leg.cum quis,38.§.si debitorem, ibi : *Et, ideo liberationem quidem ipso iure non posse contingere debitori, exceptione tamen ei succurri*,& magis ibi : *Debitorem non liberari, sed exceptione eum aduersus maritum tuendum esse*,D.de solut. quẽ sic interpretantur post Cuman.& Iaso.Ripa, num.19.Nig. numero 46.Hannib.num 41.in dict.leg.si insulam.

116 Sed certe (vt Philosophus dixit) amicus Plato,sed magis amica veritas , licet præceptoribus maximus honos debeatur, eorumque opiniones sectari (dum fas est)vtique,& vrbanum , & iustum sit,vt plurimis ex bonis auctoribus deductis exemplis, scripsit Menoch.lib.2.de arbtr.cent.5.cas.400.ex num.1.& ante eum,Segura, in repet.l.1.§.si vir vxori,num.6.ibi adnotante, D.Perez, D.de acqui.poss.(quod eorum pace dictum sit)hoc argum.quo contra communem vul. opinionẽ præceptores nostri mouentur,licet ipsi placuerit, mihi tamen arridere,nec modo , nec vnquam
117 vlla ratione potuit.†Nam licet ille articulus An.*emendãs moram exceptione, an ipso iure liberetur?*anceps,& dubius sanè sit,propter pugnãtia I.C.resp. in d. l. etsi post tres,& in dict.l.si insulam,ipse sine dubio intrepide,noua ratione affirmare ausim, emendantem moram non ipso iure , sed semper exceptione liberari;
118 quod axioma sic ostendo. † Emendatio moræ(vt suprà nu.108.notauimus)non admittitur cũ ius actoris deterius factũ est.d.l.etsi post tres,d.l. vtique, d.§.colonus,d.§ Seia cauit,& scripsit Pap.in l.emptori.67.ibi *Venditor eundem seruum post tempus offerendo, quo minus præstet .quod emptoris interest, non rectè defenditur*, D.de eu ct.Scæu.in leg.fideiussor euictionis, 15.D.de doli except. notarunt post Accurs.& Bartol.in dict.l. si insulam.sic limitantes reg.illius leg.Crotus , n.17. Ripa,num.13.de Hercul.num.25.Nigris,nu.56.Hannib.numero.75.Bologn.numero84.Zas.numer.1.& 8. in dict.l.si insulam,Beroius, in nostro cap.potuit.numero 124.Menoch.li.2.de arbit.cas.7.Sapor.tract. de mora,cap.4.n.126.& in optima quæst.Lop.in l.28.gl. *fasta diez dias*,in fine, tit.7.p.5. Sed istud an ius actoris deterius sit continet factum, exceptio vero consistit in facto vulgar.l.si vnus,28.§.pactus ne peteret, D.de pact. ibi:*Quia in stipulationibus ius continetur, in pactis factum versatur*,ergo impossibile est emendantem moram,*ipso iure* liberari,vnde exceptione adiuuabitur:hoc exprimit Caius,in d.l.& post tres,ibi:*Defendi eum deberi exceptione*, id est peruenitur ad factum, an ius actoris deterius factum sit,& hoc factum parit exceptionem. Rursus quia moræ emendatio ex æquitate permittitur:dict.leg.si seruum,91.§.sequitur,D.de verb.oblig.sed æquitas exceptionem producit,leg.qui æquitate,12. D.de doli except. not.Bolog.in d.l.si insulam,nu.57.ergo ope exceptionis emendans moram non ipso iure liberabitur.

Nec me in contrariam sententiam impellunt Paul. 119
verb.in dict.l.si insulam,ibi : *Posse te facientem liberari placet*. Aduerto enim I.C.ibi versari,antequam ad iudicem perueniatur,aut ad litis contestationem procedatur, nam si insula ante contestationem perficiatur, tunc ædificans, per legem ipso iure liberabitur, quia mora non committitur,nisi post litis contestationem,& antea absque aliqua iudicis declaratione ipso iure liber est,cum nulla mora emendetur antequam stipulatio coram iudice committatur. Quæ noua ratio suaderi non leuiter poterit ex vero sensu l.mora, 32.ff.de vsur.cuius late suprà nu.14.meminimus,nam cum iudicis declaratio, de ea re præcedere debeat,an mora facta sit,cuius rei definitio difficilis est,planè sequitur ante eius declarationem moratorem dici posse neminẽ.Nec huic opinationi,& verissimæ (vti arbitror) nec inueteratæ quidem d.l si insulam illustrationi, quicquam obstat siquis obiiciat,terminum ibi fuisse præfixum, intra quem insula fieri debeat,vt videtur probari ibi:*Et transierit tempus quo potuerit facere*,quo casu iudicis declaratione opus non erit, cum post terminum præfixum iam elapsum& sine iudicis pronunciatione , & sine interpellatione satis moram commissam fuisse planum sit,ex dici,& tẽporis adiectione,quæ tacitè pro domino interpellat,& in mora debitorem constituit,juxta text.nostr.& d.l.magnam, 12.C.de contr.& comm.stipul.& latius sup.n.67.obseruauimus.†Quia respondeo ex illis verbis trãsierit tempus quo potueris facere, non constare expressum ibi fuisse terminum , intra quem insula fabricanda erat, alioqui dicendum impropriè loquutum I. C.ibi Potueris facere, debebat enim vti eo casu , verbo, debueris, quod expressam necessitatem denotat, †scribit Acc.in l.sæpè,8.verb.necessitatem,D.de offic.præs.& probat non obscure Cons.ibid.& in l.generaliter,9.D. illo tit.gl.verb.valeat,in Clem.2.de iudic.quæ passim ab omnib. approbantur, verbum autem potueris,necessitatem nullam imponit,obseruat Accur. vbi prox. idem in l.nõ quicquid,40.D.de jud.in l.1.vbi tex.expres.C.quomod.& quã.index,exornat latè,& eleganter Tiraqu.post l.conn.glo.4.nu.1.quod vtique fateri absonum erit.

Nec quisquam erit tam stupidus, obtusisque natibus, qui existimet Paulum,qui mirum in modum Latinæ linguæ elegantia floruit(sicut& cæteri Consulti , ex quorum voluminibus apparet,& testantur quoque Quintil.& Vall.impropriè loquutum fuisse:non enim dies ponitur,in d.l.si insulam,84 D.de verb.oblig.vbi scribitur , Si insulam fieri stipulatus sim, & trãsierit tempus quo potueris facere,&c. vt in l.insulã,intra biennium,124.D.eo.lex autem in hac stipulatione,insulam promittis,sine die,nihil certum statuit,sed vniuersam dispositionem committit iudici, aut viro bono iuxt.l.cõtinuus,137.D.de verb.oblig.in §.cum ita, 120
&

& §.item qui insulã,vbi in stipulatione Ephesi dare, quo tempore debeat dare,pendet à sensu iudicis,cum ita (inquit Venul.) stipulatus sim Ephesi dare,inest tempus,quod autem accipi debeat,quæritur,& magis est,vt totam eam rem, ad iudicem,id est ad virum bonum remittamus,& in nostro casu,in dict.§.item qui: idem Venul.ait;*Item qui insulam fieri spopondit,non vtique conquisitis vndique fabris, aut plurimis operariis adhibitis festinare debet,nec rursus vno,aut altero contentus esse, sed modus adhibendus est secundum rationem diligentis ædificatoris & temporum,locorumque.*

123 Relinquitur ergo ex proxime dictis, totam dispositionem habere pro obiecto sensum judicis,& inde in d.l.si insulam,& si prætereat longum tempus,& insula non fiat,quia desideratur sensus iudicis,verè nunquã mora committetur,nisi cum ad ipsum judicem res delata fuerit: Planè cum litis contestatio judicij exordium,& fundamentum dicatur,c.super quæstionum, 27.vers. *Quod si delegatus à nobis*,suprà de offic.& pot. in l.deleg.cap.ex parte,30.inf.de verb.sign.l.3.ibi. *Comenzamiento è rayz, de todo pleyto,sobre que deue ser dado iuyzio, es quando entran en el por demanda e por respuesta,delante de el iuzgador*,t.10,part.3.lapisque angularis à Baldo dicatur,in cap.vn.nu.1.de lit.contest.& à Spec.tit.de iud.in prin.quos sequitur Rub.in rep.cap. per vestras,4.notab.nu.5. & ibi in add.Diaz,lit.A.Barahona, lit.B.Parlad.libr.1.c.14. & iudicis partes ante litis contestationem non incipiant, l.1.Cod.de lit. contest.leg.& quia,18.cum materia,D.de iurisd.omn. iud.actoris interesse , eius declaratio, & mora à litis contestatione exorietur, non antea. †Ex quibus de-
124 scendit vera, & elegans expositio, d.g.si insulã, ibi: *Quandiu litem contestatus non sim posse te faciẽtem liberari placet* , quorum verborum ratio in promptu, & perspicua est,quia cum hæc obligatio,insulã fieri sit vaga sua natura,habeatque tractum; successiuũ; exigit necessario iudicis decretum , qui debet abitrari quanto tempore insula fieri debeat , cuius , vsque ad litis contestationem nullæ sunt partes, ex dict.leg.1. C.de lit. cont.& inde vsque ad litis contestationem, ni stipulatione insulam fieri,potest quis morã eluere.

115 Hanc veram,& nouam(vti arbitror)d.l.si insulam, interpretationem confirmat eleganter, leg.stipulationes,72.§ fin.D.de verb.oblig.*Nec si insulam fieri* (inquit) *vt tantũ tempus prætereat,quanto insula fabricari possit,vbi iam cœperit mora faciendi insulæ fieri,tunc agetur,diesque obligatis cedet*.Ecce I.C.in nostri stipulatione,insulam fieri,sine die versari, nec non asserentem non sufficere moram fieri incipi, sed tũc agetur,diesque obligationis cedet, quasi dicat , mora committi non potest,nisi agatur,quia vaga est stipulatio , & iudicem exigit, qui à litis contestatione incipit, aduertasque precor,quam acutè procedat Vlpian.ibi:Tunc agetur , diesque obligationis cedet , id est postquam coram iudice agatur , tunc incipiet mora & sic dies obligationis cedet, planè ex eodem Vlpia. ced.diem, in l.213.D.de v.si significat pecuniam incip.deb.

Ex quib. omnib.tam longè petitis perspicuè relinquitur,d.l.si insulã, ibi posse te facientẽ liberari placet præceptorũ nostrorũ argumẽtum contra vulg.non probare , nec quemquam mouere posse eam coniecturam.quod in d l.etsi post tres, exceptione promissor tueatur ad arbitrandum , id propter pœnæ adiectionem ibi contingere, cum idem etiam pœna non adiecta admittendum sit,ex vero,& nouo sensu, quo Pauli resp.illustrauimus.

Constat itaque ex iis quæ ex nu.119.iuxt.dict.l.si insulam,adnotauimus,quod etsi in eius specie re ipsa, id est, sine interpellatione , mora contrahatur, quod fortè debitor insulam non ædificauerit intra id tempus quod ædificandæ insulæ sufficere potuisset, si tamen ante litem contestatam ædificauerit , ea mora emendabitur. Cuius ratio,& aperta est,& elegans.Nimirum debitorem, qui non nisi ad damnum, vel faciendum aliquid obstrictus erat, obligationi satisfecisse, quocumque tandem tempore dederit, vel fecerit, quod debebatur, quoniam cum verum sit,datum, vel factum fuisse, quod dari, vel fieri debuit, cur non liberatio continget,vt in d.cap.7.lib.6.coniect.eruditus Ant.Fab.animaduertit,qui securè sic , d.l.si insulã interpretatur.

Verum ego (quando in rem hanc incidimus,vt nobile illud Iulij Pauli,in d.l.si insulam,quod inter alia I.C.in quib.de moræ emendatione agitur,tantùm caput extulit quantũ lenta solent inter viburna cupressi,vbi& Bar.classiciq; omnes,rem hanc fusissimè prosequuntur penitus intelligamus) longius intrabo & magis vrgebo , cum quippè debitorem post moram commissam ædificantem, nisi ex voluntate creditoris liberari non posse , aduersus Iul. Paul. & Fab. ad eam interpretationem, quoniam faciendi stipulationes verbis quidẽ puræ,cum re ipsa in se diem habeãt tempus id videlicet,intra quod fieri potest,quod promissum est, quemadmodũ certum est ante eum diem agi eorum nomine non posse,l.si ita stipulatus 14.d.l. interdum.73.D.de verbor.oblig.sic& illud,vt si quod promissum est factum non sit intra id tẽpus, quo fieri potuit, & debuit,pecuniam dari oportere,id est,in obligationib.faciendi post moram succedere,id quod interest,l.stipulationes,72.vers.Cels.D.de verb.oblig. vnde fit,vt sine stipulator eo tempore transacto agat, in id quod interest, rectè agi , quia petat id quod sibi debetur, siue promissor id præstet liberari, quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio,vt in vulgatis.Vndè& illud est consequens,promissorem cum ob id quod non fecit quod promisit, cœperit debere pecuniam non esse audiendum , si ad liberationem malit ædificare insulam, quam se ædificaturum promisit , quam pecuniam præstare : non enim hoc modo præstat quod debuit,sed aliud quod inuito creditore soluere non potest,leg.2.§.1.D.si cert.pet.

Difficultatem hanc vt dissoluas,& d.l.si insulam intelligas,distingues cum eod.Paul.vt si quidem ante litem contestatam promissor faciat,liberetur; sin postea nihil ei prosit ad liberationem , vtrumque pripriis. non vulgarib. tamẽ rationibus.Quod enim Paul. ait promissorem, qui intra tempus non fecit , ante litem contestatã faciẽtem liberari,intelligi debet, non quia qui faciendo liberari vult, non præstet aliud quã debuit, quod quidem inuito creditore efficere non potuit;sed quia quoties promissor stipulatione ipsa alterius rei præstandę facultatẽ accepit, etiã iure aliud rectè soluit:conditionem enim stipulationis ab initio constitutam,creditor mutare non potest, l. vero procuratori.12.§.alia causa est,ibi:Quia certam conditionem,D.de.solution.vnde cum is qui promittit se insulam ædificaturum,facultatem insulæ faciendæ,ab initio habeat ex stipulatione ; amittit ille quidem hanc facultatem cessatione summo iure , propterea, quod vni non fecit quod promisit, cœpit debere pecuniã; sed ex æquo,& bono retinet, hic enim locum habet, *Esse quæstionem hanc de bono , & æquo , in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiæ perniciose erratur.* Ergo si quam rem ante moram promissor offerre potuit , post moram eandem offerat , efficitur vt offerendo purget moram ex æquo , & bono. Quod tamen sic est intelligendum,vt intelligamus liberari quidem eum in futurum, id est, vt futuri dãni non teneatur; aliter atque si quid iam per moram interfuit stipulatoris, si.quia insula suo tẽpote inchoata non est , idcirco aliqua in re factũ sit ius stipulatoris deterius , vt enim promissori factum suum ad futuri temporis cautionem, quod sine incõmodo stipulatoris fiat, prodesse potest , ita stipulatori nocere non debet:& maximè, vt præcesserit mora promissoris:quam vbique conuenit,frustratori nocere,reg.leg.

in

in condemnat.173.§.vnicuique,D.de reg.iur. Qud si post litem contestatam promissor ædificet, nihil ei prodest,amisit enim hanc ipsam facultatem in totum, quia qui ex hoc genere stipulationis agit,pecuniã in iudicium deducit, cũ id quod interest,dict.l.stipulationes,72.versic.Celsus,porrò iudicio,id est litis contestatione contrahitur,l.3.§.idem scribit,D.de pecul. gloss.verb.ex parte,in l.2.§.fin.D.de præt.stip.contrahitur enim noua iudicati obligatio de ea re, quæ in iudicium deducta est;vndè & actio iudicati re secũdum actorem quando indicata:quam actionem creditori semel quæsitam,& quæsitam simpliciter nulla facultate,aliud soluendi,reo tributa, reus facto suo auferre creditori inuito non potest,eoque nec efficere, vt insulam ædificando pecuniæ in iudicium deductæ, condemnationem euitet,ex regul.leg.si reus,61.D.de pact.leg.habere licere,57.in fin.D.de euict.

Sed grandis ex superiori obseruatione enascitur difficultas,namq;cum ex generali ratione,d.l.si seruum, 91.§.sequitur,& l.interdum,73.§.fin.D.de verb. obli. probandum sit, moram sine temporis præfinitione, quotiescunque debitor, qui moratus est, rem offerat, emendari posse;difficile videtur,quod in secunda d. l.si insulam,part. Paul.docet,quippè post litis contestationem emendationem excludi. Rem tamen hanc rectè comprehendit Accurs.in dict.§.fin.verb.moram videlicet eas leges ex dict.leg.si insulam,interpretandas esse.Vt quod in eis scriptum est, moram semper emendari posse intelligendum sit,vsque ad litẽ contestatam,iuxta Paul.in dict.l.si insulam. Quam accurs. sententiam licet antiquiores Petr. & Andræ improbent, probant tamen Reyn.& Bart.in d.l.si insulam, n.12.extatq; ex prin.l.sed & si alia,17.D.de cõst.pec.

Nec obstat §.fin.Inst.de perpet.& temp.act.vbi Imper. docet; quod si ante rem iudicatam is, cum quo actum est satisfaciat actori, officio iudicis conuenit eum absoluere, itaque constat moratorem vsque ad sententiam offerentem posse liberari;nedum vsque ad litis contestationem.Quoniam vt rectè Bart.d.nu.12. respondet,dict.§.fin.procedit, vbi eadem promissa,& in qua mora contracta est,petitur,& lite super ea agitatur;tunc enim ille,qui moram passus est videtur recedere à iure protei moram ei quæsito, & re esse contentus,secus verò esset si ad interesse,vel pœnam creditor ageret post moram, tunc enim non liberaretur debitor rem offerendo.

Ex qua resolutione,& Bart. doctrina,quæ colligũtur conclusiones, Prior est, per solam oblationem eius quod debetur ante litem contestatam, moræ emendationem admitti;quod in reali non in verbali oblatione rectè intelligunt Nigris, num 168.Ripa n. 65.in dict.leg.si insulam, Barbos.in leg. si mora, 10. num.50.D. solut. matr. (numeris etiam seq.iuxt.hæc quæ de oblat.& quatenus ea debitorem liberet, Bart. scripsit omnino videndus)probabisque ex dict.leg. si insulam,ibi facientem, leg.Prætor ait.20.§.si quis paratus,D.de nou.oper.nunc,dict.leg.qui decem,72.D. de solut. nisi debitum incertum sit,quo casu verbalis sufficit oblatio, donec liquidetur, leg.si residuum,5. vbi not.Bald. & Angel.C.de distr.pig.& quamuis eo casu cum verbali oblatione fideiussoria cautionem interuenire oportere doceat, in d.l.si insulam.Ag.limitat.7.& in dict.§.si quis paratus,per l.statu liber.rationem,5. l.seruus si hæredi.34.§.fin.D.sta.liber.contrarium tamen,quippe eam satisdationem non esse necessariam probat d.l.si residuum,vbi Bald.& Alex.idem Alex.in l.semel mora,n.4.D.solut.matr.qui contrariis iuribus respondet, loqui in seruo, qui cum in bonis nihil habeat,mirum non est si satisdare compellatur.

Sequens est,per solam oblationem rei principaliter debitæ post litem contestatam.non admitti emendationem moræ,d.l.sed etsi alia.17.D.de const,pec.nisi ead. res peteretur, leg.si rem alienam, 9.§.fin.D.de pig.act.dict. §.si.inst.de perp.& temp.act.tunc enim oblatio,& consignatio in iudicio,facta habet vim solutionis l.obsignatione,9.Cod. de solut. facit l.si reus paratus.75.§.fin.D.de procur.

Neque superiori resolutioni obstat, l.3.§.fin.& l.4. D. indic.sol.in quibus Vlpian. & Iulian. aiunt, quod si plures fuerint fideiussores Prætoriæ illius stipulationis, iudicatum solui, postea quam cum vno lis contestata est, ex clausula,ob rem non defensam, ipse reus potest suscipere defensionem, & is cum quo actum fuit absolui debet.Respondet enim Bar.in dict. l.si insulam,num.13.ex mente Petri,speciale ius illo in casu animaduerti: quoniam in obligatione fact. de qua Paul. in dict.l.si insulam,non committitur statim obligatio ad interesse totale, nisi tantum rem transierit, quo factum poterit explicari, l.stipulationes,72. §.planè,& l.continuus.137.§.item qui insulam,D.de verb.oblig.At stipulatio, judicatum solui ex clausula de defendendo eo ipso committitur ad totam pœnam, & totum interesse, si quis nõ incipiat defendere,licet non sit clapsum tempus,quo defendi debeat.Cum ergo hæc stipulatio de defendendo, habeat incomodum totalis commissionis, in alio lenioris conditionis est, vt videlicet vsque ad sententiam in ea moræ emendatio admittatur, Bartol. solutio communiter ab omnibus recepta est, teste Ias.num.25.Ripa.n.72. Vincen.83.Nigris,202.ibi,& iuuatur ex reg.leg.eum, qui 30. D.de iur.iur.

Eam tamen impugnat Cuman.per text. ex prin.in l.cum quærebatur,13.versic.*Proinde*,ibi. *An non prius creditur commissa,nisi ex stipulatione lis fuerit contestata? quod magis est*, D. iudic.sol. ex quibus verbis constat stipulationem per litis contestationem committi, posteaque moræ emendationem non posse admitti, juxt. d.l.si insulam.

Verum quia subobscura hæc nimis videbuntur,quo magis ea explicemus,quædam necessario ad hæc iura præmittenda sunt, & in primis illud, Prætoriam stipulationem iudicatum solui, quæ rem iudicatam tuetur, ideoque interponitur, vt quod fuerit judicatum, quis consequatur, vt accuratè scripsimus infrà disputat. 3. ex numero 8. tres clausulas in vnum collectas habere, teste Vlpian.in leg.iudicatum,6.illo tit.nempe de re iudicata, de re defendenda,& de dolo malo, vt post alios, præcitato loco animaduertimus.Prima clausula est, de re iudicata, vt in tantum committatur stipulatio, præsteturque, quantum index deberi pronunciabit,l. iudicati,9.illo tit.ex causa tamen principali; nam si quid rei iudicatæ accesserit ex contumacia aut delicto rei,ad id iniquum esset fideiussores teneri, leg. centum Capuæ, D. de eo quod cert.loco tenentur etenim fideiussores creditoribus,in id pro quo fidem suam adstrinxerint, non vltra,etsi in principali obligatione plura sint,leg.si vltra.22.Cod.de fideiuss. quia fideiussio stricti juris est.Dec.consil.107.num.2. vndè in id tantum obligantur,quod tempore fideiussionis erat in obligatione,leg.fideiussores,69.pro Aurel.D.de fideiuss.nisi & pro accessionibus quoque intercedant, leg. fideiuss.10.Cod.de fideiuss.resoluit P. Greg.3.part.syntagmat.lib.24.cap.4.nu.10.Planè hæc clausula,de re iudicata,statim committitur,licet exactio differatur vsque ad legitimum tempus,l.1. D.iudic. sol. Secunda clausula est de re, hoc est causa defendenda,vt nisi boni viri arbitratu lis agatur,& defendatur reus, quanti hoc nomine interest exigere actor à reo,& fideiussoribus possit, Accurs. & cæteri in dict.leg.iudicatum 9.&.in dict.leg. cum quærebatur,illo titul.Nouissima clausula stipulationis indicatum solui,est dolo malo,id est dolum malum abesse, absuturumque esse:quæ & ad principium stipulationis refertur,& in futurum tempus permanet,leg.nouissima 19.illo titul. de qua,quia in stipulationibus,& valdè frequens,& vtilis nimis erit,plura nos in principio,

cipio,leg.inter stipulantem,83.versicul.*Et qui spondet*, ex n.1 D.de verb.obligat.

Ex his iam intelliges,quis sit I.C.in d.l.3.§.fin,quãdo ex clausula, ob rem non defensam, cum vno ex fideiussoribus litem contestatam esse, & nihilominus reum post contestationem comparentem admittendum scribit.Sed rectè hunc text.interpretatur Cuman. non enim probat fideiussorem, contra quem fuit lis contestata, posse post contestationem moram emendare:sed lite contestata contra fideiussores, vel vnum ex eis, posse moram per reum principalem emendari, aduersus quem nulla erat lis contestata quod est sanè diuersum à nostra specie; licet ea emendatio in consequentiam fideiussoribus quoque possit, argum. leg.& post rem iudicatam 7.§.1.ff.de transact.l.idemque 10.§.generaliter,D.mand.qui ex persona rei consequuntur id, quod ex sua consequi non possent,quod non est infrequens,leg.3.in fin.D.quæ res pign.oblig. poss.ss. Quæ interpretatio, licet in se verissima sit, text. tamen quo Cuman mouetur, nempe dict. leg. cum quærebatur,versic.*Proinde*, eius sententiam non probat, neque enim sequitur, stipulatio ob rem non defensam committitur per litis contestationem, ergo emendatio non admittitur, nam & per moram committitur stipulatio in 1.dict.l.si insulam, parte, ad interesse, vt suprà diximus,& tamen vsque ad litis contestationem mora emendatur.

Rursus non obstet leg. fideiussor euictionis 16. D.de dolo excommun. ex quo communiter etiam receptum est,non solum post litẽ contestatam,verum & post sententiam, moræ emendationem admitti.

Sed ea lex, vt rectè Bart.num.14.in d.l.si insulam, animaduertit, de emendatione moræ non agit, sed an fideiussor à venditore emptori datus, si re ab emptore euicta,euictionis nomine condemnatus sit, liberetur, si id idem prædium quod euictum est, item & quod emptoris interest præstet? Respondet I.C.liberari, ex causa judicati,doli mali exceptione opposita & sane rectè si omnia emptori præstet,& pro damnis ei satisfaciant. Quoniam cum ex natura contractus emptionis, & venditionis sit, etiam si nihil super ea conuenerit,vt vacuam bonorum possessionem tradere & indemnem seruare emptorem venditor debeat; ac pretij acceptione cuius fit dominus, leg.1. versic. *Nummos fecerit accipientis*, D. de rerum permut. leg. ex empto 11.§.1.ibi, *Emptor autem*.D.de act.empt.l.si seruus 7. Cod. de act. empt. ad dominum contra rei, vel euictionem hoc nomine præstandam ex ratione synallagmatis se denunciat, leg. Iulianus, 13.§. offerri, D.de act.empt.Paul.lib.2.sentent.tit.7.fideiussor ab eo datus in id ipsum tenebitur, non vltra d.l. centum Capuæ 8.d.l.si vltra 22.cum aliis,Ergo si post condemnationem, idest litem cum eo euictionis nomine agitatam, & postquam eo nomine sententiam est passus,id ipsum prædium,quod euictum ab emptore fuerat, præstet, omniaque quæ jure empti continentur præstare paratus sit,non ne iniquum erit exceptione doli mali ex causa judicati agentem emptorem repellere non posse?Igitur rectè Scæu.respondit, exceptionem quidem opponi posse, quæ vt locum habeat æstimaturum judicem,quid pro damnis emptori præstare teneatur,si id præstet, absolui eum debere, offert enim non solum rem,sed etiam omne quod interest, liberabitur ergo ex principiis artis nostræ notissimis. Quod si offerret tantum se daturum: factumve quod principaliter debebat, sera, & intempestiua oblatio esset;idest,si tantum euictum ab emptore prædium ei prestasset,quam interpretationem,licet non sic explicatam, insinuauit Accur.ibidem, verbo, *posse*, Cuiac.in d.l.si insulam,pag,2.lit.B.nec (nisi ego fallor(multum discrepat Bar. d. nu.14. dum ait, ideo fideiussorem ibi liberari quia soluit totum quod debet, recipitur communiter ab omnib.ex Ias. num.26. Crot.n.50 Nig.n.201.Cor.cõs.149. col. 4. vol.4.Socin.199.col.2.vol.1.

Vnde rectè potuit non mirari idem Bart.præcitato loco,putans quid mirabile, in d.l. fideiussor statui; videlicet, quod cum commissa esset obligatio ad interesse,& sic ad quantitatem, admittatur solutio fundi,loco quantitatis æquiualentis,& sic aliud pro alio, contra regl.l.2.§.1.D.si cer.pet.quod ipse ex eo procedere arbitratur; quoniam quantitas in illo tex. est in obligatione respectu certæ cuiusdam speciei,ideoque eius solutio admittitur, ex l. si vero 64.§.fin.D.solut. matrim.Hoc namque Bart.opinio merito conuincitur à Bald.Imol.Cuman.& Alex.per d.l.si insulam, in 2. par.vbi interesse, & sic quantitas esse in obligatione respectu speciei, cuiusdam nempe respectu facti; & tamen nedum post sententiam, verum nec post litẽ contestatam, vt interesse, siue quantitatis solutio euitetur,potest præstari factum.Quemadmodum,nec in d.l.fideiussor, is liberaretur, si tantummodo jam euictum prædium offerret, vti nec venditor ipse liberatur,leg.emp.67.D. de euict. Ergo dicendum est quod cum(vt jam diximus) ex venditionis natura,etiamsi nihil cautum sit rem ipsam, siue eius simplum, aut æstimationem, & quod emptoris interesset præstare venditor debeat, leg.excepto.11. §. 1.D. de act. emp. junct.l.si in venditione,60.l.euicta re, 70.D.de euict. ea si præstet euictionis fideiussor, liberationem contingere mirum non est.

Similiter neq; obstat, leg.hoc edicto 15.in princip. D.de publ. & vect.nam licet probari ex ea videatur, non solum ante acceptum judicium re restituta, ob quam ex illo edicto actio nata fuit,eam euanescere; sed & eum absoluendum, qui judicio etiam accepto restituere paratus est.Respondit tamen Bart. in d.l.si insulam nu. 15.eum tex.loqui in pœnis legalibus, in quibus vsque ad sententiam admittitur moræ emendatio:quia mitius agitur cum lege, quam cum homine.Acc.gl.1.in l.Celsus,27.D.de recept.arbitr Bart.in d.l.si insulam,n.9.Ias.num.22.Abb.in cap. dilectus,de præb.& conducit,l.33.ibi,*Porque mas ligeramẽte puede ome esforcer de la pena de la ley quando cayere en ella, que de la que ponen los juzgadores in su juyzio*,t.4. par. 3.inducitque Bar. leg.item si cum exceptione,14.§.1. versi.*Satis clementer*,D.quod met.causa, eius solutionem sequuntur communiter alij ex Ripa, num.72.& Nigr.nu.215.Duplici tamen ratione conuincitur.*Primo* quoniam interesse est pœna legalis,l.fin §.fin.D.si quis in jus vocat. non ierit, & in eo non admittitur emendatio post contestationem, vt in d.l. si insulam, ergo neque in pœna legali.*Secundo*,quia absurdum esset eum melioris conditionis esse,qui delictum committit,quando eum qui moram facit,quæ sine delicto contrahitur sæpe leg.quod te mihi,35.D.si cert. pet. quod tamen ferendum non est. Omissa itaque Bartol. solutione,& alia quam ex Acc.refert, & sequitur Ias. in d.l.si insulam,nu.12. vera petenda est ex l.1.D. de public.ibi, *Si id restitutum non erit*,ex quibus verbis constat illius edict.pœnam, non simpliciter & pure sed sub conditione committi videlicet,si id quod à publicanis extortum est non restituatur,ergo si restituatur ex edicto quod pœnam infligit, eadem resoluitur, vt rectè Cuiac. in d.l.si insulam,animaduertit.

Denique non obstat l.item veniunt,20.§.idem rectè,D.de pet.hær.ex quo cõstat nox.jud.condemnatum vsque ad litem contestatam mora emendare posse, si pro ill. tex. inductione præmiseris, judic. nox. condemnatum actione judicati litis æstimatione debere & sic certam quantitatem,decem videlicet aut viginti, quamvis facultatem noxæ dedendæ ex l. accipiat,l.1.D.de noxal.act.leg.miles 6.§. 1. D. de re judic.§.1.Inst.de offic.judic.eum igitur ait Vlpian. in d.§.idem rectè, eam facultatem amittere post susceptum judicium, quod petitione hæreditatis efficitur.

Ergo ante etiam post sententiam intra quadrimestre tẽpus,quod iudicatis datur,l.1.C.de vsur.rei judicatæ,illam habet & commissã morã emendare potest. Nam difficultatem dissoluit Bart.vbi sup.nu.15.docens d.leg.si insulã,procedere,quando ex mora succedit noua obligatio ad interesse : illum vere text. quando ab initio vnũ fuit in obligatione,& aliud in solutione , constat ex d.l.1.cum aliis. Quod tamen ex eodem Bart. per tex. ibi in l. si quis ita stipulatus fuerit,57.n. 6. D. de solut. intelligendum est quando facultas soluendi vnum pro alio, procedit à leg. durat enim per tẽpus quod iudicatis indulgetur,ex præcitatis juribus:secus quãdo procedit ab homine, quo casu per primam litis cõtestationem amittitur, ex d.l.57.ex quibus omnibus inferre poteris, nullã moram in dict.§.idẽ rectè,emendari,quoniam cum & post sententiam facultatem habeat condemnatus, vel æstimationem,vel noxæ dedere,si intra id tẽpus eligat,& pro da uno noxam præstet,nullam emẽdat moram.

Qua autem ratione post litem contestatam mora non emendetur,non erit ab hac nostra disputatione inuestigare alienum, sed in promptu esse existimat Bart.in dict.l.si insulam.num.16.quia videlicet adest duplex mora:altera per lapsum diei,intra quam factum esse oportuit,commissa,alia per contestationẽ ipsam;constat,autem duplicem geminatamve morã non posse expiari communi opinione quam ex eodem Bar.d.n.16.accipiũt Ias.Ripa,& multi alij,quorum meminimus sup.n.81.

Verum vt ea,qua mouetur Bart.ratio falsa est sic & qua quæstionẽ dissoluit,longe enim verius est duplicem moram,non magis,quam simplicẽ emendationem impedire,vt latè contra eum ostendit Ioan. Baud.lib.1.varia.quæst.cap.41.qui euidentissimis argumentis sententiam hanc probat,& vera est ex eo, quoniam vbi adfuit geminata interpellatio dici nõ potest aggrauationem moræ ibi fieri,cum per secũdam interpellationem à prima recedi videatur, argum.l.Æmilius Largianus,39.versic. Dicebam,D. de minoribus,vbi à pacto legis commissariæ per denũciationem postea factam recessum videri Paul.probat.Deinde quoniam vltima mora tantũ nocet, siue creditoris recusantis recipere rem ante litem contestatã,siue debitoris ante id tempus soluere tenuentis,l.illud 17.D.de peric.& comm.rei vẽdi.l.si & per emptorem,53.D.de act.empt.Vlterius cõtra Bart.facit,quoniam vbi per contestationem mora contrahitur, non circa eandem rem,sed in diuersis mora fit ; vna ad debitum soluendum,vel opus faciendum,vt in prima parte,dict.l. si insulam,altera ad interesse , vel pœnam per contestationem.Vlterius considerari potest, & ante contestationem moram(iuxt.Bart.) duplicatam fuisse, libellus enim contestationẽ præcedit,& constituit,reum mora,adeò vt interrumpat per præscriptionem,leg.fin. D. de eo per quam facta erit, atque ita interuenit duplex mora,& nihilominus eius amendatio admittitur,vt in d.leg.si insulã vides.

Retinenda est ergo ratio,quam supra hoc eodem n.versic.quod si post litem,insinuauimus, quamquã latius in dict.l.si insulam,scribunt Alexand.1.quæst. Iaso,n.26.Donellus,in d.l.si seruum. 91. § sequitur, n.10. videlicet in obligationibus faciendi,ideò post litem contestatam,moram non posse emendari,quia per eam, & iudiciũ perinde contrahitur,ac per stipulationem,l.3 §.idem scribit.D.de peculio.Et cũ in eis post morã jam veniat,id quod interest,d.l.stipulationes non diuid.versi .Celsus,sup. sequitur litis cõtestatione nouam acquiri judicati actionem creditore,de eo,quod in iudicium deductum est,re pro eo postea iudicata,quam jam,ille quæsitam non potuit debitor alterius rei oblatione auferre,ex vulgatis.Ex qua vera ratione efficitur,idem dicendũ esse in omnibus causis,in quibus ab initio vnum præstari debet,ex cessatione autẽ debitoris aliud incipit peti posse,deque eo litẽ secum contestari debitor passus est,exẽpla sunt,in l.1.D.de pen.leg.& in l.si Titius,9.D.de verb.obligation.

Sed an & id dandi obligationibus idem quoque recipiendum sit, dubitari potest, non sine ratione. Sunt autem hoc in casu,qui affirment post litẽ contestatam moram posse emendari,quoniam cum eadem res nunc debeatur, quæ antea debebatur,dici non potest reum cum eandem rem offert, alterius rei actionem auferre creditori,ergo debet emendatio admitti,quorum sententia probari videtur,in d. §.fin.Inst.de perp.& temp. act. *Si ante rem iudicatam* (ait Inst.) *is cum quo actum est satisfaciat actori,efficio iudicis conuenit eum absoluere.* Sed ego & in eo Paul.in d.l.si insulam,versic.Quod si iam litẽ admitto vera enim esset superior sententia si repetita,nullius alterius rei obligatio contraheretur litis contestatione & iudicio,quam eius ipsius quæ petita est sed cũ judicio accepto multo plura incipiant deberi : venit enim in judiciũ omnis causa,idest fructus,& partus, & alia commoda rei adiuncta,l.2. D. de vsur.l.cum fundus,31.D si cert.pet.l.præterea,20.D.de rei vind. veniunt,& sumptus litis.l.eum quẽ temere,79.D.de judic.hæc nisi omnia offeruntur petitori,& ita offerentur,vt illi satisfiat,nõ offertur quod illi eo iudicio præstandũm est,ideoque rem petitam solum oblatã justè recusat accipere.

Neque alius est Iust.in d.§.Inst.de perpe. & tẽp. act.Nam cum ibi scriptũ sit,quod si ante rem judicatam,is,cum quo actũ est satisfaciat auctori,conuenit judicis officio cũ absolui;constat solius rei petitæ oblatione actori non satisfieri, vt supra ostẽdimus.Ergo & si omnia offerantur,quæ præstãda sũt, tamen ex illis verbis officio iudicis conuenit,cũ absoluere,æstimatione,& arbitrio iudicis satisfieri debet; non rei arbitrio, si is dicat se ea obtulisse, quæ prestare debet.Planè ius ita est,vt judici statim atque iudex factus est,omnium rerum officium incumbat quæcunque in iudicio versantur,l. ædiles 25 §.item sciendum, D.de ædil. edict.actor ergo,vt re in indicium semel deducta,si neget sequi se quicquã,sine judice accipere,quod dicat sibi à reo non satisfieri, eoque rem totam sententiæ iudicis permittat,nihil videatur in eo recusare sine causa, sed ea potestate vti,quam juris,& æquitatis ratio illi concedat.Vnde & in vniuersum illud verum est, post litem contestatam nullius rei oblatione sola moram à reo emẽdari posse,juxt.dict.leg.si insulam sic intelligendam. Iuxta quam hæc obseruasse sit satis;jam ad alia,que pro præceptoribus nostris,de vera,dict.leg.& si post tres explicatione agentes adduximus,redeamus tẽpus est.

126 Igitur non obstat,neque eorũ opinionem contra vulg.probat dict.l. cum quis,38.si debitorẽ,D.de solut.aliquid obstat Nam licèt verbũ,liberari , ipso jure liberationem insinuet,id tantũmodo procedit ex vi propria verbi,cuius naturam si inspexerimus verbũ,liberationi ,vim solutionis habebit,Paul.in l.liberationis verbum,47.D.de verb.sign.latiori autem sensu,quoquo modo quis sit liberatus,vel ex causa pacti,de non petendo,vel emendationis morę liberatio contingit,nam hoc verbum,aliquando liberationẽ ipso jure, aliquando ope exceptionis inducit, jux.d § 1.vbi notauit Acc.verbo,non liberari,idque secundum subjectam materiam arbitrandum erit:

127 †Iuxta quam verba sẽper sunt accipienda,l.sed etsi possessor.11.§.item si juraueto,D.de jur.jur.l.si vno, 17.D.locat.extat Angeli doctrina,in §.1.n. .inst. de leg.obseruant,Coras.in l.qui liberos,19.in prælud.n. 29.D,de ritu nup.At qui d.l.si insulam,verbum, liberari,

berari, ipso iure liberationẽ inducit,cum nulla mora ante litem cõtestatam,indicisque decretum,facta sit,vt ex superioribus perspicuum est.

128 Sed vela contrahamus,eoque vnde digressa est nostra vertatur oratio,& quando præceptorum nostrorũ argumento vulg.opinio non exploditur, alia , vt in eam constituamus,ẽ re erit.Igitur eius existimatio ad d.l.et si post tres,quam ibi pœnam non interuenisse contendit, non ineptè ex sequentibus reijcietur. Primo quia si ibi non intercessisset pœna non se restringeret Caius ad tres,quinque,pluresve dies, sed vsque ad litem contestatam emendationẽ admitteret, juxt.d.l.si insulam ibi:*Quandiu litem contestatus nẽ sim posse te facientem liberari placet.* Præterea quia , pœna non adiecta,frustra ibi tractaretur de emendatione moræ, cum textus ille loquatur, vbi jus actoris per morã non est factum deterius vt indicãt verba eius legis,*nec actoris ius ex mora deterius factũ sit*,quo casu si non interuenisset pœna nihil peti posset,quamuis moræ emendatio non concederetur;vt ergo aliquid operetur dicendum est, pœnam fuisse promissam à qua reus sistendo se intra breue tempus liberatur.

129 † Denique quia in stipulationibus, judicio sistẽdi, semper pœna adiicitur leg.non exigimus,2.ibi;*Quis enim de pœna promissa laboret post negotium transactũ:* leg. si duo 5.§.item si duo ibi.*Actor autem ab altero pœnam desertionis,petendo pœnã exceptione submouebitur* D.si quis caut.docuit Cuiac.in parat.illius tit.cujus doctrinæ,in d.l.insulam,lit.E.immemor ipse,asserit pœnam in d.l.& si post tres,non interuenisse,in quem,& vulg.tacite juuabitur Saporta,tra.de mora, c.4.n.35.Forcat.eodem tract.3.par.n.11.

130 Nec vulg.& Cuiac.fauet d.l. sancimus 27.Cod.de fideiuss.in qua illud nouẽ fideiussori largitur,vt intra sex menses possit moram emendare,cum tamẽ principalis debitor intra tres,quinque, pluresve dies id facere posset, ex d.l.& si post tres,quæ sic illustrata non parum And.de Pisis,& sequacium opinionem docentium contra communem,*die pœna adiecta,mora expiationem admitti*,probabit.

131 Quibus tertio loco fauet singul.Paul.resp.in leg. Lucius Titius,48.cum l.seq.D.de act.empt.quo loci ideo debitor,qui ad diẽ sub pœna promisit,tenetur, quia moram non emendauit,vt ex illarum serie deducitur,quæ sic se habet.*Lucius Titius,accepta pecunia ad materias vendendas sub pœna certa,ita vt si non integras præstiterit intra statuta tẽpora in pœna conueniatur:partim datis materijs decessit. Cũ igitur testator in pœnam commiserit, neque eius hæres reliquã materiã exhibuerit;an & in pœnam,& in vsuras conueniri possit, præsertim cum emptor mutuatus pecuniã vsuras grauissimas expendit? Paulus respondit,ex cõtractu,de quo quæritur, etiam hæredem venditoris in pœnam cõueniri posse,in actione quoque exẽpto officio iudicis post moram intercedentem,vsurarũ pretij rationem haberi oportet.* Hactenus Paul.ex cuius verbis,maxime ex illo vers.*Cũ igitur*,deducitur superiorem hanc sententiam,quam defendimus, contra communẽ, longe veriorẽ esse.

132 †Argumento sũpto à contrario sensu, quod in iure fortissimum est,leg.1.§ huius rei,D.de offic.ejus cui mand.est jurisd.l.si procuratorem,8.§.si ignorantes, D.mand.l.si quis locuples,57.D.de mand. test. apud antiquos,21.C.de furt.vtrobique ordinariis,Euerar. in top.legal.cap.4.Socin.reg.28.Bellon.lib.2.suppu. tar. cap.17.& 18.etiam ad legũ correctionẽ fomendum,quoties lex,statutũ,siue testatoris dispositio in sensu directo nihil operari possunt,auth.ex testamẽto,junct.l.1.C.de coll.auth.diaconissam junct.l.nullam 9.C.de Epis.& cler.l.inter socerũ,27.§.inter socerum D.de pact.dot.;un.l.dos à patre,4.C.sol.mat. notarũt,post alios,in locis proxime adductis,Bar.& ibi Fulg.in l.2.C.de cond.inser.Bal.in l.conuẽticula, C.de Episc.& cler. Abb.& nostri,in c.cum Apostolicæ,de iis quæ fiunt à prel.Nig.in d.l.1.n.49.D.de offic.eius,Alex.consil.142.nu.1.vol.6. Curt. Iunior , consi 63.num.5.Crauet.consil.36.n.5.& consil. 289. vol.1.Ias.in l.re conjuncti,n.185.D.de leg.3. Peralt. in l.& Proculo.n.44.D.de leg.1.Cum ergo in dict. versic.*Cum igitur*, Paul.exprimat,ea ratione pœnam non committi, quia testatoris hæres reliquã materiam non exhibuit, plane probat , quod si eã exhibuisset liberaretur. 133 †Nec admittenda est Acc.interpretatio,in d.l.Lucius Titius,verb.*Exhibuerit*,subaudientis verbum,*maxime*, vt sit sensus;quod,& si ab ipso hærede reliqua materia exhibita fuisset nihilominus semel per testatorem pœnam commissam nõ euanescere;cui solutioni acquiescit Cuiac.in dict.l.si insulam.lit.E. (videndus etiam pro hac eadem lege, vers.*Præstiterit*,lib.3. obseruationum,c.25. vbi legit *repræsentauerit*,quod verbũ idem est quod *exhibere*, vel præmaturè dare sed ab ea emendatione discedit, lib.obser.cap.35.& ver.*repræstanti* amplectitur,nã vt Plauto, & Caroni,& nostris auctoribus *resoluere* est *rem soluere*,ita *repræstare*, est rem præstare,vt in l.eũ qui 6.D.quod cum eo.)Nam quam repugnans Paul. menti hæc subauditio sit,litera supra relata profũde perspecta,nemo est,qui non videat. 134 †Nec magis ferendus est Bologn.in d.l.si insulam,nu.117.qui existimat illud procedere in hæred.emendante moram qui cum in alterius ius succedat,iuste potuit ignorare,quod actum est,arg.reg.l.qui in alterius 43.D.de reg.iur. conuincitur enim ex altera iuris regula , & vulgato dicterio, quo docemur, absurdum esse plus iuris habere eum cui legatus est fundus,quã hæredem,aut ipsum testatorem si viueret,l.aliud est vendere.§.absurdum,D.de reg.iur.

135 Vnde communiter in eam itum est opinionem,vt d.leg.Lucius,*in contractibus bonæ fidei* recipiẽda sit,in quibus *dies,& pœna non obsunt, quin post moram semel commissam eius emendatio admittatur*:cuius opinionis auctor laudatur Bald.in l.cũ allegas,6. opposi. C.de vsur.sequuntur Castr.in d.l.si insulã,& in d.l.& post tres,Aret.in d.l.si seruũ 91.§.sequitur,notab.2.D. de verbor.oblig.communẽ intrepide sequntur, asseuerat Gomez,in §.actionum,nu.4.Inst.de actio. Alex. consil.49.lib,4.communem etiã testatur Ripa,in d. l.si insulam,num.43.Niger,n.130. Quibus illud astipulari videtur,quod hæc moræ emẽdatio,ex æquitate descendit,vt in d.§ sequitur,& notauimus sup.n. 108.& late obseruat Ias.in d.l.si insulam,nu.4. cum seqq.Salic.tract.de mora 2.quæst.num.9 num.13.& n.27.Sapor.eodem tract.cap.4.numer.123. & n.126. nu. 135. & n.140.Forcat.tract.etiam de mora 3.par num.4. 136 † Vnde in contractibus bonæ fidei,in quibus æquitas magis exuberat,& attenditur,l.quia tantũdẽ,7.D.de neg.gest.l.& eleganter,7.D.de dolo,l.bona fides,31.D.depos.cum aliis,magis considerari, & admitti debet quam in contractibus stricti juris in quibus solus rigor spectatur,neque iudex aliquid in bono,& æquo arbitri potest,l.quidquid astringẽdæ 99.D.de ver.obl.§.in bonæ fidei,Inst.de action. 137 †Præterea vrget, quod in contractibus bonæ fidei citius mora contrahitur,quã in contractibus stricti juris,l. mora 32.§.in bonæ fidei l.videamus,38.§.si actionẽ, D.de vsur.vnde cũ promissor in contractibus bonæ fidei celerius moram faciat,& in eo grauetur,in hoc, vt facilius moram emendare possit, debet releuari, argum.l.eum qui 30.D.de jur.jur.

138 † Ex quo fluit nostri cap.posuit,in vers.*Nisi celeri* elegans declaratio,quod cum Ecclesiasticus emphyteuta per biennium in mora constituatur,& sic celerius,quam priuatus,qui donec triennium transit caducitatem non committit,iuxta tex.nostrum,iũct.d. cap. propter sterilitatem §. verũ sup.eod.& d.l.2.C. de iure emph.in illo moræ expiatio,si velociter fiat, post bienniũ admittitur,vt hic Greg.probat,in hoc

autem omnis satisfactio, triennio elapso, sera erit, & nullius momenti, vt sup. adducta jura.

139 Sed iis non obstantibus frequentiori interpretum calculo contrariam opinionem receptam video, vt sicuti moræ in contractibus stricti juris non admittitur emendatio, juxta magis communem sententiam, de qua supra, n.70. si dies, & pœna adiecta sit, sic nec in contractibus bonæ fidei: quæ sentẽtia magis placet Accur. in d.l. Lucius, verb. *Exhibuerit*, quem crebrius cæteri sequuntur Bar. & Fulgos. & Ias. in d.l. si insulam n.17. Ripa, n.43 Niger n.130. Bolog. n.116. Alex. sibi contrarius, cons.105. n.5. cum seqq. vol.3.
140 Greg. Lop. in l.8. gl.2. tit.14. par.5. † Pro quibus induci potest, l. qui fundum, 40. versic. *Respondi*, D. de contrah. empt. vbi cum qui fundum vendebat in lege ita dixisset, vt emptor in diebus triginta proximis fundum metiretur, & de modo renunciaret (idest referret) vt ad illam legem notauit Pratæ, lib. 17. Thes. ver. *renunciare*, & si ante eam diem non renunciasset, vt venditionis fides soluta esset, & emptor intra diẽ mensuræ quo minorem modum esse credidit, renunciauit, & pecuniam pro eo accepit: postmodumque eundem fundũ vendidit & cum emptori suo admetiretur, & multo minorem agri modum, quã putauerat, inuenisset: quæsitum fuit, an id quod minoris esset, consequi à suo vẽditore posset: respondit Paul. interesse quemadmodum lex dicta esset, nã si ita dictum esset, *vt emptor in diebus XXX. proximis fundum metiatur, & domino renunciet quanto minor modus agri sit*: quod post trigesimum diem renunciasset nihil ei profuturum. Ecce ergo Paul. in contractu bonę fidei loquentem, & moræ emendationem excludentẽ. Secundo expendenda est, d.l. traiectitiæ, §. de illo versic. *Hoc idem videtur dicendum*, D. de oblig. & act. quo loci I.C. in lege commissoria, moræ emendationem excludit, & tamen constat huiusmodi distractũ
141 bonæ fidei esse, † iuxt. celebrem Bart. doctrinam in l. ab emptione 59. nu.2. D de pact. vbi scripsit eundem sequi distractum naturam, quã contractus principalis, pro qua doctrina est text. mirabilis, in d.l. ab emptione, ibi: *Quia bonæ fidei interpretatio hanc quoque conuentionem admitteret*, & not. glos. sẽtentia, in l. sub prætextu, 19. verb. *exercere*, C. de trãs. & in l. de tutela, 7. verb. *probata*, C. de in integ. rest. quas sequitur, & extollit Ias. in d.l. ab emptione, in p. D. de pact. & illustrarũt pluribus, Euerar. in Topi. c.19. de cõtractu ad distractũ, Tiraq. gl.5. post leg. conn. ex nu.5. maxime, num.29. Tertio huic communi astipulatur, d. l.1. versicul. *nisi forte*, D. de pen. leg. quam sup. nu.78. pro communi adduximus, junct. reg. illa vulg. de qua in l. in minorũ, 3. C. in quibus cau. integr. restitu. qua cauetur, quod contractus bonæ fidei regulantur secundum naturam vltimarum voluntatũ. Neque argumenta contraria, quibus Bald. & cæteri mouentur,
142 si Bartol. sequamur, aliquid vrgent. † Non primum, quia licet verum sit in bonæ fidei judiciis, exuberãtiorẽ bonam fidem, & æquitatem esse, in eisque maximè officium iudicis præstare, id quoad conseruationem ipsiusmet contractus, non quoad eius rescissionem accipiẽdum est, l. in actionibus, 5. C. de in lit. jur. effectus autem emendationis moræ potius destruit obseruantiam promissorum, quam eorum effectum, & executionem augeat, & conseruet; quinimo cum maior in his exigatur bona fides, vt ipsi fatentur, promissa non adimplere maior erit perfidia, arg. l. 1. in princ. D. de pact. in l.1. D. de const. pec. & inde in eis peculiari bonæ fidei jure emendatio admitti nõ
143 debet. † Neque illud, quod citius mora contrahatur, quia cum hoc sit grauamen in tempore, quod quidẽ præuideri potuit, non est in consideratione, ex Bart. doctrina, in l. qui bis nu.1. D. de verb. obl. quam sequitur Niger. in d.l. si insulam n.134 cui fauet, l. pater qui castrense, 17. in fin. verb. D. de castr. pec. Neque text. noster aliquid obstat, quia (vt sup. resoluimus, n.99.) hoc jure, tam in priuato, qui tardius moram committit, quã in ecclesiastico emphyteuta, qui celerius illam facit, emendatio, si celeriter fiat admittenda est, d. cap. propter sterilitatem, in §. verum sup. eod. cum ius Canonicum non sic de pœnis curet, sicuti lex Ciuilis, tex. cum mat. in cap. suã, 7. de pœn. vnde mitius agit, quam Cæsareum, in quo nũquam emendatio admittitur post moram semel commissã juxta communem (quæ an vera sit suo loco inf. disputabimus) secus jure nostro Pontificio ex sup. d.n. 99. obseruatis.

Hæc Doctores in ea quæstione, an mora in contractibus bonæ fidei die, & pœna adiecta emendatio admittatur.

† Sed ego qui contendo eam non esse rejiciendam, 144
etiãsi dies, & pœna adsint, auderem, tam vere, quã noue (vti arbitror) vltra omnes quos viderim Doctores constãter defendere, in hoc articulo nullã inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris esse differẽtiã; quod vt apertum faciamus † Primo præmitten- 145
dũ censemus, id quod & juris certissimi esse constat bonę fidei omnia iudicia maxima niti æquitate, probarunt I.C. in d.l. quia tantumdem in d.l. & eleganter, & in d.l. bona fides, quarũ paulo ante meminimus, & satis indicat verbum hoc, bona fides, quo huiusmodi conuentiones & contractus indicantur; quod etsi varias habeat acceptiones, soletque interdum significare, quidquid à dolo, fraude, & calliditate alienum est, quo sensu nos *bonam fidem præstare, bona fide possidere, negotium bona fide contractum, rem bona fide venditam* dicimus, l. si cũ fundum 68. D. de contrah. emp. l. bonæ fidei, 110. D. de verbor. signific. l. res bona fide, 54. C. de contrahẽd. emp. l. vbi est verborum, 22. D. de reb. dub. in omnique negotio contrahendo, bonam fidẽ necessariam esse, l. bonam fidem 4. Cod. de act. & oblig. cum ab omni contractu dolus malus abesse debeat. † Nonnunquam, & 146
pro eo vsurpatur quod Aristot. lib.5. Ethicor. & bonum, & æquũ dixit, neque infrequens est I.C. hęc acceptio, vt in d.l. bona fide, 31. D. deposit. l. ex maleficiis, 4. D. de obl. & act. leg. si mandauero, 22. §. Iul. D. mand. l.1. §. vltim. D. de præscript. verb. hæc illa fideiussionis formula, apud Iul. Paul. in l. quæro, 57. D. locat. *In quantum illũ condemnari ex bona fide oportebit, cautum fide tua esse iubes*: Et bonæ fidei contractibus, quoniã in his alter alteri obligatur, de eo, quod alterũ alteri ex bona fide, idest, ex bono, & æquo præstare oportet. Cuius in l. consẽsu, 2. D. de oblig. & actio. ibi; *In his cõtractibus, alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono, & æquo præstari oportet*. Transcripsit Imperat, in §. vn. Inst. de oblig. ex cons. in fin. verb. † Et inde in eis latissima erat potestas iudicibus per- 147
missa, æstimandi, quantum alter alteri ex bono, & æquo restituere deberet, §. in bonæ fidei, Inst. de act. vt ecce in eo contractu, quẽ veteres fiduciã nominabãt, vsitata erat hæc formula inter bonos bene agere oportet, & sine fraudatione in rei vxoriæ actione, quod equius melius, cuius nõ solum Cicer. lib.3. Offic. sed etiam Procul. in leg. si cum Corn. 82. D. solut. Iauol. in l. penul. D. solut. matrim. meminerunt Secũdo præmitto (quod & sup. sæpe notauimus) moræ emendationem ex æquitate, etiam fluere, l. si seruũ, 91. §. sequitur, *Esse enim hanc quæstionem de bono, & æquo, in quo genere plerumque sub auctoritate iuris sciẽtiæ, perniciose* (inquit) *erratur*, D. de verbor. oblig. & inde nunquam admitti, si ius auctoris deterius fiat, d. leg. & post tres, d.l. vtique, dict. §. colonus, dict. §. Seia cauit.

Hoc enim æquitas suggerit, & si iure deficiamur, vt alias inquit I.C. in l.2. §. itẽ Varus, D. de aqua pluu. arcen. Cuius, & Cels. adolescentis ratio, in d. §. sequitur, quod & sup. jam nu.208. insinuauimus, sic exponenda est. Idcirco probandum esse moram emẽdari postea

postea offerendo, quia sit æquum, & bonum ita statui: quia quæstio ipsa de mora emendanda, est de æquo, & bono; nec moueri nos oportet stricti iuris regulis, quamuis pro iure certo receptæ sint, quoniã sub auctoritate juris scientiæ, id est, dũ verba juris scripti propter eius auctoritatem præfracte retinere volumus, plerumque perniciose erratur, sic enim fit sæpe vt statuamus aduersus æquum, & bonum. Qua in re manifestus & perniciosus error est, eo, namque modo dum videri volumus ius retinere, jus ipsum omittimus, non sine pernitie eorum, quibus detrahitur; cum iuris ciuilis finis sit æquitas atque adeo ipsum ius ciuile nihil sit nisi æquitas, definitur à Cicer. in Top. sic enim ait. *Ius ciuile est æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas.* Vnde, & ab Vlpian. in lege 1. D. de just. & iur. jus, idest, iurisprudẽtia, definitur, *ars æqui, & boni*, Et Alciat. lib.2. Parerg. cap.11. ait. *Nihil aliud esse ius, quam epicheiam, in arte redactum*. Et Hotoman. de verb. jur. *Itaque proprie* (inquit) *nihil aliud æquum, aut æquitatem esse, quam ius facile mihi persuadeo*, Conan. quoque, lib. 1. commun. c.11. scribit, *Æquitatis hoc vnum, & solum negotium est legum scriptarũ voluntates, & quasi cognitione omnes, & sensus bene nosse, eosque pro sua bonitate adducere ad naturalem rationem*. Quapropter id seruauimus in hac quæstione, quod traditum est in l. placuit, 8. C. de iudic. vt quemadmodum in aliis rebus omnibus, sic in hac quoque præcipua sit iustitiæ æquitatisq; quam stricti iuris ratio. Esse autem æquũ promissorem qui aliquando morã fecerit, postea offerendo liberari constat. Quia etsi verum sit, debitorem cum interpellatus non soluit, semel moram fecisse, tamen etiam & illud verum esse, & creditorẽ nunc moram facere, cum rem debitam oblatam, sine iusta causa accipere recusat, l. qui decẽ, 72. D. de solut. consequens est, vt in hac causa potior esse debeat causa possessoris, & debitoris. Quod iuris etiam regula efficitur, l. in pari, 128. l. fauorabiliores, 125. D. de reg. iur. inducesque bellissimum eiusdẽ Pauli locũ in l.2. D. ne quis eũ qui in ius vocabul. nam cum populari olim more permitteretur, eũ qui in jus vocatur, neque satisdare, neque iure velle inuitum rapere, (vt ex bonis auctoribus notamus disput.3. leg. si ante acceptum 7. D. judic. solui in proœm. ex num.3. cum sequentibus) edictum Prætor proposuit, ne quis eum, qui in ius vocaretur vt eximeret, vt metu pœnę compesceret eos, qui in ius vocatos vi eriperent, cui edicto putat Offil. locum non esse, si persona quæ in ius vocari non potuit, vi exempta sit, veluti parẽs, & patronus, cæteræque personæ. Quæ sententia mihi vera, videtur. Sanè (vt inquit) Vlp. in l.1. ad fin. D. ne quis eum, qui in ius voc.) si delinquit qui vocat, non delinquit qui eximit. Nam (vt subdit Paul. in d. leg 2.) cũ vterque contra edictum faciat, & libertus, qui patronum vocat, & is qui patronum vi eximit deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet.

148 His sic obseruatis (vt ad rem jam redeamus) cum quæritur, an die, & pœna adiecta, mora emendari possit sequens distinctio adhibenda est; Aut ius actoris deterius factum est, aut sua nihil interest moram emendari, in quo non est dare mediũ: si sua non interest, tã in contractibus stricti iuris, quam in contractibus bonæ fidei, etiã, die, & pœna adiecta, morę expiatio amplectetur, iuxta nostram hanc sententiã, quam cum Andr. de Pisis, & aliis defendimus, & plane probat, d.l. etsi post tres; Aut actoris ius ex mora deterius factũ est, & tunc sicuti in contractibus stricti iuris excluditur emendatio, sic & in contractibus bonæ fidei reiici debet, quia cum hæc ex æquitate oriantur, & illa sine ea admitti non possit, perspicuũ sit cum alterius iactura æquitatem locũ habere non posse, arg. l. nam hoc natura, 14. D. de cond. ind. tunc enim non æquum sed iniquum potius esse reum ad morę emendationem admittere. † Quam sententiam 149
expresse confirmat aureum Paul. respons. in l. sciendũ 18. D. ex quibus causis mai. *Secundum est* (inquit Paul.) *quod in iis casibus restitutionis auxiliũ maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia queruntur, non cum & lucrifaciendi causa, ex alterius pœna vel damno auxilium, sibi impertiri desiderant*, Quæ verba satis ostendunt æquitatem, cum alterius damno, præiudicio, aut iniuria operari non posse: à quo nõ est aliena I.C. l.2. §. si quis à princ. D. ne quid in loco pub. & quod notat Abb. in capit. 1. n.21. supr. de judic. ergo in contractibus bonæ fidei moræ emendatio, si jus actoris deterius factũ est, admitti non potest: superest igitur, vt solummodo primo tantũ casu, cũ actoris, scilicet, nihil interest, ea procedat, & inde nulla erit inter hęc judicia differentia, neque aliquod jus speciale, in d.l. Lucius, Titius 48. D. de actio. empt. quæ iis occasionem præstitit, aduertetur. Ex quibus omnib. relinquitur, quod si in eo text. hæres post morã reliquam materiã exhibuisset, potuisset etiam post diem, & pœnam, moram emendare, vt sic Paul. ibi Andr. de Pisis, & aliorum sententiam contra communem probet. Quo sic perpenso, non leuiter fulcitur Bartolli illa recepta sententia, quæ Accur. in primis placuit, itque recepta comm. teste And. Tiraq. lib.2. de retractu, § 4. gloss.4. num. fin. posse eum qui moram commisit, si soluat id quod creditoris propter moram interest, ad eius emendationẽ admitti, id enim eadem illa æquitas suggerit, vt toties quoties indemnis, creditor seruatur, possit debitorẽ ipsum offerendo admitti.

Quæ quarto suadetur Pomp. auctoritatem, in leg. 150
mancipiorum, 6. D de opt. leg. vbi cum mancipiorũ electio legata esset, & ne venditio quandoque eligẽte legatario interpellaretur, decreuisset prætor, nisi intra certum tempus elegisset, actionem legatario nõ competere, inquit Pompon. quod si die præterito, sed antequã venderet hęres, vendicare legatarius velit, audietur, quia non est dammũ subiturus hęres, propter quod id decernere prætor solet. Et ergo ibi textus expressus, qui post diem (tempus, inquam à prætore definitum) & pœnam (quia non eligendo legato priuatur) moræ emendationem admitti; vbi Acc. optimè interpretatur † verbum illud quando- 151
que, idest, quandocũque quæ acceptio, & apud I.C. frequẽs est, vt in l. ab hostibus, 15. §. sed quod simpliciter, D. ex quibus causis, mai. in l. res in dotem datę, 43. ibi; *quandoque soluto matrimonio* D. de iur. dot. in leg. hæres quandoque, 54. D. de acquir. hæred. & assidua apud probatos Latinæ linguæ auctores, vt notat Lambin. ad illud Horat.

Quandoque bonus dormitat Homerus.

† Neque argumentum hoc eluet, qui dixerit, 152
Pomp. d.l. mancipiorum, in vltimis voluntatibus loqui, secus autẽ esse in contractibus, in quibus mora, iuxta comm. Bart. die, & pœna adiecta non potest emendari; nam huius solutio facile conuinci poterit ex vulgato illo axiomate quo docemur, cũ discriminis ratio reddi non potest, validum esse argumentũ de vltimis volũtatibus ad contractus, & è contra, l. seruum filii, 46. §. cum qui, chirographum, D. de l.1. & latius inf. n.203. disputabimus; & probat Euerar. in Topic. legal. cap.17.

Quinto, nec noua, nec inaudita cuiquam hæc, quã tuemur, sententia videri debet, quæ fuit olim à Scæu. probata, in l. qui Romę, 122. §. Flauius Hermes, D. de verb. oblig. vbi cum Flauius Hermes hominẽ Stychum manumissionis causa donasset, & ita de eo stipulatus esset *Si homo Stychus de quo agitur, quẽ hac die tibi donationis causa manumissionisque dedi, à te, hæredeque tuo manumissus, vindictaque liberatus non erit, quod dolo malo nõ fiat pœna nomine quinquaginta dari,*

spopondit

spopondit Claudius.Quæsitũ fuit,an si Flauij Hermetis hæres à Claudio hærede pœnam supra scriptam petere voluerit, Claudii hæres libertatem Stycho præstare debeat,vt pœna liberetur.Scæu.respondit posse,neque diem,& pœnã ibi adiectam id impedi-
153 re. †Neque satis huic difficultati occurret,qui post Dynum,cum Bart.in d.l.si insulam n.5.dixerit, ideò emendationem admitti,in d §.Flauius Hermes,quia ibi tantum adesset pœna,non dies,vnde non mirũ si possit mora manumittendo commissa liberari.Quæ solutio communis est,Ias.in d.l.si insulã,nu.8.Ripa, n.49.Nigri,nu.140.& Salic. tract. de mora , quæst. 2.nu. 9. Quia facillimo negotio hæc solutio reiicitur,verius enim est,& diẽ,& pœnam esse,in dict.§. Flauius,nam in illa obligatione saltim inest dies tacita,scilicet,cum petiero,l.si decem cum petiero,48. D.de verb.oblig. dies autem tacita idem operatur , quod expressa,vt in d.l.1. D.de pen.leg.ergo debuit impedire emendationem. Neque rursus obstabit si cum eodem Bartol. dicamus,diem illam subintellectam per hominem præuideri non posse , & inde æquũ fuisse emendationẽ admitti. Quia hoc casu à lege tempus duorũ mensium præfinitum est l.fin.D. qui sine man. ad libert. peru. vnde rectè præuideri potuit,vt dicimus in specie emphyteusis in casu nostri text.& dict.l.2.de iure emphyt.

154 Anteaquam tamen hinc abeamus, quia in specie d.§.Flauius,diximus diem subintellectam esse duorũ mensium,quo tẽpore lapso,si seruus ad libertatem per manumissionem non peruenerit,ad eam ex principũ constitutionibus eripitur,vt ibi,in fine Scæuola scripsit,iuncta d.l.fin.D.qui sine manum.ad liber. animaduertimus eius decisionem dificilem esse ex omnino contraria I.C.sententiam, in l.cum venderet,10.D.de seru.export.vbi seruos qui ea conditione venierũt,vt post mortẽ emptoris in libertatẽ vocarentur,mortuo emptore,si manumissi non sint,liberos nõ esse I.C.scribit. Et quod mirũ est,idẽ I.C.in d.l.cũ venderet,versic.Claudius, contrariã superiori sententiã tradidit, asserens ex Diui Marci constitutione,quamvis non manumissos,liberos fore.Pugnat igitur secunda pars,dict.l.cum venderet,versic. Claudius,cum prima parte eiusdem legis, & cũ vltima,dict.§.Flauius Hermes,quę iura,vt in amicitiã, & concordiam redigant interpretes,mirũ est, quam sese torqueant. Omnium tamen interpretationibus omissis,vt ea perpetuo fœdere componamus,obseruandum censeo,iuniores I.C. solitos fuisse antiquorum scripta interpretari, confirmando,declarando, siue quod deerat addendo, interdũ etiam reprehendendo,vt obseruat Vigilius,in pr.Inst.de hæred.inst. nu.8.August.lib.1. emendat. cap.6.quos in eandem sententiam refert , alia etiam adducens nouissimus Boerius Epon Frisius,in cõmentariis ad l.Gallus,in pr.n.12.D. de liber.& posth.cuius rei passim exempla in iure occurrũt,& vt generaliter dicã,huc pertinent libri quos Vlp.ad Sabin. Paul. ad Plaut.Tryphon. ad Scæu.scripserunt , ea enim inscriptio non significat Vlp.Sabin.libros dedicare,vt falso arbitratur Alciat.ante primam partem Codicis,& ante leg. vn.C.de sent. quæ pro eo quod inter.Ex his autẽ libris, quamplurimæ leges desumptæ sunt, in quibus interdum in initio ponitur nomen I.C.antiqui,eiusque sententia adiicitur, pòstea subiicitur declaratio, aut nota I.C.junioris, ipsius nomine ante eam præmisso , vt in leg.Plautius,9.D.de aur.& arg.leg.in l. Plautius 45.D.de condit. & demonstr. nonnunquã tamen subiicientur hæc nomina, quæ res in magnos errores juris interpretes traxit,dũ ignorant quæ Sabini,Plautij,aut Scæuolæ sententia fuerit,quæ verò Pauli,Vlpiani,aut Tryphon. nota.Secũdo aduerto, duas in iure fuisse cõstitutiones,de seruis, manumissionis causa venditis,aut donatis:alteram D.Adriani, quæ anterior fuit,qua cauebatur,vt seruo actio cõpeteret ad petendam libertatẽ,eamq; præstare cogeretur emptor,aut legatarius : alteram D.Marci,quę posterior fuit,& seruum ipso jure ad libertatem peruenire constituit Scæu.igitur qui constitutionem D. Marci non est assequutus,in d.§ Flau.Hermes,respõdet secundũ constitutionẽ D.Adriani quæ suo tempore vigebat , actionem competere ad libertatem petendam,& id ipsum respondet in d.l.cum venderet,quæ Scæu. est, vsque ad versic. Claudius,à quo quæ sequũtur Tryph.sũt,qui notas ad Scæuol.scripsit,vt constat ex l.patronus.34.§.fin.D.de l.3,rectè ergo notat Claudis, eam Scæuolæ sententiam non esse admittendam, propter nouam D.Marci constitutionem,quæ postea superuenit , secundum quam seruus ipso jure liber fit,cuius meminit Callistr. lib. 3.de cognit.in l.cũ qui ita venit,3.D. qui sine manumiss.ad libertatem perueniant, quod ad hæc Iura non sunt assequuti ordinarii interpretes,neque Sarment.lib.1.select.c.1.ex n.23.neque Cuiac.lib.1.obseruat.c.29.sed ex superiori obseruatione fit planũ, qua non ineptè decisio.d.l.cum venderet,& dicti.§. Flauius Hermes illustratur.

Vlterius,& sexto , contra communem non parũ 155
stringit,elegans,& singularis,l.si ita quis,135.§.Sæia cauit.D.de verb.oblig. quo loci Sęia Lucio Titio cauit,quod mandante eo hortos emisset,& quod cum pretium omne cum vsuris ab eo recepisset,se in eum proprietatem hortorum translaturam;deinde in cõtinenti inter vtrumque conuenit,vt intra Kalendas Apriles primas,vniuersam summã mandator numeraret,& hortos acciperet.Cũ ante Kal.Apriles, non omne pretium cũ vsuris à Lucio Titio Sæiæ solutum esset , interposito tamen modico tẽpore post Kalendas, reliquum pretiũ cum vsuris Sæiæ Lucius Titius soluere parat.sit,neque Sæia accipere vellet, & postmodum per Lucium non stetisset quo minus reliquũ pretium solueret,an nihilominus Lucius ex stipulatu agere posset,quæsitũ fuit,respondet Scæuola posse, si nõ multo post obtulisset,nec mulieris quicquã propter eam morã interesset , quod omne ad iudicis cognitionem remittit.† Cæterũ iam au- 156
dio,post Dyn.Bar.in l.si insulã asserentẽ in d.§.Sæia cauit diẽ interuenisse, non autẽ pœnam , cui interpretationi,& cæteri acquiescunt ex Ias.n.15.& 19. Ripa,n.51.Nigr.nu.144.& consentit Salic.tract. de mora,quæst.2.principali,concl.6. nu. 10. Sed quicquid isti arbitrentur,pœna est in d.§.Sæia cauit, De die jã constat , nam intra Kalendas Apriles primas debuit numerare,& hortos accipere, quã & ipsi fatentur,de pœna, quia elapso illo tẽpore Lucius Titius priuatur commodo illius stipulationis , cum amplius ad illos hortos contra Sæiã agere non posset,at priuatio jur pœna est,l.in criminali,5.ibi: *Actor quidem propositi negotij actione mulctetur*,C.de iurisd. omn. judic. ex quo enim priuatur illo iure hortos consequendi non leui afficiebatur pœna,arg.l.1.C.de ijs quæ pœn.nomin.Præterea liberatio illa,quę Sęiæ ex mora Lucij Titij contingit,pœna dicitur,l.si super possessionum,9.Cod.de transl.l.qui fundum.40.D.de contrah.empt.Quod & optimo legis cõmissoriæ,& emphyteusis exẽplo confirmari non male poterit,in quibus,vt omnes fatentur,dies & pœna adsũt,& tamen nulla alia est, quam priuatio rei commissæ,d.l. traiectitiæ,22.§.hoc idem,D. de oblig. & act. cum similibus,& d.l.2.C.de iure emphyt.junct.latè sup. obseruatis;ergo pœna est in d.§.Sæia cauit.Ne eius text.difficultatem,& argumenti potestatem declinabit,qui dixerit,loqui cũ in actore volente,ad actionem suã conseruandam moram emendare,secus autem esse in reo,qui ab emendatione non excluderetur,quia eius causa fauorabilior sẽper est ex regula l.Arrianus,D.de oblig.& act.l.fauorabiliores, D. de regul.

regul.iur. quoniam solutio hæc diluitur facillimè, siquidem emendationis moræ,vt & eius commissionis in reo,& actore par est ratio,vt ex eius definitione cõstat,deinde & actoris causa quoad sui juris cõseruationem,non minus,quam rei est fauorabilis,facilius enim iura nostra cõseruamus,quã de nouo,acquirimus. Manet ergo in d.§.Sæia,excludi emẽdationem si mulieris, quicquam propter morã interesset,admitti si non interesset.ex consideratis sup.n. 147.quomodo nulla habita differẽtia litis contestationis,alteriusve temporis,cum text.accepit Bart. in d.l.si insulam,n. 1. 2.& 3.receptus communiter ex Castrensi ibi, n. 4.Iaso.10.Croto,16.Iacobo de Nigris,56.Ripa,23.Bologneto,84.Alex.cons. 131.n.2. lib.4.Decio,cons.451.n.17.

157 Præterea,& septimo contra communẽ induci potest citata,l.sancimus,27.C.de fideiussor,vbi qui promittit aliquem iudicio sisti, apposito termino cum pœna, potest moram emendare sistendo, vel reum principalem defendo , vsque ad tempus semestre ,
158 quod fidejussoribus ibi Iust.indulget.† Nec admittenda est Bald.responsio inter initia , & existimãtis ea ratione fideiussori emendationem condi , quia lex illa loquitur in stipulationibus iudicialibus , in quibus mitius multo agitur, quam conuentionalibus,arg.d.l.quod si Ephe.5.D.de eo quod certo loco & receptæ Bart.doctrinæ,in d.l.si insulam,nu.4.ad medium.Nam (vt latè sup.nu. 107. ostendimus ad dict.l.& si post tres 8.D.si quis caut.) cũ moræ hæc emendatio ex æquitate oriatur,neque discriminis ratio inter iudiciales , & conuentionales reddi possit (vt ex Cuiac.in d.l.si insulam,pag.2.lit.A. & Sapor. tract.de mora,cap.4.numer.155.iam admonuimus D. 111.)non est quare in illis emẽdatio procedat,in his
159 prohibeatur.†Nec magis probanda est Bart.solutio, in d.l.si insulam,nu.11.asserentis moram emendari, in d.l.sancimus,in præparatoriis judicialibus stipulationibus, secus autẽ esse in stipulationibus decisoriis,iuxta d.l.Celsus,27.D.de recept.arbitr.quã,licet eum non referat, constanter defendit Salic.tract.de mora,quæst.2.pr.n. 29. quia expresse conuincitur , ex leg.si cũ dies,25.§.fin.D.de arbitr.quæ in decisoriis moræ expiationem non reiicit. Superest ergo , die & pœna adiecta moram emendari,in dict.l.sancimus.

160 Vltimo superioribus pro nostra sententia contra communem adiungo,l.commissoriæ,4.C. de pactis inter empt.d.l.Æmilius Largiã.19.D.de minor. vbi in pacto legis cõmissoriæ, vbi dies & pœna adsunt ex supr.sæpè notatis,Imperator emẽdationem moræ amplectuntur.Rutiliana enim,quæ pupillaris ætatis Largiano defuncto,in l.l.Æmil.successerat,& cuius tutores in solutione cessauerant,in integrũ aduersus lapsum temporis restituta fuit.At dicet aliquis,dict.l. Æmilius,ad rem non pertinet,quippe cum loquatur in minore restituta,quæ imbecillis ætatis fauore cõtra ius strictum,summumque moram ibi eluere potuit,quod non parum ex illius tituli natura suaderi potest,in quo de minoribus circumuentis,aut lapsis dolo,fraude,siue calliditate aduersarij,aut eorum facilitate,imbecilli, fragilique consilio restituendis ex generali hac de re proposito edicto I.C.agunt,vnde jux.illius naturam intelligi necessario debet,l.Imperator,19.D.de in diẽ addict.l.fin.vbi notarunt omnes,D.de cond.indeb.scripsit Bar.in d. l. Imperator. vbi plura congerit eius additionator in id vidẽdus, idem Bar.in l.singularia, 15.n. 4. D.si cer.pet. Alex. consil. 27.n. 3. lib.1. cui ego vt succurerem, addidi dict.leg.commissoriæ, vbi Imp.idem generaliter rescripsit.

Ex quibus omnibus facile mihi persuadeo longe veriorem esse hanc vltimam,quam cũ Andr.de Pisis Rober.& aliis,quorum sup.n.98.meminimus, tuemur opionem,die,scilicet,& pœna contractui, siue dispositioni adiecta,morã emendari posse,quod euidentius apparebit,si prius argumentis contrariæ satisfecerimus.

PRæcipuum igitur telũ , quod aduersarij in hãc 161
vltimam,quam defendimus sententiam vibrant, præstat Afric.in dict.leg.traiectitiæ,22.§.de illo,D.de oblig.& act.cuius argumento omnes vbi generalẽ negatiuam regulam constituunt , vt excludenda sẽper sit,si dies & pœna interuenerint moræ emẽdatio Sed nihil obstat.Nã vt Ang.in d.l.etsi post tres, 162
arbitratur,ideo in d.§.de illo,mora emẽdatur,quia ea duplex fuit,altera per diei lapsũ,altera per interpellationem , quæ geminatio emendationem impedit, juxta Bar.doct.num.16.in d.l.insulam , quam communiter cæteri amplectuntur, vt resoluimus sup.n. 81.& eam Ang.solutionem sequuntur Paul. Rom.& alij,quorum eos secutos meminit Ias.ibi n.15.& dixit communem F.Ripa,nu.57.Qui tamen eam non 163
probat,eo quod interpellatio,de qua in d.§.de illo, ante diem facta fuit, quæ debitorẽ in moram non constituit,jux.verã moræ definitionem,quam supra ex Hotoman.lib.2.obseruat.cap. fin. obseruauimus, & inde cum vnica tantum fuerit mora , ab vnica interpellatione producta, emendatio impediri non debet. Verum hæc Ripæ consideratio vana est,quia præter diuinationis vitiũ quod continet,violat verbum,interpellatus quod de opportuna , & congrua interpellatione accipiendum est,ex dict.l.mora,ibi; Idest,si interpellatus opportuno loco nõ soluerit,D. de vsur.Ex alio tamẽ mihi mendax videtur Ang.solutio,quam securè secutus fuit Saport.neminẽ referens tract.de mora,cap.4. nu.30. & rursus, nu.147. cum sequent.quia licet Bart. communiter receptus reclamet, verius longè est , multiplicẽ moram non magis impedire emendationem, quam simplicẽ, vt latius ad 10.disputabimus,& contra communẽ efficaciter probat Bologn.in d.l. si insulã, nu.19.Baud. lib.1.variar.quæst.c. 41.† Quare iis & aliis omissis 164
verè respondendũ est,in dict.§. de illo,non propter diem,& pœnã,sed propter interesse stipulantis moræ emendationẽ excludi; quod ex eo constat,quoniam tex. ille in traiectitia pecunia loquitur,in qua tunc committitur stipulatio,cum stipulator damnũ passus est propter operas serui amissas,hoc ergo extrinsecum interesse impedit moræ emendationem , juxt.d.l.& si post tres,in dict.l.vtique,& in dict.§.Sęia cauit,& latius scripsimus sup.nu.108.Neque obstat quod secundum hanc regulam nunquã admittenda videtur in obligationibus faciendi moræ emẽdatio. Cum in illis semper post moram succedat obligatio 165
ad interesse,l.stipulationes non diuidũtur,72.versic. Celsus,l.cum stipulatus sim,113.§.fin.l.si fundũ,114. D.de verbor.oblig.l.siquis ab alio,13.D. de re jud. Nã respondeo,d.§.de illo procedere in interesse extrinseco,quod est vltra rei valorem , de quo in leg.1. vers.Hoc autem,D.de act.empt.cuius exempla sunt , in l.venditor,8.D.de euict.in l.si sterilis,21.§.cũ per venditorem,D.de act.emp.argumentum vero procedit in interesse extrinseco,quod in obligationibus faciendi post moram sẽper adest.pœna enim in d.§.de illo, loco interesse præstabatur,quæ (vti assolet)ob operas eius qui eam pecuniam peteret,in stipulationem erat deducta,sic d.§.de illo interpretantur post Bal.in d.l.magnam,nu.5.Bologn.in d.§. si insulam , num.108.Robert.lib.2.Sentent. c.18. litter.G. Nec 166
me in contrarium mouet,quod juxt.hæc semper deberet impediri emendatio moræ , cũ nullum sit interesse præter extrinsecũ, vt nonè contendit Caualin.tr.de eo quod interest,n.5.per. l. 1. considerandum,D.de tut.& rat.l.in furti actione, 51.D.de furt. in leg.euicta, 70.ibi:*Non ad pretium dumtaxat recipiendum,*

piendum sed ad id quod interest competit,D.de euict.in quibus æstimatio rei ab interesse distinguitur , nam longè versus est vetò ipsius rei æstimationem interesse dici, iuxta dict.l.1.D.de act.empt.vbi Vlpian.scribit.*Si res vendita non tradatur,in id quod interest agitur,hoc est quanti rem habere emptorit interest,hoc autè interdum pretium egreditur si pluris interfit, quam res valet, vel empta est* Aperte ergo demonstrat interdū non egredi,quod etiam idē Vlp.probat.in d.l.stipulationes non diuiduntur,ibi.*Iuxta æstimationem facti dandam esse petitionem.* Et Celsus in dict.l.si quis ab alio,dum inquit.*Siquis ab alio decem,ab alio satisdare stipulatus est,æstimandum est quanti stipulatoris interfit satisdare idque, aut tantumdem aris,aut minus,&c.* Ex quibus omnibus non obscurè patet duplex,intrinsecum, & extrinsecum interesse considerari, quorum primum aliquando rei æstimatio dicitur.quam sententiam tenet Bart.in l. vnic.n.12.& 13. C.dd sent. quæ pro eo quod interest,vbi Socin.nu.14. Rebuff. glos.1.n.149.Alciat.tract.de eo quod interest,cap.7. Quam etiam differentiam interesse intriuseci,& extrinseci,plura docte,& copiosè adducentes agnouerunt,& exornarunt Petr.Barbosa,in l.de diuisione,ex nu.30.n.soluto mattim.Gaspar.Rodriguez, qui extrinsecum hoc interesse caulale appellat , lib.3. de ann.redd.q.7.ex n...Ioan.de Castillo,lib.3.cōtrouersiarum c.1.ex n. 24. Estque omnino videndus Antonius Gama,decis.Lusitana,110.n.3.& quæ in eius proposito eius additionator.Blasius Florez de Mena scripsit,vbi infinitos rem disputātes congerit.Neque fundamentum Caualc.aliquid obstat, quia quando concurrit vtrumque interesse , tunc intrinsecum quantitas rei appellant,ad differentiam extrinseci, iuxt.iura optima,& quæ sic necessario debent intelligi,in dict.l.1.§.considerandum,ibi:*Quod interest nō venire,sed rei tantum æstimationem*,D.de tutel. & tat. in l.Tit.44.ibi:*Non enim pretium continet tantum,sed omne quod interest emptoris seruum non euinci* , D.de actio.empt.in leg.si fundus,36 ibi:*Quod hactenus erit verum vt pretium restituas , non vt eruans id præstes si quid plurit mea interfit eum vacuum mihi tradi*, D. locat.in l. stychum,56.ibi,*Quanti igitur fiet æstimatio? vtrum decem millium quanti fuit occisus:an quanti est quem necesse habeo dare,idest,quāti mea interfit*,D.ad l. Aquil.in l.4.§.in eum.ibi:*Quod non ad quantitatē,sed ad id quod interest,&c.*D.de damno infect.in l.vn.in fin.D.siquis ius dicon.non obtem.quæ iura sic necessario accipiēda sunt,vt optimè censet:alia in id refectens.Forcat.de mora,2.part,nu.2.& nu.13. & soluitur primum argumentum.

167 Rursus non obstat secundū ex d.l.magnam,11.C. de contr.stip.cui Bal.in d.l.etsi post tres.n.20.respōdet eo loci non tractari de emendanda mora , sed vtrum ea sine interpellatione committatur,videbatur enim non committi,nisi ea facta,ex d.l.mora,ibi; interpellatus non soluerit,D.de vsur.& ante eā creditor indulgere debitori videbatur , sed cum dies quasi admonere ipsū videatur,statuit Imp.aliam interpellationem necessariam non esse,& ad constituēdum debitorem in mora,& ad hoc vt pœna committatur,non tamē negat,quin semel commissa stipulatione mora emendari possit.Sed tunc obstat,quia iā hoc erat ante Imper.decisū,vt die adicta interpellatio necessaria non esset,iuxt.d.§.de illo,vnde superflua etit.Iustin.nona decisio in d.l.magnā,si vlteriora aliquid noui non statuit.Respondendum tamen est, vltra diem,interpellationem fuisse,in d.§.de illo,vt constat interpellatus,quæ iura sic interpretātur Baldu.in suo Inst.pag.77.Robert.dict.lib.2.sent.c.18. & nouè Sapor.tract.de mora,c.4.n.137.

Cui interpretatione,licet olim præceptores nostri acquieuerint,nunquam ipse arridere potui,quia die adiecta,etiam sine interpellatione,moram fieri probat Afric.in dict.§.de illo,ibi;*Consultus respondit eius quoque temporis quo interpellatus non esset,posse peti pœnam amplius,etiamsi omnino interpellatus non esset*,luitque id ante Iust.iuris certissimi , tam circa pœnam conuentionalem,vt in d.§ de illo,& in l.ad diē,77. D.de verb.oblig.& in l.lecta.40.D si cert.pet.quam judicialem,vt in l.si enim,10.§.humo.D.siquis caut.& legalē,vt in l.fin.C.de vsur.rei iudicatæ,& quasi judicialem,vt in d.l.si cum dies,§.fi.n.de arbitr.Vt igitur noua decisio,d.l.magnā, aliquid operetur,intelligi debet de inexpiabili moræ commissione,ne alias inanis reddatur,quę interpretatio magis placet Bald. in repetitione d.l.etsi post tres,n.20.

Sed profecto si id admittimus , noster hic labor fumesceret,vanus , & futilis redderur , siquidē ex ea solutione relinquitur propter diem,& pœnam,moram inexplicabilem reddi.

168 Quare vt eo quo tēdit nostra fœliciter oratio perueniat,aliter ego rem hanc discutiendam arbitror , altiusque repetendam existimo, & in primis constater affirmo,Bart.Bald.& cæterorum veram esse conjecturam, quam & præceptores nostri sequuti fuere ad d.l.magnam vt ibi,de morā,die & pœna adiecta, commissione, sine interpellatione Iust.agat, non de eius emendatione,quod euidentius apparebit , si eū in dict.l.magnam,& in d.l.2.C.de jure emphyt.(cuius ipse auctor est)loquentem audiamus.*Magnā legum veterum obscuritatem,qua protrahendarum litium magnam occasionem vsque adhuc præbebat, amputantes sancimus, vt siquis certo tempore facturū se aliquid,vel daturum stipulatur,vel qua stipulatur voluit,promiserit, & adiecerit,quod si statuto tempore maximè hæc perfecta fuerint,certam pœnam debit:sciat minime se posse debitor ad vitandam pœnam adiicere , quod nullus eum admonuit:sed etiam circa vllam admonitionem,eidē pœnæ pro stipulationis tenore fiet obnoxius:tum ea,quæ promisit , ipse in memoria sua seruare, non ab aliis sibi manifestari debeat poscere.*Hactenus in dict.leg.magnam:eiusdem autem verba,quæ ad rem hanc spectant,in dict.lege secunda §.fin autem,sic se habent.*Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum,sed per totum triennium, neque pecunias soluerit, neque apochas domino tributorum reddiderit volenti ei licere eum a prædiis emphyteuticarijs expellere nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis, vel eorum, quæ emponemata dicantur, vel pœna opponēdo:sed omnimodo eo(si dominus voluerit) repellendo, nec pretendente, quod non est super hac causa inquietatus:cum neminem oporteat conuentionem, vel admonitionem expectare , sed vltro sese offerre & debitum spontanea voluntate , perficere secundum quod & anteriori lege nostri numinis generaliter cautū est.* Hæ Iustin. ex cuius sermonis serie satis ostenditur eo decisionem , dicta lege magnam spectare , quo communis existimat nec id dubitationem habere. Igitur difficultas tantum circa secundam partem solutionis restat , qualiter id tanquam nouū à Iust.traditur si vetustiori I.C.decisū erat,die & pœna adiecta,interpellationem non desiderati.

169 Vnde ego constituo *primo*,quod & si inter nostros controuersum satis sit, an aliqua adhuc antimonia , siue duarum,plurium ve legū conflictus,& dissonantia, aliquisve locus, qui nonnoribus legibus abolotus,& correctus sit extet.Crebriore tamen eorū calculo in eam itum esse sententiam,vt nihil,neque superfluum,neque contrarium inueniatur,quam post antiquiores,in l.1.C.de inoffic.dotib.in l. si quando 35,C.de inoffic.testam,veritissimā proclamant Zas.& Bellon.vterque lib.1.dissolut.antinom.in princ.Molin.ad rub.num 81.D.de verbor.oblig.Conan.lib.4. com.c.5.n.3.qui mouentur,l.1.§. nulla itaque,l.1.§. contrariū,C.de vet.jur.enucl.& procemio.Inst.§.scaratissimas,l.1.§ tollendis,C.de Iust.Cod.confirm.& prima constitutione de cōceptione Digest.quæ proposita

posita est libris Pisanis , & nouissime Morl. in empor. jur. civ. 1. part.t .1.§.8.num.1.& 2. vbi paucis mutatis hæc quæ hic a Iudicibus resultir , suppresso tamen auctoris nomine , prout ei est mos ; qui integram illam octauam quæstionem*, & quæ in ea de juris interpretandi ratione obseruat , cum ab erudito Campos Antecessore Salmanticensi , retidem fere verbis ex libello,quem is *Hortomiam* appellauit , transcripserit , id tamen dissimulat) quæ omnia amplectencia est , quicquid clamitent Budæus in adnotat. ad Pandect. sub l. fin D. de ædilit. edict. Baro , ad tres constitut. Pandect. Florent affix. & in §.litera, Inst de rer. diuis. in §. non tantum,Inst. de Codic.in §.siquis ancillas, Inst. de leg. Hotom.in disput.de dote,pag. 89. & in §. si quis à non domino,inst. de rer. diuis. in §. seruus autem , inst. qui testam.facer.poss.Couar.lib.1.variar.c.1.n. 7. Vital. lib. 1.var.lect. Cujac.tract.7.ad Afric. ad l. cum quis, 38. §. de peculio , D. de solut.& tract.8. ad l. qui negotia, 54. D.mand.& lib.8.obser.c.8. Ant.Fab.lib.1.conject.c.18. pinel.in l.2.1.par.c.4.num.33.C. de rescind. vend. Balduin.in suo Inst.pag.261.Valla.lib.6.elegant.c.59. contendentes multas adhuc dissensiones inter Iurisprudentes offendi , quemadmodum , & geminationes , & omissiones plures in jure ciuili adhuc reperiri, testatur Pracel.in quart.lib. Med. jur prud. quos inuectionum , & geminationum libros appellauit , quem tamen reprehendit eruditus Greg. Lop. Modera , lib. sing. animadu.6.fin. Sed quis Iust. Imp. mendacii , reum facere audebit? aut potius Tribon. Pandect. consarcinatorem, cui à Iust. colligendi , & dirigendi Iurisprudentum responsa cura fuit demandata? cui , & alijs illius sæculi hominibus integros,& absolutos I.C. tractatus contingit videre , cum adhuc pura esset , & certa ipsa jurisprudentia , & recens juris Romani notitia, qua æ- 170 tate nulla superfluit antimonia. † Verum postea euenuit labente tempore , postquam jactura facta est integrorum librorum, quibus vsus est Tribon. non semper concordes I. C. inuenirī, vt fateri necesse sit, verba eorum aliquando occurrere , quæ arguunt diuersas , & contrarias illis fuisse in nonnullis juris definitionibus sententias , & in quibus componendis multa opera, & industria opus sit , quas diuersæ illæ Proculeianorum , & Cassianorum,siue Sabinianorum sectæ peperērunt , inter quos perpetuæ dissensiones fecerunt , propter quas diuersæ inter eos ortæ sunt lectæ quæ ab Antejo Capitone , & Antistio Labeone exortæ à Sabino,Nerua,& Proculo,eorum discipulis auctæ fuerunt , vt Pompon.in l.2. §.hi duo D. de orig.jur. refert, quorum qui alterutram pactionem postea sequuti fuerunt,alij Proculciani ; alij Sabiniani sunt vocati , cujus dissensionis in aliquibus juris quæstionibus exempla extant , vt in l. 1. D. de cond. empt.in §.item pretium , Inst.de empt.& vend.in l.adeo, 7. §. cum quis ex alijs materia, D. de acq.rerum dominio. in §. cum ex aliena , Inst. de rer. divis.in l.2.D.de derelict.in l. 2. §. ex contrario D. de acquir. possess. obseruant Gagaol. & Budæus. inc. l.2.D. pro derel. Rebard. lib. 4. hist. jur. civ. Rebar.in l.cum ampliss. §. is natura debet , D. de reg. jur.Cujac.lib.9.obser.c.32.Curt.lib. 1. lect.c. 12. Concius.lib.1.succes.lect.c.12. idem Cujac. l.b. .. obser.c. 21.Couar.lib.1.com.cap.1.n.4.qui horum dissensionum,& alia plura exempla afferunt.

171 † *Secundo* aduerto , quod cum nouus aliqua Imp. decisione, siue constitutione determinatur veterum prudentum quæstio, & quæ vera sententia sit, & sequenda confirmatur,& indicatur extare aliquo modo in jure cōtraria I.C.resp.neque aliquod vitium , seū antimonia tunc contrahitur, ea enim extant, vt vis nouæ constitutionis agnoscatur , & melius indicetur,l.1. C. de Lat.liber.toll. & pr.Inst.de test.ibi *Sed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur* junctis iis,quæ ibi elegāter Mynsing.post Vigelium.cujus rei exemplum deduco,ex l. pupillus si fari.9.D.de acq.hæred.& l.seruo inuito , 65.

soluitur secundum contrariæ opinionis fundamentum.

174 Nec minorem difficultatem continet aliud, quod pro eadem communi tertio loco à Celso Vlpian. præstitit argumentum, in l. Celsus, 27. D. de arbitris, ex cuius verbis sup n. 73. in argumenti propositione relatis non obscure constat, moræ emendationi diem, & pœnam obesse.

175 Sed responderi solet eundem loqui in iudiciis, in quibus ne lites fiant immediatos, aduersus communem reipublicæ vtilitatem admissum est, vt mora non emendetur, sed tunc implacabilis se nobis insinuat difficultas, propter omnino contrariam Caij sententiam in dict. leg. etsi post tres, 8. D. si quis caut. quæ in iudiciis moram emendari, die, & pœna adjecta, probat, iuxta eius veram sententiam, quam late sup. ex n. 106. disputauimus.

176 Quare Bart. in d. l. si insulam, nu. 9. vt eam pugnam componat: distinguit inter præparatoria iudicij, & litis decisoria, vt in illis admittatur moræ emendatio post diem, & pœnam, ex d. l. etsi post tres, in his neutiquam, ex d. l. Celsus, ea ratione, quia occasio protrahendarum litium concedi non debet: maxime cum iam iudex functus sit officio suo argu. l. properandum 13. C. de iudic. l. terminato 4. C. de fruct. & lit. exp. leg. quidem existimauerunt, 15. D. si cert. pet. c. finem litibus 5. de dolo, & contum. quam Bart. solutionem communis amplectitur, tam in d. l. & si post tres, vbi Bald. n. 10. quam in d. l. si insulam, n. 14. ad fin. Iaf. nu. 15. Bologn. n. 109. Nigr. n. 51. Horosc. in d. l. etsi post tres, n. 6. & 7. Sed conuincitur primo, quia secundum eam neque in litis decisoriis, admitteretur emendatio, vbi dies adiectus non est, quod est contra dict. l. si cum dies, §. fin. D. de arbitr. Secundo, quia in litis decisoriis, die, & pœna adiecta, moram emendari posse probat d. l. mancipiorum, 6. D. de option. legat.

177 Vnde Ang. in d. l. si insulam, n. 15. arbitratur, leg. Celsus procedere, cum oblatio fuit facta ex interuallo. Sed duplici argumento conuincitur, primo, quia plane diuinat cum id ex dict. l. Celsus, non probetur. Præterea, quia nullibi reperio expressum, ad moræ emendationem requiri oblationem in continenti factam nonnullis casibus exceptis, de quibus per Forcat. de mor. 1. par. num. 16. Tiraquel. de retract. *Lignagier* §. 1. gloss. 1.. & 20. & de retr. conuention. §. .. gloss. 6. ex num 22.

178 Nec magis defendenda est Rob. sententia, d. 1. sen. cap. 18 asserentis, quod etsi mora in d leg. Celsus, ipso iure non possit emendari, ope tamen exceptionis recte potest. Nam plane ea sententia (alias in se vera) displicet, tum quia ex generalitate illius tex. conuincitur, tum etiam, quia si per exceptionem admitteretur ibi emendatio, hoc iure Consultus exprimeret; vt d. l. etsi post tres, ibi, *Consequens est dici dejendi eum debere exceptione*, & in leg. interdum, 75. §. fin. versic. *Doli exceptionem*, D. de verb. oblig. quod tamen expresse I.C. negat, in dict. l. Celsus ibi, *Attamen semel commissam pœnam compromissi non euanescere*, quo satis ostendit, neque per exceptionem emendationem admitti.

179 Quare ego (omissa alia noua ad hæc iura interpretatione, quam scripsit Sapor. de mora, cap. 4. num. 140. quæ facillime ex supra obseruatis diluitur) vt illius difficillimi loci verus eniteat sensus, obseruo primo, arbitri pronunciationem non esse sententiam, l. quid ergo, 13. §. ex compromisso, D. de his qui not. infam. & inde ex ea, neque actio, neque exceptio oritur, leg. ex
180 compromisso, 2. D. de arbit. † Inde in compromisso semper pœna ponitur, vt eius metu litigantes pronunciationi pareant, l. litigatores 11. §. quod ait prætor, D. illo tit. l. 1.. eodem, quod & Hispanico iure cautum extat, in l. 23 versic. *Casi pœna*, in l. 26. versic. *E si pena non fuesse y puesta*, in l. .. tit. 4. par. 3. & nouissime, in l. 4. ibi, *De no reclamar de ella so certa pena*, tit. 21. l. 4. nouæ coll. regiæ (qua inueterata est d. l. ex compromisso) vbique notat Greg. Lop. & eleganter Molineus in extricat. labyr. diuidui, & num. 1. p. num. 8. quod si sententiæ non pareatur victor agit ad pœnam, dict. l. ex compromisso. *Ex compromisso* (inquit Vlp.) *placet exceptionem non nasci sed pœna petitionem.* † Secundo præmitto 181
litigatores, soluta pœna, posse nouiter jure suo vti, leg. si quis 35. D. de arbitr. ibi, *Ergo aduersus eum pœna committitur, lite apud iudicem suo ordine peragenda*, cui consonat, l. 30. versic. *Pero si vna de las partes*, tit. 4. par. 3. notat Molineus jam relatus 2. p. num. 574. † Quibus 182
obseruatis dicendum est, quod cum in dict. leg. Celsus, debitor non soluerit intra diem ab arbitrio designatum, certum est eum sententiæ non paruisse, & sic pœnam commissam esse, quæ non resoluitur, licet post diem offerat condemnationem, quia interest creditoris, & pœnam consequi, & litem, vel denuo incipere, vel prosequi coram ordinario, quod speciale est in arbitri sententia ex dict. leg. Celsus, & l. 33. ibi. *E non escusaria, maguer dixisse que queria cumplir el mandamiento dellos* tit. 4. par. 3. neque id procedit in sententia ordinarii, aut conuentione partium, quia in eis non datur facultas consequendi vtrumque l. si pacto quo pœnam 12. Cod. de pact. pœnalis enim noua, tollit, & in se transfundit priorem obligationem, vt notauimus sup. & probat d. l. obligationum, 44. §. fin. D. de obl. & act. ibi, *An vero transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat, quod magis verum est*, vbi per pœnalem, quasi notari obligatio dicitur, quia pœnalis stipulatio non est proprie nouatio, sed quasi nouatio, cum nouatio non pure, sed sub conditione facta sit, ideo dict. §. fin. illam quasi nouationem appellat, quæ dictio, quasi fictionem denotat, ideo adjicitur, quia commissa stipulatione adhuc præstari potest, quod principaliter in obligationem deductum est, quando locus est emendationi moræ, vbi autem pœna præstatur, tunc proculdubio sublata manet principalis obligatio, ex reg. leg. 1. D. de nouationibus, §. præterea, Inst. quib. mod toll. oblig. † Nisi abjecta sit clausula, rato 183
manente pacto, qua adjecta moram inexpiabiliter contrahi communis putat. Verum quia frequens ejus apud pragmaticos contentio est, nec aliena ab hac materia disputatio, antequam hinc abeamus, an ea opinio vera sit obiter discutiendum erit. Est tamen in primis, pro quæstionis resolutione, sciendum, Clausulam, *Rato manente pacto*, sequentem in iure, & quæ in odium contrauenientium (vt Doctores aiunt) adijcitur, vt ex Felin. in cap. intelleximus, de iudiciis, notat Villalob. in ærar. commun. opin. lit. C. nu. 91. id efficere, vt pœna simul cum principali, & debeatur, & peti possit, veluti si is qui rem dare, vel insulam facere promiserit, pœnam, *si non dederit vel fecerit*, adjecerit, ea lege vt soluta pœna ad dandum, vel faciendum teneatur: quæ clausula à pragmaticis nostris sic de stylo concipi solet. *Sola clausula, rato manente pacto, para que la pena pagada, o no pagada, o graciosamente remitida, toda via esta obligacion quede en su fuerza y vigor y esta promessa se guarde.* Si enim intra diem, vel legalem, vel conuentionalem, debitor contractum non impleuit, pœna soluta, contractus lege adhuc manet dare, vel facere adstrictus, leg. qui fidem, 16. D. de transact. leg. cum proponas, 17. Cod. eod. leg. ita stipulatus 115. §. fin. D. de verb. oblig. leg. 13. vbi Greg. verb. *maguer dixesse*. tit. 4. part. 3. leg. 42 tit. .. leg. 34. leg. 5. tit. 1. par. 5. late omnes in leg. rescriptum 9. §. si pacto, D. de pact. Ergo an eo casu quo stipulationi pœnali ea adiicitur clausula, contracta mora emendari possit, dubitat Bart. in leg. si insulam, 84. num. 17. D. de verb. oblig. qui post sententias opinionesque relatas, emendationem admittendam esse probat. *Primo*, per leg. 2. §. generaliter, D. de eo quod cert. loc. nam cum certum sit, quod interesse, quod venit in actionibus arbitrariis potest peti vna cum principali, l. quod si Eph. 4. versic. *interdum* totoque

totoque illo tit. D. de eo quod cert. nihilominus ait Scæu. in d. §. & generaliter, actorem habere electionem vbi petat, reum vero vbi soluat ante litis contestationem: sicque manifeste probat, quod licet pœna vna cum principali peti possit, emendatio tamen moræ vsque ad litem contestatam semper admittitur. *Secundo*, ex l. si cum dies, 5. §. fin junct. l. si quis rem 10. D. de arbitr. pro earum inductione præmitto arbitri pronunciationem sententiam non esse. Indeque ex ea neque actionem, neque exceptionem oriri, qua ratione in compromissis semper pœna ponitur, vt ejus metu litigantes pronunciationi pareant (vt jam sup. n. 180. ostendimus. Ergo si sententiæ non pareatur, victor ad pœnam agit, d. l. 1. eaq; soluta, suo jure nouiter vti potest, d. l. si quis 30, alias 35. ibi: *Ergo aduersus eum pœna committetur, lite apud iudicem suo ordine peragenda*, l. 30. tit. 4. part. 3. itaque quemadmodum (ait Bart.) commissa pœna in compromissis, in quibus eam, & principale quis consequi potest, mora emendatur vsque ad litem contestatam, poterit etiam si adjecta sit clausula *Rato manente pacto*, emendatio admiti. *Tertio*, mouetur Bart. quia quando pœna est major, quam ipsum principale debitum, peti potest principale debitum, & pœna in eo quod excedit l. si quis à socio 41. D. pro soc. l. prædia, 28. D. de act. empt. hoc tamen in casu emendatio admittitur, ex l. 1. versic. habebit. D. de penu leg. l. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes, D. de verbor. oblig. vbi cum quæsitum esset, an si Flauij Hermetis hæres à Claudij hærede pœnam petere voluerit, Claudij hæres libertatem Stycho præstare debeat, vt pœna liberetur. Respondit Scæu. posse, neque pœna adjecta id impedire. Quarto, vltra fundamenta à Bart. inducta pro hac eadem opinione, & illud induci potest, quod deducitur ex hoc c. potuit. 4. versic. *nisi celeri* de locato, constat enim emphyteutam propter pensionem non resolutam, in pœnam re emphyteutica priuari, & præteritorum annorum pensiones pendere debere, l. 2. §. fin autem, C. de jur. emphyt. auth. qui rem. C. de sacros. Eccles. auth. de non alien. aut permut. §. scite autem, coll. 2. auth. de alienat. & emphy. §. si vero quis, coll. 9. Afflict decis. Neap. 174. nu. 4 Con. lib. 7. comm. capit. 12. num. 9. Clar. lib. .. recept. §. emphyteusis, qu. 8. num. 15. Greg. in leg. 28. tit. 8. .. & diximus sup. n. 99. & tamen quamvis ab eo vtrumq; peti possit, intra breue tempus emendat moram. Denique, Imol. col. pen. in dict. leg. si insulam, considerat, quod cum hæc clausula, rato manente pacto, quoad id de quo quæritur, non habeat clarum, neque explicitum intellectum, & in ambas partes agi possit, scilicet, quod vtrumque peti possit, reseruata tamen facultate emendandi moram, item & ea emendatione omnino exclusa; ambiguitas hæc contra stipulatorem interpretari debet, ex vulg. reg. leg. veteribus 39. D. de pact. l. stipulatio ista, 39. §. in stipulationibus, l. quicquid adstringendæ, 99. D. de verb. oblig. Ex quibus eam sententiam, quippe etiam ea clausula stipulationi pœnali adjecta, moræ emendationem admittendam esse, docent cum Bart. num. 4. & 17. in d. leg. si insulam, plures quos referunt, communem opinionem asserentes, Alex. num. 31. Iaf. num. 28. Ripa, num 80. Crot. nu. 70. Nigr. nu. 241. Hannib. num. 147.

Contrariam tamen opinionem, scilicet ea adjecta clausula, moram non posse emendari ex sententia Accurs. in l. id quod pœnæ, 44. versic. *Item, & in conuentionali*, D. solut. apertiu, in l. cum stipulatus, .. verbo, *commissa*, versicul. *hac distinctione*, D. de verb. oblig. quam antiquiores Bellaperti, & de Becut. defendunt Bald. Ang. Fulgos. Speculat. tit. arbitris §. fin. col. penult. versic. *sed pone* Salic. tract. de mora, qu. 2. concl. 4. n. 4. Greg. in l. 33. gl. maguer dixesse, tit. 4. par. 3. & in l. 34. glos. 3. tit. 11. par. .. & alii quos proxime citati referunt, & crebrius sequuntur. Pro qua *Primo* facit, quoniam quotiescumque pœna simul cum principali

peti potest, moræ emendatio non admittitur, l. trajectitiæ, 23. §. de illo, D. de obligat. & act. ergo nec emendari poterit adjecta clausula, Rato manente pacto, juxta notata supra in princ. hujus numeri. *Secundo* facit, nam quemadmodum quoties pœna debitam rem excedit, ejus loco non succedit, ideoque simul cum re peti potest, d. l. siquis à socio, d. l. prædia, sic & illud fit, vt soluta pœna non ex eo videatur emendari mora, cum vtrumque debitum ex diuersa causa procedat, aliud ex conuentione, aliud ex commissione. *Tertio*, inducunt, Petr. & alij, d. l. qui fidem, 16. D. de transact. cum alijs supr. adductis, ex quibus constat ea adjecta clausula, vtrumque consequi posse, & pœnam, & principale debitum, quæ sane leges inutiles, & sine effectu essent, si commissa pœna, mora posset emendari. *Quarto*, pro hac opinione inducitur à Fulgos. in dict. leg. etsi post tres, viua ratio, quoniam cum virtute dictæ clausulæ, ex dict. l. qui fidem, vtrumque debeatur, sicque copulatiue duo debita sint, scilicet, res, & pœna, & solutio vnius ab vtroque debito reus non posset liberari, l. fin. D. quibus modis pignus, vel hypot. soluitur (id enim nusquam fuit auditum) longe minus per moræ purgationem quæ contra mentem contrahentium hoc casu admitteretur, qui semper voluerunt, vt si contractus legi paritum non esset vtrumque deberetur.

Quam sententiam si defendas contrarijs argumentis respondebis. *Primo*, quod ex arbitrarijs actionibus desumptum est, in quibus etsi vtrumque peti possit, interesse videlicet, & principale debitum, ex d. §. interdum, moræ tamen purgatio admittitur omissis tribus solutionibus, quas ex Bald. in d. l. etsi post tres, refert Iaf. in d. l. insulam, num. 19. Respondendum est, in d. l. 5. §. & ideo eum qui Stychum. versic. Et generaliter, D. de eo quod cert. loc. de emendatione moræ non agi; sed de electione, quam habet reus, qui alternatiue Ephesi, aut Capuæ dare promisit, quo in loco soluat, & respondit I. C. vsque ad actoris petitionem, reum eligendi facultatem habere. Ergo quandiu actor non petiit, aut litem contestatus non est, reus non ex potestate purgandi moram, sed ex eligendi facultate vbi voluerit soluere poterit: validum namque est de re ad locum argumentum Iaf. in l. vinum, D. si cert. pet. Roman. sing. 550. Anchar. consil. 136 Euerard. in legalibus, cap. 87. ergo quemadmodum alternatiuus debitor, qui Stychum, aut Pamphilum promisit, eligere potest quem soluat, quamdiu ambo viuunt, vbi vero alter decesserit, extinguitur ejus electio, ne si in arbitrio ejus, an debeat, dum non vult vinum præstare, quem solum debet. Sic & in proposito, is qui promisit Ephesi, aut Capuæ dare, ante actoris petitionem habebit electionem vbi soluat, non post petitionem: sic enim eueniret, vt si in ejus arbitrio fuisset vbi petatur, conueniri non potuisset, tolleretur que actori actio, dum reo reseruaretur optio, quæ est illius tex. plana, & syncera interpretatio.

Secundo, ex dict. l. si cum dies, 5. § fin. juncta l. si quis rem, 10. D. de receptis arbitr. Baldi, Fulgos. & aliorum interpretationibus omissis, dicendum est, actorem ibi, vtrumque non consequi virtute compromissi, sed pœnam tantummodo, si ab arbitrio recessum est, lite super principali apud judicem suo ordine peragenda. quod & ex eo constat, quoniam si ex compromisso principale debitum actor consequeretur, id ex eo fieret quia ab aduersario paritum ei esset, sicque arbitri pronunciatio vim haberet sententiæ, quo sane casu, nulla pœna deberetur, cum ea eo tantum præstetur, quo arbitri pronunciationi paritum non est, vt diximus n. 181. Nec obstat si dixeris, eo modo vtrumque actorem consequi, id enim ex diuersis causis prouenire, sed e coram diuersis judicibus, quod longe aliud est.

Tertio ex d. l. siquis à socio, & dict. l. prædia, ex qui-

bus conjuncta, dict. l. 1. D. de penu legata, & §. Flauius Hermes, voluit Bart. quod vbi pœna excedit, & potest peti vna cum principali, moræ purgatio admittitur, multis modi, respondet Bald. in d. l. etsi post tres, n. 35. Ias. hic, num. 29. Ripa, num. 80. illa tamen planior est solutio, in illis quippe legimus, alijsque in locis in quibus vtrumque consequi potest, vel quia pœna excedit, vel quia ex clausula, & pacto adjecto sic contrahentes voluerunt, purgari non posse moram, ne alias vel contra legis, vel contra hominis prouidentiam fiat, cujus contrarium d. l. si quis d. l. prædia non probant, in quibus de purgatione moræ verbum nullum. Nec ad rem faciunt, d. l. 1. D. de pen. leg. d. §. Flauius Hermes, alia enim est sententia d. l. 1. vt constat ex his quæ copiose nos ad eam scripsimus infr. ex num. 20. quemadmodum, & quod à Iur. Consult. scribitur, in dict. l. 1. §. Flauius, de cujus etiam interpretatione plura nos sup. ex num. 151.

Quarto, ex nostro cap. potuit. 4. de locato respondendum eiusdem text. item, & decisionem, cap. propter sterilitatem. 3. §. verum, in fin. ibi: Vel cum canonem per biennium non soluisset, si sibi satisfactione celeri non prouidit, ex quibus euidenter constat, non solum emphyteuta Ecclesiæ, verum etiam priuati, ad moræ emendationem admitti, quamvis propter cessationem in solutione, & emphyteutica re priuetur, & decursas non solutas pensiones præstare debeat. Canonica æquitate attenta procedere, ex qua & si vtrumq; creditor consequi possit, nihilominus tamen moræ admittitur emendatio, ex latè à nobis discussis supra ex nu. 99. maxime tamen infra nu. 195. & 196. quemadmodum, & admittitur ex communi opinione, etiã quo casu juramentum interpositum est, dummodo propter id actoris jus deterius non fiat, est namque eo jure illud peculiare, ne pœnæ committatur æquitatem rigori præferre, vt probabis non malè ex cap. suam, 8. de pœnis, licet enim jure, ciuili qui certam quantitatem ad diem sub pœna promisit, si partem soluat, propter non solutam partem vniuersam pœnam pendere debeat, l. stipulationum, 5. §. si sortem, D. de verb. oblig. cum alijs; jure tamen Canonico non nisi pro parte non soluta committitur pœnæ commissio, d. cap. suam, quem tex. sic interpretatur Padill. & Gutierr. à nobis infr. nu. 196. relati.

Ex quibus (vt jam eò redeat vnde nostra est digressa oratio) vt interpretationi dict. l. Celsus finem imponamus, constat apertè in sententia arbitri, semel commissam pœnam compromissi non euanescere, & omnino soluendam esse, quia interest actoris, cui integrum jus manet ad principalem obligationem, & actionem, quod interesse dum parti non soluitur, mora non emendatur, d. l. vtique D. de recep. arb. Greg. verb. compliendolo, in d. l. 33. tit. 4. p. 3. quod secus est in alijs sententijs, & conuentionibus, in quibus actor vtrumque consequi non potest. Quomodo est illustranda decisio Vlp. in d. l. Celsus, D. de arbitr. quæ sic ornata parum. And. de Pis. & sequacium opinioni, & sententiæ obstabit.

184 Quibus quarta non oberit pro communi argumentatio desumpta, ex l. 2. C. de jure emphyt. & auth. de non alienan. aut perm. rebus Eccl. §. scire autem, coll. 2. cum alijs jurib. in argumenti propositione adductis, quia obseruo magnam inter nostros esse controuersiam; vtrum emphyteuta cessans à solutione per tempus præfinitum ad moram emendandam postmodum admittatur? & tandem communis sic statuit, jure Canonico emphyteuticarium rei Ecclesiasticæ admittit juxt. text. nostrum in hoc versic. nisi celeri, per quem ita resoluit Couar. post alios, lib. 3. variar. cap. 18. nu. 4. Conan. lib. 7. com. c. 12. nu. 9. quam sententiam nos ad emphyteuticarium rei priuatæ jure Canonico in propositione primi argumenti pro And. de Pis. contra communem extendimus supr. propter expressam Pont. decisionem, in cap. propter sterilitatem, §. verum, sup proximo.) Iure vero Ciuili emendationem non admitti communis probat, per dict. l. 2. versi. Sed omnimodo eo repellendo. Sed & emphyteuta rei Ecclesiasticæ idem eodem jure admittitur, ex d. auth. qui rem, Cod. de sacros. Eccles. & in auth. de alien. & emphy. §. si vero, coll. 9. per quæ jura communem resoluit post Alex. consil. 102. volum. 3. Afflict. decis. 174. per tot. Clar. libro tertio recep. sent. §. Emphyteusis, q. 8. Greg. in leg. 28. tit. 8. p. 5. Conn. & Couu. jam relati, disputat. latè Gut. de iuram. confirmat. cap. 31.

185 Sed certe quicquid isti arbitrentur (eorum opinione, in judicando, & consulendo, recepta: quia communinior est argum. l. 1. §. & sanè crebrior, D. de offic. quæst.) in puncto juris, contrariam sententiam ex argumentis, de quibus supra defendere auderem. Nec me in contrarium jure, quibus communis fundatur mouent, quæ per lapsum triennij, licet omnino, sine alia interpellatione moram committi probent, quod, & ipse propter diem adjectum, non diffiteor: non tamen negant ejus emendationem domino volente admitti, & ante ejus declarationem. Quæ sententia perspicuè, ex d. leg. 2. §. fin autem deducitur, quæ se refert ad decisionem d. l. magnam, 12. C. de contr. stipular in qua non de moræ emendatione tractari, sed de ejus sine interpelatione commissione, non obscure, paulo ante indicauimus, & soluitur quartum argumentum.

186 Difficiliores autem explicatus habet illa, quæ post quartam proposita fuit difficultas, ex illa consideration. Iuramentum impedit moræ emendationem, sed juramentum sortitur naturam actus, cui adhæret ergo etiam sine juramento non emendabitur, ergo à fortiori dic, & pœna adjecta emendatio rejicietur. Pro cujus vera resolutione ipse in primis aduerto, assumptum illud juramentum, moræ emendationem impediri, non omnibus in confesso esse, licet Bart. securè resoluat in d. l. si insulam, nu. 20. vbi communem opinionem testatur Alex. nu. 37. Ias. nu. 35. Rip. nu. 90. Crotus, num. 68. Nigr. nu. 291. Herculan. nu. 107. Bolognet. n. 223. repetit idem Bart. in l. prædia. D. de action. empt. Baldus, in l. si pacto quo pœnam, C. de pactis, & in d. l. etsi post tres, D. si quis caut. idem Bart. in l. si quis major. 41. num. 11. C. de transact. vbi Ias. nu. 26. Padill. num. 23. est que omnium commune placitum, vt probat idem Alexand. consil. 56. nu. 10. libr. 2. Crass. in disputat. de mora. quæst. 17. 2. tom comm. opin. lib. 11. Bursat. consil. 84. num. 6. lib. 1. Kirchon. & infiniti alij, quos sequutus retulit Gabr. dict. lib. 11. com. pag. 126 & pro reg. traditum est 2. tom. regularum juris, lib. 11. pag. 91. omnium latissimè doctus Gutierr. lib. vnico, de juram. confirm. 3. part. cap. 17. ex numer. 1. Pro qua sententia, 1. facit expressa, l. si quis major. 4. C. de transact. qua communis mouetur in versic. *Mox commodo deputabuntur eis qui intemerata pacti iura seruauerint*, quæ dictio, mox, ipso jure priuationem inducit, juxta ea quæ de ejus vocis significat. tradider. scribentes, ad leg. 1. D. si cert. per. Ias. in l. fructus, num. 14. D. solut. matrim. latissimè more suo Tiraq. ad leg. si vnquam, verbo, reuertatur, num. 199. Cod. de reuoc. donat. fit ergo executio absque sententia judicis, ratione juramenti, in dict. leg. si quis major, at vbicumque executio à lege fit, ipso jure, non habet locum emendatio moræ, juxta d. l. si is cui. 19. D. de leg. 2. & notauimus late supra: ergo in contractu jurato non habebit locum emendatio moræ. Secundo pro eadem sententia vrget juramentum habere vim litis contestatæ, leg. nam etsi postea. 9. §. si is qui temporali, D. de jurejurand. *Si is qui temporali (alias, temporaria) actione mihi obligatus erat detulerit iusiurandum, vt iurem eum dare oportere, egoque iurauero, tempore non liberatur: quia post litem contestatam cum eo perpetuatur aduersus eum obligatio*, hæc Vlp. qui ijs verbis insinuat, juramento actio

actionem perpetuari, senti si facta esset litis contestatio: sed post litis contestationem non habet locum emendatio moræ, d. l. si insulam, cum materia, l. 31. tit. 1. p. 5. igitur in disputatione jurata non habebit locum emendatio. Tertio, Bart. fauet, quod per juramentum res desinit esse integra, l. si pecuniam, D. de cond. caus. dat. junct. glos. interpretatione, ibi, verb. Necesse habeas, vt quia jurasti, quam sequuntur plures à Ias. relati, qui eam illustrat, & pluribus extollit, in §. actionum, num. 47. & in §. item si quis post litem, num. .. instit. de act. in leg. si conuenerit, num 3. D. de jurisd. omn. jud. Sed re non integra mora elodi nequit, dict. leg. etsi post tres. 8. D. si quis caut. dict. l. vtique 21. D. de arbitr. dict. l. si ita quis, 15. §. Sea cauit, D. de verb. oblig. & magis, in d. l. si in lege, 27. §. Colonus ibi. *Quod si paucis diebus prohibuit, deinde penitentiam agit, & omnia colono integra sunt nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet*: D. locat. ergo si juramentum adjiciatur mora excludi non poterit. Quarto, Bar. adstipulatur, quod juramentum habet vim geminationis actus, l. si mulier, & auth. siue à me, C. ad S. C. Vell. vbi si mulier renunciet juri suo habet Vell. nisi post biennium confirmauerit, & geminauerit primum actum, sed quando est appositum, juramentum actus validatur, sine geminatione sequenti. ergo si iuramentum habet vim geminationis, plane sequitur eo adjecto moram non posse emendari, ex his, quæ late sup. scripsimus, vbi & auctoritatibus, & juribus moram geminatam emendari non posse ostendimus.

187 Verum enim vero si verum amamus, argument. quib. Bar. sententia fulcitur, me parum, aut nihil mouent, vt vel inuitus fateri necesse habeam ejus opinionem ve-
188 ram esse, Non primum de dict. l. si quis major, versic. mox, quia respondeo Illud † verbum interuallum aliquando recipere, in quo mora emendari possit, vt ibidem notat Ias. & Bald. d. l. 2. C. de incest. nup. pro quibus est elegans, leg à D. Pio, 15. §. in vendition. D. de re judic. ibi. *In venditione itaque pignorum facienda, primo quidem res mobiles, & animalia capi pignore iubentur mox distrahi*, vbi dictio, mox, spatium duorum mensium importat, vt resoluit Ias. in d. l. fructus, n. 14. & 15. & nominatim post Bald. Alex. ea voce, mox, moræ emendationem non excludi scripsit Tiraq. in l. si vnquam, verb. reuertatur, n. 311. C. de reuoc. don. Rursus, e[illegible]rgeas, ex d. l. si quis major, in dicendo eam, vt Parpalias arbitrabatur, existimans venientem contra juramentum effici infamem, eamque infamiam nullum præter Principem tollere posse, l. 1. § de qua autem, D. de post. indeque cum ipso jure pœna commissa sit, moram non posse emendari, nihil obstabit. Quia respondeo, inductionem hanc minus congruam esse, cum adhuc pœnæ infamia ante sententiam non contrahitur, ex d. l. ejus qui delatorem, 19. D. de jure fisci. & latius obseruauimus in præludiis sup. Deinde obseruo in specie, d. l. si quis major, non agi de emendando mora, vt optime aduertit Ferret. tract. de mora, col. 11. nu. 30. Præterea, & si cum communi fatemur, de moræ emendatione ibi agi, diuersa quidem species à nostra quæstione proponitur, cum ibi eo casu non ageretur de emendanda mora; quæ in non faciendo consistit, de qua noster est sermo; sed potius de ea quæ ob male factum commissa fuit veniendo scilicet contra transactionem.

189 Non secundum de dict. leg. nam & postea, §. is qui temporali, aduerto enim illius textus regulam in juramento litis decisorio procedere, quod cum super lite interponatur, decidatque causam, habet vim litis contestationis vt ibi aduertunt gl. Bar. & cæteri Doctores, Ioan. Bolognet. in dict. l. si insulam, nu 127. comprobat. l. 14. tit. 11. part. 3 plurima adducens. Gutierr. d. dict. lib. de jur. confirm. 3. part. cap. 1. num. 4. nos vero loquimur in conuentionali, vel confirmatorio jurejurando, quod nihil cum contestatione commune habet, vt explicat Ias. in d. l. si pecuniam, num. 15. D. de cond. caus. dat.

190 Neque tertium Bart. fauet, quia assero per juramentum rem non desinere esse integram, cum obligationes eo apposito permaneant in suo vigore, neque pœna, vel interesse deberi possunt, nisi fuerit contrauentio, & mora, ea autem interueniente, neque etiam propter juramentum desinit esse integra, cum per illud solum jus actoris deterius non efficitur, neque contrarium probat, dict. l. si pecuniam quia illa verba, necesse habeas non sunt referenda ad necessitatem faciendi, injuncta ex juramento, hæc enim committitur parte repetente pecuniam, quam dedit, argum. c. peruenit. 3. in 2. resp. junct. ibi traditis & iurejurando: sed referuntur ad necessitatem ipsius promissoris, cujus promissionem obseruari intererat eo quo forte negotia habeat, eo loco, quo pecunia deferenda erat.

Denique, quartum argumentum Bartolum non juuat, quia vt latius infr. disputabimus, longe verius est geminationem moræ emendationem non impedire.

Et inde contrariam sententiam, vt moræ emenda- 191
tio admittenda sit, etiam adhibito iuramento tenuerunt Besut. & Alciat. quorum meminit Padill. in d. l. si quis major, num 23. Bologn. in d. l. si insulam, num. 230. Gutierr. d. lib. de iuram. confirm. 3. par. cap. 17. num. 4. ad fin. qui eo argumento maxime id autumant, quod juramentum sortiatur naturam actus cui adhæret, neque in plus possit obligare, juxta l. fi. C. de non numer. pecun. vbi notanter scripsit Accurs. verb. Sacramenti, quem post supra relatos, sequuntur Suar. in l. post rem. iudicatem, 2. part. §. 2. nu. 10. Rub. in d. cap. per vestras, de donat. inter vir. 6. not. §. 11. num. 32. vbi in addit. Barahona, litt. C. ingentum Doctorum copiam retulit, ergo cum alias mora posset emendari, ejus expiationem juramentum non impediet.

Sed argumentum hoc neminem mouere debet, quia neque verum est, neque certum, in dict. lege fin. id probari. † Quod primò constat ex cap. quamvis pactum, 192
de pact. lib. 6. cap. licet mulieres, de jure jur. eod. lib. cap. cum contingat. 28. cap. si debitores, de jur. jur. auth. sacramenta puberum, Cod. si aduers. vend. multisque aliis juribus, & casibus in quibus contractus non obligaret, nisi juramento confirmaretur, quod latiori sermone interpretes relati supra prosequuntur, & nos consulto omittimus, quia hujus loci disputatio non est. † Secun- 193
do, quia juxt. optimum dicendi modum beneque fundatam intelligendi rationem in d. l. fi. non probatur, reum jurasse se recepisse pecuniam, sed se soluturum, in quo juramento intelligitur conditio, si sibi pecunia fuerit numerata, qua conditione non impleta, non obligatur ex juramento, quia adhuc actus juratus recipit illam exceptionem, quæ simpliciter, & nude promittentibus largitur, ex leg. si ex cautione. 3. l. in. contractibus, 14. C. de non num. pec. pr. Inst. de lit. oblig. l. 9. tit. 1. par. qui est illius loci verissimus intellectus, ad eumque reducendi sunt plures, quos tradunt Costa, in l. si ex cautione, 1. fall. nu. 4. & fall. 9. num. 2. C. de non num. pecu. Couarr. in d. cap. quamvis pactum 1. par. §. 5. num. 10. Pinel. in l. 2. 3. par. cap. 1. num. 3. C. de resc. vend. Octau. decis. Ped. 41. omnium latissime Gutierr. de juram. confirm. 1. p. cap. 37 per tot. quem & nos olim fuimus sequuti, in repetitione auth. sacrament. puberum, Cod. si aduers. vend. 1. p. n. 14. dum in Hispalensibus gymnasiis magna cum audientium acclamatione, & applausu, publice, atque pro rostris jus ciuile, duobus circiter ab hinc annis interpretabamur.

Iustius ergo possent Alc. & alij eo arg. contra Bar. moueri quod juramentum recepit declarationes omnes, quas contractus super quo interponitur, vt plane probat, l qui jurato 16. D. qui satisdar. cog. dict. cap. quemadmodum, 25. de jure jur. & notarum sup. citati, vnde sicut in eo contractu admittitur vsque ad contestationem emendatio, sic etiam in juramento interposita.

Quare in hac agentium, & negantium controuersia, ergo sic statuo, vt si juramentum adijcitur pro nis-

sioni principali, moræ emendatio, quæ tenit ad obseruantiam juramenti admittatur si adjiciatur præstationi pœnæ, de perjurio, qui jurani targui possit non admittatur, quomodo Bartoli sententia, in d.l. si insulam, nu. 20. interpretanda, est licet eam in duabus solum pœnis, de quibus in d.l. siquis major, infamiæ, ac priuationis, admittat Padill. ibi, num. 24.

195 Sed an jure Canonico, ejusque æquitate attenta, procedat antea quã hinc abeamus oportet inspicere. Qua in re, sine controuersia resoluendum est, Pontificio jure considerato, in dispositione iurata, & vbi alias non poterat, mora emendari emendationem si ius actoris deterius factum non est, admitti quam sententiam scripsit glossa, in cap. apud misericordem, verbo reuertitur, 32. quæstio. 1. in capit. beatus, verbo, maioribus, 22. quæstio. 2. post quas, & Baldum; in leg. qui crimen nu. 10. Codic. de his qui accus. non poss. multis relatis communem dixit Padill. in dict. leg. si quis maior, num. 25 Gutier. dict. 3. part. capit. 17. num. 5. reclamante licet Alexand. in dict. leg. si insulam, num. 38. quem non sequitur Bolog. (licet id sic existimauerint Padil. & Gut. & paulo ante citati, qui enimo eorum expresse opinionem fatentur) num. 132. eandem opinionem, & Iuris Cæsarei professores sequi debere, cum alias in temeritatem incipiante volentes aliter, quàm Ecclesia faciat, juramentum interpretari. Concors igitur opinio, & existimato est, propter juramentum jure Canonico, moræ emendationem non impederi, fuit namque illud de jure semper peculiare, ne pœnæ committerentur, æquitatem præferre rigori.

196 Quod illo iuuari non inepte poterit exemplo, licet enim iure Ciuili qui certam quantitatem ad diem sub pœna promisit, si partem soluat, popter non solutam partem, vniuersam pœnam, debeat pendere, leg. stipulationum. 5. §. si sortem D. de verbor. obligat. cum similibus; jure tamen Canon. non non nisi pro parte non soluta, committitur pœnæ commissio ex celebri illo Innoc. 3. respons. in capit. suam 2. de pœn. quem text. sic interpretatur communis, quam resoluunt Padill. & Gutierr. iam citati; cum ergo in nostro casu, congruo loco & tempore, iure actoris deteriori non facto, reus moram emendare velit, vtique admitti debet, juxt. communes traditiones, de quibus, suprà. A quibus in judicando, & consulendo recedendum non est.

197 Quibus addo, quod cum deficientibus legibus regiis, ad ius Canon. potius, quam ad Imperat. rescripta recurrendum sit, vt notanter tradit Rub. in introduct. cap. per vestras, vers. Idem videtur mihi dicendum, sub num. 16. vbi plurimos id disputantes retulit Barah. in addit. sub lit. I. & nouissimè Paz, in sua praxi. in princip. adnotatione, 5. sub numero 36. & per leges Regni nostri Hispani cautum non reperiatur, ne in conuentione jurata admittatur emendatio moræ, Canon. æquitate sequuta ea reiicienda non erit; quam sententiam, argument. dict. capit. suam, & eorum, quæ paulo ante tradidimus, nominatim scripsit Costill. verb Maguer el otro non gelo demande, circa fin. tit. 14. part 5. quem extollit, & menti tenendum notat. Gutier. d.c. 17. n. 7. in fin.

198 Cui quæstioni, & illud pro coronide adiungo. quod etsi gloss. in dict. capit. beatus verbo, maioribus, 22. quæstio 2. existimet hoc casu, si ille qui ad diem facere promisit, & iurauit, post diem, pœna jam commissa, moram emendauit, periurium non committi, indeque præcise absolutionem petendam non esse, cautius tamen puto acturum debitorem, si illam saltim. ad cautelam consequatur. Quinimo eam omnino necessariam esse, id quod passim Doctores, tradunt, & eos referens Couarruu. in capit. quamuis pa-
199 ctum 2. part. § 3. numer. . probare videtur. † Qui circa intellectum, capit. 1. & capit. debitores, de jure iur. censent, illorum decisionem, qua cauetur, quod impetrata absolutione, à iuramento, debitor qui eo præstito, promisit vsuras soluere, eas præstare minimo teneatur, non procedere si debitor prius periurus sit ex mora commissa in soluendis vsuris, quia dies intra quem soluere promisit præteriit antequam absolutionem impetraret, nam cum sit periurus præcisè soluere debet in pœnam periurij nec commissi, absolutionem antequam soluat obtinere poterit, licet vsuras postmodum repetat, ex dict. capit. debitores, & inde casu nostro videbatur, debitorem, siue principalem, siue fideiussorem, propter commissum periurium, eo quod non soluerit, nec reum repræsentauerit in tempore cum iuramento promisso, pœnam soluere præcise renuerit, licet postmodum emendando moram illam repetere possit. Sed primam sententiam tenendo aio communem hanc resolutionem ad dict. capit. 1. & dict. capit. debitores, traditam (quam & ipse ad ea iura veram agnosco) in specie nostra obtinere nequire, quia discrimen non paruum inter vtramque versatur, ibi enim non agitur de moræ emendatione, sicuti in nostro casu, sed de totali absolutione promissionis iuratæ, non oblato principali: at in nostro reus, vel fideiussor, qui emendat moram illam expiare vult, offerendo quod prius promiserat, & sic soluit in effectu, & satisfacit primæuæ obligationi, vnde jure admitti poterit, licet propter periurium commissum salutaris sibi pœnitentia per judicem competentem imponenda sit, sicutit, & in specie dict. cap. 1. & dict. cap. debitores, licet post periurium debitor soluat vsuras, à periurio commisso ipsarum solutione non liberatur, sed pro eo pœnitentia sibi imponi debet, juxt supradicta.

Accedat iam sextum pro communi constructum 200
argumentum, de illa leg. si fundus, 4. §. Marcellus, D. de leg. commissoria, cuius, & breuis, & facilis erit expeditio, quia vt ex litera constat (quæ sic se habet: Marcellus libro vigesimo Digestorum, *dubitat, vtrum commissoria tunc locum habeat si interpellatus non soluat, an vero si non obtulerit? Et magis arbitror offerre eum debere si vult se legis commissoriæ potestate soluere: quod si non habeat cui offerat posse securum esse*) ibi non agitur de moræ emendatione, sed vtrum apposito pacto legis commissoriæ necesse sit interpellare emptorem: & interpellationem non requiri, ex Marc. docet Vlpian. quia ipse offerre debet pretium, non expectata admonitione venditoris, cum satis eum dies legi præscripta interpellarit, leg. magnam, 12. Codic. de contr. stip. quo etiam sensu accipiendus est Afric. in dict. leg. traiectitiæ, 22. §. de illo, vers. Hoc idem videtur. D. de obl. & act.

Rursus difficiles explicatus non habet leg. 1. D. 201
de penu legata quam, pro communi septimo loco vrgere notauimus quia in vltimis voluntatibus latissima est semper interpretatio facienda, vt fœlicem vltima morientium judicia exitum habeant, Paul. in leg. testamentis, 12. D. de regul. iur. æquum est si quidem iam aliud velle non possunt, eis liberum esse stylum, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium, l. 1. Codic. de sacro sanct. Eccles. † & inde testamen- 202
tis voluntas potius, quàm verba expectatur, iuxt. §. nostra, de leg. l. 1. C. commun. de legat. leg. in conditionibus primum locum, 19 D. de condit. & dem. capit. placuit, 13. quæ. 2. leg quidam cum testamentum, 5. Codic. de necess. seru. hæred. inst. l. 3. Codic. de liber præt. l. cum quæstio 23. Codic. de legat. leg. cum virum 18. Codic de fidei commiss. leg. vbi pute 19. D. ad S. C. Trebell. leg. non aliter. 67. D. de legat 3. leg. hæreditas, in fin. D. de petit. hæred. leg. pater Seuerinam 10. D. de condit. & demonstrat. capit. nos quidem, 3. capit. tua nobis, 17. capit. Ioannes. 19. de testament. capit. vltima voluntas, 13 quæstio. 2. Fuit enim antiquissima. 12. tabul. lege amplissima illis tributa facultas

cultas, vt vti quisque rei suæ legasset, ita ius esset, cuius meminit leg. verbis legis, 120. D. de verb. sing. l. 1. D. ad leg. Falcid. Iulin. §. 1. Instit. de leg. Falcidia, id in nouella. 22. Cicero, libro 2. de Inuentione, libro 1. Rhetor. ad Herenn. quam explicarunt Hotom. in fragm. ad leg. 12. tabula. fol. 145. Baluin. ad easdem leges capit. 29. Rebar. cap. 1. Sigonius. libro 1. de antiquo iure ciuium Romanorum, capit. 12. Constantinus, lib. singul. quæstionum juris, capit. 9. Coras. in leg. filium quem habentem, ex nu. 2. C. famil. hercisc. Vacon. libro 4. declarat. capit. 126. Crispus, in rub. D. de leg. 1. ex num. 100. Grarc. in leg. Gallus, in princip. ex numero 3. D. de lib. & posthum, & ali. alib. passim. Cum igitur sic testantium arbitrium, vltimumque velle, sequendum sit, non mirum si, vt fœlicem hoc habeat exitum, in dict. l. 1. D. de penu legat. contra nostram hanc verissimam sententiam, hæres moram emendare non possit, sed præcise omnimodoque compellatur, penu non præstita, ex defuncti sententia nummos dare, quam illius legis veram esse sententiam, & nihil pro ea adducat, securè arbitratur Forc. t. tract. de mora, 3. p. n. 22.

203 Hæc tamen solutio, quæ tantum eam legem vltimæ voluntatis fauore procedere vult, non mihi arridet, qui (vt obiter suprà admonui) veterius existimo de eis, ad contractus validissimum esse argumentum, vt planè probat dict. l. seruum filij. 46. §. eum qui chirographum, D. de leg. 1. leg. jure ciuili. 24. D. de cond. & demonstr. leg. pactum inter hæredem. 47. D. de pactis, leg. quæ de legato. 48. D. de legat. 1. leg. si ita stipulatus, 115. D. de verb. obligar. leg. si diuortio. 11. D. illo tit. leg. illud quod de legatio. 7. Codic. de legat. leg. scrupulosam. 11. leg. siquis sponderet, 15. Codic. de contr. stipulat. princip. Instit. de leg. Fur. Canin. tollend. tradunt passim scribentes, & plena manu Euerard. in loc. capit. 17. vnde cum differentiæ ratio reddi non possit, quare in contractibus moræ emendatio admittatur, in vltimis voluntatibus contra, quinimo eam admitti magis è voluntate defuncti videatur, qui prius penum dari voluit, eaque non præstita, solutave, in subsidium, siue defectum, quantitatem pondere, indeque hæredem qui moram eluere desiderat pœnam dando, non pecuniam, quam secundariè dari testatorem optasse censendum est, magis ei parere sit dicendum, vtroque casu; tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, emendatio admittetur, neque aliquod speciale jus ea in lege dari erit defendendum.

204 Vnde omissis pluribus quæ ad dict. l. 1. passim juris auctores comminiscuntur, maximè Nig. dict. l. si insulam, num. 129. & num. 151. Salic. de mora, quæstio. 2. conclus. 3. in fin. numero 3. conclus. 6. numero 8. Sapor. tractat. de mora, capit. 4. num. 142. verè resoluendum est, in dict. l. 1. D. de pen. leg. tempus ad soluendum appositum non fuisse, sed ad impediendum moræ emendationem, vt constat ex illa dictione, nisi, quæ casum à præcedenti excipit in hoc sensu, vt mora vsque ad contestationem elui possit, nisi testator aliud tempus ad ipsius emendationem assignauerit, qui est illius legis verissimus, sensus, vt ex eius serie constat, ibi: *Habebit igitur hæres obligationem, tandiu, quandiu lis cum eo de pecunia contestetur, nisi forte aliud tempus, vel mente, vel verbis testator præstituerit*, ex quib. constat speciale ius ibi versari nullum, cum idem, & in contractib. dicendum sit, vt vsque ad litem contestatam, quo tempore mora fit, possit quis ab illa liberari, nisi fortè aliud tempus à contrahentibus præstitum sit, quia tunc eo elapso, si ius alicuius deterius factum sit, inexplicabilis redditur.

205 Deinde neque octaui argumenti solutio difficilis erit, quia aduerto nostram hanc sententiam, vt moræ emendatio, etiam die, & pœna adiecta, admittenda sit, procedere, quotiescunque quis emendatione damnum vitare vult, non si lucrum captare, ex Bartol. recepta traditione, in dict. leg. si insulam, numero 24. communiter recepta secundum Alexand. ibi num. 44. Iaso. num. 39. agnoscit etiam communem, licet ab ea discedat Ripa, num. 13. Bologne. num. 256. vnde cum in dict. §. si intra certa, de libertate consequenda, statu liberi agerent, non mirum si emendatio moræ eis deneganda sit, † quomodo cum text. 206
procedere tacitè autumat Gregor. in l. 8. gloss. non la recibio, in fin. tit. 11. part. 3. in qua etiam opinione sedit Forcat. tractat. de mora, 3. part. num 11. Verum hæc sententia quod attinet ad dict. leg. Thais, §. intra D. de fideicommiss. libert. mihi non placet, cum & ad actionem quærendam emendationem permitti videam, & planè probat dict. leg. si ita quis 135. §. Seia cauit, D. de verb. obligat. leg. mancipiorum. 6. D. de opt. leg. l. 1. §. si frater D. de collect. bonor. quibus in locis, ad actionem conseruandam, & de nouo quærendam, expiatio admittitur, vnde ea ratione, in dict. §. intra certa, excludi non debuit.

Quare, aliis omissis, vera sit huius, argumenti ex- 207
plicatio, dict. §. intra certa, non agere de moræ emendatione, sed an conditione non impleta possint nihilominus, si post tempus præscriptum serui ei parere velint, ad libertatem peruenire, fuit namque in eo text. libertas seruis sub conditione relicta, si intra certa tempora rationes redderent, intra quæ conditioni non paruerunt, post defectum conditionis rationes reddere parati erant, quæsitum fuit, an ad libertatem peruenirent? respondet Scæuola, si per ipsos extitisset quominus intra diem præstitutam conditionem adimplerent, non idcirco quod postea rationes velint reddere liberos fore. Huius sententiæ ratio in obscuro non est, quia dispositio conditionalis debet in forma specifica adimpleri, & sic in termino statuto, & non vlterius, leg. Mæuius, leg. qui hæredi, D. de conditionibus & demonstr. quem text. sic interpretatur Alex in d. l. si insulam, n. 24.

Sed profecto hæc sententia non omninò tuta vide- 208
tur, eique maximè obstat, leg. cum hære, 5. §. item Cassius, & lege seruus qui testamento, 14. §. seruus, D. de stat. lib. vbi seruus liber esse iussus, si hæredi operas annorum septem dedisset, si fugiat, & annum in fuga faciat, potest post septem annos conditioni parere. Eleganti tamen distinctione hæc iura compones, si separes tempus oneris, quantitatiuum (quod nostri dicunt) à tempore potestatis limitatiuo, nam in primo mora emendatur, non sic in secundo, vtriusque rei ratio perspicua est, quia vbi tempus in conditione adiectum est oneris quantitatiuum, conditio ipsa reperitur sine termino aliquo pro suo implemento præfixo, ideò mora, si qua est, emendari potest, cum dispositio, & voluntas disponentis adhuc duret; sed si tempus in conditione adiectum est, potestatis limitatiuum apparet, quod tempore lapso, deficit conditio, & potestas adimplendi eam. & per consequens ipsa dispositio, & voluntas sic disponentis, ideò post illud tempus ex defectu potestatis mora non emendatur; iuxt. text. in dict. §. intra certa, quæ iura sic accipienda sunt, vt eleganter obseruat Sal. de mora, quæst. 1. num. 3.

Item nec quod ex Paulo, & Scæuol. in dict. leg. si in- 209
lege 27. §. colonus, D. locat, & in dict. leg. si ita quis 135. §. Seia cauit, D. de verb. obligat pro Bart. afferebamus, nostræ sententiæ impedimento est, quor. jur. argument, sic pro communi aliud construebamus: *Die non adiecta mora non emendatur, ergo à fortiori si ea, & pœna adsint, eius expiatio explodetur.* Quia respondeo negando priorem partem, cum verius multo sit, in qua sententia, & omnes resident, moram semper emendari. Nec Paulus, & Scæuola relati, contrarium probant, quinimo nostram hanc sententiam expressè confirmat, dum emendationem, si actoris nihil intersit, admittunt, vt in dict. §. colonus, ibi: *Omniaque*

colono integrasant, & in dict. §. Sæio, ibi: *Nec mulieris quidquam propter eam moram interesset*, quod si ius actoris factum est deterius, ipsius emendationis moræ natura, quæ ex æquitate descendit, [spell]itur non
110 admitti, iuxt. ea quæ supra latè tradidimus. † Rursus in dictis iuribus mora parua fuit, vt constat ex dict. §. colonus, ibi: *Quod si paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiam agit*, & dict. §. & Sæia cauit, ibi: *Respondi si non multo post obtulisset*, modica autem mora nocere non solet, nec in mora modici temporis magnum damnum esse potest, cum parua mora, mora non dicatur, Tiraquel. de iudic. in rub. exig. ferend. numero 77. & de retract. *Linagier*, §. 8. numero 9. vnde in dictis iuribus modica mora nocere, gloss. 2. non potuit.

111 Decimum deinde non obest contrariæ opinionis fundamentum, quia respondeo negando minorem, & maiorem, est enim falsum asserere, propter diem, & pœnam, duplicem moram fieri, cum longè verius sit, vnicam tantum esse, eaque ex diei adiectione descendere: pœnæ namq; debitorem interpellat sine die & contra Bart. verius est duplicem moram, non magis, quam duplicem emendationem impedire, vt latè contra eum ostendit Bald. libro 1. variar. quæst. capit. 41. qui euidentissimis argumentis, geminatam moram, non plus, quam simplicem impedire insinuat: quod vel ex eo probatur, quia vbi adfuit geminata interpellatio dici non potest aggrauationem moræ ibi fieri, cum per secundam interpellationem à prima recedi videatur, argument. leg. Æmil. Larg. versic. *Dicebam*, D. de min. vbi à pacto legis commissoriæ per denunciationem postea factam recessum videri, his verbis probat Paul. *Dicebam magis posse eam ea ratione restitui, quod venditor renuntiando post diem quo placuerat esse commissum, & pretium petendo, recessisse à le-*
112 *ge sua videretur.* † Vlterius contra Bartol. facit, quod vltima mora tantum nocet, siue creditoris recusantis recipere rem ante litem contestatam, siue venditoris ante id tempus soluere renuentis, leg. illud, 17. D. de periculo, & commun. rei vend. ibi; *Sed & si per emptorem mora fuisset, deinde cum omnia integra essent, venditor adhibuerit cum posset se exsoluere, æquum est posteriorem moram venditori nocere*, & leg. si & per emptorem, 51. D. de actio. emptor. *Si per emptorem, & venditorem mora fuisset* (inquit Labeo) *quominus præberetur, & traderetur, perinde esse* (ait) *quasi per emptorem solum stetisse, non enim potest videri moram per venditorem emptori factam esse, ipso emptore posteriorem moram faciente*, leg. semel mora, 27. D. sol. matr. leg. si seruum, 91. §. sequitur, D. de verb. oblig. probarunt præter alios Sadolet. in repetit. dict. leg. quod te mihi, num. 43. & seq. D. si cer. pet. Cassaneus, in Catal. glor. mund. 12. part. consider. 100. num. 16. Medic. in tractat. de nouation. 2. part. verbo, *Mora*, Saport. tract. de mora, capit. 2. num. 41. Forcatul. eodem tract. 3. part. num. 13. quod intelliges admissa Accurs. distinct. in dict. leg. si & per emptorem, verbo. *dolo fecit*, junct. text. ibi, quem post. Paul. eo loci, aliis relatis laudat, & extollit Tiraquel. de retract. *Linagier* §. 3. gloss. 2. ex numero 2.

Nec vrget vndecimum, quia etsi fatear executio-
113 ne facta à lege moram non posse emendari, ex dict. leg. is cui, D. de leg. 2. (quam in proposito, eiusque conclusionem, præter relatos supra num. 85. & 9. multis, & ampliationibus, & limitationibus exornat omnino videndus, Carec. tract. de locato, & conducto, 4. part. tit. de mora, ex num. 58. ad num. 51.) quod fuit argumenti antepenultimi antecedens, diffiteor tamen, die, & pœna adiecta, statim ab homine executionem factam esse, quæ ante litem contestatam non sit, argument. leg. si quis stipulatus, 17. D. de solutionibus, axioma autem illud, mitius agi cum lege quàm cum homine, solet aliquando deficere, quod latè explicarunt post Bartol. in dict. leg. si insulam, numero 9. Iason. numero 22. Ioann. Bolognet. ex numero 152. Abb. in capit. dilectus, de præb. vnde cum neque executio ab homine, die, & pœna adiecta, initio conuentionis fiat, rectè emendatio admittetur. Nec argumentum hoc aliquid obstabit. Ex cuius solutione illud planum est, quod vbicunque executio à leg. fit, mora emendari non potest. Nec obstat. leg. mancipiorum, 6. D. de optione leg. cuius ducti argumento, nonnulli in Bartol. conspirarunt, quoniam aduerto leg. illam loqui in termino statuto à iudice, qui non habet paratam executionem, vt docent Bartol. Paul. & Imol. in dict. leg. si is cui, Alexand. in leg. fin. §. fin autem, num. 7. Codic. de iur. de lib. Dec. consil. 451. num. 13. & Crot. in d. l. si insulam, num. 76.

Ex qua resolutione infero, ad l. 70. Tauri, cum 114
seqq. l. 9. cum seqq. tit. 10. libro 5. nouæ collect. Regiæ, quibus consanguineis venditoris infrà quartum gradum, rem paternam, vel auitam eodem pretio præstito intra nouem dies, retrahere permittitur, quod eo tempore elapso si moram emendare velint, non audientur; quia cum executio à leg. facta sit, & ab ea jus retrahendi in vlterioris gradus consanguineum translatum, consequens est, ex dict. Barto. sententia, moram non posse emendari; scripsit nominatim Tiraq. de retract. Linagier, §. 3. gloss. 4. ex num. 1. pluribus eam sententiam comprobans, quod vtique in praxi contemnendum non est.

Aliud deinde pro Barto. argument. notauit, quod 115
superiori maximè cohærens est, partes scilicet contrahentes initio conuentionis in id conuenire, vt principali contractu ad diem non impleto, pœna omnimodo præstanda sit, & de ea secundum quasi contractum facere videri: vnde sicut lite contestata, quia quasi contractus celebratus est, ex dict. l. 3. §. idem scribit, D. de pecul. mora non emendatur, sic reiicienda erit die, & pœna adiecta cum discriminis ratio reddi possit nulla. Sed respondeo negando minorem, licet enim in id consentiant à principio partes, vt pacto vel contractu non obseruato pœna præstetur; æquitate tamen suggerente, si ius actoris deterius factum non sit, exploso iuris rigore emendatio admittetur. Quæ huius rei est verissima resolutio, semperque & attentè considerandum illud hac in disputatione est, vt *scias, an mora emendetur, si sine die, & pœna conuentio facta sit, si hæc adsint, si iuramentum interueniat, an ex emendatione alterutri damnum inferatur, quia tunc mora non emendabitur; sin minus semper eius expiatio amplectenda est, quia hic est finis & scopus emendationis, vt contractus implementum accipiant omnia ad æquitatem, & bonitatem reducere quod emendatione contingit*, vt suprà insinuauimus.

Sunt tamen hac in re duo ex Bartol. in dict. leg. si insulam, num. 24. omnino notanda. Alterum quod quando principalis obligatio confertur in persona vnius, pœnalis vero in persona alterius (juxt. speciem, l. 1. §. cum seruus communis, D. de stipular. seru.) non impeditur eo casu moræ emendatio, allegat Bartol. l. 3. §. 1. D. de adim. leg. ex quo constat eam conceptionem, si Titio non dederis, Sæio dabis centum, subauditi, id est, si Titio dare non potueris, neque hoc casu certum est, quod à primo omnino auferri voluerit, propter moram debitoris, sicque quandiu certum non est, te non posse Titio dare, Sæio nihil debetur, & cum possit emendari mora regulariter, juxt. sententiam dict. leg. si insulam, & hoc quoque casu emendatio admittetur, Bartol. doctrinam sequuntur communem dicentes, Alexand. num. 41. Iason. num. 38. Claud. num. 57. Crot. numero 74. communem etiam dicit Ripa, num. 101. Bologn. num. 249. quibus fauet, leg. ita stipulatus, 114. versicul. Sed & si ita, D. de verb. obligat. vbi hæc stipulatio. Si Capitolium non ascenderis, committitur cum nullo modo potueris ascendere. Deinde facit leg. si Titius, 9. D. de verb. obligat. vbi si quis stipulatur sibi dari si Titio non dederit, &

rit, & Titius sibi si primo non dederit, ille qui primum litem contestatus est præualebit, atque ita per simplicem moram non videtur habere animum auferendi à primo, sed tunc demum cum lis fuerit contestata post quod emendationi moræ locus non est. Vlterius, quia vt Castr. considerat, pœnalis stipulatio facta sub conditione, si non dederis, intelligitur si non dederis intra tempus licitum, & sic intra tempus emendandi moram.

Sed aduersus eam opinionem videtur, dict. l. 1. §. cum seruus, D. de stipulat. seru. vbi in illa stipulatione. *Decem Kalendis Titio dare spondes? si decem Kalendis Titio non dederis, tunc Mæuio viginti dare spondes.* Alter dominus agens ad pœnam non potest exceptione summoueri sicut primus, ergo debitor non potest moram emendare, si enim posset per exceptionem emendationis, summoueret agentem. Vnde contra Bartol. sic defendunt Bald. Angel & Salic. quos refert, & sequitur Ripa, dict. num. 100. Non obstat, dict. l. 3. § 1. D. de adim. leg. cum quia ibi vnum, & idem est in obligatione prima, & secunda, scilicet fundus nos loquimur quandò vnum est in prima obligatione, aliud in pœnali: cùm etiam verbo translationis directa erat ad eum à quo fiebat translatio, vt constat ibi. Si Titius ante decesserit quam accipiat. In nostro autem casu dirigitur ad ipsum debitorem, videlicet, si non dederis Titio decem, Mæuio viginti dare spondes, & semper verum est te non dedisse, siue non obtuleris, siue is cui obtulisti non acceperit, quo eodem modo dissoluitur, dicta lege si Titius, & dict. versicul. sed si ita. Nec item obstat Paul. ratio, quæ procedit, quando stipulatio pœnalis, & principalis in personam stipulatoris collatæ sunt, quippe Stychum mihi dare spondes, si nõ dederis pœnæ nomine centum dabis. Tunc enim verum est illa verba, si non dederis, intelligi intra tempus quo dare potest, & sic intra tempus emendandi moram. Secus verò esset quando principalis obligatio est in fauorem vnius, pœnalis in fauorem alterius quæ frequens conceptio est, vt docet Bart. num. 13. in leg. 1. D. de iure fisci. Ratio diuersitatis est, quia primo casu, pœnalis stipulatio sequuta est fauore stipulatoris, vt citius consequatur, quod sibi debetur; qua ratione non fit nouatio: secundo vero casu facta est fauore alterius tertij, quo casu semper fit quasi nouatio, ex doctrina Bartol. in leg. ita stipulatus, num. 26. col. 2. D. de verbor. oblig. Itẽ in primo casu cessat interesse stipulatoris, quod repræsentatur in emendatione moræ: secundo vero tollitur jus tertij cui erat ad pœnam iam quæsita actio, cuius loco nihil ei datur, nec repræsentatur in emendatione moræ, ergo emendatio admittenda non est, cum cesset æquitatis ratio, leg. in seruum 91. §. sequitur, D. de verb. obligat. Aliud quod quando translatio principalis obligationis in pœnalem, de persona stipulatoris in alium fit, animo transferendi totam obligationem, ita vt apud primum nihil remaneat, verbi gratia, dabis Stychum, si fueris in mora dandi, promittis centum pœnæ nomine, mihi notario stipulanti, nomine fisci vel hospitalis, impeditur moræ emendatio Bartol. hæc doctrina communiter recepta est ex Ripa, dict. num. 100. Crot. num. 74. Vincent. num. 120. quibus in primis fauet superior resolutio; nam si quo casu non ita clare constat de voluntate contrahentium, quia ius quæsitum est tertio, moræ emendationem excludimus ex paulo ante dictis, longè magis ea erit excludenda facta nouatione, argument. leg. final. D. de transaction. & lege tertia, versicul. final. Codic. de nouation. quibus mouetur Bartol. cuius ex his retinenda est opinio, quamuis contra eam magis communiter receptum sit, & hoc quoque casu moræ emendationem admittendam, vt cum Im. Cum. & Alex. resoluit Ias. in dict. l. g. si insulam num. 18. Claud. num. 67. Hannib. num. 173. & Socin. per text. ibi eum rectè expendes, in l. qui Romæ, 122. §. Flau. D. de verb. obligat. qui respondent, dict. l. fin. & dict. leg. 3. ideo ibi nouationem fieri, quia erat quæsita actio per cessionem perfectam, factam sine aliqua conditione: quæ conditio cum adsit hoc casu videlicet nisi principalis promissio adimpleatur, transfundi à primo in secundum oblig. non potest. Sed à Bartol. recedendum non est ex supra dictis. Neque obstat dict. leg. §. Flau. Hermes quia is text. loquitur in dissimili casu, cum ibi non agatur de translatione obligationis principalis de persona in personam sed vt quo casu seruus non manumittitur, pœna soluatur.

Sed adhuc inter se pugnare videntur, dict. leg. fin. & dict. l. 3. nam dict. leg. fin. ait I. C. solam scientiam debitoris sufficere, vt cedenti creditori solui non possit, cum tamen in d. l. 3. requiratur denunciatio, aut litis contestatio, vel solutio parti, debit. Respondendum tamen est, dict. l. 3. loqui in cessatione facta ad vtilitatem cedentis veluti propter futuram solutionem ad quam cedens tenebatur: si vero fiat ad vtilitatem cessionarij, sola debitoris scientia sufficit ad hoc, vt non soluat cedenti, juxt. dict. leg. si cuius, & dicta l. 3. est hæc communis interpretatio, vt resoluit Fanus, de pig. 3. membr. 2. part. num. 17.

Est & illud iuxt. dict. l. 3. Codic. de nouationibus, obseruatione dignum, casum, litis contestationis, quam ibi Cæsares requirunt, superfluum videri, cum sufficiat extraiudicialis interpellatio, & per solam citationem satis monitus debitor videatur ne soluenti cedat, absque eo quod necesse sit litis contestationem peruenire. Qua difficultate oppressus Iason. in dict. leg. fin. numero 2. cogitandum relinquit. Respondendum tamen est, quod cum cessionarius possit eligere viam iudicialem extraiudiciali omissa, §. appellamus, ad fin. Instit. de actio. hoc casu non censetur ante litis contestationem à debitore petitum, leg. amplius non petis 15. D. rem ratam hab. & hinc est litis contestationem non vero solam citationem æquiparari petitioni extraiudiciali, vt notat Ang. in leg. vinum, D. si cert. pet. numero 2. Alexand. numero 8. Dec. numero 14. Idem Dec. in l. 1. numer. 81. D. de iurisd. omn. iud. &c. quæ sunt notanda juxt. dict. l. 3. Codic. de nou. cui etiam adde, Castrens. consil. 98. vol. 2. Cuman. consil. 4. Socin. 79. 80. 109. & 102. Pap. quæst. 330. afflict. decis. 335. Cach. decis. 61. num. 2. & 8.

Tandem vltim. non obstat argument. ex dict. leg. 116
obligationum, §. fin. D. de obligat. & actio. memini enim me superius docuisse, per pœnalem stipulationem priorem obligationem non omnino nouari, quia pœnalis stipulatio fit, cum potestate offerendi ad tempus quod principaliter debebatur, vnde quoties à lege moræ emendatio non excluditur, perfecta nouatio prioris obligationis in pœnalem stipulationem facta non est & inde debitor, qui ad emendationem admittitur, aliud pro alio non soluit, sed idem illud quod in primæua obligatione continebatur, quia adhuc stipulatio pœnalis effectum sortita non fuit cum potestas adimplendi principalem obligationem, quoties emendationi locus est, extincta non sit; quomodo hoc argumentum vere diluitur. Et ex iis, quæ nostra ista disputatione discussimus, præpositæ, ancipiti, & periculoso certamini, quæstionis vera resolutio, & explicatio restat, securioremque multo, & in puncto iuris veriorem, juris & artis nostræ principij magis cosonam, posteriorem sententiam esse, quam cum Andr. de Pisis, & paucis contra Accurs. Bartol. & fere omnium interpretum cæteruam defendimus, semperque moram elui, expiari, corrigi, explodi, & emendari posse, & si dies, & pœna adsint modo ex emendatione alicuius ius deterius non fiat. Ex quibus iam se nobis difficiles, & nodosæ aliæ quæstiones insinuabant, quibus sanè nos libenter manus daremus, nisi inexpiabilem moram commissuros suspicaremus; in cuius placido tractatu vento solicitante, longius multo quam instituerámus nauigauimus: vela igitur contrahamus, receptui canentes, impetumque orationis nostræ cohibeamus, & finis iam sit.

ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

In Salmanticensi Academia Iuris Ciuilis Antecessoris,

DISPVTATIO SECVNDA.

De Nobilitatis inter virum, & vxorem communicatione.

In qua plurimæ eius rei quæstiones, iuxta Ius ciuile Romanorum, & Regium Hispanum, dilucidè discutiuntur, vtriusque translantur.

Ad Explicationem leg. Ingenuæ 3. leg. Edictmus, 7. Cod. de Murilegulis, &c. Libro 11.

SVMMA RERVM.

1 EXODIVM, Ratioque disputationis.
2 Libera harum legum.
3 Quæstio disputandæ elicitur.
4 Iura naturalia sunt immutabilia, & quid intelligendum num. 69.
5 Iura sanguinis, & generis naturalia sunt.
6 Definitio nobilitatis ex Bald. Ponderatur l. 2. titul. 21. part. 2. qua ibidem remissiuè exornantur.
7 Adducitur, leg. eum qui 3. D. de interdictis, & relegatis.
8 Referuntur exterorum in hanc sententiam testimonia.
9 Filij parentum suorum conditionem semper sequuntur.
10 Filij, etiam adoptiui, patris splendore Illustrantur.
11 Filius paterna nobilitatis priuilegia habet iure Regio Hispano.
12 Partus semper sequitur ventrem.
13 In hanc sententiam ponderantur plurima leges huius Voluminis.
14 Filij sæpe matris conditionem sequuntur.
15 Mulieres meritorum suorum conditione teneri, & earum splendore alescere laus probatur.
16 Pro huc axiomata adducuntur nominatim huius Voluminis multa leges.
17 Iure Regio Hispano idem admissum est.
18 Vxor nobilis, plebeia marito nubens, plebeia efficitur.
19 Murilegulj vnde dicti, qui essent, & quale eorum officium.
21 Adorare sacram purpuram qui id sit, ad plurimarum huius Voluminis legum interpretationem, exponitur.
22 Purpura erat olim insigne Magistratuum, & qua patritij à plebeis distinguebantur.
23 Purpura & muricis eadem, & natura, & promiscua vtriusque acceptio.
Explicatur lex 1. C. qua res vendi non possunt, & supra n. 20. in fin.
24 Interpretatur lex, si qua Lana. 68. § de verficulcribus. D. de leg. 5.
25 Exponitur text. in 3. præterea si quis generaliter instituit. de allion.
26 Gynaciarij qui essent, vnde dicti, & quale eorum ministerium exponitur.
27 Emendatur littera legis 1. Codic. de vestibus holoseris hoc libro 11.
28 Monetarij, & Bastagarij, ad textrinum Principis non pertinebant.
29 Monetarij sunt, qui in publica pecunia fabricanda operantur.
30 Capitur Andreas Pleiatus Monetariorum officium perpetam intelligens.
31 Monetarij non solum sunt qui monetam cudunt, sed & omnes qui ad rem monetariam pertinent.
32 Bastagarij vnde dicti, & eorum officium.
33 Exponitur l. solita 3. C. de cohortibilibus. lib. 12.
34 Murilegulorum, Gynaciorum, Monetariorum, & Bastagariorum seruilis conditio erat.
35 Adducitur S. C. Claudianum: & eius antiquitas in controuersiam vocatur.
36 Vt libera mulier seruo adhærens ancilla efficeretur, trina denunciatio necessaria erat.
37 Explicatur verum, ac germanus harum legum sensus.
38 Obiicitur, Liber homo 3. C. de liberali causa.
39 Refertur intellectus ad eam legem ex præceptoribus.
40 Reiicitur hic intellectus.
41 Vera traditur interpretatio ad d. l. liber homo.
42 Vxores maritorum conditione tenentur.
43 Doctorum, Senatorum, & nobilium mulieres, eorum priuilegijs gaudent.
44 Vxor nobilis, & Doctoris propter dictam torqueri non potest.
45 Mulier nobilis qua plebeio nupsit quæstionibus subiici an possit.
46 Vxor nobilis Pallinodiam recantare cogi non potest.
47 Mariti ducentes descendentes de Antona Garcia eorum nobilitate gaudent.
48 Item & qui dixerint Salmantica mulieres, qua dicuntur de los linages.
49 Reginam, Ducissam, Marchionissam, siue Comitissam ducens illis titulis, & honoribus illustratur.

50 Expenditur lex vnica Codice de præpositis laborum libro 12.
51 Iure Regio Hispano, ea sententia indubitabilis est in eo qui Reginam duxit.
52 Consuetudine Hispana idem obseruatum est.
53 Inferiores vxorum titulis de facto, & consuetudine non de iure gaudent.
54 Secus ne, aut lege fieri potest, vt vxoris maritus conditionem sequatur.
55 Vidua mulier mariti defuncti nobilitate gaudet.
56 Adducitur leg. filij 32. § vidua D. ad municipalem.
57 Vidua Barbitonsoris, morino mortuo per idoneos ministros officium exercere potest.
58 Ius ex alterius persona competens, iam acquisitum, non expirat, & ipsa persona deficiat.
59 Vidua nobilis, quæ nupsit plebeio iure communi infirma conditione remanet.
60 Comitatum iure Regio obseruatur, qui accepere priscum nitorem, & dignitatem.
61 Vidua Reges, Duces, Marchiones, & Comites gaudent titulis præmortua vxoris.
Assignatur explicatio ad nouam pragmaticam de las cortesias. ibi.
62 Vidua inhoneste viuens, amittit priuilegia communia, tam propter primum matrimonium, iure communi, & Regio.
63 Fulgosius contrariam existimans, adducitur, & ea in re traditur elegans concordia. ibi.
64 Vidua quæ secundo nubit, amittit priuilegia prioris matrimonij.
65 Matrimonia libera esse debent, vt qua solo consensu subsistunt.
66 Pœna imposita secundo nubentibus, iure Pontificio & Regio sublata sunt.
67 Traditur vera ratio cur vidua, secundo nubens, prioris matrimonij priuilegia amittat.
68 Cessante causa priuilegij cessat priuilegium.
69 Iura naturalia immutari non posse, quomodo sit intelligendum.
70 Et huius rei elegantissima paucisque notata ratio ostenditur.
71 Ponderatur leg. Sæpe hum 95. § naturalis. D. de solutionibus.
72 Vsucapione ius naturale non violatur, quicquid aliqui existimauerint, & numeris sequentibus.
73 Nemini licet cum aliena iactura locupletari.
74 Lex, & ratio naturalis, ob commune bonum, alia naturali ratione potest limitari, vt in exemplo vsucapionis.
75 Nobilitas triplex est.
76 Vera nobilitas virtus est ex omnium Philosophorum concordi sententia.
77 Bonorum triplex est genus secundum plures, vnicum tamen esse, & illud animi verius est.
78 Nobilitas animi amissi, aut obscurati infimo matrimonio non perdit.
79 Nobilitas nauo alis, obscuris nuptiis non perditur.
80 Nobilitas generis præstantior aliquibus visa est.
81 Diuitiæ cæteris omnibus rebus præstantiorem nobilitatem hoc sæculo, & ætate præstant.
82 Priuilegia nobilitati concessa, non ipsa nobilitas, abiecto matrimonio tolluntur.
83 Illustratur lege eam lex 47. D. de fideiussoribus vt missiue.
84 Filij patrum suorum conditionem sequuntur.
85 Duplex huius rei ratio ex Baldo.
86 Filij paterna, non materna familiæ arma portare debent.
87 Refertur antiqua Ægyptiorum lex.
88 Hebræorum refertur opinio in hominum generatione, vaxa quos solas masculas vim effectiuam procreandi habet.
89 Referuntur, & nonnulli Latini, qui eidem sententiæ adhæserunt item & Græci, & Arabici.
90 Vera sententia hac in re, ex Philosophis, & medicis traditur.
91 Partus cum ventrem sequatur ostenditur.
92 Libertati fauore multa contra stilum iuris admittuntur.
93 Vera ratio, cur partus ventrem sequatur traditur.
94 In seruitute iure gentium inter dictæ partus media tempora nocent.

NON dubito (generosi, & splendidissima iuuentus) esse inter vos quamplurimos, qui cum me videant iterum hanc locum occupare, quem tam diu, nunc sine honore percelebri, & diligentia, & cura, quantum fama decoris occupauerim, miratur, & aut rogent, aut tacitè considerent, qua fiducia tantæ, tamque potens, quæ me secundo in hunc honorificentissimum locum ascendere coegerit cum præsertim homines industrij, & non ostantes ex vnica tantum oftentationis publicæ in hoc loco habita, ad id quod aspirant possint peruenire. Quidque magis admirandum occurrit illud est, me iam consequutum fuisse, quod mihi erat in votis, & quod desiderissimis, & pernissimis viris maximo opere cuncta optatum, omnium enim patrum Pontificij, ac Cæsarei iuris, calculo fui, non sine magna commendatione condecoratus. Sed siquis attente consideret, rationesque mei consilij perpenderit, non dubito quin meo conatui vos æquum se iudicem sit præstaturus. Ego (viri clarissimi) nullis sumptibus, nullis vigilijs, nullis laboribus, nullis curis vnquam peperci, vt huic almæ Academiæ, cui iam dies tam in alijs aliquem, nec contemnendum honorem detulisse gessissem, me consecrarem, inserirem, muscuparem. Et vt hoc specimen illi, & vobis omnibus manifestius appareat, conflictui, labores laborum, honores honoribus, & sumptibus sumptus superaddere, vt dignior existam tanti ministerij minister. Addo quod intelligo me vobis facere rem gratam, cum per tantorum honorum titulos, difficilesque ascensus, quo ingenio, qua litteratura, qua diligentia potuerim, clare, palamque sim ostensurus. Quæ etiam me causa mouit, vt in hoc loco non tritem, & vsitatam disputandi viam cepissem, sed remotam, & inaccessam secutus sim. Nam quoniam tam me sæpe auditis difficiles Dij eiusdem quæstiones enodantem, satisque iam ostendi tum in quotidianis publicisque prælectionib. tum in oppositorijs quid in prima, secunda, & tertia Pandectarum parte, maxime celebri illa disputatione de mora, (quam tribus ab hinc annis magno iuuentutis mandatu) præstare possim consuli mihi me ad decisiones, quæ sunt in Volumine, sine tribus posterioribus Institutionis Codicis libris, vt facilius possitis intelligere quam vestris commodis (si quid laboribus meis vobis arriserit) inseruire possitis paratissimum. Veilum igitur erit, præstantissimi viri, nostro huic labori veniam dare, quoniam mihi hæc cura, & opera tumultuaria est, & ante tempus ad vos venit, nam etsi decreueram illam vobis offerre aliquando, non tamen tam cito cogitaram, nec de quæstione proponenda cerius eram. Nunc autem, necessitate cogente aut potius occasione demonstrante, quam non præmeditandam docens sapientes, quid his proximis diebus, tos interim publicis prælectionibus occupatus elaborauerim, quæso diligenter attendite.

Imperatores Valentinianus, Valens, Gratianus, & Theodosius AAAA. sequentia proponunt in leg. ingenuæ. 3. & in leg. edictmus, 7. Codic. de murilegulis, & gynæciariis, & procuratoribus gynæcij, & de monetariis, & bastagariis, libro 11. *Ingenuæ mulieres, quæ se gynæciariis sociauerint, si conuenta denunciatione solemni splendorem generis contubernijorum vilitati præferre noluerint, suarum maritorum conditiones tenentur.* Quib. finitimæ sunt verba Edictmus 7. eodem tit. *Edictmus ne qua miliser splendidioris gradus monetarij adhærens consortio.*

dem

decus naturalia libertatis amittat, quod si qua ab hac præceptione sint verisimiliter deterrendi abduxerit, ea vel legitimæ adoptionis commentione discendat, vel si complexui monetarijs putauerit inhærendum non ambigat se sibi, & liberis perdidicturum, & eius conditioni esse nec tendam. Ex quibus verbis incipiam quæst. disputanda ab hac propono.

Verum Illustris, & ingenuæ vxori nobilitas, qua alterius, & infimæ conditionis viro nupsit, vtri ignobilitate obambretur.

In qua re idem, etsi crebriori interpretum calculo, omniumque fere scribentium opinione, in eam itum sit sententiam, vt perpetuo vxor, viri conditionem sequatur, eiusque efficiatur familiæ & generis, idque passim omnes sine controuersia doceant, & admittant: ego arbitror, non tam certum, & apertum esse, quin contra omnes contrarium verius esse, iuris, & artis nostræ principijs satis consonum, vt quemadmodum vxor mariti nobilis radijs coruscat, & illustratur, sic etiam vxoris alto genere, & nobilitate, etsi ille ignobilis sit splendescere disputari possit.

Pro qua opinione illud in primis construi potest argumentum, quod & ore omnium iactatur, ea quæ juris naturalis sunt perpetua immutabilia esse, nullaque ciuili lege tolli, peruimve posse. At libera conditio generis splendor, & nobilitas iuris naturalis sunt: igitur non poterit lege ciuili effici, vt eam impari, & vilitori nubendo viro, decusque natiuæ libertatis amittat. Argumentum hoc legitimum est. Prior enim eius pars probatur ex vulg. § sed naturalia, Instit. de iure nat. §. minus, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. leg. eas obligationes, 8. D. de capit. min. leg. abdicatio, 6. Codic. de patr. potest. & in specie, & casu agnationis, sanguinis, & generis, quod ciuili lege non dirimantur ingenuæ profitentur, leg. ius agnationis, 34. D. de pact. leg. iure sanguinis 34. D de reg. iur. & Senatus auctoritate; naturalem legem, siue rationem commutari non posse, optimè probat leg. sed & de pecunia. 2. §. quo Senatusconsulto, D. de vsufr. earum rer. §. fin. Instit de leg. agn. tut. quibus, & ius nostrum Regium consonat in l. 5. titul. 14. part. 4. in l. 14. titul. 14. part 7. vbi notat Hispanus Gregor. & ante etiam in l. si te 7. C. de ingen. & manu. & in leg. Diui. 17. § Diui. D. de liber. causa, quas leges in id retulit Gaet. de nobil. glos. 9. nu. 17. & expressè ante hunc notabat Barbos. l. 1. nu. 21. C. de dignit. lib. 12. exornant Connan. lib. 1. c. comm. ca. 7. num. 6. & cap. 10. num. 7. Rosa. libro 1. memorab. cap. 8. numero 27. Vnde illud exstat, quod mater Dionysij tyranni Siciliæ dixisse fertur, cum conatus esset illi filius stuprum inferre, *tyrannum quidem leges ciuiles posse mutare sed iura naturalia prorsus tollere nullo modo posse.* De qua etiam naturali lege grauissimè Tullius, libro 1. de Repub. his verbis. *Est vera lex, recta ratio, naturæ congruens diffusa in omnes constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat. Huic legi, nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest. Nec vero, aut per Senatum, aut per populum, solui hac lege possumus; nec quærendus est explanator, aut interpres eius alius; nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac. Sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & sempiterna, & immutabilis continebit, &c.* Ex quibus satis constat, quanta in iuris naturalis vi sit, & potestas, nullaque ciuili lege illud abrogari possit.

§ Sequens autem argumentationis pars, qua ius agnationis nobilitatis, & splendoris natura ineste dicebamus, & nemo est, cui sit ignora, & satis probatur iisdem illis Imper. & prudent. placitis, in d. §. fin. Instit. de lagn. tut. & in dict. si te, & in d. l. ius agnationis & in d. iura sanguinis, à quibus non multum abhorret, leg. manumissione 11. ibi: *Vt pote cum iure naturali, omnes liberi nascerentur*, D. de iust. & iure, a quo habent Inst. in princip. Instit de libert. junct. leg. 1. ibi: *Antiquos naturales*, Cod. de iure aureor. annul. 2. §. quæ omnia. Cod. de veter. jure enucl. 1. in princi. D. de censibus & communi inductione, leg. stemmata. 9. D. de gradibus † quibus arridere videtur eiusdem nobilitatis definitio Baldo, in leg. fin. num. 4. D. de serv. fugit. tradita. *Nobilitas*, inquit ille, *est quadam dignitas à parentibus derivata, qua denominatur à potentiori causa*, quam & probasse videtur Regia l. 3. titul. 21. part. 2. ibi: *Fidalguia es nobleza que viene à los hombres por linage*, & antea in l. 2. eiusdem titul. diudens Rex Hispanus Alphonsus nobilitatem, & triparitam esse commemorans, ibi: *La vna por linage: la otra por saber, la tercera por bondad*, illam cæteris præcellere scripsit, quæ sanguinis, & antiquæ cognationis est, ibi: *Mayoramente lo son aquellos que le han por linagie antiguamente*: & ibi *Por quanto desde en adelante mas de bueno viene de buen linage.* Cuius legis latè eam illustrantes, post multos satis, meminerunt Oralara, de nobil. 1. part. capit. 2. & 3. Garcia, de nobil. et am. glos. 6. numero 19. & glos. 7. numero 17. Mieres. de maiorat. quæst. 52. numero 6. Præter quos illis proximis sæculis ita sentiebat Aristot. Rhetor. ad Theodect. libro 2. capit. 15. vbi nobilitatem, quandam maiorum claritatem esse notat, & Politic. libro 3. capit. 8. nobilitatem esse generis virtutem: & rursus libro 4. hanc generis nobilitatem ab ea, quæ provenit ex accidenti distinguit: à quo desumpsit Osor. vir dicendi facundia illustris, quod scriptum reliquit lib. 1. de nob. cap. 4 veram nobilitatem esse à maioribus, eamque nunquam loco dimoueri; apud omnesque bonibes splendorem retinere.

Hinc Alph. in leg. eum qui. 1. D. de interd. & relegat. eleganter scripsit, *Eum, qui ciuitatem amitteret, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esse ad eos si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est hæreditatem eius etiam libertos, etsi quid aliud in hæc genere reperiri potest, qua vero non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuentur, ea manere eis incolumia, itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros, non enim* (subdit Alph.) *hæc patrem, sed maiores eius eis dedisse.* Ex quibus potest videri nobilitatem, generis splendorem, & claritatem, non à proximo parente, sed à maioribus esse profectam. Quod & exterorum † auctoritatibus admissum est: recte enim Ouidius ad Pisonem.

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis?
Auria quid pleno numerosa consule fasti.
Profuerunt, si vina labat? perit omnis in illo
Gentis honos: cuius laus est in origine sola.

Et Iuuenalis satyr. 8.

Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos?
Quis vitus generis tabulas cessare capaci,
Famosos equitum cum Dictatore magistros
Si coram Lapidis male vincitur?

Qui etsi probent solam generis nobilitatem, si desint virtutum merita, vanam videri, generis autem, juncta virtute, & probitate, cæteris præstare fatentur. *Namque etsi verum sit*, vt Tullius contra Sallustium, *satius esse me meis rebus gestis florere, quam malorum opinione niti, & ita vivere, vt sim posteris meis nobilitatis exemplum & virtutis exemplum.* Et vt alias Ouidius lib. 13. Metamor.

Nam genus, & proauos, & qua non fecimus ipsi
Vix ea nostra voco.

Et

Et noster nobilis Hispanus Cordubensis Seneca. in Hercule furente. *Qui genus iactat ex suum alienæ laudi*: Verissimum tamen est, & naturalem parentum virtutem, & clarum sanguinem maximum fore filijs adiumentum virtutis. Virtus namque paterna derivata in filios, non solum eos inducit ad ipsius imitationem, verum naturaliter pronocat, & stimulat vt Philippi patris impellebat Alexandrum, maioris Africani gloria minorem. Cæsaris Octauianum, & de Pyrro dicebatur.

Pyrrus Achilleides animosus imagine patris.

Natura enim silenter, & taciè in patrias vires æmula corda mouet. Cum igitur ex tam longè petitis cõstet, generis clarit atem naturaliter in posteros delcendere, itaque agnationis splendidæ non minus ad fœminas, quam viros spectare, idque vel ipsa naturali lege effectũ esse, consequens. & illud erit nuptijs imparib. non amitti aut aliquo modo ciuili lege decus natiuæ libertatis tolli posse.* Vnde antequam hinc abeamus, vtiliter in praxi observabis. Quod etũ in possessoria causa nobilitatis Patris, aut Auj, alterius ve ascendentis culpa, descendentibus nocear, nimirum si tributa, quæ ignobilibus imponũtur soluerint, iuxta Cordubensem legem, & quæ docte, & vtiliter in eius commentariis Ioan. Garcia integrè iusto volumine, de nobilitate edito. Si ramen causa in petitorio judicio disputetur, & contendat qui se nobilem esse pronunciari, quia ex domo & Cippo nobili originem haber, & per virilis sexus agnationem, & cognationem descendens, siue nobilitatis causam ducat ab antiquo stemate, quod apud Hispanos dicitur. *Por descendiente de casa de solar conocido o por diuisa conocida o descendiente de casa diuisera por linea recta de varon*, Patrem, Auum, Proauum, siue alium ascendentem, tributa soluisse, & in quasi possessione ignobilitatis fuisse, & inter Plebeios, & ignobiles fuisse connumeratos, litigatori officiet nihil, dict. l. 1. D. de interdictis, & relegatis, ibi; *Quero vero non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuuntur, manere eis incolumia non enim hæc patrem, sed maiores eius eis dedisse*, l. 1. C. de liberali cauſe, ibi: *Sed quia fallum filius obesse non debet*, leg. liberos, C. eodem titul. nec si volens, eodem titul. ibi: *Nec si veteres scripsisse te seruum esse*, dict. l. jura sanguinis, dict. l. jus agnationis, dict. l. eas obligationes, l. emancipatum, § fin. D. de senatoribus l. 2. 5. in filiis. D. de Decurationibus. notat Accurs. in dict. l. 3. D. de interdictis, Andr. de Isernia, in c. 1. §. fi vassallus, si de feudo defuncti militis. Tiraquel. de nobilitate, cap. 35. n. 4. Mandelus Aluensis. cons. 43. n. 5. Fabius de Anan. cons. 17. n. 5. & n. 16. Greg. in l. 7. gl. 9. tit. 15. p. 4. Oralara, de nobilit. 3. p. c. 5. n. 3. 7. & 8. & 2. part. 3. p. c. 8. n. 6. Ioann. Garcia, eod. tract. gl. 6. n. 43. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 15. n. 140. Azeud. in Rub. tit. 2. lib. 6. Recop. n. 191.

Præterea, & secundo, huic opinioni, & illud non leuiter adtipulatur, quod si vxoris splendor viri ignobilitate tenebris officeretur filij nati ex libera, & ingenua muliere, patre vero seruo, & vili seruo essent, at liberi nascuntur, & ingenui, igitur mulier mariti conditione non tenetur.

9 Prior hujus argumentationis pars in obscuro non est, si quidem illud apud omnes receptum traditur, filios patentum suorum conditionem sequi, l. cum legitimæ. 19. ibi: Patre liberi sequuntur, ff. de stat. hom. l. liberos 10. ibi. Expectare debemus patris conditionem, & antea in l. Senatoris filium. 5. & in l. Senatoris filius. 6. D. de Senat. in l. adsũptio. 6 D. ad muni. in l. 1. 5. 1. ibi: Sed si ex patre Campano, matre vero Puteolana, æquè municeps Campanus est, D. illo eod. tit. l. eos. 22. l. exemplo 36. l. nullus 43. vbi. elegans glo. C. de decur. & c. libro 10. & in altera, l. 1. 5. fin. D. de iure immunit. probatque expressus, §. sunt autem, Instit. de l. agnat. tut. notarunt Alciat in l. municipes, n. 3. ff. verb. sign. Garcia, vbi suprà gl. 1. 5. 1. n. 33.

Quod non solum in filijs legitimis, & naturalibus (nec est ex iustis nuptijs procreatis) admissum est, verum & in legitimis tantum (id est adoptiuis) ex d. l. Senatoris filius 6. d. l. liberos. 10. D. de Senator. l. cum adoptiuum. 4. C. de decur. lib. 10. vbi non tantum dicuntur Senatoris, & decurionis filij, qui naturales sunt. sed & legitimi, quo respicit illud Ouidij. lib. 4. Fastorum. 10

Hic ad se magna descendit origine mensis,
Et sit adoptiua nobilitate suus.

Quod & ex oratione M. Tullij pro domo sua ad Pontific. licet videre, nam ob id Clodium illum Pulchrum se in adoptionem Publio Fonteio homini plebeio dedisse, vt Tribunatum plebis assequi posset, ad quem magistratum non nisi plebeij admittebantur commemorat. Tanta enim est partis nobilitas, & eius conditionis vis, & potestas, vt in illos etiam qui nullo sunt sanguine juncti, sed nomine tantus filij sunt delcendat.

Idemque, vt filius patris conditionem sequatur, apud nos jure Hispano admissum est, in l. 3. ibi: *Casamiguer la madre sea villana, y el padre hidalgo es el hijo que dellos nasciere.* tit. 21. part. 4. & in l. 4. ibi. *De non seguir la condicion del padre, quanto en las honras fueros del siglo*, tit. 21. part. 4. & melius in l. 1. vers. *E fidalgo es aquel*, tit. 11. part. 7. vbique notanter Gregor. & cum infinitis multa. & nostrorum, & exterorum exempla adducens. Tiraq tract. de nobil. c. 15. per tot. Oralor. eod. tract. 2. part. c. 1. & 3. 11

Quod si hoc apud omnes in contatio est, vt patris conditionem liberi semper sequantur, de illo itidem non dubitatur, quin si ex seruo homine, & ingenua muliere nascuntur, ingenui, & liberi sint, in quam sententiam vulgo adduci solet axioma illud, partum semper ventris conditionem sequi, leg. partum, 7. C. de rei vendic. quæ delumpta est ex lib. 3. tit. 3. c. 3. ti Cod. Greg. l. & seruorum. 5. 6. ingenui. D. de stat. hom. l. idem Pompo. 5. 5. idem scribit si æquam, D. de rei vend. l. placuit. 42. C. de lib. causa. hoc diutius. 1. C. de agric. & censit. quam benè explicat Conna. lib. 2. com. c. 10. l. huiusmodi. 86 §. legatum. D. de l. 1. quam in id expendit Cald. Pereyr. Lubt. in responso pro D. Ioan. de Tas. fincip. Præmissa facti specie. n. 2. & est §. 1. Instit. de ingen. & inde, vt illidem his iuribus cauetur, filium ex seruo, & ingenua muliere natum liberum esse, sicuti è contrario, ex libero homine, & ancilla, aut seruo seruum nasci dicendum erit, vti & probat dict. l. 4. titul. 21. part. 4. & graviter observat Gom. ad l. 79. Taur. n. 9. Neque hoc argumentum dissoluet qui (si & populariter docetur) dixerit, id quod proximè notamus, vt partus ventris conditionem sequatur, interpretandum esse, quoad statum, & dominum pertinet, contra vero esse, quoad honores, & dignitates, quia ad eas filij paternam conditionem habent. † Namq; is facilè explodetur Impp. rescripto, qui in filio Decurionis, & Dominicæ domus inquilinæ sic statuit. Nati ex inquilinarum nostræ domus matrimonio, & patre decurione, non patrum suorum, verum matrum conditionem sequantur, in l. nati. 29. C. de decur. lib. 10. Probant ergo Cæsares etiam quoad honores mattis non patris solum conditionem æstimari; quod Maximiano sacrarum largitionũ comi rescripserunt, in l. hi, qui. 12. infrà hoc tit. hæc in verba. Hi qui ex filiabus murilegulorum, & alienæ originis patribus sunt, vel fuerunt procreati iura maternæ conditionis agnoscant, & in l. ex ingenuo, 4. C. de agric. & mancip. domin. &c. eod lib. sic aiunt, ex ingenuo, & colonis, ancillisque nostris natos, natasve, origini ex qua matres eorum sunt facies deputari, quod & admisit Inst. in l. si qui adscriptitiæ. 14. ad med. C. de agric. & 13

censit.libro 11.his verbis.Illo procubio obseruando, vt si ex libero marito,& adscriptitia vxore, partus fuerit editus, is maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem.

14 Fit ergo ex proxime dictis, popularem illam distinctionem status, & dignitatis in filiis semper veram non esse,cum constet aliquando patris,sæpè matris filios conditionem agnoscere. Nec solius Popul.Rom.legibus, sed & pluribus aliis nationibus id concessum est,vti de Illiensib.(qui populi sunt antiquissimi Corsicæ Insulæ,vt scribit Pomp. libro 2.) Delphis,& Ponticis,ex aliis commemorat Vlpian. in l.1.D.ad munic.vt qui ex matre Illiensi, Delpha, & Ponticia natus sit,municeps Illiensis,Delphis, & Ponticus esset. Apud Xanthios etiam scribit Plutar. lib.de clar.mulier.c.6.l.cautum fuisse, vt à matribus, non à patribus filij generis nomen sortirentur: Et quare filij cum matrem illustrem habent, patrem verò ignobilem,& plebeium,infimæque & abiectæ conditionis, matris splendore, & decore non splendescent,cum negari non possit,quin ex nobilibus,& generosis matribus tametsi patres sint ignobiles, & obscuri,aliquando in filios deriuetur, & descendant imago quædam nobilitatis maternæ, quæ filiorum animis imprimitur, & eos ad virtutem prouocat. Testes etiam sunt nobis Poëtæ, à quibus Dea matre nati,ex sola matre Dij putati sunt,vt Achilles,Æneas & Orpheus. Atque huc spectare videtur illud Virg. lib.11 Æne.

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Et Ouidij Vlyssem introducentis, hæc loquentem libro 13.Metam.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus est in vtroque parente.

Et idem libro 1.Fastor.

Hinc fuit Euander, qui quamquam clarus vtroque
Nobilior sacræ sanguine matris erat.

Et melius non vulgaris alter Poëta Papin. lib.3.Syluar.in lachrymis Ethrusci.

Sed quicquid patrio cessatum est sanguine mater
Reddidit, obscurumque tamen clarescere vidit.
Connubio, gauisa domus.

Nec solũ Poetæ huic sententiæ adhæserunt, vt scilicet matris nobilitas, aut ignobilitas, aliquid addat ad nobilitatem, vel ignobilitatem liberorum, quando & Labeo maximi apud priscos nominis I.C. scripserat, nos fas esse capi Vestalem cuius parentes alter, ambove in negotiis sordidis versati fuissent, vt retulit Gell.lib.1.noct.Attic.c.12.& Phenest.de Magistr. Rom. c.6. & ante eum Plato lib. 6. de l.*Sacerdotem creari iubet, qui integer sit, ac legitimus, deinde à domo, quàm maximè munda, expers quoque cædis, omniumque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, & cuius pater, & mater similiter vixerint.* Arist. autem, eius discipulus, lib.Rhetor.1.c.5. censet nobilitatem ex matribus etiam esse, nedum ex patribus, cum scribit nobilitatem legitimam esse, aut à viris, aut à mulieribus procreationem.

Ex his ergo,ni fallor,apertè relinquitur nobilis & illustris vxoris splendorem, viri ignobilitate non posse obumbrari, quando si illud admitteremus, consequens etiam,& alteram esset, nunquam liberos ab illustribus matribus descendentes, qui patres ignobiles,& infimos habuissent, nobiles esse posse, contra ea, quæ nos suprà latè probauimus.

15 Verũ licet hæc omnia, quæ huc vsque retulimus vxoris splendorem abiectis, & infimis nuptiis non obumbrari probare videantur, longè tamen verius est, mulieres maritorum suorum conditione teneri, eorumque genere nobilitari, aut si illi ignobiles sint obscurari. Quod non solum nostrorum auctoritatib. comprobatum, sed & exterorum testimoniis admissum video, l. C. hac in re extant insignes sententiæ, in l.fœminæ,8.in l.nuptæ,12. D. de Senat. in l.quod principi,56.iuncta l.si Augustæ,57.D.de l.2. in l.eum qui 18.§.etsi nupta,& §.si iniuria,D.de iniur.in l.1.D.de nup,Imp.in l.omnis,2.ibi: Vt & coniugia clericorum,C.de Episcop.& cler.in l.1.C.de in ius voc.in l.cum te,10.C.de nupt.in l.si quis naturalem,3.versicul.Sed filiam,C.de natur.li.in l.1.in l.2. C.de vxor.milit.in l.si qui publicorum,8.C.de seru. fugit.in l.aduersus,4.C.de crimin.expil.hæred.in l.si quando,11. C.de iniur. quibus omnibus probatur, & Cæsares,& antiqui Prudẽtes, semper vxores suorũ maritorũ cõditione teneri, splendore clarescere, eorum priuilegiis potiri, legib.adstringi,& eis simillimas omnino iudicandas esse, quod inde factum esse reor, quod per matrimoniũ inter virũ,& vxorem sit societas, & communio diuini, & humani juris, d.l. aduersus, d.l.1.D.de ritu nupt.est etiam el.eg. l.1.§.si vir, aut vxor.ibi.Sed quia commixta familia, & vna domus est, D.ad S.C.Syllam, l.2.§.1.l.4.§.mulieri, D. de vsu.& hab.§.1.in fin. Inst.eodem. l.bene à Zenone,4.C.de quad.præscript.& in §. Edicto Diui Marci. Instit.de vsucap.in quib.priuilegia, quæ ementib. à fisco, & Imperatore à iure concessa sunt, & illis etiam qui ab Augusta res habent, conceduntur notat ibidem Mynsing.n.5.nec longe est l. C. in l. fiscus,6.§.quodcumque,D.de iure fisci, quam societatem,& communionem egregiè explicat Coitan. de spons.& matri.c.quid sit matrimonium, ex n.23. p. 47. Coras.in d.l.fœminæ,D.de Senat. Sicque apud Liuium. li. 1. ab vrbe condita, exclamanit Romulus, vxores participes,& socias fore fortunarum, ciuitatis, liberorum, honoris, & decoris quam Romuli legem Numa Pompilius Rex respexit, dum statuit nuptiis emancipationem quandam filiorum fieri, his verbis referente Dion.Halicar.li.2. antiq. Roman. *Si pater filio concesserit vxorem ducere, futuram sacrorum, ac bonorum iuxta leges participem, patri post hac nullum eius vendendi filium ius esse,* refert, Petr. Greg. 2.par. syntag.l.9.c.13.n.19. quod pulchre & eleganter insinuauit Vlp.li.6.fideicommiss.hæc in verba. *Fœminæ nuptæ clarissimis personis, clarissimarum fœminarum appellatione continentur. Clarissimarum fœminarum nomine Senatorum filiæ, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt non habentur, fœminis etenim dignitatem clarissimam mariti tribuunt, parentes vero donec plebeij nuptiis fuerint copulatæ. Tandiu igitur clarissima fœmina erit, quandiu Senatori nupta est vel clarissimo, aut separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupsit.*

Sed etsi adductæ Imperatorum auctoritates, qua- 16
rum supra meminimus, satis axioma nostrum,& omnium commune placitum verum probent, sunt tamen,& aliæ in tribus his posteriorib. Codicis Iustinianei libris, quib.id magis ostenditur. Nam Impp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius Marco Comiti Orientis rescripserunt. Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forũ ex eorum persona statuimus in l.mulieres 6. C.de incol. li.10.quæ verba iterum scripta sunt.in l.mulieres,13. C.de dignitat.li.12.concinit Cæsares in l. medicos, 6.in leg.grammaticos 11.C.de profess.& med. li.10. & alij, in l.vnica. C. de mulier. & in quo loco mane.lib.10.in l.fin.C.vt nemo ad suum patroc. lib.11. in l.eos qui 6.C.de fabricens.lib.11.in l.1. C.de dignitat.lib.12.in l.viros spectabiles, 2. C. de comit.& consist.lib.12.in leg.ne ad diuersa, 4. C. de silent.& decurion.eorum,eod.lib.12.in leg. in sacris nostris, 9.in leg.siquis in sacris,11. C. de proxim.sacr. scrinior. eod. lib.12. in l. multis,8.C. de princ. agen.in reb.lib.12. in leg.quoties, 5.C. de priuil. schol.eod. lib.12.

Constat itaque ex his, mulierem viri radiis coruscare, 17
& eius priuilegiis potiri. Quod & Hispanis sanctionibus

sanctionibus est cautum, in l.3.tit.15.par.2.in l.7.tit. 2.par.4.in l.6.tit.1.de los hijos dalgo,lib.4.antiq.ordin. in l.9.tit.11.lib.2. nouæ collect. Regiæ. & latè tradiderunt interpretes in dictis locis, maximè Bar. in l.1.Cod.de dignit.lib.12.vbi & Platea.Luc.de Pen. in d.l.mulieres 13.eod.tit.Mynsing.in §.1.num.4.inst. de ingen.& cum infinitis Tiraq.ad leges Conn.glos. 1.num.18. & de nobil.cap.18. ex nostris P. Mexia ad pragmat.trium.concl.2.n.63.fol.50.Auend. Resp.20. num.7.in princ.Padill.in l.voluntas, n.5. C.de fideicomm.Did.Perez.ad l.6.tit.2.lib.4.ordinam. sub col. 1373.in fin.Rub.in Rub.de donat. inter vir. & vx.§. 31.& §.32.Auiles,in cap.præt.sub proœm.ex num.1. Mieres de major.q.51.num.54.in 1.par.Otal. de nobil.4.par.cap.3.Garc.eod.tract.gl.1.§.1. sub num.44. & Azeu.ad l.9.tit.11. lib. 2. nouæ collect. num.3. & seqq.plura etiam Matienz. in l. 2. glos.1. ex num.3. lib. 5. nouæ Recop.& omnino vicendus idem Garcia integro tractatu de coniug.acquæst.ex n.1.& qui rem copiosè disserit,Barb.in lege quia tale,ex n.23. D.solut.matr. Et nouissimè, qui reliquis, & pressius, & tersius de mutuo coniugum amore, reuerentia, æqualitate, pari fortuna, pœna, dominio hodie loquitur, & nostris, aliorumque huius nostræ Academiæ monitis, quæ accuratè, ornatè,& elegãter pro rostris olim iuuenis hic Salmanticæ disputauit, non senex typis mandat, & suæ ætatis, & sua ætate non sine magna omnium admiratione, multorumque inuidia & de iurisprudentia, & bonis literis ita meretur, vt omnibus eiusdem Academiæ professoribus æqualis, nemini posterior, Cujaciis, Fabris, Donellis non inferior habeatur, Ioan. Solorzano Pereyra, lib. 2. de Partic.cri.c.13.qui huc præcipuè spectare, rectè arbitratur, solemnem illam formulam, quæ ex veteri Romanorum more sponsam introducens iubebant dicere, vbi tu Caius ego Caia, quasi cum viro pacisceretur vxor omnia inter eos communia esse debere, & vbi maritus dominus, domus compos, ibi quoque vxorem, & heram futuram: aut (vt ipse melius aliis existimat) vbi gaudens maritus, ibi gaudentem vxorem esse debere, quod sane ea ratione fiebat, quia inter eos statim ius omne diuinum, humanum, sacrum, honores, dignitates, resque omnes communicabantur, vt ex tam longè peritis satis constat.

18 Ex hac autem communione honoris,& dedecoris illud fit, vt si vir ignobilis, vilis,& abiectæ, infimæque conditionis, illustrem,& ingenuam vxorem ducat, per huiusmodi matrimonium decus natiuæ libertatis,& splendoris amittat vxor, viri que conditione teneatur. In quam sententiam etsi adduci soleat, d.l.fin.C.de nupt.d.l.mulieres C.incol. lib.10. & C. de dignitat. lib.12. iunct. l.1. illius tit. l.1. Cod. de præd.tamiac. lib.11. insigne tamen est hoc nostrum Imp.rescript.in hac leg.ingenuæ,3. & l.edicimus, 7. C.de muril.& c.quibus(vt ex eorum litera supra initio huius disputationis relata constat) cautum est, vt si ingenua mulier se gynæciario, monetario, murilegulo, aut bastagario sociauerit,& denunciatione conuenta non discesserit, gynæciarij, monetarij, murileguli, aut bastagarij, mariti conditione teneatur. Neque ad illas etiam mulieres, quæ se murilegulis, bastagariisve sociauerint, harum legum decisiones extendere, quæ de gynæciariis,& monetariis copulatis loquuntur, extra rem est, siquidem horum omnium hominum vnam esse fortunam, paremque conditionem constat, ex l.siquis ex corpore gynæciarium,13. vbi contra Alciat.eruditè admonet Cuiac. infra hoc titul.& ex leg. ne quis ex vltimis 6. C. de dignitat. lib.12.

19 Iuxta quas leges duplex est inspectio, Altera quæ esset horum hominum conditio, quaque fortuna tenerentur, quæ tot illis dãnis afficiebat, vt seruilis,& abiectæ sortis habendi essent. Sequens qui fieri posset, vt ingenua mulier nuptiis celebratis cum harum conditionum viro ancilla efficeretur quæ exponere antequam hinc abeamus,& ad propositæ quæstionis solutionem pergamus, è re esse existimauimus. Altius ergo rem hanc quam alij fecerint repetendo, pro statum legum, item. & omnium huius tituli, plurimarumque huius libri, germana interpretatione,& vero sensu, illud aduertimus, quod & perpetuo meminisse oporcebit, hos omnes textrini Principis mancipia fuisse, tam abiectis, & infimis notatos conditionibus & fortuna, vt ab ingenuarum, & illustrium mulierum nuptiis arceri(inter alia) necessariũ esset.

A murilegulis igitur, vt initium faciamus, de qui- 20
bus in l.murileguli,11. in l.hi qui ex filiabus murilegulorum,12.in l.si quis ex corpore,13.inf. hoc tit. qui etiam conchileguli dicuntur ex l.si qui nauiculam,9.inf.hoc tit.iunct. l.si quis ex familiis conchilegulorum,5.tit.10.lib.10.Cod.Theod. Hi erant collectores, siue piscatores muricum, purpurarum buccinorum,& cerycum,& conchiliorum, vt explicat Cuiac. in dict.l.murileguli, & in d.l. siquis nauiculam, qui & textrini Principis mancipi dicuntur, in l.qui textrini,6.inf.eodẽ, in l.9.d.tit.20.lib.10.C.Theo. notante Forner.in not.ad Mag.Aurel.Cassiod.lib.1.variar. epistol. epist.2. Vbi idem Cassiodorus pulchrè explicat eorum officium, & ministerium in domo Principis, qui conchiliis piscatis,& lectis inficiendis, tingendisque vestibus Imperialibus operam dabant, quæ vestes ex purpura,& murice conficiebantur, id est, lana muricis sanguine tincta solisque Principis, aut Imperatoris vsui erant, eo omnibus aliis interdicto, l.temperent,4.inf.de vestib.holou.& aur. & de tinct.hoc lib.11. & ex Cassiod. iam relato. *Color nimio lepore vernans* (inquit ille) *obscuritas rubens nigredo sanguinea regnantem discernit, dum conspicuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu Principis possit errari.* Inde quia sacri murices erant & appellabantur, in l.vellera,3.ibi. In speciem sacri muricis tingere, inf.de vestibus holou.tit.prox.eorum,& purpuratum nundinationes prohibitæ sunt, in d.l.temperent & magis in lege prima C. quæ res vendi non poss. Vt præter Cuiac. ad d.l. temperent, obseruarunt F. Conan.lib.7.comm.cap.7.Forcat.in penu iuris ciuil. cap.21. Pancir. in commun. in notit.Imp.Occident. capite 38.& capite 39.in prin.

Hinc adorare sacram purpuram, apud eundem 21
Cassiod.adire Principem interpretamur, ex leg.sancimus 4.C.de Consul.& non sparg.ab his pecu.lib.12. iunct.l.primicerium,2.inf.de fabricens.hoc lib.11.l. vn.inf.de commit.& tribun.sch.lib.12.l. fin.ibi, *Nostram purpuram adorantes,* inf.qui militare poss.eod. lib.12.l.1.ibi; Qui contingere nostram purpurã digni sunt existimati, C.de domest.& protect.lib.12. cuius adorationis ritus & cæremonias exposuit Iac. Durant.lib.11.variar.cap.20.quam honoris,& dignitatis titulo concessum fuisse adorare, non malè ex dictis legibus desumitur,& ex Cassiod.lib.11.var.cap. 20.de primiscrinio, qui egreditur. *Quapropter* (inquit ille) *spectabilitatis honore suffultus, inter tribunos, & notarios venerandam purpuram adoraturus accede, vt per sacros aspectus Principis tua subsistat firmitas dignitatis,* & eod.lib.cap.31.de primic.singul.tit, *& ideo quoniã vrbicus primiceriatus sui noscitur tempora peregisse, inter domesticos, & protectores adoraturus accedat, vt venerandis clarificatus aspectibus, militaribus excubiis, se gaudeat liberatum.*

Quamvis postea procedente tempore purpura fuit 22
insigne magistratuum,& qua vna nota patritij à plebeiis distinguebantur, ex Alex.ab Alex.lib.5.dier.genial.cap.18.Cælio Calcag.lib.3.epist.quæst. epist.1. Plin.lib.9.cap.36. Purpura, inquit, distinguit ab equite curiam. Andr.Tiraq.ad Alex. ab Alexand. in dict. c.18.verb. Pueri patritij, & tract.de nob.c.37.n.160. quod tamen ab vsu abolitum fuisse, conqueritur Iuuenalis satyra 3.

Æquales habitus illic, simileque videbis.
Et castram, & populum.

De initio vero vsus purpuræ latè agit Plin. d.lib.9.c. 39.Ang.Polit.lib.miscell.c.11. Cassiod.lib. 1. variar. c.2.ad fin.Bayf. lib. de re vestiar. c. 9. De ejus item natura plura etiam scripsit Cassan.in Cat.glor.mund. 12.p.consid.63. versic. Alius est color. & consid. 96. versic. vestes digniores, & de eius etiam vsu Pet. Greg.lib.9.Syntag. c.19.n.27.& lib. 36.cap.19.n.1.& lib.47.c.20.n.15.Alex.ab Alexan.dict. lib.5.dier. genial.capite 18.vbi infinita congessit Andr.Tiraq.

23 Illud autem antequam de aliis textrini Principis mancipiis verba faciamus,aduerto,purpuræ,& muricis eandem esse naturam,quamvis temperamento diuerso,& hinc promiscua vtriusque acceptio,in d.l.1. C.quæ res vend.non poss.in d.l.Vellera.3. in d. leg. temperent.4.inf.de vest.holou. hoc lib.11. dedici ex Arist.de muric. & purp. nat. agente, libro 4. de hist. Anim.c.4.& lib.5.c.15.Plin.lib.9.natur.hist. c. 33. & capit.36.Bellon.lib. 2. de aquat. capit. 9. de testaceis turbinatis omnium durissimis, vbi horum piscium conchiliorum formam depinxit, & vtriusque colorum Lac.Bayf.lib.de color.c.13.& lib.de re vest.dict. c.9.Blond.Flau.li.9.de Roma triumph.pag.195.Vnde qui murileguli,in hoc titulo appellantur, purpurarij etiam dicuntur,idest piscatores purpurarum. vt apud Cælium Caleaguin.lib.de re naut.ver. Apparatus piscatorius,pag.313.

24 Neque id quod ex Philosophis obseruamus ad d. l.1.C.quæ res vendi non poss.Vlp.contrarium est.in l.si cui lana,68.§.de versiculoribus,D.de l. 3.vbi nullum natiuum colorem purpuram habere scripsit. Nam quod diximus, probamus judicantes de colore purpuræ inconcreto,idest in lana, postquam purpuræ,aut muricis sanguine tincta est.Sic purpura dicitur lana,purpura, aut sacro murice tincta : atque eodem sensu vellus muricis dicitur lana murice tincta in d.l.Vellera.3.infr.de vestib.holouer.& d.l.1. Cod. quæ res vendi non poss.atque sic d.§. de versiculoribus,interpretandum esse videtur sentite F. Con. lib. 7.cap.7. inter has autem purpuras alteras aliis fuisse pretiosiores,constat, & Tyriam omnium fuisse pretiosissimam,ex Strabone deducitur lib.16. pag. 718. & Lac.Bayf.d.c.9.de re vest.vers.purpureus color.

25 Ex quo fluit interpretatio. §. præterea si quis generaliter.Inst.de act.ibi; *Deinde specialiter Tyriam petat.* Namque in tractatu plus petitionis, plus causa peti dicimus,cum aliquid sub alternatione,vel in genere debetur, & alterum præcise, vel rem in specie peti contingit : si quis igitur generaliter purpuram stipulatus est, deinde specialiter Tyriam petit, plus petere intelligitur,quia electionem aduersario tollit, cui stipulationis jure liberum fuit, purpuram dare, non tamen præcisè Tyriam omnium præstantissimam.

26 Erant item, & alia textrini Principis mancipia, qui gynæciarij appellabantur, & licet horum officium quale esset perceperit Accur.in hujus tit.Rubr. pueriliter tamen errat in etymologia explicanda:gynæciarij enim dicti sunt à gynæcio, dictione Græca; est autem, siue gynæceum, siue locus ædium secretior,in quo solæ mulieres habitabant, dictus ab ipsis mulieribus quas Græci appellant. Vnde Panthædas Spartanas,cum in Asia obiret, legationem ostentantibus, quibusdam murum valdè munitum latum, ac sublimem,fertur dixisse.Per Deos hospites, pulchra gynæconitis, hoc est,domus mulierum, auctor Plut. in apophr.Laconicis,qui & ipse, idem prope dixisse Agidem Archidami filium refert item Agesilaum illum magnum Lacedæmoniorum Regem. Inde etiam Gynæcium capitur pro illis locis, in quibus opera textoria. & muliebria conficiuntur. & gynæciarij dicti sunt illi, qui ea muliebria opera conficiunt, & addicti sunt contexendis, conficiendisque vestibus imperialibus & ministeriorum Imperialium, quorum præterea officium vile satis fuisse demonstrat Ioseph.lib.7.de bell.Iudai.cap.51.*Transgressus*(inquit)*ad eos est Ionates, homo nequissimus arte gynæciarius*,ita referente Coras.in l.lex naturæ, n. 2.D. de stat. hom. de quibus gynæciis, & gynæciariis, in l.vnuiquisque, 5. in pr. ibi : *Procurator præpositus gynæcio*,C.ad l.Iul.repet.in hac nostra l. ingenuæ, 3. in leg.5.& 13.inf.hoc tit.† in l.1.infra, de vestibus hol. 27
hoc lib.vbi(vt id obiter animaduertam) non *in gynæciariis*,sed potius,*in gynæciis*, legendum est,vt & eruditi notant, & ratio suadet, & in lege vltima inf. de milit. vest. lib. 12. ibi; *Sexta portio à gynæciariis*. Ex quibus constat rectè in emendationibus libris in Rubrica hujus tituli legi,*& de procuratoribus gynæcij*, sic enim legendum est,non cynegij,vt nonnulli putant. Erat *cenegium* locus in quo feræ conficiebantur,vt Suidas ait, vt erat Amphitheatrum, vel leporarium, quo feræ capiebantur ad Principis commitatum & mensam transmittendæ, & aliæ ad spectacula populo in Amphitheatro exhibendæ.Quare ego *Canegij*,lectionem non probo : nam huic studio non certi procuratores,sed Duces in limitibus vocabant, qui vrsos,leones,aliasque feras, viuas ad Principem mittebant : nec vltra septem dies in ciuitatibus per quas meabant,retineri poterant,ne ciues qui illis cibaria ministrabant nimis onerarentur.l. 2. C.de venat.ferar.in C. Theo. ne stultum fuisset tot procuratores in prouinciis venandi causa aluisse : cui nec Comiti largitionum, sed potius castrensi obsequi debuissent. Quare scriptorum culpa impressum exemplar deprauatum fuisse non dubio.& pro *Canegia* reponendum *Genæcium*, vt habent emendatiores libri.& Notitia Orientis,& Occidentis. Planè in Occidente xv. Procuratores inueniuntur totidem præpositis gynæcii,qui texendis Principis militum vestibus,nauigium velis,stragulis linteis,& aliis ad instituendas mensiores erant necessarij. diuersisque in prouinciis gynæcia procurabant, quos memorat diligens Panc.Comm.ad not.Imp.Occid.c.38.

Meminit præterea gynæcij, Procop. lib. de bello Vandal.Tert. Vbi satis declarat locum esse secretiorem,& Vitruu.lib.6.de Architect. c. 10. gynæconitidem descripsit,atque etiam,andronitidem,quæ est ea domus pars, in qua viri sine interpellationibus mulierum versantur,& Tiraq.in l.connub.glos.10.n.21. Io.Garc.de nobil.glos.48.§.2.ex n. 2. apud quem tamen (Typographorum forsan vitio) mendosa legitur huius nostri tit.Rubr.de mulieribus,& gynæciariis,cum ex omnium quos hactenus videre contigit, codicum fide,de murilegulis,legendum sit, item & ex recta ratione.

Monetarij autem,& *bastagarij*,hujus textrini Prin- 28
cipis mancipia non erant,sed licet diuersæ functionis essent,ad sacras largitiones pertinuisse,& sub dispositione Comitis largitionum fuisse, vt & *murilegulos, gynæciarios,baphæos,& Thesaurenses*,qui notitiam Imperij Romani legerit (& quæ ad Occidentalis notitiam Pancir.scripsit,cap.35.36.37.38.39.40.& c.41.) planè intelliget:idque circo sub hoc tit.proponi optimè obseruat Cuja.ad d.l.siquis ex corpore,inf.eod.
† *Monetarios* verò,vt ad illos redeamus,à moneta di- 29
ctos,dubium non est,& eos esse,qui in publica pecunia fabricanda operantur, in l.sacrilegij.6.§.qui cum moneta,D.ad l.Iul.pecul.in l.serui qui monetarios, 2.C.quib.ex caus.ser.pro præm. lib.accip. quam explicat eleganter Connan.lib.2.comm. cap.4. Sicque monetarios interpretor,ex Accur.ab omnibus recepto,de iis intelligens l.1.hanc nostram l.edicimus,7. l.siquis ex corpore,13.hoc tit.vel,& contestantur Brison.& Vertuc.lib.11. de verbor.sign. Andr.Turneb. lib.18.aduers.cap.17.Coras.lib.3. miscell. c. 13. meminit Cassiod.lib.5.variar.epist.cap.39. (de monetariis intelligens seditionem monetariorum,quam excitatam sub imperio Aureliani, commemorat Flauius Vopiscus) & consentit Renat.Copin.lib.de Domay.Reg. Franc.2.tit.7. sub num.19. & antea Firm, lib.8.cap.17.Eutrop.lib.7.

30 Vnde notandus est Alc.in l.1.sup.hoc tit.qui existimabat,monetarios non esse eos,qui monetam cudunt,sed aliquos qui in textrino Principis seruiebant, atque in eodem errore antea fuerat Coras. in leg. 2. §.Deinde ne deesset magistratus,n.13.D.de orig.iur. quem grauiter reprehendit Cuiac.in dict.leg.si quis ex corpore.

31 Existimo præterea,monetarios,non solum eos dici, qui monetam cudunt. vt supra relati notant, sed etiam omnes, qui ad rem monetariam pertinent, quos vulgo dicimus; *Oficiales y obreros de la casa de la moneda*,de quibus extat integer tit.20.lib.5.nouæ collect.Regiæ quorum præfecti qui hodie, *Alcaydes y Tesoreros*, nuncupantur,olim apud Imperium Romanum Triumuiri monetales erant. d.l.2. §. deinde cum esset necessarius magistratus. D.de orig. iur. & de eorum notis scribit Bern. Vvalter. lib.2. miscel. cap.6.& antiq.& n.Renat.Copin.iam relatus;& Pancir.in comm.in Not.Occid. c.37. de quibus nos plurima habemus,in d.tit. 20.

32 *Bastagarij* autem (vt his iam finem imponamus)à bastagara dicti sunt,hoc autem verbum sinificat onus immensis portandarum rerum impositum : vnde bastagarij qui huic muneri rerum fiscalium portandarum addicti sunt,vt rectè probat Cuiac.in leg.quoad præsens,4. inf.hoc tit.& ex Bris. Bernuc. & Hotom. lib.2.de verb.sign.& nouissime de,eorum officio, & munere,numeroque,Præpositis Bastagarum Pancir. vbi sup.cap.41.licet aliter explicet Nebris. lit. B.ex Alc.ad Rub.hoc tit.existimantes bastagarios ad textrinum,& gynæcium Principis pertinere.

33 *Ex* quibus noto in l.solita,3.ibi:*Non ad felicitudinem bastagia*,Cod.de cohorttalibus,& pr.&c.lib.12. *bastaga*,non *bastagia* legendum esse,quemadmodum obseruauit Cuiac.in l.quoad præsens 4.inf.hoc.tit.ex Pandectis Floren.& ex notitia Imperij Romani obseruat Bris.lib.2.de verb.sig.

34 Horum ergo omnium *murilegulorum gynæciariorum,monetariorum,& bastagariorum* partem conditionem, illamque seruilem esse constat. Alij mancipia textrini,& gynæcij Principis dicuntur, alij vero officio perpetuo addicti simul cum liberis.& vxoribus, in l.1.in hac nostra l.3,in l.5 in l.6.in l.7.in l.8. in l. 11.in l.12.in leg.13.& in leg.15. inf. eod. in leg. ne quis,6.C.de dignit. lib.12. explicat eleganter Connan.lib.4.commentar.cap.7. Vnde,cū seruilis essent conditionis, memoratisque adscriptionis, & officiis obnoxij,quæ illis sociabantur mulieres eorum conditionem,nisi legitimè ad monitæ desisterent,sequebantur,vt in hac l.& in d.l.edicimus.

35 Secundo notanter etiam aduertendum est,pro harum similiter constitutionum vera intelligentia Imperatoris Claudij tempore Senatusconsultum factum fuisse,quod Claudianum appellatum est, quo libera mulier addici jubebatur domino eius serui. cuius concubitus nullis denunciatiohibus petere desinebat,vt memoria prodidit Tacit.lib.12.ex quo id obseruat Cuja.in not.ad Vlp. tit.11. §. Maxima capitis diminutio,vers.Denunciaute domino.& idem in parat.C.de S.C.Clau.toll.Mynsin.& Bald.in §.fin.schol. vlt.Inst.de success.sublat.quæ fieb. per bon.vendit.& de S.C.Claud. (quo loci nos rem hanc copiosius,& altius,quàm fecerint alij illustramus. essentque omnia fere quæ ibi diximus,nisi repetitio fastidiret,inculcanda)eleganter Hotom.de Senatusconsult.vers. S.C.*Claudianum*.Quod tamen S.C.non Claudij Imperatoris tempore,sed Titi Vespasiani ætate factum fuisse magis probat, ex Sueto. Tranquil.Ant.Augustin.(vir inter Græcos,& Latinos nemini postponendus)de S.C.pag.203.Securè etiam Tiraquel.in leg.1. connubialem,gloss.primæ,1.part.n.45.eius S.C.Vespasianum laudat auctorem,ex eodem Suet. c.11. vereor tamen ne non in eiusdem S.C.reddenda ratione, etsi pluribus eam confirmet,decipiatur.

Vnde quid hac in re certum sit, constituere non possum.Nam Claudij Imperatoris nomine sic appellatum fuisse,dicere nulla ratio est, cum satis constet S.C.non ex Imperatorum, sed Consulum referentium nomine appellata fuisse.Locum igitur Taciti considerans,in quo post expositam S.C.sententiam,scribit Pallentem,quem Claudij Libertum, & apud illum gratia,& auctoritate mirabili præditum fuisse constat, edictum,ac nominatim à Claudio, repertorem huius relationis, ac propterea Prætoria insignia, & centies quinquagies H.S.sestertia, si decreta fuisse, venio in opinionem Claudianum ex illius liberti nomine appellatum esse. Verba Cornelij. *Inter quæ*, inquit,*refertur ad patres de pœna fœminarum quæ seruis coniungerentur,statuiturque vt ignaro domino ad id prolapsæ in seruitutem sui consensisset,& qui nati essent pro libertis haberentur.Pallenti quem repertorem eius relationis ediderat Cæsar Prætoria insignia,& centies quinquagies censuit Consul designatus.*His autem ex verbis scrupulus aliquis nascitur, cum Vlp.& Iustin. non aliter eam seruitutem addictam scribant,quam si denunciante domino desistere noluisset, ille in fragmentis d.tit.11.*Maxima*, inquit,*capitis diminutio est, per quam & ciuitas & libertas amittitur, veluti cū in censu aliquis, venierit aut cum mulier alieno seruo se iniunxerit denunciante domino,& ancilla facta fuerit ex S.C.Claudiano*.Vbi Cuiac.vers. *denunciante*, grauiter 36
admonet,trina denunciatione opus esse, denunciari etiam testato oportere,idque denunciari,vt seruo abstineat,denunciationi sequ[illegible]prætoris.aut præsidis sententiā debere,reperit ad tit. C.de Senat. Conf.Claud. toll.& consentiunt iam citati. Iustin.vero in dict lege vnic.C.de S.C.Claud.toll.ibi *Claudianum S.C. & omnes eius obseruationes circa denunciationes, & iudicum sententias,conquiescere in posterum volumus*.Quod eleganter Theophil.non indiligentem, neque contemnendum Græcum Institutionum interpretem, olim obseruasse audio,in d.§.fi.de successiõ.sublat. & ad Senat.Cons.Claud.hæc in verba. *Erat & alia, per vniuersitatem acquisitio, quæ inuenta fuit ex S. C. Claudiano; nam si libera mulier, serui mei amore incensa impedimento fuisset, quo minus frequenti, diligentique eius opera, ministerioque vterer, licebat mihi denunciationem coram septem testibus ad eam mittere,monendo,ac iubendo, vt à seruo meo abstineret, si non parebat denunciationi primæ, nec abstinebat, licebat & secunda denunciatione vti, & cum illa nihil de consuetudine sua mutabat denunciabam ei, & tertio, si neque tunc à seruo meo se continebat, profitebar,ac proferebam denunciationes meas apud prætorem, aut præsidem, qui interlocutione sua eam mihi in seruitutem dabat, & dominus efficiebar, non mulieris tantum, sed etiam omnium bonorum eius.* Hæc Theoph. Video præterea Suet. Tranq. in Vespasiano scribere, auctorem illum Senatui fuisse, decernendi, vt quæ se alieno seruo junxisset ancilla haberetur. Suspicari igitur licebit,quod Claudij tempore institutum erat, id Vespasiani auctoritate fuisse comprobatum; & à l. C. hoc totum ei, S. C. attributum, quod vetustius, & Claudij auctoritate inceptum Claudianum nominatur.

Ex his (ne aliquis vestrum forsan autumet frustra 37
me hæc de S.C. Claudiani tempore,& denunciationibus retulisse) jam jam verus harum legum sensus splēdescit,qua parte probant ingenuas mulieres,quę se gynæciariis sociauerint,si conuentæ denunciatione solemni splēdorem generis contuberniorum vilitati præferre noluissent,suorum maritorum conditione teneri,tam in hac,l. ingenuæ, ibi : Conuentæ de-

nunciatione solemni,quam in d.l.edicimus,ibi: Ea vel legitimè admonita conuentione discedat,exemplo enim illius S.C.Claudiani,statuunt Cæsares, vt si ingenuæ mulieres,denunciationibus non obstantibus, adhuc in gynæciariorum, & monetariorum contubernio perseuerauerint, fiant monetariæ, & gynæciariæ conditionis,exemplo nempè illius S.C. Claudiani,juxta l.edicimus,10. t.20.de murileg. lib. 10. in C. Theodos. cuius in præsenti non meminit Cuiac. retulit tamen in notis ad Vlp. d. versic. Denunciante domino,& iterum in dict. tit. C. de S.C. Claud.tollen. Brison. & Verruc.lib.3. de verb.sign. verb.Claudianum,quam interpretationem non sunt assequuti ad nostram l.& d.l. edicimus, inf. eodem Tiraquel. de nobil. c.18. n.3. nec nouissimus Azeu. qui parum fœliciter de horum capitum intellectu scripsit,in d.l.9.sub n.7.tit.11.l.2.nouæ coll.Regiæ.

38 His tamen superioribus omnibus obstare non leuiter videtur,l.si liber homo 3.C. de liber. caus.vbi liber homo, propter contubernium cum ancilla contractum, quamvis præcedant domini denunciationes, non ideo magis efficitur seruus, sed adhuc liber remanet.Quam legem.edi Accurs.& cæteri,in præsenti obiiciant solutionem tamen prætermit-
39 tunt.Eorum vero solutio † ferenda non est,qui existimarunt, dict. leg. si liber homo, procedere postquam Senat. Cons. Claudianum fuit abrogatum, dict. leg. 1. Cod. de Senat. Consult. Claud. tollen. ex qua l.1.qui ducit ancillam seruus non efficitur, quemadmodum neque ingenua efficitur ancilla,si seruo nupserit.licet antea ex illo S. C.contra esset,vt paulo ante dicebamus. Vnde cum hæc nostra l.edicimus,ad exemplum illius S.C.edita fuerit, vti ex d.l.10.t.20.lib.10.C.Theodos.manifestè deducitur, cuius verba in hac nostra integrè non sunt transcripta, sed illa sunt detracta, quæ illius Senat. Consult. mentionem faciebant,ibi.Quod si quam ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis abduxerit,ea secundum auctoritatem S. C. Claudiani,vel legitime admonita,&c.Vt argumento sit, hanc nostram legem eadem auctoritate fuisse sublatam hac parte:dicendam videtur,d.l.liber homo,nouiori jure attento loqui.hanc tamen nostram ante idem ius fuisse latam.

40 Nam etsi quod ad nostrum textum attinet admittendum sit, quod cum nouioris Principis constitutione sublatum sit Senatusconsultum Claudianum, d.l.1.C.de Senat.Consult. Claud. toll.d.§.fin. Instit. de success.sublat.vbi notanter Theoph.& cæteri recentiores:indeque consequens esse correctas esse harum legum decisiones,vt non obscurè. ex d.l.1.desumitur.(quod nemo omnium quos viderim,in præsenti aduertit,) sublatoque hodie Senat. Consul. Claudiano,verberibus castigato seruo, vel adscriptitio,eam coniunctionem dissolui, aliqui filios ex ea natos liberos esse.Cæterum d.l.si liber homo,ea solutio minime quadrat,quæ cum Imp. Alexand. Seuerum.A.auctorem habeat, vt vulgata ei attica indicat epigraphe,item & contestatur omnium Codicum,quos viderim auctoritas,& Vvolfang. Freymo, in Syphon.iur.chronologica, p.528.post d.l.1. C.de Senat.Consult. Claudian.toll. cuius auctor est Iustinian.Imper.edici non potuit, nec post abrogationem illius Senat.Consul.promulgari.cum Alexand. Seuerus Imperat. tercentos annos plus minusve Iustinian.Imperat.præcesserit. Quippe Alexand. Seuerus imperij culmē ascēdit Olympiadis 251. anno 3. qui & fuit.975.ab Vrbe condita,ab eiectis Regibus, 731. & à Christo nato 224. in cuius Imperij, anno tertio pridie Non.Februar. Fusco, & Dextero Coss. dicta lex,liber homo facta fuit: Iustinian.vero anno 1.Olympiadis,326.imperare cœpit. & ab Vrbe condita,1279.eiectis Regibus,1035.& Christi,528. Itaque d.l.si liber homo,lata fuit 300. annis ante dict.l. vnic. vt sic jam constet, parum consideratè existimasse eos,qui eam l. si liber homo, post abrogationem Senat.Consult. Claudiani factam à Iustiniano, editamque fuisse notabant.

Quare ego aliter rem hanc componendam esse 41
censeo,notans Senat. Consult.Claudianum,item & eius pœnam, quæ ingenuam mulierem serui mei contubernium denunciationibus non obstantibus, sequentem mihi addicebat, item & ejus bona, quam nostram legē edicimus, item & l. ingenuæ,5. sup.hoc t.respexerit, ad liberos & ingenuos homines ancillarum consuetudinem habentes, non extendi,vti ex his quæ sup.de eo Senat. Cons. retulimus satis constat, item ex illis qui eius interpretationem,in d.§.fin.Inst.de success.sublatis,sunt prosequuti,& aliis quorum supra meminimus. Cum ergo l.ex nostra:& similis.de ingenuis.murilegulis,seruorum fere, vel saltim seruilis conditionis hominum contubernia sequentibus loquatur,quæ prædicto Senat. Consult.Claudiano puniebantur,& d.l.liber homo,de ingenuo homine,cum ancilla rem habente verba faciat;ad quem illud S. C.non spectabit facilis quidem solutio erit, ex superioribus his satis jam nota, vt sic tanquam oppositam Acc. & cæteri in præsenti illam non obiiciant.

Ex hac igitur disputatione, quod ad propositam 42
quæstionem pertinet, satis relinquitur (vt iam ad eam reuertamur,ne maiorem quam par est, moram committamus)mulieres semper maritorum suorum conditione teneri,non verò honore vxoris, aut eius genere maritum nobilitari, sicque ipsam vxorem, quamvis ignobilem,viro tamen nobili nuptam,gaudere omnibus immunitatibus,prærogatiuis,& priuilegiis nobilitati concessis. quorum bonam partem congessit Otal.de nobilit. in 5.par.c.finali, latissimè Tiraquel.& Garc.integris etiam suis tractatibus de nobilitate,& in specie eleganter probat d.l.7.t.2.par. 4.versic.*E aun ha otra fuerça el casamiento, que segun las leyes antiguas, que maguer la muger fuesse de vil linaje,si casare con Rey deuia llamar Reyna,e si Conde, Condessa*.l.6.titul.2.libr.4.antiq.ordinament.l.9.t.11. lib.2. nou.collect. Reg.vti. & nuncupatim obseruat idem Otal.d.cap.vlt.in fin.

Et in vxoribus Doctorum Senatorum,item & offi- 43
cialium Regię domus;pręter leges huius libri supra relatas probat expresse l.18.t.14. lib. 6. nou. collect. Otal.d.tractat.4.par.c.8. latissime Bernard. Diaz, ad eum Salzed.regul.785.Auil.in proœm.c.pretor ex n. 1.maxime n.15.Gracian.lib.Regul.iur.c.499.ex n.6. Mieres,de maiorat.1.p.q.31.n.34.& alij,quorum meminit Azeued.in d.l.9. nou. collect. & post eum,videndus omnino(quia exactius cæteris rem prosequitur,infinitisque congestis, disputat, & illam præcipue quæstionem an priuilegia Doctorum ad eorum filios transeant) insignis Barbos.in l. quia tale, ex n. 23.præcipuè n.31.D.solut.matrim. ante hos Plaza,lib. 1.de delict.c.1.n.23.versic.Hinc ex eodem fonte.

Indeque & illud, quia priuilegium hoc inter alia 44
nobilitati concessa memorabile est, vxorem nobilis, Doctoris,item & aliorum personarum, quibus hoc vel iure concessū est vel priuilegij loco, ne torqueri propter delicta possint,vt in l.Diui Marco,11.vbi Cynus,C.de quæstionibus,in l.siquis Decurio. 21. C.ad l.Corn.de fals.in l.Seueram.10.C.de dignitat.lib.12. & late per Bartol.& cæteros, in lege 1. illius tituli lege 2.n.8.tit.30.par.7.vbi notat Gregor.lege 4.& 5. tit.2.lib.4.antiq.ordinam. vbi similiter obseruat Perez verbo,puede ser,colum.1370.l.4.& 5. titul.2.lib. 6.nouæ collectan.Reg.nisi in crimine læsæ maiestatis,& aliis exceptis à lege 25.tit 21.li.4.fori legum, quamvis ipsa vxor alias ignobilis sit,quæstionib.tamen eam subiici non posse,quia eius vir hanc habet immunitatem vti in dicta lege mulieres,15.C.de dignit. lib.12.notat Platea, & Alciat.in lege 1.n.5.C. de

de in jus vocand.Perez.in d.l.6.verbo.Otrosi,colum 1375.versic.Tertio ex textu,Auiles in dict. proœm. n.27.& neruose Plac.lib.1.de delict.c.1.n.23.Azeued. in l.9.n.7.versic.non vero,tit.1.lib.2.& iterum in l.2. n.104.tit.10.lib.8.nou.Recop.

Et quamvis è conuerso ex hac nostra l.Ingenuæ,3.
45 l. edicimus, 7. dicendum esset.eam mulierem, quæ viro ignobili, & popularis conditionis nupsit, licet ipsa nobilis,& splendidioris generis sit, illis in casibus in quibus ipsius maritus ignobilis si reus esset factus posset torqueri, quæstionibus quoque subjici rectè posse.

46 Eademque ratione idem recipiendum in palinodiæ pœna (vulgo desdezirse,) vt quamvis ea nobilis damnari nequeat licet injuriosa verba, siue conuitia protulerit,relatis in leg.1.tit.10.lib.8.nouæ Recopil. (iux.quam plura Plaz.in Epito.dilect.cap.1. ex. n. 6. Parlador.lib.1.rerum quotid.c. 17.) quia mulier nupta efficitur conditionis mariti, interim dum in matrimonio durat, cum ignobili contracto, illius legis pœnæ subjiciatur, vt nominatim docuit Parlad.dict. cap.17.num.10.& in Sesquic. differ.6.num. 9. Salaz. lib.de vsu & consuet.c.1.ex num.85. & num.89.sicque tenendum contra,Plaz.dict.c.1.n.23.& Azeu. in dict.leg.9.tit.11.lib.2.nou.Recop. sub. num. 7. olim docuerimus.

Longè tamen aliud nunc putamus, quoniam & si præter ea, quæ communiter scribentes, pro affirmatiua sententia. & opinione adducunt argumenta: & illud possit considerari,quod inter omnes constanter receptum est, vxorem adeo mariti conditionem sequi, vt si ille ignobilis sit, ipsa quoque ignobilis efficiatur,& ignobilium onera subeat,vt latè supr.& concludit Tiraquell.de nobilit.cap.18.n.16. & vltra relatos ab eo Bun.de Curr. in eodem tract.num.186. cum seqq.Cassan.in Catalog.glor.mund.8. part.consid.21.Bened.in c.Raynuncius,verbo, cuidam Petro, n.9.Sylu.Nupt.libr. 2. n. 27. & alij passim, à quibus non longe est quod tradit Apul.libro 2.de Asin.Aureo,statim post principium. vbi Byrrhenam sic loquentem inducit. *Nam & familia Plutarchi ambæ prognatæ sumus, & eandem nutricem simul bibimus, & in nexu ge minatis vna coaluimus. nec aliud nos præter dignitas discernit, quod clarissimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus.*

Item & illud non in realibus tantum, verum, & in personalibus quoque muneribus, & causis, vxores conditionem, & fortunam maritorum sequi, sic enim videmus mulierem illegitimam,& spuriam, si nubat marito legitimo, quoad omnia legitimam censeri,vt probat expressè l.si quis naturalem.3.C.de natural.lib. & cum multis quos refert Tiraquell. d. c.18.n.2.Syl.Nuptial.sup.& Andr.Gaill.lib.1.de pac. public.c.6.n.27.& quod magis stringit, sic etiam videmus ignobilem mulierem marito nobili iunctam liberari à pœnis, quæ in personis ignobilium locum habent,vt nominatim aduertunt Plat.& Rebuf. n. 1. in l.mulieres.C.de dignit.lib.12.per textum,& glos. ibi verbo vel matrem,in l.1.C.de quæstion. vbi probatur quibus casibus vir torqueri non potest, nec eius vxorem posse.quia vituperium vxoris,viri vituperium censetur,& quæ illi infertur iniuria,huic inferri dicitur,l.si per impressionem.11. C.de eo quod met. caus. §. patitur de iniur. authent. de alienat. & emphyteu.§.œconomus. Vnde & illud constat quibus casibus vir in ius vocari non potest, neque eius vxorem vocandam licentiam esse,l.1.vbi late omnes, C.de in ius voc.vnde quemadmodum quo ad pœnarum excusationem viri splendore,& dignitate, vxor gaudet, ita è contrario, illius conditionem, quo ad impositionem pœnarum inspicere deberemus, cum commodi, & incommodi, æqua semper sit ratio, vt probant iura vulgaria.

De inde quia licet iura sanguinis, & nobilitatis naturalis nullo modo videtur tolli posse, l. iura sanguinis,8.D. de regul. iuris,eius tamen effectus rectè per accidentalia tolluntur,& iuris ciuilis dispositionibus immutantur,vt tradit gl. elegans,& recepta,in §.quod autem,verbo.cognationis,Inst.de cap.minut, quam late exornant Dec.& alij per text. ibi in l. pacta quæ contra, C. de pact. & in optimo proposito plures,quos refert Gutierr.in l. nemo potest. n. 148. D.de l.1.& Costa,lib.1.variar.ambigu.c.30. vnde videmus nobilem renuntiantem priuilegio ne pro debito capi possit, & in carcerem duci, eo priuilegio non iuuari,vt contra alios defendunt,& ita sæpe iudicatum fuisse tradunt Gregor.Lopez,in l.54.tit. fin. part.7.verbo,de sangre.Horosc.in d.l. ius agnationis. colu.1.Couarruu.in c.quamvis 2.part.n.5.versic.hinc sane Otalora,de nobilitat.2.part.§.9.num. 8. & post longam disputationem Baëza de inope debit. c. 16. à n. 37. Garc. (qui effectum à nobilitate distinguit) de nobilit.gloss. 6. n. 18. & 19. & plurimi quos nouissime refert Zauall.pract.commun.quæst.688.vnde nihil erat cur vxor,quæ nubendo ignobili,& plebeio suæ nobilitati renunciasse videtur,eius effectus amplius prætendere vellet.

Denique,quia & si demus pactis, & conuentionibus natiuæ nobilitati renunciari non posse, neque eius priuilegia remitti,vt contra sup.dictos auctores tenent Cifuent.in l.79.Taur.column.1.versic.quarto dubitatur. Gomez, in eadem leg. num. 3. Dueñas, reg.190.num.4.& 5.Couarruu.lib. 2. variar. c.1.n.7. Auend. in diction. verbo,cauallero,& alij plures relati à Zauall.vbi supra,ex num.3.qui in hanc partem magis inclinat,pro qua ego præter omnes soleo expendere insignem doctrinam Ludouic.Rom. & aliorum quos ipse refert singul.172. & Felin.in c. siquis testium de testibus, qui defendunt non posse renunciari priuilegio,l.ad personas.15.D.de iur. iur. l. 22. tit.11.part.3.Attamen quando non simplici pacto renuntiatur nobilitati, & eius effectibus, sed aliquis actus celebratur, ex quo in consequentiam iuxta legum sanctiones nobilitas perditur,tunc nulla dubitatio est,quin se quis nobilitatis priuilegiis iuuare non possit,vt constat ex sequentibus exemplis. Primo in eo qui conduxit regia vectigalia, qui etsi nobilis sit, ex ipsa conductione, & in eius consequentiam capi pro debito potest, & nobilitatis priuilegio vti non potest,vt expresse cautum est.in l.4.tit. 2. libr.6. Recop.Secundo in homine libero, qui licet pacto se in alterius mancipium, & seruitutem dare non possit,l.homo liber.cum vulgaris,D.ad l. Aquil.tamen si ob pretium participandum se solemniter venundare passus sit, seruus manet, & ad natales etiam manumissus non redit,lege homo liber.D. de stat.homin. leg.cum pacto.40.D. de lib.caus. quod idem pari ratione contingebat in debitore, qui ex antiquo iure hujus regni creditoribus, vt seruus, addicebatur, vt obseruat Baëza,d. tract.de inop.debitor,c.1.& nominatim in optimo proposito,Quesada, libro singular. quæstion.cap.8.num.6. ergo eodem modo vxor nubendo ignobili, licet daremus, non potuisset pacto renunciare suæ nobilitati,& eius priuilegiis, potuit tamen in consequentiam eam amittere: sciebat enim, vel scire debebat natiuam suam nobilitatem ex mariti conditione obscurari, & diminui posse, dict. l. ingenuæ.& d. l. edicimus. vbi Bald. notauit, quod huiusmodi mulier nobilis, quæ se maritis ignobilibus sociat, perdit generis splendorem, & natiuam nobilitatem. & decus amittit, quod latissimè etiam prosequitur Tiraquel.in l.1.connub. ex n. 18. Atque ita hanc partem,licet non ita falcitam,tenuerunt Parl.& Salaz.in locis iam relatis,& iterum idem Parl.in Sesq.differ.6.n.9.

His tamen non obstantibus negatiua pars verior,

& æquior videtur,& sequentibus fundatur rationib.

Prima, quod licet quoad patronij onera, mulieris nobilitas,ex mariti conditione obscuretur,quoad personam vero, nulla id lege cautum est, vt pœnis ignobilium afficiatur,vt constat ex dictis iuribus.

Secundo, quia licet in fauorabilibus, quæ marito nobili tribuuntur priuilegia, eadem, & vxori tribuantur,etiamsi sit ignobilis,vt constat ex late supra traditis, non tamen idem dici oportet in pœnalibus, *cum odia restringi,&c.*nec quoad ea quæ pœnam continent,debet vxor eadem persona cum marito reputari.

Tertio facit,quod cum in pœnis imponendis semper personæ quæ delinquunt inspiciantur, neque aliorum habeatur consideratio. leg. Sancimus, C.de pœn. maritus, licet sit plebeius, nihil potest obstare vxori neque illa debet quominus vtatur nobilitate sua,alterius odio prægrauari,præsertim in illis quæ non ab ipso accepit,sed à genere,à ciuitate, à rerum natura,vt alias dicitur in l.3.D.de interd.& releg.

Quarto facit,quia licet ex iuris dispositione viri fortuna vxorem afficiat, cum tamen in pœnalibus personæ non ciuiliter,sed naturaliter inspiciantur,& designentur,non debet mulier suo priuari argumen. l.tutelas,D.de cap. minut. versic,ex nouis,vbi inquit Consul. non obstare capitis minutionem filio, vel matri,qui succedunt ex Senatus Consultis,quia Senatus consulta deferunt hæreditates per nomina naturalia,facit in simili,l.hos accusare,12.§.item nec lex D. de accusation. & in nostris terminis vltra relatos ab Azeued.tenent hanc sententiam Bal. & Alex. quos refert,& sequitur Tiraq.d.c.18.n.42.

47 Quæ omnia, licet omni dubio procul sic sint admittenda, semperque sit docendum vxorem mariti sui conditione teneri,aliquando tamen aliud obseruatur, vt vir vxoris nobilitate illustretur. paucis tamen in casibus, vt in mulieribus descendentibus à virgine illa Antona Garcia,quibus priuilegij loco datum est à Regibus Hispaniæ. vt qui eas vxores duxerint immunitate gaudeant, & à collectarum, & vectigalium tributis sint exempti, & immunes, vti habetur in l.31.cum 1.seq.tit.18.lib.9. nouæ collect.& nominatim tradunt Didac.Perez ad l. 6. glos. *que sea hijo dalgo*,tit.2.lib.4.antiqui ordinam.Otalor.tract.de nob.4.par.c.5.n.19.& Garcia,eodem tract.gloss.1.§.1. n.33.Azeued.in d. l.9.n.6.Ignatius Lassart.lib.de dec. vend.c.8.n.93.

48 Item & hic Salmanticæ in mulieribus, quæ dicuntur linages.seu de los linagies,quarum collegio communitati, item & singulis personis inter alia priuilegia, quæ eis fuere olim concessa. & hoc est, quod qui cum eis matrimonium contraxerint, tanquam nobiles in multis habeantur,quod quidem (vt aiunt)in viridi obseruantia est.Cuius priuilegij meminit Otalor.5.part.c.8.n.3.Didac. Perez,in l.6.tit.2. lib.4.ord.col.1379.Azeued.in l.9.n. 8. in fin. tit. 11.
49 lib.2. nouæ Recopilat. Idem † & plurimi & nostrates & exteri admittunt,in illis,qui vxorem duxerint Reginam,Ducem,Marchionem,aut Comitem,vt etsi iis eadem dignitate antea non gaudeant,propter matrimonium tamen Reges,Duces,Marchiones,& Comites appellentur, quod notanter in Regia admisit Bald. in c.significauit,36.n. 3. extra. de rescript.licet enim Regina nubens plebeio, non eum Regem faciat, quia alias essent duo Reges, vnde iuramentum fidelitatis;& homagium quod præstatur,per regnum debet præstari Reginæ,& non Regi marito suo, vti Neuizan.scripsit,consil.40.n.1. & obseruat Auil. in d. proœm.n. 14. item & quia regnum non potest alienari, neque in dotem dari, tamen coruscat hoc casu vir radiis vxoris.

50 Pro qua sententia adducit Bald.l.vn.ibi;Quos nostri lateris comitatus illustrat. C. de præpos. labor lib.12.cum vtrique nulla maior sit lateritas quam viri,& vxoris,qui consortio efficiuntur vna caro, sequitur Dec. in l.1. paulo ante fin. vbi etiam & Alc. verb.vxori, C.de edend. F. Purpur.in rub. eodem c. colum.2. Tiraquel.de nobil. c.18. n.39. late Paz.in proœm.ll.Taur.ex n.3.ad 20.& Auilem loco jam citato,ex n.1.ad 16.

Quæ sententia,etsi apud alios in opinione sit,apud 51
nos tamen iure nostro Regio Hispano indubitabilis est,ex l.9.t.1. par.2. vbi expresse id est constitutum, eum qui reginam vxorem duxit,Regē similiter esse appellandum.ibi: *La tercera razon es por casamiento,y esto es quando alguno casa cō dueña,que es heredera del reyno,que maguer no venga del linage de Reyes,puede llamarse Rey,despues que fuere casado con ella*, vbi recte cum aliis obseruat Gregor.Lopez verb.llamar.Quinimo eo casu, etiam Regni administrationem, matrimonio contract.a Regem habere notabat Rub.in tractat.retent.Reg.Nauarr.5.par.§.5.arg.d.l.9.ibi *Verdaderamente es llamado Rey aquel,que con derecho gana el señorio del Reyno*,coniunctis verbis supra proxime relatis,ibi la tercera,&c.enumerans enim lex quib. modis quis Regni dominium nanciscatur,& contractum matrimonij recenset,quo vir Regni saltim administrationē adipiscitur:Inducit etiam,l.3.ibi; *E si fuere su fija la que sea casada*,t.15.p.2. quæ lex per argumentum à contrario,innuere videtur,nupta Regina, regni administrationem ad maritū pertinere, cū cesset tutela,vel cura:& quamvis Gregor. Lop.in d.l.6.gloss.4.ad fin.Regnum Catholicorū sæculo, & ætate,aliter ordinatum fuisse referat & administrationem Regni ad Reginam tantum de iure spectare. Palacios Rub.opinio magis mihi probatur, qui video nō paucas leges,constitutiones, & priuilegia ab eis facta,& cōcessa id probare,vt communis eis Regni gubernatio fuerit,vti in d.l.Part.satis probatur.†Que 52
etsi non extaret idem hodie,consuetudine admittendum esset cum & Catholicus Rex Ferdinandus,qui Reginæ nostræ Elisabeth nupsit,item Christianissimus Rex Philippus Primus,qui Reginam Ioannam vxorem habuit Hispaniæ Reges fuerint cognominati cum antea ille Aragonum tantum,hic vero Archidux Austriæ esset, qui duo actus cum publici, & notorij, non solū in populo, verūm & toto Regno fuerint, consuetudinem induxisse non dubium est, iuxta ea quæ latè notantur per Bart. Ias.& alios in l. de quibus,D.de legib.vnde,& alij qui vxores Reginas duxerint,Reges dici proculdubio poterunt,quod merito matrimonij consortio,& coniunctioni tributum est.vt adducto loco tradit Auiles.n.15.

In inferioribus autem à Rege, vt Ducibus, Mar- 53
chionib. & Comitibus, etsi hoc ipsum admissum sit vt vir ex his nobilis efficiatur,& vt tunc non solum non amittat vxor nobilitatem si nubat plebeio, verum,& ipsius vir nobilis efficiatur, maximè si ea dignitas in dotem data fuerit,sicque tenuerit Rayner. non infimi nominis I.C. in tract.de nobil.in 16.q.5. quæstionis principalis, item & Tiraquel. dict.c.10. n.40.id tamen non est tam verum, iuris auctoritate, quam consensum ex capite,& ingenio Doctorum,vt bene aduertit Hostien.in cap. Raynutius, verb. de Clero, de testam.docens, ex facto & consuetudine, non de iure introductum fuisse,etenim propter matrimonium cum quacumque contractum, vxor efficitur de familia viri,non autem vir de familia vxoris,cuius caput semper est maritus, l. pronunciatio. 195.§.familiæ, D. de verbor. sign. Nec possunt ita detorqueri generales decisiones legum supradictarum, nisi alia lege, vel priuilegio nominatim ita prospectum fuerit.vti in casib.sup.relatis. An autem † consuetudine,statuto,vel priuilegio effici id possit 54
sic,vt quis vxoris nobilitate illustretur,& eius splendoris radiis coruscet,quamvis aliqui controuertant, dubium

dubium tamen non est,vt notanter docet Bart. in d. l.1.n.50.& n.62.vbi Plat.col.3. C. de dignit. lib.12. Afflict.in c.1.quis dicatur Dux, vel Marchio in vsibus feud.Dec.in c.nouit, n.37. de judic.& cum aliis Tiraquel. de nobil. cap. 10. ex num. 1. & cap. 18. n.22.

55 Igitur ex his quæ superius retulimus satis constituit (paucis in casibus exceptis quorum paulo ante meminimus)vxorem mariti sui conditione teneri,quod non tantum matrimonio constante erit admittendū,sed & vxore vidua jam facta, in memoria pristini,& anteacti matrimonij,arg.l.de Decurione,14.ibi, In memoriā prioris dignitatis,ff.de Decurion.& magis ex l.vlt.ibi:siue in priori matrimonio permanere voluerit,C.de bon. matern. vbi aliquo ex coniugib. defuncto superstes dum matrimonium secundū non celebrat,intelligitur durare in anteacto matrimonio, & ideo mulier ignobilis, quæ nobili Senatori,aut Doctori nupsit, mortuo marito, eisdem gaudebit priuilegiis,vt satis probat,l.vlt. C.de incol. li.10.& in l.mulieres,13.C.de dignitat.li.12.ibi; Dum viro vilioris conditionis nō nupserit,vbi latissimè prose-
56 quuntur Bartol.Platea,Pen.& reliqui,pro quib.† est expressa decisio Pauli.lib.1.sententiar.in l. filiis,22. §.viduæ,D.ad municipal.& de incol.his verbis. *Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ personæ per maritum factæ, sed vtrumque; aliis interuenientibus nuptiis permutatur*.docet Bar.in l.fin. n.2.vbi & alij,C.de verbor.signific. latissimè Otalor, de nobilit.5.part.cap.8.per tot.Tiraquel.dict.cap.18. n.38.Garc.illo eodem tract.gloss.1.§.1.n.4. Pinel.in dict.l.fin.n.4.C.de bon.matern. Azeued. in dict. l.9. vbi multa adducit.t.11.li.2.nou.collect.Reg. Paz.in proœmio leg.Tau.n.6.Auiles. vbi sup. n. 31. & qui elegantem distinctionem hac in re ex aliis tradit, omnino videndus. Barbos. in leg. quia tale, numero 25. D. solut.matrimonio, & qui illum videre potuit Cabed.Decision.Portug.par.decis.98. est expressus text. qui generaliter id docet, in leg.7. versi. *E aun despues que fuere muerto su marido la llamaran assi, si non casare con otro de menor guisa*, tit. 2. part.4.& in vxoribus nobilium factis viduis,& in viduis Senatorum,siue officialium Regiæ domus probat leg. 18. ibi. Y despues de su vida seguarde a las mugeres legitimas de ellos,t.14.li.6.no.collect.Reg. & in vxorib. monetariorum, siue officialium domus monetariæ,l.2.ibi;*Y que las dueñas viudas que fuessen mugeres de monederos*,tit.20.l.25.nou.Recop.l.25.ibi; *Mando que à las viudas mugeres de hijosdalgo, por declararse, que deuen gozar del priuilegio de su marido,no los llamamada*, dict.tit.11.lib.1.nou. Recopil.& apud Lusitanos lex Regia. lib.2.tit. 43. ad fin.
57 Ex inde Senatus † Parisiensis decreuit referēte Per. Costal.in d.l. fæminæ, D. de Senator. vxorem barbitonsoris examinati factam viduam, posse exercere officium per ministros,& famulos idoneos,quamvis non examinatos,iuxt.l.2.t.16. leg.1.t.17. lib.3. noui ordin. quam Senatus auctoritatem, & sententiam nouissimè defendit Azeued.in paraph.ad t.17. lib.3. nou.Recop.contra Fr.Auil.in d.proœm.sup.n.18.Senatum improbantem: quod idem & in viduis relictis Consiliariorum Parlamenti, & Auditorum Cameræ,vt scilicet non compellantur conferre quid in subsidiis,quemadmodum, nec durante matrimonio conferebant,Senatus Delphinalis decreuit,referente Guid.Pap.decis.379.generaliterque id l. Gallica statutum fuisse, vt viduæ maritorum priuilegia retineant.Henrici II.constitutione edita, anno 1548.retulit P. Matthæus ad decis. Guidon, jam relatam.
58 Quæ obseruatio eleganti † quidem juris ratione fundatur: nam quando alicui semel acquisitum fuit jus ex persona alterius,etsi illa persona deficiat,post quam sibi vel competit, perpetuo durat l. illud 4.§.si quis eum,& magis in l.si post mortem, 10.§. hi qui propter alias, ibi. Cum enim semel beneficio aliorum, ad id beneficium fuerint admissi, jam non curant petant illi,nec ne bonorum possessionem,D.de bonor.possession.contra tabulas. Vnde rectè vxores, quibus semel fuit concessum, vt maritorum nobilitatis priuilegiis gauderent etsi illi deficiant,durante viduitate,eodem jure fungentur.

Sicuti è contrario.idem erit etiam admittendum, 59
quo casu vxor nobilis plebeio, cui ignobili marito nupsit,vt vidua facta perseuerare cogatur, in infima illa conditione in qua fuit constante matrimonio. nec per viduitatem recuperet priuilegia generi, & sanguini concessa, quod non obscurè deducitur ex hac nostra l.edicimus.ibi:Non ambigat se sibi,& liberis præiudicaturam, & argumento à contrario sensu(quod in jure efficacissimum est,ex l.1.§.huius rei,D.de offic.eius cui mand.est jurisd.quam multis exornauimus in disputatione de mora, n. 132.) argum.d.l.fæminæ,D.de Senat.prout induxit Guid.Papæ,decis.349.& decis.380.vbi etiam citat Accurs.in l.cum te,10.gloss.1. Cod.de nup.& expendit d. leg. mulieres,13.Cod de dign.& C.de incol.in hoc vol, quibus rationibus motus Senatus Delphinalis referente Guid.decis.349.& dec.380.pronunciauit, mulierem genere nobilem viduam relictam vir ignobilis posse compelli ad solutionem collectarum,& tributorum quib. maritus tenebatur, & erat obnoxius propter generis ignobilitatem,quam mulierem contraxisse intelligitur propter matrimonium, ex hoc nostro text.& d.l. ingenuæ 5. quam Senatus auctoritatem retulit And.Tiraq.de nobilit. c.18. n.38. & P. Costar.in d. l. fæminæ. Qui tamen omnes magis debuerunt moueri ex eadem illa nostra l. edicimus ibi, sibi & liberis præiudicaturam, cuius ipsi mentionem non faciunt.Hancque opinionem jure communi verissimam esse contendo.

Iure verò nostro Hispano expeditum est, marito 60
ignobili viduā nobilem recuperare suam pristinam dignitatem,& antiquum nitorem,& collectorū, sed tributorum collectione liberari à quibus immunitatem consequitur, propter generis splendorem. Sic nuncupatim probat l.6.t.2.lib.4.antiq.ord.hodie l.9. t.11.lib.2.nou.collect.ibi;*Y sola muger hija dalgo casare con hombre que no sea hidalgo, mandamos que peche mientras viuiere su marido Pero si muriere el marido, despues de su muerte goze como hija dalgo.*

Vbi doctè aduertit Azeue.c.9. Quibus addendum
† est,& ex correlatiuorum ratione,& natura, quod 61
illis in casibus.in quib.mariti ignobiles vxorib. nobilibus illustrantur,quos supra ex n.47.retulimus,& in Rege, Duce,Marchione, & Comite, qui propter matrimonium,Reges,Duces,Marchiones, & Comites facti sunt,mortua vxore eadē dignitate eos gaudere debere,vt adhuc in eis duret honor,& splendor propter matrimoniū adeptus,arg.d.l.si post mortem, 10.§.si 1.D.de bon.possess. contr. tabul. quod quotidie obseruari in illis qui vxores duxerunt descendentes ab Antona Garcia,& vidui sunt facti,resoluit. Ioan.Garc.d.tracta.de nob.gloss.1.§.1.n.45.vnde Reges,Marchiones,& Comites, qui vxores duxerint. Reginam,Ducissam,Marchionissam,aut Comitissam, vxore mortua gaudebunt illis honoribus, & titulis quibus ante fruebantur. *Y assi solos podra tratar de magestad, o Señoria por palabra y escrito.* quæ est notabilis declaratio ad nouam pragmaticam *de las cortesias* à domino nostro Rege Philippo II.editam anno 1588. Octauo Idus Octobris, quamvis enim F. Auiles præcitato loco numero 11. in Rege id tantum admittat,propter d.leg.9. tit.1.par.2. Hostiens. tamen in d.cap.Raynunt.verbo,de Clero, de testam. non solum in Rege, sed & in aliis generali consuetudine vniuersaliter recipiendum esse probat, se-
quitur

quitur Tiraquell. in d. cap.18. n.40. Ioan. Garc. d.§. 1.n.45.

62 Superiori tamen illi obseruationi, qua notamus viduā nobilis, priuilegiis nobilitati cōcessis gaudere debere, in pristini, & anteacti matrimonij memoriam, omnino est addendum. Quod & eleganter obseruat Roman. in l.1 §.si vir, D. ad Syllanian. limitandam esse in vidua inhoneste viuente, quæ talia priuilegia non habebit per l.his solis, 7. versic. de cæteris, C. de reuocat. donation. quod vt receptissimum tradit Alex. in l.cū quædam puella, n.9. D. de iurisd. omn. jud. Hippolyt. in l.vn. n.55. C. de raptu virgin. infiniti adducti à Tiraquel. d.c.18. n.13. & 14. Auiles, in d. procem. n.36. Pinel. in d. l. fin. vbi Alexand. in addition. ad Bartol. C. de bon. matern. Ioann. Gracian. reg. 497. n.6. Azeued. in dicta l.9. n.5. t.11. lib.2. nou. Recopilationis, vbi est textus expressus, ibi: *Y otrosi, à las que huuieren sido mugeres de hijos dalgo, y mantuuieren despues castidad*, & in dicta lege 18. ibi: *Y despues de su vida se guarde à las mugeres legitimas de ellos, no casando y manteniendo castidad*, t.14. lib.6. nouæ Recopilation. quod apud nos omni dubio procul erit obseruandum, propter dictas leges Regias:

63 † quamvis Fulgos. in puncto juris contrarium verius crediderit, asserens priuilegium viduarum etiam inhonestis non denegandum quod in d.l. cum quædam puella, sequi videtur Decius, n.13. cuius opinio vt non omnino reiiciatur posset distingui inter famosam palam inhonestam, & eam, quæ non omnino caste viuit, illa enim notorie indigna non sine offensione reipublicæ priuilegiis frueretur. de hac autem consultius est inquirere, poteritque id iuuare ex doctrina gl. indistinguentis inter publicum, & occultum, in l.cum lege, in fin. verb. putant. D. de testamen. quam singularem dicit Imol. ibi Bald. in l.2. col.1. ad fin. C. de sentent. Felin. in c.testimonium, n.19. de testibus, idem Bal. in l.1. C. de secund. nupt. Lanf. de Orian. in c. quoniam contra falsam, verbo, exceptiones, in fin. de probation. Iasl. l.1. n.3. C. de testam.* Relinquitur ergo ex his juris indubitati esse, viduam, honeste tamen viuentem, prioris mariti priuilegiis frui, eiusque foro gaudere. Est tamen ea infrequens quæstio, & quæ apud inferiora, & suprema etiam tribunalia agitatur valde. Quis judex de qualitate huius jurisdictionis cognoscere debeat? Pone à seculare in ciuili, vel criminali causa, procedi contra viduam, & eius bona, à iudice autem priuilegii aduersus sæcularem inhibitorias litteras decretas, ne vlterius is in causa cognoscat, & si forsan Ecclesiasticus sit judex (vt apud nos Salmanticenses, penes quos ex jure & consuetudine Doctorum aliorumque scholarium vxores, etiam viduę, maritorum priuilegiis, & foro gaudent) excōmunicationis cōtra illū sententiā latam, donec causa ei remittatur, cuius judicis ea in re cognitio sit, si secularis forsan ad se pertinere contendat, eo quod vidua inhoneste viuat, Ecclesiasticus suam de ea re cognitionem esse. Verior sententia est priuilegij judicem ea de re cogniturum, ex his, quæ nominatim in proposito scribit Couarr. pract. c.35. ex n.1. Petr. Surdus. consil. 286. n. 10. volum. 2. Rota, in nouis. dec. 3. Petr. Cauallus, qu. crim. c.60. n.11. quibus fauet reg. tex. in l. siquis ex aliena, vbi nuncupatim post alios scribit Barbosa, ex n.111. idem in l.2. §. legatis, n.116. C. de judiciis, Rebuff. de priuileg. scholarium, priuileg. 179. Curt. Iunior, consil. 124. & sunt jura expressa, in l. 2. D. si quis in jus vocatus non ierit, in lege præscriptione, C. si contra jus, vel vtilit. publ. in c. super literis. vbi glossa, verbo, nisi de rescriptis, Clem. 1. eod. t. & in c. cum parati, de appellat. Sicque judicatum fuit in causa Dominæ Hieronymæ de Miño, incolæ Salmanticensis, viduæ quondam Doctoris Marci Diaz primarij juris ciuilis antecessoris, cum per viam querelæ, & violentiæ ad Pincianum senatum traducta. Decreuerunt enim Domini (actis de via ad aliam Aulam remissis) me inter eos suffragium ferente scholasticum judicem vim non facere, in non deferendo appellationi judicis secularij, causam scholastico remittendam decernentes, die nona Nouembris anno 1626.

Item & præterea est hac in re notandum, viduam 64
quæ secundo nubit priuilegia ex persona prioris mariti sibi concessa, & communicata amittere, maxime si secundus vir inferioris dignitatis sit, quod expresse probat, d.l. mulieres, 9. C. de incol. & C. de dignit. in hoc vol. ibi: *Si autem minoris ordinis virum, postea sortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ posterioris mariti sequentur conditionem*, d.l.7. tit.2. par.4. ibi: *E aun despues que fuere muerto su marido la llamaran ansi, si non casare con otro de menor guisa*, in d. l. 9. ibi: *Despues de su muerte goze como hija dalgo, saluo si casare otra vez con hombre, que no sea hidalgo*, t.11. lib.2. nouæ collect. vbi Azeu. n.6. F. Auil. in d. procem. n.36. Matienz. ad l.3. t.1. lib.5. nou. Recop. gl. 2. n.5. ante quos sic etiam voluit Bar. in l.quoties, C. de priuil. sch. lib.12. & in l. fœminæ, C. de secund. nupt. Felin. vbi Abb. Barbat. & cæteri Doctores, c. ex parte, 13. de foro comp. & cum Ioann. de Garron. qui plures adducit in rub. C. de secund. nupt. t. de pœn. sec. nubent. pœn. 4. hanc dixit communem sententiam Corset. in tract. de potest. Regis, quæst. 29. n.50. in fin.

Nec huic sententiæ aliquid oberit, quod popularj- 65
ter obiici posset eas leges quæ mulieribus secundo nubentibus huiusmodi priuilegia interdicunt nullas esse, vt quæ matrimonia, & nuptias remorantur, & impediunt, quæ ab omni impedimento liberæ esse debent, c. requisiuit, 17. c. Gemma, 29. de sponsal. l. Titia, 134. in fin. ff. de verb. oblig. l. 39. t.11. par.5. cum aliis relatis à Couarruu. in 4.2. par. c.3. §.7. n.5. quia in eis publica versatur vtilitas. arg. l.1. D. solut. matr. l. hoc modo, 64. in fin. D. de cond. & dem. l.1. versic. & generaliter, D. de vent. in poss. mitt. l. cum ratio, 11. §. si plures, D. de port. quæ liberis damn. præst. alias l.7. D. de bonis damn. l. in bello, 12. §. medio tempore, D. de capt. l.2. D. de jur. dot. l.2. prope fin. C. de ind. vidui. toll. & solo consensu perficiuntur, l. nuptias, 31. D. de reg. jur. c.1. c. cum locum, c. tuæ, c. tua de spons. c. sufficiat, c. hic quippe 27. q.2. c. tuas, de spons. duor. Adde vt neque summus Pontifex possit condere legem qua caueatur matrimonium, quandoque sine consensu constitui, quia quatenus matrimonium contractus est & consensum exigit, leg. 1. §. adeo, D. de pact. lege prima de contra. empt. leg. consensu, 2. cum seq. D. de obl. & act. exornat Couarr. in 4.2. par. cap.2. §.2. ex n.1. Matien. in Rubr. t.1. gl. vn. ex n.19. qui multa adducit lib.5. nouæ Recop. vnde cum superiores leges quibus cautum est, viduas mulieres, quæ secundas nuptias ineunt, honores à priori matrimonio habitos amittere, nuptiis impedimento sint, respuendas esse videbatur.

Nam & ego respondebo, quod etsi verum sit, lice- 66
re mulieribus nouiori jure Regio, & Pontificio, secundas contrahere nuptias, ex Apostolo, 1. ad Corinth. c.7. c. Euphemiū 2. q.3. c. pen. & vlt. de secund. nupt. l.3. tit.12. par.4. l.5. tit.1. lib.5. ordin. l.3. tit.1. lib.5. nou. Recop. vbi late Matien. & Azeued. Bart. & alij, in l.1. & seq. C. de secun. nup. Corn. Consil. 21. col. 3. volum. 1. late Ioann. de Garro. in d. l. 1. Conn. lib.8. comm. c. 7. n.4. Coras. lib.3. miscell. c.1. n.6. Couar. in
4.2. par. cap.5. §.9. n. 4. Hoc tamen lucrum, † seu pri- 67
uilegium viduis à lege concessum, propter matrimonium præcedens, ideo propter secundas amittitur nuptias, quia cessat ratio quare concessum fuit priuilegium quippè cessat matrimonium morte viri: cessat etiam fictio juris qua matrimonium durare fingebatur, propter viduitatem ad conseruationem honoris vxori quæsiti ex persona viri, vt in dict. l. fin. C. de bon. mat.

Vnde

68 Vnde non mirum si priuilegiū cesset causa eius cessante, vt in l. Athletæ, §.1. l. Geometræ, & l. idem Vlp. D. de excusat. tut. l. Titia Seio. §. vsuras, D. de lega. 2. l. filius à patre, §.1. vbi Imol. Alex. Aret. & Ias. D. de liber. & posth. cum aliis quæ adducit Tiraquel. tractat. cessante causa, 1. par. n.203. & sequent. mutatione enim personæ, quæ est immediata causa priuilegij, mutatur, & proinde extinguitur priuilegium. l. Paulus, vbi notanter Bartol. D. de acquir. hæredit. l. licitatio, §. vlt. D. de Publican. l. vn. C. de impon. lucrat. descrip. li.10. quorum jurium argumento sic expendit Bal. in rub. q. 4. C. de vsur. & cum aliis Tiraq. proxime relatus, n.210. Vnde hæc dici non potest pœna, & quamvis pœna improprie dicatur, neque jure Pontificio est antiquata, quia non in pœnam secundo nubentium est factum, sed ex natura contractus matrimonij est, vt vxor viri sui conditione teneatur, ex nostris legibus, & iis, quæ late supra retulimus. Alias limitationes superioris illius sententiæ quam supra n.53. deduximus. ex d. l. filij, 22. §. vidua, D. ad municip. & de inc. videbis per F. Auil. Burg. de Paz, & cæteros sup. relatos, iam ergo operæ precium est, vt quæ duo supra pro contraria parte induximus argumenta dissoluamus. * Illud vnum obiter superioribus valde affine adnotantes. Eos, qui quamvis vere nobiles non sunt, nec naturalia jura nobilis sanguinis habeat ea priuilegio, & indulgentia Principis nobiles creati sunt, item & eorum descendentes, qua de re priuilegiis, & immunitatis jure ciuili, & patrio, veris nobilibus concessis, vt nominatim tradit Bald. in l. si possideris, n.1. C. de probationibus, quem & alius refert Ioannes Garcia, de nobilitate glos.1. ex n.43. maxime n.50. & glos.35. ex n.5. Ioan. Gutierr. libro 4. pract. q.8. ex n.10. Mohædanus dec. Rotæ 34. Menchaca, de success. creat. lib.3. §.30. n. 292. qui nominatim resoluit, nobiles hos ex priuilegio posse insigniri sancti Iacobi stemate, siue (habito vt vulgo dicimus) item & aliorum ordinum Calatrauæ, & Alcantaræ, quod est valde commendandum.

Primum igitur argumentum pro ea opinione, adductum duo continebat; alterum quæ juris naturalis sunt immutabilia esse, sicque jure ciuili tolli non posse, item & nobilitatem juris naturalis esse, vt inde fieret Cæsarea, aut quamvis alia lege effici non posse, vt natiuæ suæ libertatis decus, & splendorem amitteret mulier, quæ abiectæ, & infimæ conditionis virum accepisset. Quale autem vtrumque sit videamus. Primo igitur discutiendum illud se offert, vtrum jus naturale sic sit immutabile, & fixum, vt nunquam jure ciuili possit abrogari. Qua in re omissis
69 infinitis † quæ interpretes nostri in d. §. sed naturalia, inst. de jure natur. gent. & ciu. & aliis in locis similibus jam sup. adductis, n.1. comminiscuntur, dicendum est, ius naturale immutabile, fixum, & perpetuo stabile esse, nunquamque posse violari, quod quidem (vt ego cum Connan. sentio,) hanc habet sententiam, vt non queat violari ea violentia, quam leges gentium, vel ciuitatum dignam animaduersione censent: nempe dicto, aut facto quod alteri noceat, juris enim gentium, & ciuilis hic est finis, neminem in pœnarum constitutione, vt offendamus. Igitur nullus populus, aut princeps vnquam fuit tam audax, & improbus, qui statuisset ius esse latrocinari, occidere, adulterare, falsa testamenta supponere, sed hæc & similia quod perniciosa sint, & sine graui alterius damno committi non possint, prohibuere suis decretis, per omnia naturali, vel gentium juri seruiendo, l. ius ciuile 6. D. de just. & jur. à quo si his in casib. recederet, jam non jus, non lex esset, sed belluina quædam traditio, & brutalis portentosa quædam sancio, l.1. versic. jus est ars, D. de justitia & jure. At vero, vt à promissis liceat recedere, in quib. nihil accessit nisi verba, in quibusque nullum detrimentum patitur is cui facta sunt, vt contrahentibus se mutuo circumuenire permittatur aliqua in re, & infinita huius generis, in quibus hominum institutæ solent conuenire; jus naturale, vel gentium justa subsistente pro publica salute causa non obseruatur. Qua in re, quia † toto vt aiunt cœlo nostrates aber-
rarunt meminisse perpetuo oportebit, his in casibus, 70
& aliis in exemplis, quæ paulo inferius subiungam, *iuris naturalis, aut gentium constitutionem populi, aut Principis auctoritate sublatā dici nō posse sed causa illa qua ob publicā vtilitatē communēque reipublicæ salutē ciuilis lex mouetur*, quæ naturalem etiam obligationem producit, l. cum ratio, 7. D. de bon. damnat. quæ cum sit contraria iurisgentium antiquis constitutionibus, dicemus ius gentium, aut naturale contrario naturali, vel gentium iure tolli, & immutari, vt notanter aduertunt Angel. in lege prima C. de iudic. Alb. in lege quoties, C. de prec. imp. offi. & insinuare videtur Decius in rubric. n.29. de appellat.

Quib. fauet insigne quidem, ac perpetuo memo- 71
riæ commendandum Papin. responsum in l. Stychū, 95. §. naturalis ibi; *Nam vinculum æquitatis quo solo sustinebatur conuentionis æquitate dissoluitur*, D. de solutio. vbi ingenue profitetur I.C. naturalem obligationem ex pacto ortam, non minus alia conuentione, aut iureiurando, quam pecuniæ numeratione tolli: ac si dixisset ius naturale, quod in promissorum obseruatione consistit, & eius æquitatem, alia etiam naturali ratione, posse violari, & tolli, quo similiter referenda mihi videtur altera Paul. sententia in l. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, D. de pact. illis verbis, *Pactus ne petere, postea conuenit, vt petere: prius pactum per posterius eliditur, &c.* Itaque cum videmus iuris naturalis, vel gentium traditiones ciuili lege immutandi, non Principis populive auctoritate, sed alia naturali regula quæ inest causæ, quæ legem ciuilem mouit violari dicemus.

Ecce enim vsucapio, rem à iustis dominis trans- 72
fert ad alienos, quod quidem periniquum est, si naturæ vocem exaudire velimus, quæ cum iubet, vt suum cuique tribuatur, tunc hoc maxime, ne quem
lædamus, † neque cum alterius iactura locupletiores 73
fiamus. Cic. li.3. offic. *Detrahere igitur*, inquit, *aliquid alteri, & hominis incommodo suum augere commodum magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis, &c. Honesta enim sunt intra* (vt apud Magnum Aurel. Cassiod. lib.9. variar. epist.3. Rex Athalaricus ad quendam patritium scribit (*per quæ nemo læditur, & bene acquiritur, quod à nullis adhuc dominis abrogatur*, neque iustum est augeri patrimonium locupletum per damna miserorum, & Lactant. in Epith. diu. inst. c.4. nam vt sibi quisque malit, quod ad vsum vitæ pertineat, quam alteri acquirere concessum est, non repugnante natura, illud vero natura non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, & copias augeamus. Nec vero hoc solum natura, id est iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri. Huc spectant insignes I.C. loci omnino sic intelligendi, in l. illicitas, 6. in pr. D. de offic. præs. l. cum ij, 8. §. si de alimentis, versic. sane. D. de transf. l. si quis absentis, 2. l. ait prætor. 3. §. pupillus, l. si pupilli, §. 6. sed si quis, D. de neg. gest. l. quod si minor. 24. §. Scæuola, D. de minor. l. plane, 38. D. de per. hæred. l. si eum seruum. 23. D. de rebus cred. l. naturaliter, 13. §. fin. iuncta l. nam hoc natura, 14. l. hæc condictio 66. D. de cond. in d. leg. si quis mancipiis, 17. §. fin. D. de inst. action. l. sed si seruus 3. §. si seruus. ff. de trib. action. l. emptorem, 12. §. ibidem, ait, versic. neque enim. l. Iulianus 14. §. sed cum in facto, in fin. l. bona fides, 50. D. de action. empt. l. sed

cum

cum ab hærede,12.ff.ad S.C.Treb.l.iure natura.206. D.de reg.iur.l.vlt.C.de vsucap. pro empt.c. suam 9. ext.de pœn.c.locupletari,47.de reg.iur.lib.6.& Regia lex Hispana.17.t.34. pàr.7. cum similibus aliis, quibus hoc & constitutum est, neminem cum alterius jactura fieri locupletiorem posse. Naturalis ta-
74 men † hæc lex in vsucapione, ob bonum publicum inducta,limitatur. quæ voluit vt non plus biennio, aut decennio,liceret res suas negligere,& deserere: qui secus fecisset rei neglectæ damno, vt mulctaretur,l.vn.C.de vsucap. transf.pr. de vsucap. Ex cuius verbis,ibi:Iure ciuili,viri docti putarunt lege 12.tabularum vsucapionem inductam, & à Romanis excogitatam fuisse:sed est verius ex Atheniensium jure depromptam,vt ex Plat.lib.12. de legibus Hotoman. in d.princ. enunc.3.probat. Bonoque publico inductam.Primo ob rerum necessitatem, & conseruationem,futurum enim erat, si res à dominis contemnerentur , nullo audente illas colere , metu ne euincerentur,perpetuo, vt sordescerent , & prorsus steriles redderentur.Deinde ob personas , vt metu, ne rebus suis priuentur negligentes domini cogantur rebus suis animum intendere & ex segnitie ad laborem prouocentur,quo respicit Plutar. in Solon. vbi refert,in negligentes,& segnes mulctam,& pœnam eum constituisse,& quod Gellius libro quarto, capit. 12. commemorat apud Romanos Censoria nota punitos,qui indiligenter agros suos coluissent, & passi fuissent vineas suas sordescere. Præterea inducta fuit vsucapio ob negotia ; vt aliquis esset lit si finis,l.fin D.pro suo,l.quidam 21.D.si cert. pet.quæ alias in republica graues essent si liberum esset rem per multorum iam manus peruagatam prætextu alicuius prisci,exoletique tituli vindicare, quare & ius Canonicum eam admisit,vt multis Felin.probat in Rubr. n.11. Alciat. n. 8. de præscript. & tract. de quinque pedum præsc.n.28.Pinel.in auth.nisi tricennale,n.34. C.de bon.mat. considerantque plura alia in proposito, Balduin.in prot. Inst. de vsucap. Vvesemb.in paratit l.D.eodem.Vacon. lib.1. declarat.c. 28.n.4.Pet.Greg.3.par. Syntagm. lib.40. c.11. Ergo quamvis naturæ lege nemo , vt cum aliena iactura locupletetur inducatur , lege tamen ciuili in vsucapione immutatur.Lex quidem dura , sed tamen non iniqua. neque enim potuit, vt dominorum in rebus suis conseruandis excitaret diligentiam, aut melius quicquam , aut aptius facere , quam si earum omittendarum metum ipsis iniecisset, quod fecit, in eoque ius naturæ non violauit , sed auxit: nam cum illo iure cuique res suas negligere liceret , hoc non tulit lex ciuilis , quod hanc singulorum negligentiam videret damnosam fore vniuersis, propter infinitas lites,& iurgia,quæ ex ea passim orirentur.Spectant etiam huc, & ea, quæ de obligationibus supra dixi, in quibus lex ciuilis multa iuri naturali addidit,nonnulla detraxit plurima immutauit , & in eo quodammodo ius illud naturæ violauit. Quod pro rerum humanarum necessitate faciendum fuit , vt hominum fraudibus , & malitiis occurreretur , est enim hęc vxor naturæ iustissima,& grauissima(*Salus populi suprema lex esto*) cuius meminit Cicer.li.3.de legib.qua voce audentiores facti legislatores. multa contra singulorum vtilitatem , pro publica salute adinuenerunt,quib. tantum abest , vt dissentiat , aut reclamet natura , vt dignos supplicio existimet eos, qui patritiis legib.non obtemperarint , vt inde iam constet ipsum ius naturale nunquam flecti,tolli,aut immutari , cum eodem ipsomet semper existente, prout saluti populi , quæ lex naturalis est , expedit, pro temporum vicissitudine statuant Principes.

Sed quorsum hæc de iuris naturalis abrogatione, tam lata disputatio?cum nobilitas ab eo non descendat,si de ea nobilitate,quam vxor abiecto,& infimo viro nubendo amittit,de qua & posterior argumenti primi pars est,extra chorum tamen nos saltasse neminem dicturum suspicor, cum satis è re fuerit , tritum,& vulgatum iuris axioma,obiectum discutere, ne si forsan eis nos disputationem missam fecissemus , difficultate superatos aliquis forte autumaret : qualiter autem illam dissoluerimus , vestrum erit (auditores optimi) iudicium,ad alia pergamus.

Occurrit ergo iam nobis aliud non minus quid 75
tortuosum,aut difficile, nobilitaté iuris naturalis esse,ex §.fin.Inst.de l.agnat. tut.l. ius agnationis , 34. D.de pact.l.iure sanguinis,8.D.de reg. iur. cum aliis vbi supra adductis,quibus jura sanguinis,& nobilitatis ex iure naturali fluere,non obscure probatum est, coniunctis aliis externorum hominum testimoniis iam relatis. Proph Deum immortalem,quá se nobis iam latissimus diuagandi campus, si vela ventis dare vellemus offerebat,in quo omnes philosophicæ rationis,& causæ inuestigatores,defecisse hactenus creditú est,totque sunt placita,& sententiæ,quot capita (vt dici solet) dum enim, & Græci , & Latini dissentiunt circa veram nobilitatem , iuxta eius originem eos esse discordes,quid mirum? nos vero, quia integri extant hac de re tractatus, & disputationes, quas & nostrates, & exteri ediderunt , quibus veram eius originem,diuisionem,definitionem,& partes, laxioribus pagellis prosequuntur,paucis agemus,illorum hominum tantum opiniones recensendo , quæ & veritatis magis adhærent , & ex quibus propositæ argumentationis vera solutio fluat. Quæ , vt statim constat,nobilitatem trifariam considerari posse contendimus (vt sic innumerosas sententias , in quas & ab antiquioribus, & neotericis itú est breuiter perstringamus) aut enim nobilitas animi est, aut naturæ aut fortunæ,sic,licet sub aliis verbis,Bart. in l.1.ex n.14.maxime n.24.D de dignit. lib.12.Penna, in l.mulieres 13.ex n.3.illo tit,Clyron.in princ.tract. de nob.Mexia,in suo nobilit.c.4.lib.1. huc referenda sunt,quæ late infinitos referendo, scripserunt Tiraq. de nobil.ex c.1.Otal.eod.tract.2.par.c.4.ex n.1. Ioan. Garc.vir quidem satis diligens,& doctus, illo etiam tract.glos.7. ex n. 17. Vtra † harum autem præstan- 76
tior sit,nemo est,qui non videat,quantum enim anima corpori præstat , quantum Sol Lunæ , & cæteris syderibus antecellit tantum illa nobilitas posterioribus præcurrit , quæ solius animi est , quæ & veræ nobilitatis nomen meretur,aliæ adumbratæ, & fictitiæ.Recte enim Euripides Græcus nobilem esse dicebat , non eum qui majoribus longo jam tempore bonis natus esset ; sed eum , qui vir, bonus esset qui vero non justus esset , licet à patre meliorem quam Iupiter genus deduceret,ignobilis ei censebatur.Alter similiter Græcus Phalaris,de nobilitate sic proferebat. *Ego præter virtutem nullam agnosco nobilitatem, reliqua vero cuncta fortunam existimo. Nam humili genere natus Regum,& omnium hominum nobilissimus fieri potest,contra aliquis parentibus bonis ortus,malus euadere potest,ac vilissimis quibusque ignobilior, glorieris itaque de laudibus animæ,non de maiorum nobilitate in obscuriori parte iam extincta.* Item , & Democritus hominum nobilitatem in morum bonitatem sitam esse existimabat.Ex Latinis etiam præter Senec. qui epist. 44. generosum illum aiebat, qui ad virtutem erat à natura compositus. Iuuen. Sat. 6. nobilem fieri pulchrius quam nasci putat sic,

Malo Venusinam,quam te Cornelia mater
Gracchorum,si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium,& numeras in dote triumphos.

Et Auson. Gallus in Solonis sententiis.

Pulchrius multo parari quam creari nobilem.

Et cæteris elegantius Boët.Metro.6.lib.3.

Quid genus & proauos strepitis?
Si primordia vestra.

Auctoremque Deum spectes.
Nullus degener extat
Ne vitiis peiora fouens
Proprium deserat ortum.

Et strofa.

Non ebore,& gemmis,non auro vera paratur
Nobilitas;aliquid maius habere decet.

Est igitur eorum omnium qui veriora sentiunt , concors & simultanea ea sententia,& opinio,veram animi esse nobilitaté, hancque merito maioris cæteris habendam,vt qua vna & reliquæ parantur.

77 Nam vt bonorú placet multis triplex esse genus , quod ipsum subtili quadam ratione vnicum potest se probari; quod ea quæ corporis,vel fortunæ bona creduntur non semper bona sunt , sed exitiosa plerumque, ni animi imperio regantur,tam nos tamé ad ea temere,& cæco turbide affectu rapimur, quæ gradum postremum obtinent , vt humanarum rerú non ita peritis infima hæc quam diuina illa,quæ ab animo proficiscuntur,& meliora esse, & potiora videatur.Sic in nobilitatis natura nó multo secus accidit,ná cú origo vera eius ex animi virtute sit ducta, sic tamen interdum à quibusdá constituitur,vt maca possit,atq.adeo nulla videri,nisi quasi virtutis ipsius præsidiis septa,munusculis sit Fortunæ vndique circumuallata.

78 Potior igitur est hæc animi,quę in virtute consistit nobilitas,solidior multo stabiliorque cęteris quæ ab eius animo,cui semel insederit,nulli quidé, aliquibus,nec municipalibus,aut patriis legibus potest, vt insinuare etiá videtur Bart,in d.l.1.n.25.C.de dign. lib.12.Quamquidem vxoré amittere,quamuis ignobili viro nubat non posse,dubitare fas non est,cú ad ea,quæ animo & intellectu consistút,legis potentia, aut virtus trahi non possit,neque lex dici possetquę id,si sub eius esse ditione statuisset,sed portentosa, aut belluina quædá sanctio,aut constitutio,vt paulò ante in derogatione primæui juris gentiú(vt nos dicimus)notabamus, vnde de hac oppositum argumentum non esse accipiendum plane constat.

79 Item nec de alia , quæ naturalis est , ipsis hominibus,adhuc nascentibus insita,vt corporis bona temperies (quam maximam nobilitaté notabat Soctates)elegans forma, strenuæ vires,bonus,validusque salutis habitus, quam similiter leges ciuiles remotari non posse certo certius est.

80 Est igitur altera nobilitas,ab infinitis,vt præstátissima omnium habita,quæ ex maiorum famosis imaginibus orta industrię nostræ sudore,absque,& puluere (quod aiunt) alieno,toto labore, & sanguine parta est:quá pro vera nobilitate coluerunt plurimi, maximè si opibus,& diuitiis esset exornata,à quibus omnem nobilitatem pendere sunt arbitrati.Simonides enim interrogatus,nobiles qui essent?respondisse fertur,qui maioribus longo tempore diuitibus natus fuisset: *Nec aliud nobilitatem esse* (ait Plutarchus) *quam opes antiquas,aut veterem gloriá* quos & alios, esse irridendos esse, dum de vera nobilitate disputamus,dubium non sit ex superius relatis,& aliis quę congesserunt Steph.Beleng.in volum, sententiar. §. nobilitas Octau.Mirand.lib.illust.Poetar. pag.494. latius cæteris,item,& elegantius Iac.Tap.Aldan.lib.
81 1.de triplici bono,& vera homin.nobilit.ferè ex pr. & lib.4.iuxt. fin. † Quando ciuile tamen,& politicum statum sectatij tátummodo(si vera loquamur) qui diuitiis abundant nobiles habentur,æquiparantur enim honori is verior sit quem malis)amplissimę facultates ab Vlp.in l.1.D.de cust.reor.in l.rescipto,6.in pr.D.de muner.& honor.in l.ad subeunda, 45.C.de Decur.lib.10.in leg.nec venditio.1.Cod.de præd.decur.sine dec.

82 His igitur nobilibus , qui genere, & opibus sunt insignes,plurima quidem concessa,à patriis,& municipalibus legibus sunt priuilegia (quæ quidem vituperanda non sunt, si modo illis tales sint,qui eorum se præbere velint similes qui spatiosa hæc laudis insignia,& ornamenta generis familiæ suæ primum intulerunt) immunitates , exemptiones , & libertates: vt relatus Græcus Euripides aiebat , his verbis. *Superflua est oratio nobilitatem si mortalem laudauerimus,Olim enim cum primum nati sumus & mater tellus omnes formauit omnibus consimilem largita est faciem, peculiare nihil habemus. Sed vna generis eademque origo, nobiles, ac ignobiles produxit.Tempus autem legibus arbitrariis nobilitatem efficit magis gloriosam*,cuius nobilitatis priuilegia.illi omnes quorum supr. numero 17. meminimus , late sunt prosequuti. Ea igitur , non ipsam nobilitatem , idque ex natura ipsius actus vxor amittet , si viro infimo , & abiecto nupserit,nec mouere debet.jura sanguinis aboleri nó posse iure ciuili , vt latius supra namque dicendú est nobilitatem, & sanguinem minimè tolli, sed tantum illa priuilegia, quæ ex Principum liberalitate, aut legis ciuilis dispositione illis nobilibus conceduntur , quæ cum à lege ciuili sint contraria,lege ciuili poterint suspendi,& remorari.†arg.l. cum lex 47. D. de fideiuss.l.eas obligationes,8.D.de cap.dim. & ex insi- 83
gni,§.quod autem,Inst.de cap.dim.vbi maxima capitis diminutione,non cognationem,sed eius ius perire docuit Inst.inibi rectè notáte Acc.verb.cognationis, admonet Bar.in l.fin.§.fin. D.rem rat.hab.cuius meminit Dec.in l.pacta quæ contra.n.3.C.de pact. optimè explicat Rebar. & Fab.in d.l.jura sanguinis,Rober.lib.1.recept.lect.c.30.Cæsar Cost.lib.1.var.ambig. c.30.Vnde ex eis iá constat,nubente illustri,& nobili muliere abiectæ, & infimæ conditionis viro, eius nobilitatem,non vtique tolli,sed obscurari,obumbrari,& tanquam nebulis,& quadam caligine aspergi,& sic jam dissoluitur primum argumentum.

Alterum vero non tam difficiles explicatus habet, 84
siquidem apud omnes hactenus receptum est, filios semper patris sui conditionem sequi , non matris,vt prior illius argumentationis pars probauit idque non solum in naturalibus,verum & in legitimis tantum: quare si ex nobili matre,obscuro autem & infimo patre liberi nati sint, ignobiles erunt,vt post alios voluit Bal.in l.fi.C.de seru.fug.& in l.2.col.2.C.de iure emph.& in l.liberos,D.de Senat. cum infinitis aliis , quos late,more suo congerit Tiraq d.tract.c. 15. per tot.& c.18.n.20.Pal.Rub.in rub. de don.inter, §. 32. O §.32.Otalor.de nob.2.p.ex n.4. expresè in l.3.tit. 21.p.2.ibi; *Mas si naciesse de hijo dalgo,y villano no tuuieron por bien, ni por derecho que fuesse contado por hijo dalgo,&c.* vsque in fin.Conducit etiá l.9. tit.11.lib.2. nou.Recop.junct.ibi obseruatis ab Azeu, n. 7. illustrat Padill.in leg.naturalis , in princ.n.7.D.de præsc. ver.P.Plaza,lib.de delict.c.1.nu 23.Ant. Gom.& alij qui ad leges Tauri scripserunt,sub l.79.n.6.alios retulit Barah. in add.ad Palac. Rub. §. 32. sub sub lit.B. *Idem Otal.d.2.p.3.p.c.8.n.2.Io. Garc. de nob.gl.12. nu.85.Ioseph.Sesse,dec.2.num.15.& videbis l.1.C.de lib.caus.l.D.Marco,C.de quæst.

Cuius rei duplicem rationem assignat Bal. proxi- 85
mè relatus.Altera est,quia mater, quoad dignitatem, & honorem spectat,cedit viro, ex d.l.mulieres, C.de in col.lib.10.& C.de dign.lib.12.& nostra ista disputatione, ergo,& partus eius , patet consequentia,quia cum pater sit ignobilis, mater quoque ex eius matrimonio sit effecta& ipsa ignobilis,filius ex eis ignobilis similiter erit.Deinde , & id etiam esset admittendum, & si mater nobilis,nuptiis cum plebeio contractis,nobilitatem retineret,quoniam cum nobilitas sit dignitas quæ iam à parentibus deriuata,quæ dominatur à potentiori causa, vt notat idem Bal.d.l.fin.nu.4. c.de seru.fug.potentius autem sit principium effecti-

uum,quod in generatione,omnium consensu,vir prebet, quam materia ex muliere tradita, cum omne agens nobilius patienti sit;recte fit filiũ à patre non à matre virtutem habere oportere.Vnde idẽ Bal.in d.l.liberos,in eos qui matrum nobilitate gloriantur inuchitur,quos & reprehendunt Hostiens.Io.Andr. Panor.& alij.in cap.Rayn.verb.de Cleta,de testam. quasi iniusti,& impudenter hi fastu quodã superbię sibi cognomina matris ascisceãt,quia sint patrib.nobiliores, ex eo arbitrantes nobilitatẽ sibi comparari,† & Dominic.in cap.statutum,in 2.de hæret.lib.6. col.2.notabat,filium arma,& insignia familiæ paternæ,non maternæ portare debere † quibus adstipulari videtur antiqua Ægyptiorũ lex,qua nullus ex eis genitus spurius habebatur,etiã si ex ancilla,aut serua natus esset,teste Diod.lib.1. solum enim putabãt patrem esse generis auctorem, matrem nutrimentũ & locum infanti tantum præbere dicebant, † quod Ægyptios ab Hebræis accepisse existimo. Etsi enim valdè inter omnes naturalis Philosophię sectatores controuersũ sit,num fœmina in hominis generatione aliud agat,an veto nihil agendo, puram, & solam materiam subiciat,& ministret,hæcque in re tã varia sint placita,& sententiæ,vt potius auctores veritatem occultare videantur,quã quod certo,& pro indubitato sit tenendum docere cupere,illud tamen in primis certissimum est inter eosdem naturæ Hebræos inuestigatos:fœminã in fœtus formatione, nec habere vim procreantem,aut efficientem,ne aliquid agere,aut emittere,solũque id quod,masculus emittit recipere, fouere,disponere,dirigere, & tandem calore proprio(ne masculi seminis natiuus deperdatur)illud conseruare, quæ est potissima causa, quare ipsi in suis genealogiis texendis (quod hæc gens,vt ipsum totah.seruabant) virorum sẽper,fœminarum nunquam mentionem faciebant(id,quod & ad caput Matthæi, 1.obseruant interpretes.)Nec defuit è nostratibus Latinis aliqui doctissimi viri,qui huic opinioni tanquã certissimæ,& verissimæ adstipulentur,inter quos vobis referam præter Paul.Soc.in.lib.8.metaph.q.16.Theophr.Paracelf.lib. suo,de secret. vas quoddam docentem effingere, quod semen vtile receptum arte calore innatum,conseruare,& fouere valens,eo vsque quoad tempus dispositionis necessariæ ad animæ è cœlo infusionẽ accedat,& tandem ab anima mundi,vt dicit Plato,seu,vt nos, à Deo Optimo Maximo,in corpus infundatur, paulo ab hac sententia discedit,inter Græcos,Arist. lib.de gener.anim.per plura c.& præcipue,lib.1.c.2. & c.20.& lib.2.c. 4. vbi virum solum efficientiã in fœtus formatione præstare,mentiquam autem fœminam, sed solam exhibere materiam, aperte asserit, quam sententiam etiam tuetur Auer.ex Arabib.lib. 2.Colliger.& Auic.lib.9.de anim.c.6.Ire ex nostris Latinis D.Thom.lib.3.sent.dist.3.q.7.q.1.

90 Quamquam non reiiciant cum Hippocr. lib. de nat.infan.& Gal.lib.de sem. & lib. de fœt.form.omnes fere Medici tam Græci,quam Latini,asserentes, fœminam in fœtus formatione, non solum seminis virilis substantiã fouere,materiam è sua ministrare, sed & semen emittere,ipsique actiuam virtutem, & agentem facultatem inesse, quod si non ita præstãtius,& fœcundius,vt maris semen existit, esse tamẽ prolificum,fœcundum,& vim effectiuam habens,vt inter alios tenet Dyn.Flor.in comm.lib.Auice.de generat.cum Iac.Forlin.& Io.Fernel.lib.7.de hom.procreat.c.6.& lib.1.de abdit.rer.caus.c.7.& Franc.Vall. lib.1.controu.c.6.& fere omnis turba,& schola Medicorũ,quorum rationes,& aliarum opinionum solutiones,cũ nostri præcipui instituti non sit,hic referẽdo non immoramur,satis ipsa veritate contenti, & vos ad auctores jã citatos,suis in locis remittendo, ne forsan eorum aliquis vulgatũ illud mihi obiiciat,ne vltra crepidã sutor,quod tamen ego in bonarum litterarum cognitione, qualis est hæc,nunquam admisi, cum illi qui docti hominis cognomẽ nauare cupit,alienum nihil videri debeat.

Ad Bal.igitur vt redeamus,in d.l.fin.C.de seru.fug. qui his occasionẽ dedit,iam iam aperte,ni fallor,vtcumque res se habeat auditis, qua ratione filius non maternam, sed paternam potius conditionem sequi debent, cuius rei veriſſimam hanc esse arbitramur, 91 quam & nos alius quam alij fecerint ostendimus.

Nec tunc nobis scrupulum aliquem iniicit vulgatum alterum axioma,in finali argumentationis parte adductum,ex d.l.partum,7. C. de rei vendic.cum similibus jam relatis quo partũ matris conditionẽ semper sequi satis probatum est.Quoniam id aliam non quidem minus elegantem habet rationem quæ tota ex libertatis fauore fluit,† cuius gratia plura in 92 jure contra strictam disputationem constituta esse non ignosci,scripsit Vlp.in l.generaliter,24.§.siquis, D.de fideic.liberr.& alter.I.C.in l.si ita scriptum,36. & in l.si ita fuerit,41.D.de manum.test.l.inter pares, 38.D.de re jud.l.libertas,122.alias 165.& in l.quoties dubia,21.D.de reg.iur.l.1.C.de seru.pign.dat.man.l. vn.C.de comm.seru.mand.§.fin.Inst.de donat.l.2.tit. 22.par.4.l.3. tit.5.p.5.Sicque partus matrem potius, quam patrem sequitur,quia mater,quod ad statũ ingenuitatis,vel seruitutis causam attinet,partui pluribus temporibus accommodari potest in nascendo la partui libertate, quam pater ipse. Si† enim mater, 39 vel partus,vel conceptionis,vel medio tempore,dũ ventrem tulit libera fuerit,partus quoque sit liber,vt Mart.probat in l.& seruorum,5.§.ingenui,D.de stat. hom.à quo habuit Inst.in §.sed & siquis,de ingen.id quod non est in patre,in quo vnicum tantum tẽpus, nẽpe generationis,considerari poterat,quia illo solo tempore pater est causa potentior,& effectiua(vt supra audiuimus.Itaque siue quæ serua concepit,& gestauit, libera pariat (vt Aretcusa illa, de qua Triph.in l.Aretcusa,15.D.de stat.hom.)non dubium est quin liberũ pariat,siue quæ serua concepit prægnatis manumissa est,antea partum iterũ in seruitutem redacta, siue libera concepit,& serua postea sẽper fuit, liberum enim hæc quoque pariet,quia nõ debet calamitas matris ei nocere,qui in vtero est,vt aiunt Mart.& Iust.Quæ tria tempora Paul.lib.2.sẽtent.25.complexus est his verbis.*Si serua conceperit,& postea manumissa pepererit, liberum parit,id enim fauor libertatis exterſit.Si libera conceperit,& ancilla facta pepererit liberum parit,id enim fauor libertatis exposcit.Si ancilla conceperit,& medio tempore manumissa sit,rursus facta ancilla peperit, liberum parit, media enim tẽpora libertati prodesse,non etiam nocere possunt* Qua in quæstione etsi inter veteres prudentes dissidiũ fuerit id autem crebriori calculo receptũ libertatis fauore fuit,& à Iust.probatũ,in d.§.sed si quis,& notat Hotom.lib.4.obser.c.3.Id veto, quod de medio tempore docemus,intelligere oportet de seruitute, quæ iure tantũ ciuili introducta est,veluti si se participandi pretii causa,vendi passa sit,non si iure gẽtium serua esset,vt potè bello capta,tunc enim satis constat natum in eo statu filium seruum existere, quemadmodũ in Seruio Tullio vsu venit,cuius mater Ocrisia Regij sanguinis mulier bello à Tarquino Romanorum Rege capta, in seruitute peperit,vnde Sergius denominatus est,quasi dulios, vt ait Diod. Neque hac sententia retenta aliquid oberunt leges in contrarium adductæ,quę cũ de filiis natis ex seruilis conditionis mulieribus loquantur,vt ex eis cõstat,& latè sup. obseruauimus, ad eandẽ distinctionem planè sunt referendæ.Quibus ex tẽporali hanc disputationi,finis accedit.

ANT.

ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

In Salmanticensi Academia Iuris Ciuilis Antecessoris,

DISPVTATIO TERTIA.

De Iudicialibus *Iudicium sisti*, & *Iudicatum solui*, satisdationibus.

In qua è media antiquitate penetralibusque veteris iurisprudentiæ Romanæ rebus petitis, & discussis nouum ius Hispanum accedit.

In petitione perpetuæ Cathedræ Digesti Noui, ad exornationem,leg.si ante acceptum, 7. D. Iudicatum solui, Cathedræ petitoribus ab Academia assignata.

SVMMA RERVM.

1 *Satisdationes in iudicio qua ratione, præstentur.*
2 *Satisdationis iudicio sisti originem,progressum,& potestatẽ,qui explicẽt.*
3 *Vocatus in ius ni iret, obtorto etiam collo rapi, & inuitus trahi poterat, antestatione tamen prius facta.*
4 *Vocare in ius non citare significat,sed reum ad tribunal Prætoris trahere Cotra Ioann.Robert.& Ioan. Baud.*
5 *L.sed & si is, 27.D.de in ius vocando, leg.si quis ex aliena.5.D.de iudiciis.*
6 *Vocatus in ius ne eat, vadimonium præstare oportet: & quare vadimonium dictum,quod à vocato in ius præstatur.*
7 *Vocatus in ius nisi satisdet aut immobilia possideat Hispano iure in carcerem detruditur:nec extrahi inde potest, nisi præstitis fideiussoribus, de la Haz.*
8 *Iudicatum solui stipulatio, quid contineat:& eius formula, remissiue.*
9 *Iudicatum solui stipulationem,qui præstare teneantur, & infrà num.*
10 *Iudicatum solui stipulationem nõ præstat procurator, cum dominus in mandato eam interposuit.*
11 *Iudicatum solui satisdatio ea tabellionũ stylo omnibus adiicitur mandatis.*
12 *Iudicatum solui satisdatio à domino interposita quãdo non teneat procuratorem ab onere satisdandi.*
13 *Satisdandi ab onere quis liberetur.*
14 *Iudicatum solui Hispalionis tres clausulæ,de re iudicata. De re defendenda.De dolo malo.*
15 *Clausula de re iudicata vis, & potestas.*
16 *Iudicatum accipere debemus ab eadem iudice non ab alio,& infrà num.98.*
17 *Clausula de re defendenda, quid comprehendat.*
18 *Clausula de dolo,quid in hac stipulatio ne contineat.*
19 *Procurator quis sit,& quatenus à defensore differat, & num.84.*
20 *Cognitor quis, & quale hodie earum officium.*
21 *L.si ante acceptum iudicium,7.D. iudicatum solui : eius auctor,& vera lectio animaduersa.*
22 *L.si ante acceptum, summa, & Accursij,ac Caroli Argumenta contra eam,vsque ad num.30.*
30 *Accursij prior ratio ad hanc legem,reprehenditur ex num.32.*
Iudicatum solui stipulatio corrũpitur procuratoris causa mutata,& latè sequentibus numeris.
31 *Mutatio forme totam rem perimit.*
33 *Accursij secunda ratio ad hanc legem conuincitur, num.seq.*
35 *Lectio huius legis ex Angelo Politiano,& Gregorio Holoand.qua tamen reiicitur,num.36.*
37 *Alberici ratio ad nostrum textum,& eius reprehensio.*
38 *Vera ratio Responsi Caij.*
39 *L.si defuncto 15. D. de procuratoribus, & numer.67.*
40 *Iudicatum solui stipulatio iudicij preparatorium est.*
41 *preparatorij ad preparatum quando argumentũ valeat & in iudiciis,& contra fiscum.*
42 *Mors quoad voluntatis reuocationem minus, quam expressa voluntas operatur.*
43 *Iudicatum solui stipulatio facile rem non integram,si Dominus qui satisfecit idoneus fideiussor est.*
44 *Iudicatum solui stipulatione interposita,potest procurator expresse reuocari contra Bartol.& numer sequentibus.*
47 *L.Titius,76. D.de procuratoribus procurator causa cognita, lite etiam contestata, potest reuocari : & numero 72.cum sequentibus.*

uum,quod in generatione,omnium consensu,vir prebet, quam materia ex muliere tradita, cum omne agens nobilius patienti sit;recte fit filiũ à patre non à matre virtutem habere oportere.Vnde idẽ Bal.in d.l.liberos,in eos qui matrum nobilitate gloriantur inuchitur,quos & reprehendunt Hostiens.Io.Andr. Panor.& alij.in cap.Rayn.verb.de Cleta,de testam. quasi iniusti,& impudenter hi fastu quodã superbię sibi cognomina matris ascisceãt,quia sint patrib.nobiliores, ex eo arbitrantes nobilitatẽ sibi comparari,† & Dominic.in cap.statutum,in 2.de hæret.lib.6. col.2.notabat,filium arma,& insignia familiæ paternæ,non maternæ portare debere † quibus adstipulari videtur antiqua Ægyptiorũ lex,qua nullus ex eis genitus spurius habebatur,etiã si ex ancilla,aut serua natus esset,teste Diod.lib.1. solum enim putabãt patrem esse generis auctorem, matrem nutrimentũ & locum infanti tantum præbere dicebant, † quod Ægyptios ab Hebræis accepisse existimo. Etsi enim valdè inter omnes naturalis Philosophię sectatores controuersũ sit,num fœmina in hominis generatione aliud agat,an veto nihil agendo, puram, & solam materiam subiciat,& ministret,hæcque in re tã varia sint placita,& sententiæ,vt potius auctores veritatem occultare videantur,quã quod certo,& pro indubitato sit tenendum docere cupere,illud tamen in primis certissimum est inter eosdem naturæ Hebræos inuestigatos:fœminã in fœtus formatione, nec habere vim procreantem,aut efficientem,ne aliquid agere,aut emittere,solũque id quod,masculus emittit recipere, fouere,disponere,dirigere, & tandem calore proprio(ne masculi seminis natiuus deperdatur)illud conseruare, quæ est potissima causa, quare ipsi in suis genealogiis texendis (quod hæc gens,vt ipsum totah.seruabant) virorum sẽper,fœminarum nunquam mentionem faciebant(id,quod & ad caput Matthæi, 1.obseruant interpretes.)Nec defuit è nostratibus Latinis aliqui doctissimi viri,qui huic opinioni tanquã certissimæ,& verissimæ adstipulentur,inter quos vobis referam præter Paul.Soc.in.lib.8.metaph.q.16.Theophr.Paracelf.lib. suo,de secret. vas quoddam docentem effingere, quod semen vtile receptum arte calore innatum,conseruare,& fouere valens,eo vsque quoad tempus dispositionis necessariæ ad animæ è cœlo infusionẽ accedat,& tandem ab anima mundi,vt dicit Plato,seu,vt nos, à Deo Optimo Maximo,in corpus infundatur, paulo ab hac sententia discedit,inter Græcos,Arist. lib.de gener.anim.per plura c.& præcipue,lib.1.c.2. & c.20.& lib.2.c. 4. vbi virum solum efficientiã in fœtus formatione præstare,mentiquam autem fœminam, sed solam exhibere materiam, aperte asserit, quam sententiam etiam tuetur Auer.ex Arabib.lib. 2.Colliger.& Auic.lib.9.de anim.c.6.Ire ex nostris Latinis D.Thom.lib.3.sent.dist.3.q.7.q.1.

90 Quamquam non reiiciant cum Hippocr. lib. de nat.infan.& Gal.lib.de sem. & lib. de fœt.form.omnes fere Medici tam Græci,quam Latini,asserentes, fœminam in fœtus formatione, non solum seminis virilis substantiã fouere,materiam è sua ministrare, sed & semen emittere,ipsique actiuam virtutem, & agentem facultatem inesse, quod si non ita præstãtius,& fœcundius,vt maris semen existit, esse tamẽ prolificum,fœcundum,& vim effectiuam habens,vt inter alios tenet Dyn.Flor.in comm.lib.Auice.de generat.cum Iac.Forlin.& Io.Fernel.lib.7.de hom.procreat.c.6.& lib.1.de abdit.rer.caus.c.7.& Franc.Vall. lib.1.controu.c.6.& fere omnis turba,& schola Medicorũ,quorum rationes,& aliarum opinionum solutiones,cũ nostri præcipui instituti non sit,hic referẽdo non immoramur,satis ipsa veritate contenti, & vos ad auctores jã citatos,suis in locis remittendo, ne forsan eorum aliquis vulgatũ illud mihi obiiciat,ne vltra crepidã sutor,quod tamen ego in bonarum litterarum cognitione, qualis est hæc,nunquam admisi, cum illi qui docti hominis cognomẽ nauare cupit,alienum nihil videri debeat.

Ad Bal.igitur vt redeamus,in d.l.fin.C.de seru.fug. qui his occasionẽ dedit,iam iam aperte,ni fallor,vtcumque res se habeat auditis, qua ratione filius non maternam, sed paternam potius conditionem sequi debent, cuius rei veriſſimam hanc esse arbitramur, 91 quam & nos alius quam alij fecerint ostendimus.

Nec tunc nobis scrupulum aliquem iniicit vulgatum alterum axioma,in finali argumentationis parte adductum,ex d.l.partum,7. C. de rei vendic.cum similibus jam relatis quo partũ matris conditionẽ semper sequi satis probatum est.Quoniam id aliam non quidem minus elegantem habet rationem quæ tota ex libertatis fauore fluit,† cuius gratia plura in 92 jure contra strictam disputationem constituta esse non ignosci,scripsit Vlp.in l.generaliter,24.§.siquis, D.de fideic.liberr.& alter.I.C.in l.si ita scriptum,36. & in l.si ita fuerit,41.D.de manum.test.l.inter pares, 38.D.de re jud.l.libertas,122.alias 165.& in l.quoties dubia,21.D.de reg.iur.l.1.C.de seru.pign.dat.man.l. vn.C.de comm.seru.mand.§.fin.Inst.de donat.l.2.tit. 22.par.4.l.3. tit.5.p.5.Sicque partus matrem potius, quam patrem sequitur,quia mater,quod ad statũ ingenuitatis,vel seruitutis causam attinet,partui pluribus temporibus accommodari potest in nascendo la partui libertate, quam pater ipse. Si† enim mater, 39 vel partus,vel conceptionis,vel medio tempore,dũ ventrem tulit libera fuerit,partus quoque sit liber,vt Mart.probat in l.& seruorum,5.§.ingenui,D.de stat. hom.à quo habuit Inst.in §.sed & siquis,de ingen.id quod non est in patre,in quo vnicum tantum tẽpus, nẽpe generationis,considerari poterat,quia illo solo tempore pater est causa potentior,& effectiua(vt supra audiuimus.Itaque siue quæ serua concepit,& gestauit, libera pariat (vt Aretcusa illa, de qua Triph.in l.Aretcusa,15.D.de stat.hom.)non dubium est quin liberũ pariat,siue quæ serua concepit prægnatis manumissa est,antea partum iterũ in seruitutem redacta, siue libera concepit,& serua postea sẽper fuit, liberum enim hæc quoque pariet,quia nõ debet calamitas matris ei nocere,qui in vtero est,vt aiunt Mart.& Iust.Quæ tria tempora Paul.lib.2.sẽtent.25.complexus est his verbis.*Si serua conceperit,& postea manumissa pepererit, liberum parit,id enim fauor libertatis exterſit.Si libera conceperit,& ancilla facta pepererit liberum parit,id enim fauor libertatis exposcit.Si ancilla conceperit,& medio tempore manumissa sit,rursus facta ancilla peperit, liberum parit, media enim tẽpora libertati prodesse,non etiam nocere possunt* Qua in quæstione etsi inter veteres prudentes dissidiũ fuerit id autem crebriori calculo receptũ libertatis fauore fuit,& à Iust.probatũ,in d.§.sed si quis,& notat Hotom.lib.4.obser.c.3.Id veto, quod de medio tempore docemus,intelligere oportet de seruitute, quæ iure tantũ ciuili introducta est,veluti si se participandi pretii causa,vendi passa sit,non si iure gẽtium serua esset,vt potè bello capta,tunc enim satis constat natum in eo statu filium seruum existere, quemadmodũ in Seruio Tullio vsu venit,cuius mater Ocrisia Regij sanguinis mulier bello à Tarquino Romanorum Rege capta, in seruitute peperit,vnde Sergius denominatus est,quasi dulios, vt ait Diod. Neque hac sententia retenta aliquid oberunt leges in contrarium adductæ,quę cũ de filiis natis ex seruilis conditionis mulieribus loquantur,vt ex eis cõstat,& latè sup. obseruauimus, ad eandẽ distinctionem planè sunt referendæ.Quibus ex tẽporali hanc disputationi,finis accedit.

ANT.

ANTONII PICHARDI VINVESÆ I.C. HISPANI,

In Salmanticensi Academia Iuris Ciuilis Antecessoris,

DISPVTATIO TERTIA.

De Iudicialibus *Iudicium sisti*, & *Iudicatum solui*, satisdationibus.

In qua è media antiquitate penetralibusque veteris iurisprudentiæ Romanæ rebus petitis, & discussis nouum ius Hispanum accedit.

In petitione perpetuæ Cathedræ Digesti Noui, ad exornationem,leg.si ante acceptum, 7. D. Iudicatum solui, Cathedræ petitoribus ab Academia assignata.

SVMMA RERVM.

1 *Satisdationes in iudicio qua ratione, præstentur.*
2 *Satisdationis iudicio sisti originem,progressum,& potestatẽ,qui explicẽt.*
3 *Vocatus in ius ni iret, obtorto etiam collo rapi, & inuitus trahi poterat, antestatione tamen prius facta.*
4 *Vocare in ius non citare significat,sed reum ad tribunal Prætoris trahere Cotra Ioann.Robert.& Ioan. Baud.*
5 *L.sed & si is, 27.D.de in ius vocando, leg.si quis ex aliena.5.D.de iudiciis.*
6 *Vocatus in ius ne eat, vadimonium præstare oportet: & quare vadimonium dictum,quod à vocato in ius præstatur.*
7 *Vocatus in ius nisi satisdet aut immobilia possideat Hispano iure in carcerem detruditur:nec extrahi inde potest, nisi præstitis fideiussoribus, de la Haz.*
8 *Iudicatum solui stipulatio, quid contineat:& eius formula, remissiue.*
9 *Iudicatum solui stipulationem,qui præstare teneantur, & infrà num.*
10 *Iudicatum solui stipulationem nõ præstat procurator, cum dominus in mandato eam interposuit.*
11 *Iudicatum solui satisdatio ea tabellionũ stylo omnibus adiicitur mandatis.*
12 *Iudicatum solui satisdatio à domino interposita quãdo non teneat procuratorem ab onere satisdandi.*
13 *Satisdandi ab onere quis liberetur.*
14 *Iudicatum solui Hispalionis tres clausulæ,de re iudicata. De re defendenda.De dolo malo.*
15 *Clausula de re iudicata vis, & potestas.*
16 *Iudicatum accipere debemus ab eadem iudice non ab alio,& infrà num.98.*
17 *Clausula de re defendenda, quid comprehendat.*
18 *Clausula de dolo,quid in hac stipulatio ne contineat.*
19 *Procurator quis sit,& quatenus à defensore differat, & num.84.*
20 *Cognitor quis, & quale hodie earum officium.*
21 *L.si ante acceptum iudicium,7.D. iudicatum solui : eius auctor,& vera lectio animaduersa.*
22 *L.si ante acceptum, summa, & Accursij,ac Caroli Argumenta contra eam,vsque ad num.30.*
30 *Accursij prior ratio ad hanc legem,reprehenditur ex num.32.*
Iudicatum solui stipulatio corrũpitur procuratoris causa mutata,& latè sequentibus numeris.
31 *Mutatio forme totam rem perimit.*
33 *Accursij secunda ratio ad hanc legem conuincitur, num.seq.*
35 *Lectio huius legis ex Angelo Politiano,& Gregorio Holoand.qua tamen reiicitur,num.36.*
37 *Alberici ratio ad nostrum textum,& eius reprehensio.*
38 *Vera ratio Responsi Caij.*
39 *L.si defuncto 15. D. de procuratoribus, & numer.67.*
40 *Iudicatum solui stipulatio iudicij preparatorium est.*
41 *preparatorij ad preparatum quando argumentũ valeat & in iudiciis,& contra fiscum.*
42 *Mors quoad voluntatis reuocationem minus, quam expressa voluntas operatur.*
43 *Iudicatum solui stipulatio facile rem non integram,si Dominus qui satisfecit idoneus fideiussor est.*
44 *Iudicatum solui stipulatione interposita,potest procurator expresse reuocari contra Bartol.& numer sequentibus.*
47 *L.Titius,76. D.de procuratoribus procurator causa cognita, lite etiam contestata, potest reuocari : & numero 72.cum sequentibus.*

48 *Iudicatum solui stipulatio qua ex clausula hic fuerit commissa magna controuersia, & late sequentibus numeris.*

49 *Rogerij opinio existimantis ob rem non defensam stipulationem hic fuisse commissam.*

50 *Reprehenditur Rogerius.*

51 *Noua huius legis interpretatio.*

52 *Hugonis lectura, qui ex clausula de dolo committi hic stipulationem ait.*

53 *Dolus quando committatur.*

54 *Hugonis sententia improbatur.*

55 *Ioannis opinio verior, qui ex clausula de re indicata stipulationem hic commissam arbitratur, & numer. sequent.*

56 *Iudicatum solui stipulatio à quo interponenda.*

57 *Nostri textus vera explicatio.*

58 *Verbum Ratum, quid significet.*

59 *Testamentum eius, qui apud hostes decessit, ratum id est firmum.*

60 *Procuratoris reuocatio ignorante actore nulla.*

61 *Noster textus in principio, & in versic.* Quod siquis sciens.

62 *Noster textus, in versic.* Sive etiam prohibitus.

63 *Noster text. in versic.* Nam vt committatur.

64 *L. seruus, 14. D. de his, qui notantur infamia, & numer. 67. & seqq.*

65 *Instantia cum defuncto cœpta, transit in heredem.*

66 *Translatio iudicij à procuratore in dominum fieri potest, & è conuerso, & late ex num. 69.*

70 *Accursij interpretatio prior ad leg. Iulianam, 11. D. qui satisdare cog. quæ tamen reiicitur, numer. 71. & seqq. vsque ad num. 77.*

72 *Procurator lite contestata efficitur dominus litis. L. 1. C. de sent. & interlocut. omn. iud.*

72 *L. 1. & fin. D. quib. mod. pig. vel hyp. solvit. & num. sequent.*

77 *Mutatio qualitatis procuratoris, siue defensoris ex parte rei impedit stipulationem iudicatū solui committi? Secus si ex parte actoris mutatio contingat.*

78 *Differentiæ ratio inter hos casus ex Accurs. qua tamē reprehenditur, num. 79.*

80 *Defenditur Accursius à Bartoli impugnatione.*

81 *Alia differentia ex eodem Accursio, qua etiam reiicitur, num. 82.*

83 *Martini proponitur explicatio, & notatur, num. 84.*

85 *Bartoli vera differentiæ ratio late explicata, & omnibus huius legis partibus probata, numeris sequentibus.*

90 *Mutatio qualitatis ex parte actoris, etiam stipulationem vitiaret, quibus casibus satisdare teneretur.*

91 *L. 3. §. stipulationem hoc tit.*

92 *L. licet, 56. D. de iudiciis.*

93 *L. si petitor 8. inf. hoc tit.*

94 *L. si eum hominem 34. D. de fideiuss.*

95 *Iudicatum solui, stipulatio non committitur mutata actione.*

96 *Iudicatum solui stipulatio cessat ex mutatione intentionis, & animi agentis. L. 3. §. sed quod de tutore, hoc tit.*

97 *L. 2. §. D. de administ. tut.*

99 *Iudicatum solui fideiussor, an liberetur, per appellationem à reo, vel ab actore interpositam.*

100 *Iudicatum solui stipulatio verum aduersus fideiussores statim committatur ita vt absque nouo processu exequi possit.*

EXTEMPORALIS DISPVtationis

PROTHEORIA.

SAtisdationum, quæ in iudiciis præstantur, quamquam omnes eò tendant, vt res iudicio factò parata sit, vt apud Marc. Tull. in oration. pro Quint. & reorum iudificationes coerceantur, ne alias iudicium eludatur, quædam tamen non tam pertinent ad rem iudicatam, quam ad iudicandum. Primum enim in ius vocati, aut statim inire debent, aut satisdare iudicio sisti, juxta veterum Romanorum vsum de quo† de vadimoniis, & stipulationibus, quas de iudicio sistendo, ne inuitus in iudicio repeteretur, quis interponebat, plura accuratè scripserunt Duaren. libro 1. disput. anniu. capit. 1. Gouean. libro 1. variar. capit. fin. Gital. leg. in dialog. dialog. 9. Rebard. ad leg. 12. tab. cap. 5. & lib. sing. pro tribun. capit. 4. & libro 1. variar. capit. 6. & libro 1. capit. 7. & in l. 16. D. de regul. int. Guillelm. Polet. de reb. Athen. capit. 25. Petr. Faber in leg. nemo de domo. 103. & in l. eo quod plus, 210. D. de regul. inr. Cuiac. libro 7. obseruat. capit. 16. & libro 10. cap. 10. P. Nau. libro 10. misc. cap. 1. Ioan. Hannequin. in pot. ettor. Accurs. sub titul. de *in ius vocando*. Balduin. ad l. 12. tab. cap. 40. Apud quos† receptum fuit magistratu, aut eius viatore minime conscio, aduersarium in ius vocare, & aut cum illo de die certa locoque, seu foro certo conuenire, leg. de die 8. D. qui satisd. cog. aut inuitum reluctantemque obtorto (quod aiunt) collo in ius, hoc est tribunal Prætoris, testato tamen trahere, vt apud Plautum in Pœnul. Horat. libro 1. sermon. satyr. 6. qui trahit in eius, an testatur prius, quod & eos locis relatis à Porpyr. leg. 12. tab. verb. significatur. Scilicet. *Si in ius vocat, ni eat, manum iniicito, encapito antestari*, id est, rectè eruditus Cuiac. capit. interpretatur, dict. libro 7. obseruat. capit. 16. qui reum in ius vocat, non euntem ducat manu iniecta, & antestetur: nec enim iure ducitur quis, nisi antestatus: nisi impunis, & infamis homo in ius vocaretur, quo casu nihil antestatione opus fuisse, ex eodem Plauto constat, nam Satutio vocanti in ius, sic Leno, *Nonne antestaris?* tum ille: *Tua ne causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram? Qui hic commereare eius hominis liberes?* meminit Dueñ. libro 1. de iurisdict. & imp. tit. 4. nu. 21. Itaque† constat in ius vocare non citare (vt vulgus interpretum putat) sed reum in iudicium vocare, ita vt statim ire sequique vocantem deberet, vel de eundo cauere, vel satisdare significare: quod ni feciſſet, antestatione illa prius habita, rapi ab actore, etiam inuitus, & reluctans, ad iudicium trahi poterat, nec ipse per se, aut per alium quicquam facere, quominus iret, licebat. Quo respiciunt, titul. §. 6. 7. & 10. libro 2. Pandect. D. *Si quis in ius vocatus non ierit: Siue quis eum vocauerit quem ex edicto non debuerit, D. in ius vocati, vt eant aut satis, vel cautum det, D. ne quis eum qui in ius vocabatur vi eximat. D. de eo per quem factum erit, quominus qui in iudicio sistat*, & lex illa antiqua, 12. tabular. cuius meminit Gell. libro 20. Noct. Atticar. capit. 1. & integra verba recenset ex Cicer. libro 2. de leg. Balduin. ad leg. 12. tab. capit. 40. *Si quis in ius vocatur (inquit lex) si morbus, aut iumenti vitium esset qui in ius vocauit iumentum dato, si nolit arcenamve sternito.* Et Valer. Max. testimonium, qui libro 2. titul. de Inst. antiq. in ius vocati matronam, corpus eius tangere prohibitum fuisse ait, & Non. Marc. qui in ius vocare, pro trahere, siue ducere, positum dixit, & Vlp. qui hac de causa, neque.

neque magistratum, neque Pontificem dum sacra facit, citari nec alios, qui iustis de causis occupati essent, aut parentes, quibus tanta à filiis debetur reuerentia, in ius posse vocari respondit. Et Horat. dict. lib. 1. sermon. satyr. 9. vbi Acr. Porphyr. eruditus Lab. & nouissimus Cruchius adnotarunt. Et ex Plaut. Terent. Cicer. & alij critici iam addocti. Quamuis ex eis sint, qui totum hoc negent Ioan. Rubel. libr. 3. sent. cap. 1. Ioann. Bald. lib. 2. quæst. iur. cap. 1. contendentes in ius vocare, verbalem solum citationem, non autem violentam ductionē significare, moti Paul. & Vlp. auctoritatibus, † illius in l. sed & si is 21. D. de ius vocad. vbi cum qui domi sit quamuis de ea inuitus extrahi non possit, l. pletique, 18. D. illo tit. l. nemo de domo, 103. D. de regul. iur.) quæ hinc veram accipient interpretationem) in ius tamen vocari posse Paul. ait huius in leg. siquis ex aliena, 5. D. de iudic. vbi Vlpian. scribit, cum qui ex aliena iurisdictione in ius vocatur, venire debere, priuilegia saltim sua allegaturos: nam si manu tractentur (aiunt Rober. & Baud.) qui vocarentur in ius necesse non esset præmonere eos, aut ire venire debere. Sed hæc testimonia non mouere debuissent eruditos viros, sic enim Pauli accipiendum est, cum qui domi latitet in ius vocari posse, hoc est citari, & denuntiari, vt iudicium non subterfugiat ac forma, quam scripsit Cuiacius, libro 7. obseruat. cap. 13. Rebard. liber. sing. Protribun. capit. 3. licet eo casu rapi non possit, ex ratione dict. leg. plerique *quia domus tutissimum cuique refugium, atque receptaculum sit*, quæ exornari potest ex Cicer. pro domo sua, iuxt. quam accipienda est, dict. leg. sed etsi is, quæ cum ea, casu quo quis domi sit, neget inui ū rapi posse, haud dubiè probat in aliis casibus in ius vocatū, ni sequatur, manutrahi. Quod indicat inscriptio, tit. 6. d. lib. 2. Pandect. In ius vocati, vt eant, aut satis, vel cautum dent quæ præcipit ire, vel satisdare; atque ita, non satisdantem, inuitum duci. Noc obstat, quod dicatur ire, & non rapi, quemadmodū in d. l. siquis ex aliena, venire, namque id non excludit, quin si sponte, & vltro sequi vocantem noluisset, etiam reluctantes trahi possunt, vti animadnectunt Cuiac. & Faber. iam relati. Ergo, aut † personaliter in ius vocatus ire debebat, aut vadimonium præstare, id est sponsores rei sistendi iudicio, qui vades ideo dicti, quod qui eos dederat vadendi, & discedendi habebat potestatem, apud Horat. lib. 1. serm. satyr. 2. Cicer. lib. 3. offic. & 2. de finibus, & in orat. pro Quint. Plin. libr. 8. Epist. & in præfat. Hist. nat. in Caio, Sueton. in Calig. Ioseph. libro 16. cap. 10. Apulei. lib. 9. de Asin. Aut. Gell. libro 2. ca. 14 & apud alios bonos auctores. Vnde † apud nos originem duxisse videtur praxis satisdandi iudicio sistere, quod siquis non satisdederit, nec immobilia possideat in carcerem vt detrudatur l. sciendum, 15. D. quis satisd. cog. & magis, ex l. 2. tit. de los emplazamientos l. 2. tit. de las ferias, l. 7. tit. de los testimonios, libr. 2. Forc. obseruat. Rod. Suar. in d. l. 2. num. 7. Nec extrahendus inde est, nisi cum fideiussoribus de la Haz, vt post Roder. notat Martin. Olan. in concord. iur. lit. S. n. 3. lit. R. n. 21. Matienzo, in l. 3. tit. 16. lib. 5. Recop. & in l. 10. t. 16. eodem lib. Greg. verb. pero si non fallasse, l. 41. tit. 2. part. 3. quamuis eo casu jure communi sufficere juratoriam cautionem interponere, iudicio sistendi, & judicatum soluendi, Socin. in l. 1. n. 22. D. qui satisd. cogan. Maran. de ordin. iudicior. 6. par. membr. 8. Bern. Diaz, reg. 660. quæ quidē cautio iudicia ad sententiā vsque tuetur

8 Rem vero iudicatam ea quæ à Tribon. hoc, 7. tit. libr. 46. Pandect. inter prætorias stipulationes annumeratur, & à Iust. ex prine. Instit. de sat. exponitur appellaturque Iudicatum solui, eo quod stipularetur quis, vt soluceretur sibi quod fuisset iudicatum: vti ex eius formula constat, quam nominatim recenset Cuiac. li. 10. obseru. cap. 29. ad fin. mirorque omisisse diligentissimum Brisonium, qui eius stipulationis memi-

nit lib. 5. de form. pag. 417. Plane † satisdationem iudicatum solui, illi tantum præstare olim cogebantur, teste Iust. vbi supra, qui vel realis, in personam actione, non suo, sed alieno nomine conueniebatur. Quomodo intelliges l. de die, 8. §. si fernus, D. qui satisdare cogantur, l. sed & hæ personæ, 35 §. non solum D. de procuratorib. l. si ad defendēdum, 10. infrà hoc quamuis hodie, qui alieno nomine conuenitur. & procurator est, si dominus præsens est, non satisdet: sed ipse rem sub hypotheca suorum bonorum satisdat, nisi sententiæ dicendæ tempore adfuerit, fideiussorem indicatum à quo appellatum non erit, factorem, aut absens est dominus, quo casu procurator indicatum solui satisdat. §. vero, cum seq. Inst. de satisdationibus, l. 1. C. eodem, consonat l. 2. 1. verficul. Mas si el personero, tit. 5. p. 3. l. 11. in l. 8. tyli. Nisi † dominus litis, & causæ cuius nomine quis conuenitur, in mandato satisdationem exposuerit, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus, iudicatum solui, satisdationis clausulis l. filius fam. 8. in fin. D. de procuratoribus d. l. ad defendendum, 10. infrà hoc tit. d. §. si vero, Inst. de satisd. d. l. 2. 1. versic. Fueras ende si en la carta de la personeria dixesse señaladamente, que el que lo fiziera personero el mismo era fiador por el, de complir, è de pagar todo lo que en el pleyto fuesse juzgado, ca estonce non le deuen demendar otra fiadoria.

Vnde inolenit praxis, & stylus, quo quotidie vtuntur tabularijin mandatis generalibus ad lites, in quibus eam adiicunt clausulam, qua dominus releuat suum procuratorem ab omni onere satisdandi, videlicet. *Y vos relieuo de fianza, y caucion en forma segun derecho, y de toda carga de satisfation, sola clausula que es dicha, Iudicatum solui, con todas sus clausulas acostumbradas*, cuius stylī & praxis meminit Gabr. Monter. in praxi, tractat. 7 de las escrituras publicas, in mandato generali ad liter. fol. 125. per quæ verba, dominus fideiubet procuratore, qui tunc non tenetur aliter satisdare, ex dict. l. 21. & Bartol. doctrina, in rubr. n. 3. suprà hoc tit. sequitur, & explicat Alex. in l. filius fam. & in d. l. sciendum. §. possessor. D. qui satisd. cog. Car. Molin. in extricat. labyr. diuidui, & indiuid. 2. part. num. 524. Marant. de ordin. iudic. 6. part. membr. 8. num. 11. Meminisse † tamen oportebit, ita demum huiusmodi satisdationem à domino in mandato factam procuratorem releuare, quando dominus soluendo est, aut saltim immobilia possidet, juxta d. l. sciendum, alias ea clausula nihil releuaret, cum dominus idonens non sit fideiussor. Docet Bart. in d. rub. numero. 6. Aretin. consil. 124. Molin. & Maranta iam relati. Pro qua sententia inducī potest Accur. auctoritas, in l. fi. verb. cautioni. C. de princip. agend. in rub. lib. 12. cuius meminit Gregor. in d. l. 41. verb. en la tierra. tit. 2. p. 3. Quod † autem bona immobilia, quibusve in locis possidere quis debeat, vt ab onere satisdandi liberetur, pro explicatione re d. l. sciendum, 15. D. qui satisdare cogantur. & d. l. 2. tit. de los emplazamientos, libr. 2. fori, late sermone prosequitur ibi, Rodetic. Suar. omnino videndus, Ioann. Matienzo, in l. 10. gloss. 1. num. 7. titul. 16. lib. 5. Recop. Molin. lib. 1. c. 15. n. 20. Menoch. de abitr. cent. 2. cas. 142. & de ad pic. poss. remed. 2. n. 91. qui judicis abitrio id relinquit. Quod an hodie iure quoq; huius regni admittendum sit, late Matienzo, d. num. 7.

Vlterius, vt rem iam magis intremus, præmittendum omnino est, satisdationem, Iudicatum solui, tres clausulas in vnum collectas habere, teste Vlpian. in l. iudicatum, 6. suprà hoc tit. nempe de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo, de quarum natura, & effectu plura congessit Vigel. lib. 6. Digest. ca. 10. & nominatim de clausula de re defendenda, Cuiac. tract. 6. ad Afric. ad l. fin. D. de procur. & ad l. Hæc stipulatio, 15. infrà hoc tit. Petr. Faber, in l. inuitus nemo, 156. D. de reg. iur. ea tamen est præcipua quæ nomen dedit, de judicato soluendo, & hac forte sublata per acceptila-

tionem, vel solutionem, vel transactionem, vel, absolutionem, euanescunt etiam cæteræ, quia propter hanc cæteræ interponuntur, nempe vt res judicari possit, l. si accepto fuerit, 10. D. de acceptilat. l. cum quærebatur, 13. vers. Proinde, infrà hoc tit.

15 Prima ergo† clausula est de re judicata, vt in tantum committatur stipulatio, præsteturque, quantum iudex deberi pronuntiauerit, leg. judicati. 9. infrà, ex causa tamen principali, nam si quid rei iudicatæ accesserit ex contumacia, aut delicto rei, ad id iniquum esset fideiussores teneri, l. centum Capuæ, 8. D. de eo quod certo loco, tenentur etenim fideiussores creditorib. in id, pro quo fidē suā adstrinxerunt expressè, non vltra, etsi in obligatione principalis plura sint, l. si vltra, 12. Cod. de fideiuss. quia fideiussio stricti iuris est, Decius, consil. 107. numero 2. vnde in id tantum obligantur, quod tempore fideiussionis erat in obligatione, leg. fideiussores, 69. §. pro Aurelio, D. de fideiussor. nisi & pro accessionibus quoque intercedant, l. fideiussor. 1. Cod. de fideiuss. sor. resoluit Petr. Greg. 3. par. syntamg lib. 14. c. 4. n. 10. & 11. Planè hæc clausula de re iudicata, statim committitur, licet exactio differatur vsque ad tempus legitimum, l. 1. suprà hoc tit.

16 Indicatum† autem accipere debemus ab eo iem iudice, cui se subdiderunt fideiussores; si forte iudicis nomen in stipulatione expressum sit, vti exprimi frequenter solet, vt ex huius satisdationis formula constat, ibi, *Cuius rei Caius Aquilius iudex datus est*, quem refert Cuiac. dict. lib. 10. cap. 19. Duar. in paraph. hoc tit. cap. 3. prope finem, eoque respiciūt Vlp. & Scæuo. ille in l. 5. in princ. hic in l. cum apud 20. hoc tit. Præterea necesse est, vt hæc stipulatio committatur, cum eadem persona actum esse, quæ stipulatione comprehensa est eandemque personam intelligimus, quæ eadem qualitatem, prius habebat, retinet, vt hac nostra leg. si ante acceptum semel, & iterum profitetur Cai. Viterius de eadem re, eademque actione actum esse oportet, vt hæc stipulatio committatur, dict. leg. cum quærebatur, §. 13. fin. infrà eodem.

17 Secunda clausula est de re, hoc est de causa defendenda, vt nisi boni viri arbitratu lis agatur, & defendatur reus, quanti hoc nomine interest, exigere actor à reo, & fideiussoribus possit. Accurs. & cæteri, in leg. judicatum, 9. & in dict. leg. cum quærebatur, hoc tit. Res autem defensa non videtur si non insolitum defendatur, leg. ex clausula. 17. inf. hoc tit. aut non loco idoneo, leg. iam ita tamen 5. §. illud sciendum, suprà eodem, aut quando certum esse incipit, neminem posse existere, qui reum defendat, l. 5. §. ob rem, suprà eodem. Fideiussor autem soluere volens, quod ob eam causam debet, judicium accipere, non cogitur, leg. ex judicatum, 16. infrà hoc tit. Planè si ex duobus fideiussoribus, qui judicatum solui spoponderant alter ob rem non defensam partem suā soluerit, nihilominus res defendi poterit; Nec tamen is qui soluerit, repetet, stipulatio enim pro parte eius perempta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset, leg. si ex duobus, 14. in princ. inf. à hoc tit. de cuius, & dict leg. ex iudicatum. 16. explicatione plura Molineus in extricat. labyr. 1. par. nu. 17. quoties tamen ex stipulatione, iudicatum solui, ex hac secunda clausula ob rem defensam agitur cum fideiussoribus, cauere eis debet creditor dominum prior, iudicio absolui, qui ea cautio. omissa nihil mandati judicio fideiussores consequentur, dict. leg. si ex duobus, §. quoties. Aliquando tamen, re etiam non defensa, stipulatio non committitur, veluti si lis mortua, finitave sit quomodo intelliges, l. 1. dict. l. cum quærebatur, 134. hæc stipulat. 15. hoc tit. Præterea nec committetur stipulatio, etsi res talis sit, de qua prætor judicium accipere non cogat: hoc enim continetur stipulatione, vt res boni viri arbitratu defendatur, leg. vir bonus, 18. hoc titul. secus si res talis sit, vt etiam re perempta expediat litem prosequi. l. si seruus, 11. infrà hoc tit. aut reus in magistratu sit, l. si reus 12. eod. tit.

Nouissima clausula stipulationis iudicatum solui est, de dolo malo, id est dolum malum abesse, absuturūque esse, quæ & ad principium stipulationis refertur, & in futurum tempus permanet, l. nouissima 19. hoc ti. 18

Quæ doli clausula, qui non solum huic judicatum solui stipulationi necessaria, sed aliis etiam frequens est, vt deduces ex l. si id quod 22. l. si quis cum aliter, 36. l. stipulatio 38. §. si quis dolum, l. stipulationes 53. de doli clausula. 119. l. ex ea parte 121. si ita quis 135. §. fi. D. de verb. obligat. multisque aliis Iur. Ciu. locis, quorum pleraque congessit eruditus Brison. lib. 4. de verbor. signific. fol. 160. quædam hic de doli clausula (quæ posterior erat huius stipulationis) & d. l. nouissima, 19. hoc tit. aliisq; capitib. quæ eius mentionē faciunt maximam afferent lucem, adducere, & attexere libuit.

Igitur sciendum est, dolum, ancipitem vocem esse, dualque inter se res contrarias capere posse, alium bonum esse, alium malum, veteres enim dolum, etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant maximè si aduersus hostem, latronemque quis machinaretur, vt adnotat Gell. lib. 12. noct. Attic. ca. 9. Vall. li. 1. dialect. ca. 10. D. Aug. 2. tom. Epist. 29. Eaque ratione Prætorem in edicto non fuisse contentum dolum dicere, sed adiecisse malum commemorat Vlp. in l. 1. §. non fuit, D. de dolo malo, deducesque exempla, ex leg. quia autem. 6. §. si patronus in fin. D. si quis omiss. caus. testam. l. cum pater 77. §. Titio fratri. D. de leg. 2. l. nihil interest, 26. D. de captiu. non enim dolo facit, qui fraudem excludit. Et Marcellin. libr. 17. *nullo* (inquit) *discrimine virtutis, ac doli prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. Dolum malū.* definit Seruius machinationem quandam alterius decipiendi causa cum aliud simulatur, aliud agitur, siue vt Labeo definit, est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum decipiendum alterum adhibita, quem magis Vlpian. probat, dict. l. 1. §. dolum disputat accuratissime; omnino videndus, Gueuera, lib. sing. de dolo per tot.

Is olim jure ciuili tribus tantum casibus coercebatur. Primò, ex leg. 12. tab. quando in tutela commissus erat, cuius testimonium extat apud Vlpianum, Iustinianum, & Ciceronem, in l. 1. §. 1. D. de suspect. tut. in princ. Inst. eod. & lib. 3. offic. vbi Cic. scripsit dolum in tutela fuisse vindicatum leg. 12. tab. exornat Balduin. ad leg. 12. tab. cap. 7. num. 33. Rosin. antiq. Rom. libr. 8 capit. 8. Secundo, ex lege Lætoria, qua dolo malo circumscriptis adolescentibus prospiciebatur, vt d. lib. 3. off. scribit Cic. & lib. 3. de nat. Deor. *Ista* (inquit) *dolus, etiam legibus erat vindicatus, vt tutela 12. tabulis, & circumscriptio adolescentium lege Lætoria.* Et iterum. *Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Lætoria, inde euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo, quod Caius Aquilius familiaris noster protulit,* notant Bald. & Rufinus: vbi suprà Anton. August lib. de legibus C. de leg. Lætor. Tertiò, sine lege, in judiciis, quibus ex fide bona agebatur, ex eodem Cicer. iam relato, & 1. Topicis, quem refert Sig. libro 1. de judiciis, capit. 21. pag. 432. Brison, libro 5. de formul. pag. 507.

Ex quibus paulatim apparet contractus etiam bonæ fidei per dolum contractus, non fuisse ipso jure nullos alioqui nec obligatio, nec actio, nec judicium constitui potuisset, leg. licet, 42. §. ea, D. de procurat. l. si pupilli, 6. §. videmus, D. de negotiis gestis, sed obligationem jure ciuili constitisse, quia licebat se inuicem contrahentibus decipere, leg. in causæ, 16. §. idem Pomponius, D. de minoribus (cui addes Alfan. collectanea, 15. Ant. Rosciū, libro 2. memor. cap. 7. & 8. Pinel. in l. 2. 3. par. c. 1. ex n. 23. & ibi Padilla, n. 20. C. de rescind. vend. Couar. lib. 2. var. cap. 4. n. 2. Vellei. ad l. 1. D. de inst. & iur. lib. 1. n. 8. (Verum in judicio bonæ fidei, quo dolo malo factum esse solere purgari, aut retractari, leg. si dolo 5. ibi; Rescindi venditionem jubebit; Codic. de rescind. vend. cuius argumentum defendunt.

fendunt Ioann. Faber in §. Actionum, & ibi Gomez, num. 12. Inst. de actio. Igneus in leg. contractus, num. 105. n. de regul. jur. & in leg. exhæredatus, num. 30. n. ad Syll. Forcat. dialog. 99 quod in contractibus bonæ fidei, etiam si dolus det causam contractui, contractus mero jure valet licet multi reclament, & contraria sententia communior sit ex Bartol. in leg. eleganter, num. 4. n. de dol. Menes. in l. 2. num. 3. Cod. de rescind. vend. Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 6. num. 6. sed vereor ne non decipiantur ex dict. l. si dolo, cui non satisfaciū. Planè si dolus ab vtraque parte interueniebat, qui contractum bonæ fidei stare non patitur, nullaque vtrinque bona fides intercesserat, contractus totus irritus erat, l. 3. D. pro socio, l. si in empt. 3. §. item si emptor, l. domus, 61. D de contrah. empt.

In reliquis porro quæ non sunt bonæ fidei conuētionibus, qui circumscripti erant, efficaciter obligabantur, sed quia iniquum videbatur non modo dolum esse impunitum leg. in delictis. 4. §. cum dominus: D. de noxalibus action. verum etiam cum detrimento alterius quæstuosū, l. ne ex dolo, 12. D. de dolo Accur. in l. 2. verbo, ne ex dolo, per illum textum, D. de eo per quem fact. erit. Caius Aquilius prætor ætate Ciceronis æquissimus, illique familiaris de dolo malo coercendo formulas, verissimum euerriculum omnium malitiarum primus proposuit vt in præcitatis locis Cicero retulit. Quibus etiam in stricti juris judiciis, jure Prætorio actione, de dolo dolus cœpit vindicari d. l. 1. §. ait Prætor, versic. idem & Pomponius, verum. quia ea actio vtili olim anno hodie continuo biennio quia grauis, & odiosa est terminatur in leg. fin. Cod. de dolo adeo, vt ne litis quidem contestatione perpetuetur, glos. & Doctores. in dict. leg. fin. Salic. in leg. fin. Codic. de præsc. 30. an. vtiliusque erat contrahentibus actionem ex stipulatus, quæ perpetua est, text. in princip. Inst. de perpet. & temp. actio. experiri, plerumque de dolo stipulatio interponebatur, dict. leg. si id quod. cum aliis relatis. Concipiebatur vero ita: *Dolum malum huic rei, promissionive abesse, absuturumque esse, stipulatus est ille, spopondit ille,* dict. leg. ex ea parte, 121. & aliis modis, de quibus Brison. libro 6. de form. pag. 639. & quia ea doli clausula, quæ stipulationibus subiicitur, non pertinet ad eas partes stipulationis de quibus nominatim cautum erat. dict. leg. doli clausula, 119. & in stipulationib. omissum pro omisso habetur, nec præstatur, nisi id quod nominatim contrahentibus est expressum, l. quidquid adstringendæ 99. D. de verb. oblig. quemadmodum qui stipulatur aliquid fieri, aut non fieri, necesse non habet stipulari pœnam, si factum non sit quod promissum est, aut si quid contra quam cautum est, factum sit; semper enim id quod interest debetur, & tamen propter commoditatem stipulantium, veteres cauent, vt pœna adiiciatur, quia plerumque difficilis sit probatio eius, quod interest, & ad exiguam summam redigitur; leg. fin. D. de præt. stipul. §. vlt. Inst. de verb. oblig. sic & in stipulatione de dolo accidit, vt si quis dolum præteritum, aut futurum promissoris, hæredumve eius metuens de eo sibi caueri velit, nihil erret ad ius cautionis, si generali doli clausula sibi de eo caueat, eo quo diximus modo: dum enim probet aliqua in re dolum admissum esse, quicumque is dolus, vel inciderit ante, vel incidit postea satis generali stipulatione, quæ appellatur doli clausula vindicatur.

Vides ergo hac in re ea adiecta clausula, quod stipulanti commodum sit consilium dari à veteribus; vt quæcunque, & quacunque in re sibi quis timet de dolo promissoris, hæredumve eius, ea specialiter comprehēdatur, tum deinde generalē doli clausulā subiiciat, quæ ad ea pertineat, quæ in præsentia occurrere non possint, & ad incertos casus pertinent, id est, qui sunt incerti, & ignoti stipulatoris, eique occurrere, aut in mentem venire non possunt. Nam cum omnia nominatim complexus eris, quæ specialiter comprehendi possunt, non ideo inutile erit generalem doli clausulam subiicere; fieri enim potest, vt cum omnia comprehenderis, quæ occurrebant, non tamen omnia comprehenderis quoniam multa te fugerint, quæ postea emergent, quod est consilium, quod à prudentibus datur de doli clausula. in d. l. 53. & l. 19. D. de verb. oblig. in d. l. nouissima, 19. hoc tit. iudicatum solui.

Denique quoniam noster Caius, in hac l. si ante acceptum, & procuratoris mentionem fecit in prioribus huius legis casibus, & defensoris, in versic. Nam & alias responsum est, meminisse iuuabit procuratoris nomē latius patere, & omnes omnino comprehēdere, qui aliquam administrationem rerum alienarum gerunt, quare sub eo accipiantur, tam illi quibus negotia extra iudicium gerenda, quam quibus causæ in iudicio agendæ siue absentibus, siue præsentibus mandantur, l. 1. D. de procur. l. 1. tit. 5. par. 3. Defensorem vero eum esse qui aliquem ab que mandato in iudicio defendit, vltro & sponte, l. ... tto. 31. §. item. D. de nego. gest. l. tutori, C. eod. qui eo præcipuè à procuratore differt. Nam procurator, tam est actoris, quam rei, & tam in iudicio, quam extra judicium interuenire dicitur. Defensor autem tantummodo in iudicio appellatur is, qui est rei procurator, actoris, quatenus reus est in reconuentione, & citra expressum mandatum ad defendendum venit, vt in prin. Inst. de his per quos agere possumus, vt aduertunt omnes, & Vvesem. in parat. nu. 12. D. de procur. Vnde constat maximum esse discrimen inter procuratorem, & defensorem, de quibus Cai. in hoc nostra leg. An † autem cognitor, 20
idem quod procurator sit, dubitari solet, Alciat. tamen lib. 2 pareig. cap. 5. & lib. 6. cap. 5. in princip. procuratorem esse putat eum, cui absenti per mandatum causa committitur, cognitorem vero cui sine mandati scriptura, causam suam agendam præsens litigator iniungit, quod discrimen tueri videtur Guill. Bud. in poster. adnot. ad Pand in l. moris, 9. §. solent, D. de pœn. & cum Anian. probat Cuiac. lib. 1. sent. Paul. c. 2. Vvesemb. ad titul. Instit. de his, per quos ager. poss. ss. in rub. sub num. 4. Hotom. ibi. §. fin. enunc. 2. qui mouentur Marc. Tull. auctoritate in orat. pro Cecin. vbi ait, eos qui pro præsentibus litigassent cognitores dictos, item & Fest. & Asc. Pedian. in 2. Verr. qui id expressè docent. Sed reclamat Robert. lib. 2. sent. capit. 1. motus eo quod à præsente quoque procurator constituatur, l. si procuratorem. 65. D. de procurat. l. si procuratori præsentis, 79. D. de verb. oblig. Paul. libr. 1. sent. capit. 3. Vnde ipse verius potat procuratores esse, qui siue ab absentib. siue à præsentibus dati aliena negotia cum mandato administrabant: quique lite contestata, domini litis efficiebantur, adeo vt domino mortuo lis ad fin. ab eis perduci posset, l. nulla, 23. C. de procur. eaque ratione sententia non in dominum, sed in ipsius procur. persona concipi deberet, l. 1. C. de sent. & interloq. vnde Ciceroni pene dominus, & alieni juris vicarius dictus est quod & probat, leg. fin. tit. 3. p. 3. Cognitores vero fuisse qui litigatores juris sui ignaros, quæ in iudicio agenda essent submouerent, operamque in lite prosequenda præstarent; similes his, quos nos hodie aduocatos appellamus. Pro qua sententia facit, l. nemo, C. de cognit. & procur. lib. 2. Cod. Theod. vbi procurator vocatur susceptor litis, cognitor vero alieni juris suffragator, Cognitoris tamen nomen, cum tempore Iust. exoleuisset. & procurator vtrumque officium comprehendere, studiose à Triboniano à iuris libris oblegatum est, vt doctè docet, & probat Cuiac. in not. ad Paul. dict. lib. 1. capit. 2. Sed jam nostram legem explicemus

CAIVS LIB. XXVII.
Ad edictum Prouinciale.

SI ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorãs prohibitũ eum esse, egerit, an stipulatio committatur? & nihil aliud dici potest quam committi. Quodsiquis sciens prohibitum esse, egerit, Iulianus non putat stipulationem committi. Nam vt committitur, non sufficere ait, cum ea persona acceptum esse iudicium, quæ stipulatione comprehensa est, sed oportere etiam causam personæ eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo si is qui procurator datus est, hæres extiterit, domino, atque ita acceperit iudiciũ, siue etiam prohibitus acceperit, non committitur stipulatio. Nam & alias responsum esse, siquis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datus vel postquam hæres extitit, iudicium acceperit, fideiussores non teneri.

COMMENTARIA.

21 HAbet ergo is text. auctorem T.Caium (ex I.C. tertiæ classi, qui à Iuliano ad Papio. fuerint in libris nostris celeberrimum) lib. XXVII. ad Edictum Prouinciale, vt vulgatis omnibus Codicibus indicat affixa epigraphe, & contestantur Anton.August.lib. sing.de nominibus propriis I.C.cap.1.col.112.Idem lib.3.emẽd.c.9.pag.211.Vvolf.Freym.in Symph.iur. chrõ.pag.467. Sanè quamuis apud omnes de nostræ legis auctore conueniat, non tamen de vera eius lectione. Quoniam eius superatus difficultate August. Polit. vt quam non potuit percipere, nec dissoluere deuorare, in sua Pandectarum Florentinorum recognitione, mancũ eũ edidit notataque sunt ea verba, quæ Noricus liber non habet, cuius sẽtentia à Gregor.Haloandro sequuta, & retenta Caii sic scripta est *Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à Domino, & actor ignorans prohibitũ esse egerit, Iulianus non putat stipulationem committi.* Rectè tamẽ eum reprehendunt Ant.August.dict.lib.3.c.9. Duaren. & Rusard. atque nouissimus Gothifr. in notis perpetuis ad hanc legẽ, qui eam prout à nobis proposita est, in omnibus vulgatis condicibus circũfertur, retinent, iuxta quam totius contextus sũma hæc est.

22 Si iudicatum solui, satisdatione interposita ignorante actore procuratoris conditio fuerit mutata, committitur, eo sciente, non item. Complectitur (nisi ego fallor) thesis hæc totã Caij hypothesim in qua, licet eodem retento themate, plures, & diuersæ species constituantur, omnes tamen eo tendunt, vt ex mox ad Bartol. oppositiones dicendis manifestum fiet. Sanè quam si proposita Caij sententia difficilis, nemo est qui non videat, præfanturque hic Bartol. Paul. Alber. Angel. & Cum. Verum quo dilucidius explicetur, Accurs. eundemque Bartol. sequutus, quę ei obstant argumenta ecce.

23 Primò enim aduersus Caium ibi, *Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino.* Quibus verbis docet præstita à procuratore satisdatione Iudicatum solui, à domino, id est reo prohiberi eũ potuisse Bartoli primam oppositionẽ explicans, sic argumentor. Mandatum re integra reuocari potest, nõ postea, leg. ante litem.16.D.de procurator, leg. si vero, 12.§. si mandauero, l. si mandassem 15. D. mand. l. si pater.3.C.eod.§. rectè in par.Inst.eodem, vbi ex nu. 1.ad.5.ergo explicui, l.24.tit.5.p.3. Sed per stipulationẽ Iudicatum solui, quæ ante litem contestatam interponitur, l. de die.8.§. si seruus, l. Iulianus, 11. D. qui satisd.cogan. l. si petitor, 8. infrà hoc tit. obseruat Cuiac.lib.10.obseruat.c.29. res desinit esse integra, l. si defunctus, 15.D. de procurator. vbi domini morte quando adhuc integra res est mandatum extingui, docens Vlpianus (quod & nos multis exornauimus in d.§. rectè, ex n.6.ad 10.) non tamen eo casu, quo iam stipulatio, Iudicatum solui interposita est; quia etsi lis non sit contestata, negotium tamen quasi cœptum dicitur. Ergo præstita iam cautione, etiam ante acceptum iudicium, prohiberi procurator non potuit.

Secundo contra Caiũ ibi; *Et nihil aliud dici potest, quam stipulationem committi,* quibus verbis expressè Caius vult, ante acceptum iudicium à reo procuratore prohibito, ignorante actore stipulationẽ commissam fuisse; cum eodem Bart. sic argumentor. Argumentum diuisione firmum, & necessarium est, videlicet cum nulla diuisionis forma prætereit. Marcus Tullius Topic. vbi sub § 20. numero 7. erudite Velez de Gueuara, & multa ex nostris congerens Nicol.Euerard.in Topic.legalibus capit.96. Sed hoc in casu nulla ex stipulationis Iudicatum solui clausulis, quas Vlpianus commemorat, in l. iudicatũ.6. suprà eod. & nos latè iã exposuimus, committi potuit, ergo non rectè Caius. Planè nulla ex clausula cõmissam stipulationẽ, sic ostenditur. Nam ex clausula de re judicata stipulatio committi non potuit, cũ sententia post prohibitionẽ dominũ nõ ligaret, & inde nec fideiussores eius, l. Plautius, 61. D. de procur. vbi etsi certissimum sit, actionem iudicati non solũ domino, & in dominum, sed etiam hæredi, & in hæredem, vt Paul.lib.1.recept.sent.tit.2.tit. non vero, procuratori, neque in eũ dati. Id tamen ex Plautio limitat idem Paulus, nisi in rem suã datus sit procurator; vel se obtulerit iudicio, cũ sciat cautum non esse, id est dominum non mandasse, vt defenderet, vel mandatum reuocasse: idem enim est, cũ opportunè reuocatio fit, id est, ante litem contestatam, ante acceptũ iudicium. Deinde nec ex clausula de re defendenda, commissam stipulationem dices, quoniam ex Caij contextu rem non fuisse defensam non deduces. Item nec dolum commissum apparet, vt ex clausula de dolo cõmitti potuerit. Ergo ex nulla. In huius difficultatis explicatione, vt Bart. Angel. & antiquorũ aliorum magistralibus magis, quã elegantibus, verbis vtar, totus pũctus, totaque huius legis difficultas consistit eaque vt ipsi declinent multifariam lecturam huius text. constituunt; quod & nos infra præstare erit omnino necessarium.

Tertio contra Caium in versicul. *quod si quis sciens.* Vbi scriptum est, stipulationem non committi, quo casu ante acceptum iudicium, retinet enim in hoc versiculo casum in initio propositum, prohibitus est procurator, cum Bar. hic, n.1. obiicio pr. h. l. vbi Caius enixè docet, si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino, & nihilominus cũ eo actum sit, nihil aliud dici posse, quam stipulationem committi.

Quarto contra eundem Caium, in versicul. *Nã vt cõmittatur,* &c. vbi I.C.T.Caius resp. sui in vers. *quod si quis,* rationem reddit, asserens, ideo stipulationem *iudicatum solui,* ex Iul. sentẽtia non cõmittatur, quando cum prohibito procuratore scienter actum est, quoniam, vt committi, non sufficit cum ea persona acceptum esse iudiciũ, quæ stipulatione comprehẽsa est, sed oportere etiam causam personæ eandẽ esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. cũ Bart. nostro, sub n.1. versic. *venio ad versiculum,* (quẽ ego sic explico,) Sic argumentor. Etsi qualitas personæ cum qua iudicium acceptũ est, siue accipitur, sit longè alia tẽpore sentẽtiæ, siue accepti judicij quę fuit stipulationis interponendæ tempore stipulatio adhuc cõmittitur, vt in dicto prin. huius nostrę legis probandum est, vbi prohibitus fuit procurator, & sic eius

eius qualitas, & conditio mutata de habente mandatum, in illud non habente: de procuratore in defensorem. Ergo qualitatem personæ mutari, dum tamen eadem persona maneat, effectum stipulationis nõ remoratur.

27 Quinto aduersus Caiũ in vers. *Et ideo si is qui procurator datus est,* qui vt superius traditam rationem, in versic. *nam vt committatur,* comprobet, exemplo agit, probatque non solum stipulationem non committi, quando qualitas personæ mutatur de habente mandatum, in non habente, verum, & cum translatio iudicij fit, de procuratore in litis, & causæ dominum, sic argumentor cum Accurs. hic sch. *stipulatio,* & Bart. iã relato. Etiãsi translatio iudicij de persona in personã fiat, nihilominus iudicium, tenet idẽq; est quod cum priori persona acceptum fuit, ex Paulo lib.5. ad edict. in leg. seruus 14. D. de his qui not. infam. vbi si seruus furtum admisit, cuius nomine dominus noxali iudicio conuentus, eum manumisit, & hæredem suum fecit idẽ iudicium in hæredẽ continuatur, licet dãnatus hæres famosus nõ sit, quia non suo nomine damnatur, ergo.

28 Sexto & fortius aduersus, vers. *Nam & alias responsum est,* vbi similiter alio exẽplo suam nititur cõprobare sententiam Caius, mutata conditione de habente mandatum in non habente, vel de non habente in habentem, stipulationem iudicatum solui committi, nunquam, quoniam inquit ipse, hinc responsum est, siquis defensor (sitque is qui mandatum non habet) absentis negotia agens, & gerens, satisdationem interposuerit, postmodum autem à domino procurator datus sit, vel hæres extiterit, quamuis iudicium accipiat, fideiussores nõ teneri. Cui est non dissimile Pap. resp. in l.1.§. defensor. D. quibus mod. pign. vel hyp. solu. *Defensor absentis,* inquit Pap. *cautionem iudicatum solui præstitit, in dominum iudicio postea translato, fideiussores ob rem iudicatam, quos defensor dedit non tenebũtur, nec pignora, quæ dederunt.* Cum eodem Bart. d.n.1. sub vers. *venio ad vltimum* obiicio difficile Vlp. resp. lib.78. ad Edict. in l. Iulianus, 11. D. qui satisd. cog. vbi scribit quod si antequam mandarem tibi, vt fundum peteres, satis acceptis petiturus fundum, & postea mandato meo agere institueris, fideiussores tenebuntur. Ex qua lege satis constat, mutationem qualitatis personæ de defensore in procuratorem, sicque de non habente mandatum, in habente non corrumpere stipulationem. Huic sententiæ proxima est alia eiusdem Vlp. lib. quoque, 9. ad edictum in l. in causa, 27.§. si ex parte, D. de proc. vbi non tantum committitur stipulatio iudicatum solui, etiamsi personæ qualitas mutetur, verum etsi iudicij translatio in dominũ fiat. Quarũ legum cũ maxima sit difficultas, ex earum dissolutione totũ pẽdere; proximè citato loco, Bar. ait.

Denique sub n.3. hic opponit Bar. l. siquis, 3.§. stipulationem, sup. eod. quæ sanè non primæ, sed secundæ huius nostræ parti aduersatur, siquidem docet eo loci Vlp. quod si forte aliquis ex his, à quibus mandatum non exigitur (videlicet ex liberis vel ex parentibus, vel vir vxoris nomine. l. sed & hæ personæ, 35. D. de procur. l. maritus, 21. C. eod. l.10. tit.5. l.2. tit.23. p.3.) interuenit, stipulatio non committetur, nisi forte eis fuerit mandatum, vel ratum habitum. Sicque eo casu quo personæ qualitas mutata fuit. Cui sententiæ accedit & alia eiusdem Vlp. in l. licet. 56. D. de iudic. ex qua constat, quod etsi quis cum procurator non esset litem contestatus, rem in iudicio non deducat, si tamen ratam rem Dominus postea habeat, videtur retro res in iudicio deducta indeque stipulationem committi debere, ac si ab initio interueniente mandato interposita fuisset.

30 His tamẽ argumẽtis, & difficultatib. non obstantib. sententia sup. n.22. ex nostra hac leg. desumpta; verissima est nempè mutationem qualitatis procuratoris, vel defensoris, post stipulationem *iudicatum solui,* ante acceptum tamen iudicium contingentem ignorante actore stipulationem non vitiare, eo vero sciente illam corrumpi. Cuius rei rationem eam esse putauit hic Accurs. verb. *committi,* in 2. verbo, *acceptum,* in princip. versicul. sed responde quoniam mutata qualitate personæ procuratoris, siue defensoris, ante acceptum iudicium, si adhuc illud persequatur, non idem est pro quo fuit satisdatum, sed longè diuersum vnde fideiussores teneri iniquum esset, ex his quæ suprà in proth. numero 15. obseruauimus, tenentur enim fideiussores in id tantummodo, quod contractus tempore in stipulationem deductum fuit, non amplius leg. fideiussores, 69.§. pro Aurelio. D. de fideiussor. ergo cum satisdederint iudicio facto, quantum iudex aduersus dominum pronuntiasset se præstaturos, l. iudicatum 9. inf. eo. idque iudicium dominum, qui procuratorem prohibuit iam non liget, sed procuratorem ipsum qui sine mandato egit, ex dict. l. Plautius, 61. D. de procurat. consequens est fideiussores non teneri, & stipulationem non committi. Atque id est, quod I.C noster expressit, in versic. Nam vt committatur docens, vt stipulatio iudicatum solui committatur, non sufficere, cum ea persona acceptum esse iudicium, quæ stipulatione comprehensa est: sed oportere etiam causam personæ (id est qualitatem, vt ego interpretor) eandem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Neque in † iure, 31
aut nouum, aut insolens est, eodem etiam corpore, eadem re & specie (vt nostri aiunt) manẽte, si eius qualitas, siue forma, aut accidens mutetur, totam rem mutatam, & extinctam censeri, ex vulg. l. Iulianus, 9.§. si quis rem, ibi: *Nam mutata forma prope interimi substantiam rei, Marcellus scribit.* D. ad exhibend. l. Sæia, 6. D. de aur. & argum. l. Potestque induci l. ex hoc edicto. 8. in princip. D. de alien. iudic. mutandi caus. facta. Namque cum edicto de alienatione iudicij mutandi causa facta, cuius verba retulit Eguinar. Bart. lib.1. manual. pag.25. cautum esset, neque alienatio iudicij mutandi causa fieret, si quæ dolo malo cessio quæve alienatio iudicij mutandi causa facta fuisset, neque arbitrio iudicis pristina iudicij causa restitueretur ei, ad quem ea res pertineret, in eum qui id fecisse diceretur, quanti ea res esset intra annum, quo primum experiundi potestas esset, iudicium dãdum esse, quod late explicant Rebuff. 2. tom. tit. de cessionibus art.1. gl. 1. & sequent. Cuiac. lib.10. obseruat. c.3. Ludou. Vita. libro 1. variat. quæst. cap.17. Egregius noster Doctor Didac. Sahagum, Villas. in repetit. c.1. de alienat. iudic. mutand. caus. facta, in d. l. ex hoc edicto, inquit Paul. edicto teneri eum, qui quamuis rem exhibeat, arbitratu tamen iudicis pristinam iudicij causam non restituit, itaque etsi eandem illam rem, quam iudicij mutandi causa alienauit, exhibeat, & restituat, si tamen eius forma, siue qualitas mutata sit, exhibita non videtur, quoniam alia iam censetur mutatione interueniente. Deinde induci quoque potest, l. si quis, cum aliter. 36. D. de verb. obligat. iunct. Duaren. hypoth. ad eandẽ legem, ex qua constat, quod etsi eadem illa res, quã stipulatione comprehendi contrahentes voluerunt, in eam deducta sit, aliter tamen, id est diuersa forma, quamuis stipulatio summo, & stricto jure, id est l. Romana, valeat. si tamen dolo id factum sit exceptione data promissori, stipulationem infirmari. Denique (ne longior sim, vt multa missa faciam) non longe à nostro I.C. Caio, videtur Afric. in leg. cum quis, 38. in princ. D. de solution. ibi; *Tacite enim hæc conuentio inesse stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.* De cuius explicatione, plura ego in §. planè, nu. 10. Inst. de inutil. stipul. inducesque l. si is, qui hæres, 25.§.1. & §. fin. D. de except. rei iudic. ibi, Alia enim res est interueniente mandato, & text. in l. qui cum tutorib. 9. D. de transact. in l. Modestinus, 10. D. de excep. qui ibidem ab

ab Accurs.simul.cum nostro citatur,verb.non enim.

32 Ceterum,quamuis multis superior ratio placuerit, amplectendaque omnino videatur,vel ex eo quod à I.C.nostro,statim in fronte proponatur,eidem tamẽ Accur.cuius apud me multũ valet auctoritas, displicuit hic,verbo.Fuit,& sanè merito,quoniam si vera esset,sequeretur tã in primo quàm in secundo huius legis casu, mutatione qualitatis personæ stipulationem vitiari,id est,siue actor ignoret,prohibitum esse procuratorem,siue actor sciat,vtroque enim in casu mutatio fit,& aliud longè iudiciũ est,quam pro quo fideiussores intercesserunt,soluereque satisdederunt, & tamen constat in principio legis,quãdo prohibitionẽ procuratoris actor ignorauit, nihil aliud dici posse, quàm stipulationem committi:in altero vero quando actor sciens prohibitum esse procurator in egit,ex Iuliani sententia non committi.Ergo longè alia est cuiusque decisionis ratio , vt argumentatur idem noster Caius,in l.illud quæsitum,32.versic. cũ enim,D.ad l.Aquil.vbi plura congessit Accurs.verb. existimari,nec dici potest vnam esse rationẽ eorum, quæ diuersam habent decisionem.Indeque manifestum fieri Caij rationem in d.vers.Nam vt committatur, insufficientem esse, cum vtrumque casum non comprehẽdat.Quinimo nec in posteriori conuincere ex eo videtur,quoniã nec semper verum est,qualitatis mutationem stipulationem infringere,vt latè adductis contra eũdem Caium difficultatibus suprà ostendimus, & probare videtur Paulus in leg.& an eadem 14.§.1.D.de exceptione rei iudicatæ.

33 Vndè idem Accurs.hic eo verb.*fuit* ibi.*Sed est alia quia non dolo prohibuit,cũ iste sciret*.Existimat propter dolũ quẽ cõmisit reus, qui actore ignorante procuratorẽ reuocauit , commissam fuisse stipulationẽ in primo huius legis casu;non item in secundo,quoniã scienti,& consentienti nullus fit dolus,neque f us, cap.scienti,17.de reg.iur.libro 6.cum qui scit renuncianti equiparetur,l.quæritur,14.§.si venditor,D.de ædil.edicto.neque qui jam certus est amplius certiorari debuerit,cap.cum qui,31.de regul.iur.libro 6.vt enim nihil grauius est;quã si id quod ignorat quis, scire se credat,defendatque verum esse,quod aut falsum,aut non satis exploratè perceptum, & cognitũ est , vt ait Cic. de Nat. Deor.ita vice versa , nihil impudentius est,aut dici potest,quã si quis,in rebus apertissimis,& luce Clarioribus notantiã prætendat, quippe(vt ait Chrysost.)is qui scit,& nõ facit,similis est illi,qui laterem lauat.Nam si laues laterẽ non mũdatur,sed commoto loco sordescit.Huc pertinet, quod iudex,qui scit à sententia per eũ lata appellatum esse,vlterius certior fieri non debet de eo,quod prouocatum est,c.si duob.de appellation. ergo cum actor procuratorẽ prohibitum fuisse cognouerit in secundo casu,potueritque iterum satisdare petere , nec id fecerit,non est,quid domino imputetur,quod procuratorem reuocauerit quem negotia, siue causam,nec gerere,nec agere sua interesat.

34 Hæc tamen Accur.ratio à nobis sic exornata,quãuis in se vera sit,nec enim negari potest,quin scietię actoris multum tribui debeat in hac l. vt eius verba,ibi,Quod si quis sciens,&c.insinuant,non tamen potest adaptari,vers.Nã vt cõmittatur,vbi I.C. suæ opinionis,& sententiæ rationẽ reddens,neque sciẽtiæ , neque ignorantiæ meminit , sed ex mutatione qualitatis personæ,procuratoris,siue defẽsoris totum pendere enixè probat.Deinde Accurs.hæc ratio,quę cõmissionẽ stipulationis ex dolo rei metitur,sublatẽter cõtendẽs cõmitti,vbi dolus rei adfuit,non cõmitti,vbi dolus non fuit,l.non probatur:quinimo falsa omnino est,siquidẽ vt constat ex d.l.siquis cũ aliter, 36.D.de verb.oblig.dolus malus stipulationem non corrumpit.Stipulatio enim etiam dolo malo inita,si ius ciuile,& leges populi Romani expectemus,nulla non est, quia veteribus legibus ante Caiũ Aquilium Gallũ non vindicabatur dolus in contrahendo admissus, nisi in his iudiciis quib.ex fide bona agebatur.Cic.lib.3.Offic.quamuis jur.Prætorio propter exceptionẽ doli,vel de dolo actionẽ stipulatio inutilis & inefficax redderetur,dict.leg.siquis cum aliter. *Si quis cum aliter conuenisset obligari*,inquit Vlpiã.*aliter per machinationem obligatus est,erit quidẽ subtilitate iuris obstrictus, sed doli exceptione vt potest*,idem in leg.nihil interest,112.D.reg.iur.l. Codic. de inutil. ergo cum ex sententia Accurs. stipulatio hic ob rei dolum committatur, eo cessante non ita non quidẽ ope exceptionis,siue actionis de dolo, sed ipso iuris rigore,vt ex nostro text. constat,quod tamen benè fundata iuris prudentia non patitur, consequens est eam ex iuris ciuilis Romanorum principiis non procedere.

Quid ergo hac in re,quod certum sit constitui po- 35
terit ?Ecce iam necessario amplectendã,vt difficultatẽ deuoremus,Angel. Polit.in hoc caput castigationem fide,& auctoritate Pandectarũ Florentinorum factam, & ab Haloand.libenter sequutam referente doctissimo Ant.August. viro sanè inter Græcos,& Latinos nemini postponendo.lib.3.emendat. cap.9.pag.211.nam cum Caius hic,in versic.Nam vt committatur , ex mutatione qualitatis procuratoris decisionis rationem fluere constanter docuerit,generaliterque illa contingente stipulationem non committi,vt repugnãtia,quæ communi litera retenta ex initio huius legis oriebatur,cessaret,vbi etiã mutatione contingente audimus stipulationem cõmitti, hoc caput,vt iam suprà num.9.dixi,sic edidit.*Si ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino,& actor ignorans prohibitum esse egerit,Iulianus non putat stipulationẽ committi. Nam vt committatur,&c.* qua lectione retenta , nulla est integro capite decisio,in qua mutatione cõtingente stipulatio non euanescat,vt planè nunc colliges si interceptis quæ desiderentur, juxta hanc lectionem verbis, *an stipulatio committatur ? Et nihil aliud dici potest quam cõmitti. Quod siquis sciens prohibitum esse egerit*,priora,& posteriora vnico capitis contextu,& vnius veluti decisionis filo legeris.Itaque si lectionem eam probamus mire Caij nostri ratio,omnibus huius capitis casibus concinit,& quadrat. Nec est quare in alia quærenda multum olei,aut operis consumamus.

Quid ? sequenda est Ang.Polit.& Haloand.auda- 36
cia,ne dicam impudentia;gauderent antagonistæ nostri,quibus cum laboriosæ istæ lucubrationes Politiani,& Haloandri latuerint, nihilque elaboratum, juxta Caij decisionẽ,& rationẽ afferre valuerint,nõ iniuria contumeliæ verba in nos facerent,quibus ab Academię doctissimo,& nobilissimo Rectore D.Gomezio de Figueroa,Caius explicãdus,defendendus, non impugnandus datus fuit.Sed Dij benè vertãt,& benignius res nostras aspiciant:vt quo Augusto numine rem sumus auspicati, finem quoque imponamus:quãtumque cæteros in abstrusis his explicãdis difficultatib.nodosisque I.C. responsis , exponendis præstemus,manifestum fiat.Ergo cum Politiani , & Haloandri temerariam manum reprehenderit Ant. August.Ludou.Rusiard. Duar. & Gotifred.à nobis iam relati, eam quoque,& nos damnamus retentaque communi, & vulgata lectione,quæ huius capitis vera ratio sit insinuemus , quod an præstiterint alij,lectorum iudicium est.

Ergo commissa alia explicatione Alberici,qui in hu- 37
ius legis commentariis sub n.5.versic.quasi,lato sermone nititur ostendere ob culpam & negligentiam actoris in posterioribus casibus,non commissã stipulationem, in priori committi,quoniam cũ ignorans fuerit nulla eius culpa potest cõsiderari:quæ interpretatio ex eo displicet,quoniam nec mẽti,nec verbis

bis

bis I.C.quadrat.qui vt sæpius audiuimus totũ mutationi qualitatis procuratoris,siue defẽsoris tribuit.

38 Dicendum est defendendum adhuc Caij rationẽ in versic.Nã vt committatur,provt à nobis late suprà exponitur ex n.30.nempe mutatione qualitatis personæ.ideo stipulationem vitiari , quoniam aliud iam iudicium est,quam pro quo fuit satisdatũ,& inde fideiussores non tenentur. Nec obstat principiũ huius l.in quo procuratoris persona mutatur,& nihilominus stipulatio committitur,quoniã ea mutatio,quę ignorante actore contingit,iuris interpretatione non attenditur, perindeque est ac si facta non esset.Vnde quemadmodum mutatione non facta,nec iudicio translato committeretur stipulatio,Iudicatum solui,ex præcipua clausula de re judicata,committitur eo casu , quo à lege fingitur non mutata. Quod quia opportunis infrà in explicatione secundæ difficultatis discutiendum,& probandum est sub n.55.pluribus nunc non ago.

39 Sed iã eam,& alias quæ adducimus dissoluamus : quæ Caio non obstãt.Non prima ex dict.l.si defunctus,55.D.de proc.Cui ex Accurs.verb.libera potestas,ad finẽ,in l.ante litem,16.D.de proc.respondet Bartol.in præsenti, quod etsi verum sit satisdatione indicatũ solui interposita , rem integram esse desinere,id tamen accipiendum est, quoad tacitã reuocationem, quam ea stipulatio excludit, ex dict. l. si defunctus non quoad expressam,quæ ex reuocatione,prohibitione,siue mutatione colligitur,ex nostra l.si ante acceptum,docuerat id idem Bartol.in dict. leg.si defunctus,& in dict.l.ante litem, & in dictis locis copiosè Bald. Angel.& Raph.hic num.1.Alex. in l.non solum,§.morte,n. 1. D.de oper.nou. nunc. Socin.regul.511.lim.9.Petr.Costal.in 1.p.aduers. in Pand.in not.ad dict. l.si defunctus, secure Duar. in paraph.D.de procur.cap.9. ad fin.Gregor.Lopez in l.25.verb.*Comenzado por respuesta*,ad fin.tit.5.p.3.

40 Pro qua interpretatione considerari potest satisdationem,judicatum solui iudicij initium non esse,sed eius præparationem,vt nostri loquuntur, ea autem quæ præparatoria sunt non facere desinere rẽ esse integram ex Vlpian.in leg.si pecuniam,5.D.de condict.causa dati,indeque reuocationem etiã ea præstita,dum tamen lis non sit contestata,tempestiuam

41 esse,quoniam etsi vulgo circũferri soleat præparatorij, & præparati (vt nostri aiunt) idem esse iudicium , late Doctores in Rubrica , extra de iudiciis , & in Rubrica. Codic. de edendo , illa tamen regula ex communi omnium sententia tunc procedit , dispositumque in præparatis ad præparatoria porrigitur , cum ea inter se cohærent , vt commodè separari non valeant : secus verò vbi essentialiter sunt diuersa , & vnum sine alio commodè consistere potest , vt post Decium in dict. rub. de iudiciis,1.lect.latè Menoch.libro 6.præsumpt.præsumpt.ex numer.16. vt in hoc de quo agimus casu, in quo licet interpositio cautionis, iudicatum solui, ad litis contestationem videatur ordinarij , quia tamen essentialiter ei non cohæret non facit rẽ integrã esse desinere,prout ipsa contestatio faceret.Cuius rei optimum simile reperitur,in l.1 §.si parendi, D.de coditione causa dati vbi institutus sub conditione dandi, animo parendi, dedit,& nihilo magis ex eo videtur adiisse,cum possit repudiare,& datum quasi causa non sequuta condicere. Facit , præparatoria contractus, ipsum contractum perfectũ non reddere, l. contractus,16.Cod.de fide instrum. l. si voluntate,8.C.de rescind.vend.vbi licet super venditionis cõtractu fideiussorum cautio interposita sit, adhuc tamen res integra esse dicitur,adeo vt possint contrahentes ab ea nudo etiam consensu discedere, quod vbi res omnino est integra permittitur,l.2,illo tit.l.ab emptione,56.D.de pactis,l.1.& 2.C.quando liceat ab emptio. disced. quam sententiam dict.l.5. extollit Molineus in consuetudinibus Parisiensibus, 2. p.§.5.gloss.1.num.32.Potestque non male induci Pauli sententia,in l.amplius non peti,15. D.rem ratam haberi,vbi in cautione de iudicio sistendo,quæ huic nostræ similis est,& ad iudiciorum institutionem æque necessaria(vt late suprà in protheoria,ex num.1 præfati sumus)eius interpositione Paul. ait. judicium cœptum non esse,ea quippe ratione,nam qui illam interponit non petit,sed petere vult.

Ergo minus operatur mors,quoad voluntatis mu- 42
tationem attinet,quã expressa reuocatio,& sanè rectè cessat enim morte voluntas,l.locatio.4.D. locati,quam exornant à nobis relati,in §.fin.4.Inst.de locatione, reuocatio vero contrariam inducit,leg.dispensatorem,62.D.sol. Item voluntatis cessatio,quæ morte inducitur præsumpta est,quę reuocatione expressa, & inde longe vtriusque dissimilem effectũ, quid multum deinde judicij præparatoria,& in alio quoque casu morte non finiri,sed potius ad hæredes transmitti, integrumque principalis causæ jus trãsferre probat bonorum possessio,quæ litis agnoscẽdę gratia in querela testamenti concedi solet liberis,l. posthumus 6.§.fin.l.Papinianus,8 §.1. D. de inofficioso testamẽt.Vlterius,licet decesserit dominus,eo tamẽ quod satisdatione pro procuratore interposita obligatione adstringitur,in eadem voluntate durare præsumitur,ex Vlpiano,in l.si ego,10.§.si res.D. de jure dotium eam & vltra vitæ tempus extendere , quo casu mandatũ morte non dissolui certi juris est leg.si vero,12.§.fin.D.mandati,leg. fin. in 1. p. D. de sol.junctis his,quæ pro vera eius lectione,& explicatione cum erudito Cuiac.lib.1.obseru.c.38. notauimus in §.rectè,nu.11.Inst.de mandato.Potestque & alia non insubtilis inter vtrumque casum differẽtiæ constitui ratio,quoniam si satisdatione *iudicatũ solui*,interposita decedente domino,iudicium suscipere cogi non posset procurator,vti compellitur in dict.l. si defunctus,ob rem non defensam committeretur, secus vero si prohibitus procurator sit à domino , quoniam tum ex integro cauendum sit, nihil interest stipulatione commissa,ex posteriori agi. Sit tamen hinc consequens in dict.l.si defunctus,defensionem fuisse necessariam , indeque mandatum morte non extinctum ex Pomp. in l.fundi venditor 33. §. item si amicus.D de acq.poss.

Ex qua interpretatione duo notabilia in praxi de- 43
ducuntur alterum quod cũ hodie, vt iam suprà admonuimus,in omnibus mãdatis,& procuratoriis instrumentis satisdatio *iudicatum solui*,à domino cõstituente interponatur,consequens est,mandatũ ad lites morte non finiri,siue procurator fuerit constitutus præsens,& acceptans,siue absens,dum tamen postea acceptet, liceat sic magistraliter cũ nostris loqui,ex dict.leg.si defunctus , juncta noua decisione Clemẽtinæ,1.de procuratoribus,docet Bald.in dict. l.si defunctus numero 2.& eo non relato Angel.hic num. 4. quam tamen sententiam ita demum veram esse intelligit Bartol. in dict.l.si defunctus, quoties dominus,qui satisdationem præstiterat idoneus fideiussor est,juxta ea,quæ traduntur in l.sciendum,15. D.qui satisdare cogantur,& diximus suprà in proth. numero 12. alias enim satisdatio non efficeret rem esse non integram ; sequitur Robertus Marant. de ordin.judic.6.p. membr.8.numero 1. Suar.in l. 2tit. *de los plazamientos*,§.nunc opportune,num.5.

Aliud,etiam interposita stipulatione judicatũ sol- 44
ui posse procuratorẽ reuocari,ex nostra,l.si ante acceptum, siue ea interposita sit à reo,vt nonnulli hic contẽdunt:siue ab eodem procuratore,juxta aliorum opiniones quod tamen difficile videtur;ex Bart.doctrina hic num.5.in fin.docentis, quod si aliquis ab initio defensor existat , sine mandato , præstetque actori

actori

actori satisdationem judicatum solui eius mutatio post litem cótestatam inuito actore fieri non poterit; *nam cum ille defensor* inquit Bartolus, *cœperit esse obligatus actori, ista actio non potest auferri ab initio*, l. si Stychum. 8. §. fin. versic. Non tamen D. de nouat. Addo ego Bart. vltra alios, bellissimum Iuliani resp. in l. Titius 76. D. de procur. ibi: Defensor cum satisdedit, domini loco habendus est.

45 Vt sic constet, tam ex parte defensoris, quàm ex parte actoris, id est, tam ratione juris, quod in causa defensor habet, quàm ratione obligationis, & actionis ex stipulatione judicatum solui, actori quæsitæ reuocationem non admitti. Eademque, & in ea quam procurator præstitit, posse animaduerti, cum ea præstita ipse, eiusque fideiussores actori cœperit obligari, cui inuito ius hoc auferri non potuit, ex I. C. ratione, in dict. § fin. ibi; Non tamen si quis stipuletur sibi, quod mihi debetur, aufert mihi actionem.

46 Verum quidquid velit Bartolus (quod tanti præceptoris, venerandique patris pace dictum sit) longe verius credo, & procuratorem præstita etiam satisdatione, judicatum solui, & defensorem etiam iam lite contestata posse prohiberi, neutroque casu eorum fideiussores teneri. Quod vt contra Bart. ipsum verissimum, ostendamus, aliena, aut extranea non sunt inducenda testimonia, sed nostri I.C. Caij in hac nostra, l. si ante acceptum, qui stipulationem non committi, quo casu prohibitus fuit procurator (omitto discrimen scientiæ, vel ignorantiæ actoris, de quibus casibus nunc non differo, agam tamen postea,) ante acceptum judicium, præstita tamen jam satisdatione judicatum solui, initio huius legis admonuit. Idem & in defensore, etiam quo casu iudicium acceperit, si eius qualitas fuit mutata, in versic. Nam & alias responsum, in fine huius nostræ legis, qui etsi eo tantum casu probare videatur stipulationem non committi quod mutata iam conditione acceptum fuit iudicium, ait enim Caius; *Nam & alias responsum esse, si quis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam heres ei extiterit, iudicium acceperit, fideiussores non teneri.* Idem etsi mutatio post acceptum judicium contingit asserendum est ex nostræ legis principio, juncta expositione Accursij, quam cæteri omnes sequuntur. Illa namque verba ante acceptum judicium, non iuris mysterium, sed facti notant contingentiam, vt Angelus animaduertit; cum & post possit, dum tamen causa adsit procurator prohiberi, leg. post litem. 17. D. de procuratoribus vnde sic etiam lite contestata posse similiter defensorem vetari; alioqui dicendum, potentius ius defensoris, quam procuratoris esse; quod tamen nemo dicet, si modo sapiat. Potestque considerari, reuocationem procuratoris satisdantis in eius commodum, & vtilitatem remque verti, cum eo ipso mandatum, expiret, sicque eius fideiussores liberétur, ex vulgatis.

Nec obstat inductio, d. l. si Stychum, 8. §. fin. D. de nouationibus, quoniam tam in primo, quàm in posteriori casu, quoties, inquam, vel procurator præstita jam satisdatione judicatum solui, prohibetur, vel defensor lite jam contestata personam mutat, aut propter expressam prohibitionem, quæ causa cognita admitti debet, litem deserit, vel inuitus, vel sponte, & vltro, ex integro semper cauendum erit actori: ne alias judicium in posteriori hoc casu illusorium redderetur, quo casu nullum ei præiudicium fit, nec dici potest inuito actionem tolli, cum non tollatur, sed potius nouetur, interuentu, videlicet nouæ satisdationis. Quomodo supplendam, & explicandam Bart. doctrinam dict. num. 3. var. Sed quando ab initio existimo.

47 Quam non magis probat d. l. Titius. 76. D. de procuratorib. quoniam etsi verum sit præstita à defensore satisdatione domini loco habendum eum esse, non tamen inde fit consequens non posse eum reuocari, siquidem, & procurator, etiam nulla satisdatione interposita, post litem contestatam dominus liti, & causæ dicitur, l. procuratoribus, 22. ibi. *Post contestatam litem dominus effectus*, nulla dubitatio, 23. ibi, *Vtpote dominum litis procuratorem effectum* C. de procurator. & tamen rectè tunc causa tamen prius cognita, potest reuocari, dict. l. post litem 17. D. de procurator. Præterea considero ideo, in dict. l. Titius, quem male in procuratore accipiunt ibi interpretes, quibus accedit Eguinarius Baro, defensorem iudicium etiam inuitum, post satisdationem accipere compelli, quoniam desijt reus esse soluendo, parumque defensori præstaret Prætor, si eum nó cogeret iudicium accipere, cum ad fideiussores eius actor ire posset, & hi quicquid præstarent, à defensore consequi possent, quæ ratio I.C. mouit. Ergo ex ea fit nó obscure, quo casu reus esset soluendo, atque ex integro caueret actori, potuisse ab eo etiam jam lite contestata prohiberi defensorem, cum actore conditio deterior non fiat. Cuius non interest ex hac, vel ex illa satisdatione, rem iudicatam consequi, dum ea semper judicio facto parata sit, qua vna ratione cum Marc. Tullio in oratione pro Quintio, & Cuiacio l. 10. obseruat. cap. 29. inductam stipulationem judicatum solui, supra in protheoriis initio admonuimus.

48 Maiorem difficultatem continet sequens argumétum à diuisione, cum Bart. sup. n. 12. inductú, ex quo probari videbatur, nulla ex clausula satisdatione iudicatum solui eam hic committi potuisse. Nondum hunc, vt dissoluant actores, in varias ferútur opiniones, quorum nonnulli ex clausula de re judicata, alij ex clausula de re defendenda, alij ex clausula de dolo, commissam stipulationem contendunt, atque propter diuersas has sententias, diuersas lecturas huic legi adsignari constat ex Acc. nostro, verb. Acceptum. Bart. num. 1. vers. Huius timore, & reliquis omnibus antiquis qui eas explicant, & prosequuntur, & cum nos d. num. 11. ex Bart. disputationis gratia, nulla ex clausula committi potuisse ostenderimus, Acc. versa vice, ex omnibus commissam fuisse ostendit, d. verb. Acceptum. Ergo quæ earum opinio verior sit, quæ juris & artis nostræ principiis magis consona, quæ denique T. Caij verbis, & menti magis quadrans, discutiendum nobis erit. Id, explicatio huius c. expostulat, quod cum profectitiam dotem, non quidem exilem, aut tenuem, sed fertilem, & ciuitem, habeat, aduentitia, & extera nitandes non est, vt aliqui ex nostris antagonistis existimarunt, qui per emendicata (vt aiunt suffragia ambulantes, cum locupletissimum hoc nostræ legis patrimoniú, vel eos latuisset, vel ab eis percipi non posset, tortuosa eius Mœandra nauigare non ausi auditores suos nugis, & fabulis pluribus prælectionibus captarunt, quo vsque nos qua iter agendum esset ostenderemus, quemadmodum, & quà fuisset incipiendum, vti ex corú scriptis, post nostra traditis, deprehendi, haud obscure poteri. Sed jam ad Acc. & antiquiores.

49 Prior ergo opinio ab Acc. verb. committatur, vers. cómitti, & d. verb. acceptú, in initio recitata est, Roger. asserentis ob rem non defensam stipulationem hic fuisse commissam, quoniam etsi verum sit rem fuisse defensam, actumque iudicium cum eo procuratore, quem ignorante actore reus prohibuit, & reuocauit, cum tamen eius conditio mutata fuerit de habente mandatum in non habéte aliud prorsus judicium est, quam pro quo fuit satisdatum, & ab alio defensum, quam quem defensurum fideiussores repromiserunt. & cú personæ, aut saltim eius qualitatis mutatio facta fuerit, perinde est, ac si non fuisset defensum, indeque rectè Caius, ob rem non defensam stipulationem committi docet.

50 Verum hanc Caij mentem non fuisse, ex eo fit apertum,

apertum, quoniam vt ex clausula de re defendenda stipulatio non committatur, satis est non ab eadem persona, quæ stipulatione comprehensa est, sed etiam à quacumque alia rem defendi, leg. si quis, 3. §. si reus ibi, si nemo eum defendat, sup. h. t. vbi si reus qui judicatum solui promisit; postea absens factus sit, vel demens, vt in Pandectis Florentinis, tunc ob rem non defensam committetur stipulatio, quando nemo eum defendat, quoniam vt generaliter, d. l. 3. §. ob rem ait, ob rem non defensam stipulatio non committitur, quandiu potest existere qui defendat. Rursus, leg. jam tamen, 5. §. nunc videamus, sup. h. t. qualis defensio requiratur, & quarum personarum, ne clausula de re defendenda committatur tractans, resoluit, quod siquidem ex personis enumeratis in defensionem quis succedat, palam est recte rem defendi, nec stipulationem committi. Idemque si extrinsecus defensoris persona interueniat, si modo is (petente actore, vt ego existimo) paratus sit rem boni arbitratu defendere, hoc est satisdare se defensurum: vel etiam si sine vlla satisdatione sit admissus quia sibi imputare debet, qui talem defensorem admisit. Ergo si res defensa dicitur, vt stipulatio, ex clausula de re defendenda, non committatur, etiam quo casu extrinsecus persona defensoris interueniat: longe magis idem dicendum erit, quando eadem persona, quæ stipulatione comprehensa est, rem defendit, etiamsi eius qualitas, & conditio mutetur; quod enim in duabus personis receptum est, nempe, & rei satisdantis, & defensoris extrinsecus superuenientis, quare in vna eademque recipiendum non est, vt in alio proposito argumentatur Vlp. in nobili illo suo responso, relato in leg. singularia, 15. D. si cer. pet. ex quibus jam constat aduersus Roger. in hac nostra, l. *si ante acceptum*, ex clausula, *de re defendenda*, idest ob rem non defensam stipulationem commissam non fuisse, ergo cum commissam, in prima huius capitis parte doceat Caius, alia iuris ratio quærenda est.

51 Illud tamen, antequam hinc abeamus, ex superiori obseruatione, tam verè, quam nouè (nisi ego fallor) pro explicatione nostræ legis descendit; quod etsi, ne ex cæteris clausulis, videlicet *de re indicata, & de dolo malo* stipulatio *iudicatum solui* committatur, mutatio non solum personæ, sed & códitionis, siue qualitatis eius præstet; constat ex nostra eadem lege, vers. *quod si quis*, vers. *Nam vt stipulatio*, vers. *& ideo, &* vers. *Nam & alias*, latiusque infra dicemus, id tamen non admittitur in clausula *de re defendenda*, sufficit enim à quacumque defendi: committeturque tunc si vel res insolidum defensa non sit, vel non loco idoneo, aliisvè in casibus quorú meminimus sup. n. 17. itaque ex eo quod res non á satisdante, sed ab alio defendatur, corrumpi stipulationem non dicemus, quod an ad hanc legem alij considerauerint, diligentis lectoris judicium est.

52 Sequens nostræ legis lectura (vt antiqui aiunt) siue interpretatio, est quam ex Hugone insinuauit noster Acc. verbo, committatur, in fin. & verb. *Acceptum*, vers. *Idem si dicas, tertio*, Bart. d. n. 1. referuntque posteriores nouissima, videlisset, ex clausula stipulationis *indicatú solui*, nempe de dolo, idest, dolum malum abesse abfuturumque esse, commissam eam fuisse. Neque enim caret dolo reus, qui actore non certiorato prohibet procuratorem, vt sic cum eo homine iudicium accipiatur, & disputetur, qui legitimam personam in eo non sustineat: cum nec suo, nec alieno nomine jure defendat; aduersus quem lata sententia ex clausula de re judicata, neque dominum, ex reg. l. Plaut. 61. D. de proc. neque eum, quia nulla aduersum ipsum actio erat, ligare poterit. Ergo dominus, qui procuratoré constituit, pro eoque satisdedit, mox autem illum actore ignorante prohibuit: eum iudicem, etiam circumducit:
53 aliud enim† simulanit, aliud egit: ergo dolum commisit, vt Caio Aquilio (qui primus de dolo formulas proposuit) placuit apud Mar. Tull. lib. 3. de natu. deor. lib. de offic. eidemque Cice. in Topicis, Seruio, Sup. in l. 1. D. de dol. mal Sexto Pedio, in l. jurisgentium, 7. §. dolus malus, D. de pact. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 8. Aur. Aug. to. 8. Ps. 5. 14. 31. & 49. & to. 9. c. 1. Ioa. tract. 7. & rursus, to. 10. lib. 50. homili. homil. 20. Quorum sententias aduersus Labeo. & Vlp. grauiter, & docte defendit Hispanus Vellet. Gueu. lib. sing. defin. dol. mal. Ergo dolus, & fraus domini, nocere ei debet, non actori, qui justa, & probabili ignorantia ductus, cum eo homine causam egit, quem dominus suo nomine adesse initio voluit, aut saltim simulauit, alioqui justa, & probabilis ignorantia abesset actori, quod tamen bene fundata jurisprudentia non patitur, vti latius inf. insinuatque Caius, ibi, *& actor ignorans*, & ibi, *quod si quis sciens* primo etenim in casu eo quod ignorantia adfuit ex parte actoris etiam post prohibitionem stipulationem committi docent sequentia, quia prohibitionis scientiam habuit, non item. Committi præterea dolus à reo potuit, & in ipsa quoque sententia, si iudicem falsis instrumentis testib. & allegationib. decipiat, vt pro eo sententiam ferat: sicque res non viri boni arbitrio, sed dolosè, & fraudulëter agatur, ex quibus Acc. de verb. Acceptú, in fine, Hugo, opinionem defendi posse putat.

54 Eam tamen improbat Bart. d. n. Cuman. n. 5. & sanè rectè, quoniam, & si stipulatio ob clausulam de dolo ab interesse cómittatur, ex ratione, l. judicatum, 9. l. nouissima, 19. inf. eod. ligaueritque sententia reum codé modo, quo ligaret si prohibitus procurator non fuisset, vt ex h. l. principio constat, nihil interest actoris ex clausula de dolo agere. Quinimo, si memineris eorum, quæ sup. in proth. diximus, n. 15. in pr. ex ea committi non potuit, cum ex clausula de re iudicata fuisset commissa (vt mox audiemus) ex qua si stipulatio, iudicatum solui commissa sit, euanescunt cæteræ, quæ ob hanc solum interponuntur, dict. l. si accepto, 10. D. de accept. d. l. cum quærebatur, 13. vers. proinde inf. eod. Deinde cum pro actore iudicatum fuit nihilque ei dolus obfuerit, neque effectum habuerit, quomodo potuit ex eo stipulatio committi? vt in alio proposito dicebat Vlpian. in l. 1. in fin. D. quod quisque iur. *Quid enim* (ait ille) *obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum*? denique si ex clausula *de dolo* commissa fuisset stipulatio, Caij ratio in vers. *Nam vt committatur*, esset inepta, cum non ex mutatione committeretur, vel non committeretur, sed ex dolo.

55 Ergo cum ex argum. à diuisione reliquum iam sit ex clausula *de re iudicata*, commissam stipulationem huic fuisse, quæ fuit antiqui Ioan. Glossatoris opinio ab Acc. hic. verb. *committatur*, & verbo, *acceptum*, vers. *Item si dicas secundum*, rela: a. & à Bart. d. nu. 1. semel & iterum sequuta, quid ex h. l. & regulis stipulationis iudicatum solui, constet, è re jam erit ostendere, quod sanè non erit difficile, si qui obstat ex Plautio scrupulum remouramus: namque cum hic prohibitus fuerit ante acceptum iudicium procurator à domino, & post prohibitionem, adhuc se iiti obtulerit sententia in eo iudicio lata eum, non vero dominum ligare debuit; ex d. l. Plautius, & l. si non obtulit, 4. in pr. D. de re iud. l. si procurator. 28. §. fin. ibi: *Quia nec iudicati mecum agi potest*, D. de procur. Regia, l. fi. vers. mas si, tit. 5. p. 3. vbi multa Gr. Lop. & plura Bart. diaz, reg. 681. vbi plures refert eius additionator. Vnde cum alia sit, quam pro qua fideiussores satisdederunt (interposuerunt enim fidem suam, spoponderuntque eam sententiam se præstaturos, quæ aduersus dominum lata fuisset) eos teneri iniquum esset, cum in id tátum obligentur, in quod obligari voluerunt, vt jam diximus in proth. ex quibus consequitur ex clausula de re indicata stipulationem committi non potuisse. Scrupulum remouet Io. quod etsi regulariter sententia lata aduersus procuratorem, qui sine mandato expetitur, quia iam prohibitus est, non liget dominum, sed ipsum procuratatorem, & in hoc tamen casu dominum ipsum ligat, quia videlicet procuratorem actore non certiorato reuocauit, cui iniquum esset probabilem ignorantiam obesse, Acc. Ioann. & opinem & explicationem sequitur. Bart. sententiam probat solutionem non pro-

bat.Ego Ioan. & Acc. assentior, nec multum distare Bar.puto, & rem sic explico, quoties mandatum procuratori meo,vt is meo nomine in iudicio experiatur, dedero, satisdatione *iudicatum solui*, pro eo interpo-
56 sita (quæ † non ab ipso, sed à me litis domino interponenda est, l. si ad defendendum, 10. infr. h.t.docuit Acc.verb.prohibitus.) Quamuis enim Castr.n. 1. existimauerit (dicamus id obiter) satisdationem Iudicatum solui, non principalem dominum, sed ipsum procuratorem interposuisse, quo casu cum aduersus fideiussores actor ageret,excludebatur ab eis, eo quod tempore fideiussionis procurator mandatum habebat,quod si reuocatum non esset aduersus dominum, non aduersus procuratorem sententia lata esset, vti latius Castr. prosequitur: mihi tamen magis placet Acc.loquitur I.C. Cai. quo casu procurator cum mandato ad iudicium accesserat,licet illud postea reuocatum fuisset;atqui pro defensore, qui cum mandato accedit ipse dominus satisdare debet, l. si ad defendendum, 10. infr.h.t.l.qui proprio,46.D.de procur.§.si vero,Inst.de satisdat.Deinde si in casu h.l.procurator satisdedisset,cum se liti obtulisse videbatur,& inde sententia aduersus eum, non aduersus dominum ferenda esset,ex sup.animaduersis, tenerentur que fideiussores cum idem iudicium quodammodo mansisset, saltim quo ad eorum satisdationem (quod tamen admittet nemo) illudque non reuocauero, sed sustinuero, & secundum veritatem, & iuris interpretationem stipulationem committi, firmamque manere dicemus, estque is indubitatus casus secundum bene fundatam dicendi rationem,in eum enim satisdatio interposita fuit.
57 Idem † eodem jure dicendum est, quoties datum procuratorem ignorante actore prohibui, quoniam licet, vt cōmittatur stipulatio non sufficiat cū ea persona acceptum fuisse iudicium,quæ stipulatione comprehensa est, sed oporteat etiam eandem personæ qualitatem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit,vt hic Cai.in vers. *Nam vt committatur* mutataque sit procuratoris qualitas, hoc casu, de habente mandatum in non habente,vt nostri aiunt.Iuris tamē interpretatione fingitur non mutata ex eo quod non perueniret prohibitio, hæcque mutatio in notitiam aduersarij. Ergo quemadmodum stipulatio committeretur, verè nunquam conditione mutata, committitur, & cum fingitur eam mutatam non fuisse, idque est quod I.C.noster insinuare visus est illis verbis. *Et actor ignorans*, neque nouum est, aut insolens operari eādem fictionem in casu ficto, quod operatur veritas in casu vero,vulg.l.filio quem pater, 23.D. de liber.& posth.dixi aliud agens,in prin.n.5.Inst. quib. mod. testam.infirm.passimque notat Bar. & reliqui post eum, in l.si is qui pro emptore,D.de vsucap.Vnde (vt paulo superius dixi) jam intelliges, qua ratione hic scripserit Cai.in initio,ante acceptum judicium ignorante actore procuratore prohibito, si adhuc cum eo actum sit,nihil aliud dici posse,quam stipulationem committi.Itē & quod Modest.scripsit,in l.si procuratorem 65. D.de proc. sub vers. *Itaque etsi postea mutata voluntate procurator esse noluerit,tamen iudicium,quo quasi procurator expertu,est ratū esse debet*,quod sequutus fuit Greg. IX.in c.mandato,13.de procur. *Mandato procuratoris, post litem contestatam à domino, reuocato si hoc ignorante iudice, vel aduersario factum fuerit iudicium, quod idem quasi procurator postmodum expertus est,ratum esse debebit*.Hucque pertinet, leg. 1. vers.*itaque*, Cod.de satisd. junct.Acc.explicat.ibi,verb. *noluerit. Itaque etsi postea mutata voluntate*, aiunt Cæsares. *procurator esse noluerit, tamen iudicium quo quasi procurator expertus est ratum habere debebit*.Ecce quæ in dict.leg. si procuratorem proposuit Modest.ab Imp.& Pont. in dict. leg. 1.& in dict.cap.mandato transcripta verba; ex quibus omnibus constat ratum illud iudicium esse, quod & ignorante actore cum prohibito procuratore actum est. Quod probat tex.in c.ex parte Decani,de rescrip. & per argumentum à contrario, cap.3.de procur. vbi tunc demum inualidam esse sententiam cum procuratore reuocato latam, Pontifex docet, cum aduersarius reuocationem scierit. Concordat de jure Regio, leg.24.ibi. *Empero quando assi lo quiere toller, deuelo fazer saber al iuez o a su contendor:E non lo faziendo saber assi, deue valer lo que el primer personero razonare, è fiziere en aquel pleyto tambiencomo si no lo ouiesse tollido*,
tit.5.par.3.† Expendo verbum, *ratum*, in dictis locis 58
repertum,quod quid aliud, quam *firmum, fixum, constans,immobile*,significat apud Tull.2.de nat.Deor.*Qui cum tam certos cœli motus, ratos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa,& apta viderit*; & paulo post. *Astrorum in omni æternitate rati, & immutabiles cursus*. & in Academ. quæst. *Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum fixum fuisse vis*, & passim alibi etiam apud nostros I. C. vti plena manu ostendit eruditus Brison. lib. 16. de verb. sign.
pag. 553. quemadmodum † & ratum, ac firmum il- 59
lius testamentum iure ciuili Romanorum dicimus, qui cum in ciuitate esset, illud ordinauit, postea tamen captiuus apud hostes decessit, vt in §.eius, qui apud hostes, 6. Inst. quib. non est permiss.fac. testam. & tamen constat stricto jure, propter superuenientem capitis diminutionem, irritum esse. Ita in §. alio quoque modo, & in §. non tamen, Inst. quib. mod. testam. infirm. Idque inductum propter legis Corneliæ fictionem,quæ paulò ante captiuitatem mortuum fuisse fingit, vt late in dictis locis scripsimus. Idque non sine ratione, vt captiuorum jura conseruentur. Pari ergo ratione vt judicia bona fide cœpta rata sint,quorum publica quoque est causa, eum procuratorem,qui ignorante actore prohibitus est,& à domino reuocatus, non reuocatum, nec prohibitum esse fingit, fauetque eo casu iustæ, & probabili actoris ignorantiæ,vt aliàs sæpè,leg.Eius qui,41.ibi;Si modo ipsi quoque ignorassent,D.si cer.pet.l.cum quis,38. §. 1.ibi: Et debitor ignorans soluerit, D. de solut. Quæ duo Afric.responsa,licet in dissimilibus speciebus loquantur:illud in mandato morte mandantis extincto, hoc in eo quod contraria voluntate fuit reuocatum, semper tamen actoris, siue debitoris probabili ignorantiæ id tribuunt,vt quo ad eos,nec extinctum, nec reuocatum mandatum censeatur, suntque non dissimiles decisiones,in l. sed etsi,9.§.1.D.de inst. act.in l. vero procuratori,12.§.1.l.siquis seruo,18.l.si seruus,32. l.qui hominem,34.§.si Titium, D. de solut.in leg. sed & socius,17.§.1.cum l.seq. D. pro soc. & noua Clem. Papæ,decisio,in Clem.1.de renunc.
Ex quibus illud in praxi receptum est reuocationem 60
procuratoris à constituente factam,nisi parti aduersæ, ac iudici nota sit, reuocantem non releuare, quo minus ex gestis cum eo teneatur,vt iux.communem opinionē resoluit Capra,reg.58.n.3.& reg.59.n.23.alex. cons.83.n.8.vol.7. Abb.in c.in nostra, de procur. latè Bald.in l.mandantem,C.mand.& copiose Felin.in c.ex p.Decani,de rescrip. Mascar. de probat. vol. 2. concl. 1015.n.5. qui cum alia pro hac opinione adduxerint, potuissent allegare nostram h. l.Si ante acceptum, 7. D.iudic. solui, quæ tam enixe probat in principio, quod sic explicatum concinit, vers.Nam vt committitur, infra, quoniam etsi vere mutata fuerit personæ qualitas in eo casu,quo reus procuratorem ignorante actore reuocauerit, ac prohibuerit,perinde tamen est, ac si mutata non fuisset: vnde fideiussores quoque tenentur, quoniam iuris interpretatione est hoc illud idem judicium,pro quo intercesserunt.
Ex quibus descendit explicatio, & dissolutio tertij 61
argumenti, quod ex versic.quod siquis aduersus principium h.l.sup.cum Bar.hic construximus.Quoniam, etsi verum sit, tam in princio, l. quam in vers. quod siquis,ante acceptum iudicium prohibitum fuisse procuratorem; vnde quemadmodum in primo casu stipulatio committitur, committi debuit & in altero; aut quemadmodum non committitur in hoc casu, nec committi debuit in illo. Est tamen (vt jam audistis) inter vtrumque longe dissimilis ratio, cum mutata conditione procuratoris,ignorāte actore, perinde sit,

ac si nō sit mutata,maneatque juris interpretatione, & fictione illud idem judicium,pro quo fuit satisdatum,eo vero sciente, sit aliud valde dissimile, cessat enim casu illa æquitatis ratio, ob quam idē judiciū intelligitur,estque quid sibi imputet actor,qui cum sciret procuratorem prohibitum adhuc cum eo egit, absque eo quod ex integro sibi iudicatum solui promitteretur, quemadmodum nec liberantur debitores in dict.l.eius qui in prouincia,41.D si cer.pet.qui cum scirent serui Kalendario præpositi conditionem mutatam, ei soluunt, quo pertinent omnia quæ de mutatione qualitatis personę hic Cai.adducit,qui,vt ego existimo,ex hoc vers.quod siquis sciens,ad fi.vsque h.l. eandem semper retinuit speciem; quamuis eruditi viri aliud putauerint; Aio eandem retinuisse speciem in actore,sæpe vt eo sciente cōtigerit qualitatis mutatio in procuratore,siue defēsore,de qua in vers.Et ideo,& in versic. nam & alias,quod euidenter probant illa verba,siue etiam prohibitus acceperit,d.vers.Et ideo,vbi Cai.probat,quod si procurator jam prohibitus judicium acceperit, stipulatio non committitur, qui casus nisi sciente actore eueniret, contrarium esset respondendum,jux.eiusdem nostræ l.prin.Ergo ne inuicem contraria respondere Caium dicas,necessario fateri debes, & in principio, & in hoc vers.siue etiam prohibitus, loqui de prohibito procuratore judicium suscipiente,ibi actore ignorāte,hic vero eo sciente,vt hic iam constet verissimum esse quod putamus,ex hoc versic.Quod siquis sciēs eundem casum semper I.C.retinere, quando huiusmodi qualitatis mutationes,siue de habente mandatum,in non habentē,siue de non habente in habentem contingunt sciente actore.
62 Sed jam vos audio iterum contra hanc meam existimationem,eundem versic.quod si quis sciens obiicere,cōstat enim in h.l.pr.Caium loqui de procuratore suscipiente judicium post prohibitionem,ignorante tamen actore, eundemque casum retinere, in vers.quod siquis sciens,sciente eodē actore,ergo ne eundē postea inculcare dicamus,in d.vers. siue etiam prohibitus acceperit,quod vtique esset ineptū. consequens est aliquod sacramentum latere in posteriori hoc membro.Ecce (nisi ergo fallor) est vsque adeò necessaria eadem qualitas,quæ erat tempore satisdationis in persona procuratoris,siue defensoris,vt etsi postquā constitutus,quis est procurator heres existat domino, nihilo magis stipulatio committatur, siue heres existat domino, qui in eadē volūtate durauit, siue ei qui eum jam prohibuerit,quoniam ea iudicij mutatio,siue translatio aliud constituit quā pro quo satisdatum fuit,quæ(nisi ego erro)est sententia illorum verborum.Et ideo si is,qui procurator datus est, hæres extiterit domino, atque ita iudicium acceperit,siue etiam prohibitus acceperit,non committitur stipulatio,quam si respuas, eadem sæpius Caium inculcasse fateri oportet, quod tamen nemo dicet.
63 Succedit explicatio quarti arg.cum eodem Bar.d. n.2 à nobis sup.n. 26. inducti, quod tamen ex his quæ in enarratione rationis Caij, in vers. nam vt committatur,n.38.& paulò superius, n.55.facile dissoluitur.Rectè enim Bar.Ang.& cæteri hic contendunt, mutationem qualitatis procuratoris ignorante actore contingentem stipulationem non corrumpere, quoniam sententia postea lata eodē modo ligat dominum,quo eum ante reuocationem ligaret, estque ac si qualitas mutata non fuisset. Quod quia latè sup.diximus,sæpius inculcare nihil attinet.
64 Ergo qui procedat quod Paul.ait in l.seruus, 14. D. de his qui notant,infam.manere idem iudicium,& si translatio personæ fiat, quod è regione,est Caio in versic.Et ideo animaduertūt Acc.hic verb.stipulatio, Bar. sub eodem num. 1. jam audiamus oportet. Est enim maximè difficile, quod in hoc versic.Et ideo, Caius ait, cum generaliter cautum sit instantiam
65 †cum defuncto cœptam,idest iudicium jam inchoatum in eius hæredem transire,siue actor fuerit defūctus,l.si petitor.31.D.de jud.l.filius,12. v. multo magis,D.de inoffic.testam.l.si operarum,29. D. de oper. libert.siue reus, ex d.l.si seruus,14.D.de his qui not. inf.l.si eum hominem,34.D.de fideiuss.l.2.§.fin.D.de præt.stip.l.1.Cod.si pend.appell.Ex quibus videbatur cœptum cum procuratore judicium,cœptū enim est interposita satisdatione judicium solui, d.l.si defunctus, 15. D. procur. qui nomine domini, eiusque mandato litem agit,morte domini non finiti,longeque minus eodem procuratore hærede instituto.
Deinde, quia etiam constat non modo ex parte 66
actoris translationem litis in procuratorē fieri posse, l.in causæ,17.§.si ex p.D.de pro.Quo casu stipulatio judicatū solui,a reo facta,domino qui satis accepit, committitur;sed etiam ex p.rei,ita vt solemniter,pro eo judicatum solui,satisdatione caueat,l.qui proprio, 46.D.de procur.Quemadmodum, & dominus, siue actor,siue reus,vti ante litis contestationem mutādi procuratoris, vel accipiendi judicij liberam potestatem habuit,siue à procuratore in se iudicium transferre poterit post litem contestatam,sed causa cognita, l.ante litem.16.l.post litem.17.& seq.l.in causę,27.D. de procur.omnibusque his in casibus iudicio translatum iudicatum solui stipulatio cum committatur,d. l.in causæ.§.sed etsi procurator.Idem etiam & in hoc vers.Et ideo dicendum erat,siquidem quo casu is,qui procurator datus est heres existit domino,cum post aditionē hæreditatis eius referat,& repræsentet personam jux.vulgaria,& dominus quoque rerum,& jurium,quæ in ipsa hæreditate erant,efficiatur, veteres enim hæredes pro dominis appellabant,§ fin.Inst.de hæred.qualit.& diff.vbi etiam obseruauimus,in dominum translatum iudicium videbatur,stipulationemque commissam, duo hæc quæ maxime obstant huic vers.Et ideo, argumenta suo ordine clarioris doctrinæ gratia dissoluamus oportet,sic enim fiet vt omne quicquid ad Caium spectet in medium proferamus.
Primum ergo non obstat,quoniam quamuis verū 67
sit interposita satisdatione judicatum solui,quodammodo iudicium cœptum dici posse,saltim quo ad hoc vt illud accipere defuncto domino procurator cogi possit,ex d.l.si defunctus, verè tamen cœptū non dicitur ante litem contestatam,vti ex pluribus, eiusdē tituli de procuratoribus,capitibus deprehenditur,& ex l.amplius non peti,15.D.rem rat.hab.vnde cum in hoc vers.Et ideo ante litem contestatā dominus decesserit,constituto procuratore hærede facto cœptam non fuisse instantiam,consequens est,indeque iure optimo Caium scribere stipulationem non committi, quoniam si cum eo procuratore deinceps sciēs actor agat,eius jam mutata conditione,aliud prorsus judicium est,quam pro quo fuit satisdatū.Plane in dict.l. seruus,14.D.de his qui not.inf.jam cœpto judicio defunctum decessisse manifestè constat,tum ex verbis eiusdem legis. Seruus eius nomine noxale judicium dominus acceperit,tum ex sententia, quoniam alias defuncto domino extingueretur eius obligatio, & seruus ex sola sua obligatione,& suo nomine conueniretur, essetque infamis, vt recte inibi insinuauit Paul.Ex eodem judicio damnatus non est famosus, quia non suo nomine condemnatur,quippe cum initio lis cum eo contestata non sit. Aduertitque ibidē Alber.sub n.1.Sed adhuc vrgere poteris,ex d.l.si defunctus,15.D.de proc.quæ probat eo quod interposita sit satisdatio iudicatum solui,etiam absque contestatione,iudicium cœptum dici,indeque instantiam in hæredem transire,ex supra adductis.Vndè cum in hoc vers.Et ideo, interpositam eam stipulationem, sine scrupulo fatendum sit,qui enim dubitaret Caius,an committeretur,ea non interposita:consequens est cœptum cum domino iudicium,eiusve procuratore illius nomine, defuncto domino, cum eodem procuratore finiēdum esse; maxime eo hærede facto.
Quare vt hæc,& alia multa,quæ in d.l.seruus,in d. 68

l.si cum hominem, Bald.Ang. Alber. & alij scripse-
runt,cessent,amplectenda est Bar.solutio in h.nostra
l.si ante acceptum,n.1.vers.Venio ad versiculum, &
ideo,qui recte arbitratus quæstionem, d.l.seruus,ab
hac nostra longo distare,quæstio enim à Paul.in d.l.
seruus proposita,eo tēdit,vtrum seruus damnatus eo
judicio, quod cum domino cœptum fuerat, cum eo
vero finitum,famosus efficeretur, quod de eius,non
de domini facto ageretur,& iudicium hoc eum infa-
mem non reddere,quamuis idem sit,respondet Paul.
quia quamuis ex suo facto, non tamen suo nomine
condemnatur,quippe cum initio lis cum eo contesta-
ta non fuerit;itaque probat idem iudicium in hære-
dem continuari, vt patet ibi;Ex eodem iudicio dam-
natus,jux.ea,quæ de continuatione instantiæ in hæ-
redem sup.adduximus.Quod sane non sufficit,vt sti-
pulatio iudicatum solui, committatur, quoniam vt
Bartol.noster ait,licet idem iudicium,tamen non est
eadem conditio personæ,quod requiritur, vt hæc sti-
pulatio committatur.Fatetur ergo Bar.& in hoc no-
stro vers.Et ideo,instantiam cum defuncto ex sola in-
terpositione stipulationis iudicatum solui, cœptam
jux.dict.l. si defunctus,in hæredem continuari,quem-
admodum & in dict. l. seruus;non tamen inde sequi
stipulationem hanc committi debuisse,quoniam non
sufficit idem iudicium prosequi,nisi & persona stipu-
latione comprehensa eandem qualitatem retineat,
quam stipulationis interponendæ tempore habebat.
Vnde sequitur,quod si in d.l.seruus,stipulatio inter-
posita esset,non committeretur;interpositam tamen
non fuisse satis constat eo quod actio,quæ ibi inten-
debatur personalis esset,& in personalibus actioni-
bus stipulatio hæc non interponebatur,secus in rea-
libus. § hæc ita Inst.satisdat.cuius differentiæ ratio-
nem paucis ibi,verissime quidem insinuauerunt eru-
ditus Hotom.ennnc. cap. 4.pressius multò Balduin.
num.11. ad fin.Itaque vt quæ juxt.concordiam d.l. si
seruus, cum hac nostra in versic. *& ideo*, pertinent,
cōprehēdamus superior Bar. interpretatio sequenda
est, omissa latissima disputatione celeberrimæ illius
quæstionis,an & quando lis cum defuncto cœpta in
hæredem trāseat,in cuius explicatione plura I.C.lo-
ca occurrebant,præcipuè à nobis supra num.65.iudi-
cata. Verum quia hic non de instantiæ in hæredem
continuatione,sed de stipulationis, iudicatum solui,
commissione cum Caio disputamus.Acc.Bar.& reli-
quos sequuti,eam missam facimus libenter sane,eam
enim nuper copiose, grauiter, & docte prosequitur
doctissimus Pet. Barb.totius Hispaniæ iuris pruden-
tiæ parens, in Conimbricensi Academia iuris Cæsa-
rei Primarij Antecessoris emeriti,& nūc in supremo
Regali Lusitaniæ Senatu consiliarij, in commenta-
riis ad titulum,D.solut.matrim. 2. p. sub leg.si con-
stante,25.§.fin.ex numero 13.ad 30.

69 Difficilius sane est,quod posteriori loco sup.n.66.
aduersus vers.& ideo,obiiciebamus argumētum ex
d.l.causæ,27.§.si ex parte, D.de proc. & his quæ ibi
de trāslatione litis à domino in procuratorē & à pro-
curatore in dominum diximus, & I. C. testimoniis
probauimus, omnibusque his in casibus stipulatio-
nem *iudicatum solui* committi. Quod vt Acc. hic.
verb.*Non teneri*, dissoluat, nimis anxius est,& labo-
rans quibus,quoniam similis decisio, d.l. Iulianus,
11.D.qui satisd.cog.easque simul,& Acc.& Bart.di-
sputarunt, ne molesta inculcatio vos fastidiat, eas
etiam nos coniunctim exponemus.

70 Accur.igitur vt earum nodum dissoluat,discrimen
constituit inter mutationem qualitatis contingente,
siue noua mandati datione, siue illius reuocatione,
siue iudicij translatione cœpto jam iudicio, & eam
quæ ante acceptum iudicium fit. Namque si ante li-
tem contestatam mutatio fiat, stipulatio nunquam
committetur jux.nostrum tex,qui vt sepius diximus,
de ea mutatione,quæ ante acceptum judicium fit,lo-
quitur:vti ex eius verbis constat.tam principio ibi:
Si ante acceptum iudicium,quam in vers.*nam vt cōmit-
tatur*, ibi:*Non sufficit cum ea persona acceptū esse,&c.*
& ibi. *Atque ita acceperit iudicium siue etiam prohibi-
tus acceperit*,& tandem in vers.vlt.ibi;*Deinde vel pro-
curator ab eo datus,vel postquam hæres ei extiterit iudi-
cium acceperit.* Quoniam eo casu iudicium acceptum
cum ea persona,quæ eandem qualitatem non habet,
quam habebat, quo tempore satisdatio interposita
fuit,aliud est,quam pro quo satisdatum est,ideoque
fideiussores non tenentur:vt iam sæpe diximus.Si ve-
ro lite contestata mutatio,siue translatio contingat,
quoniam tunc idem iudicium manet,stipulatio com-
mittitur ex d.§.si ex parte,ibi.*Litis translatio fiat*,ne-
que enim potuit transferri lis quæ iam cœpta non
esset;vnde cum lite contestata incipiat,non antea, l.
amplius non peti.15.D.ad rem rat.hab.consequens est
cœptam iam fuisse in d.§.si ex parte.

Hæc tamen Accur. solutio displicuit Bart.& reli- 71
quis,& sane merito,cū in vtraque distinctionis par-
te falsa sit.Ecce,in d.l.Iulianus, 11 D.qui satisd.cog.
ante litem contestatam mutatio contingit. *Iulianus
ait* (inquit Vlpian.)*si antequam mandarem tibi, vt fun-
dum peteres, satis acceperis petiturus fundum & postea
mandato meo agere institueris, fideiussores teneri*, & ta-
men vides stipulationem committi, versa vero vice
etiam lite contestata contingente mutatione stipula-
tionem non committi,probat Papin.in dict.l.1. §. fi.
D.quib.mod.pig.vel hyp.solu.vt constat ex eius ver-
bis, ibi:*In dominum iudicio postea translato.* Et quo-
niam non auctoritate tantum;sed & ratione quoque
agendum est, ratione etiam Accur. conuincamus
oportet.Nam si mutatio post litem contestatam con-
tingens vires stipulationis non eneruat, vt Accurs.
placebat, quando iam persona procuratoris,siue de-
fensoris firmata est iudicio: longe minus eneruari
debet mutatione ante litem contestatam contingen-
te. Est enim certissimi † iuris, contestatione cum 72
procuratore facta,ipsum propemodum dominum li-
tis effici,l.procuratoribus,22.l.nulla,23. C. de proc.
Adeo,vt obiter id dicamus,vt Impp.in l.1.C.de sent.
& interloc.omn.jud.non videri sibi rationem habere
sententiam eius rescripserint, qui cum cognouisset
ter petitorem,& procuratorem, non procuratorem
sed ipsum dominum litis condemnauit,cuius persona
in iudicio non fuit: posseque,vt re integra de causa
cognosci. Debuit enim judex in persona procura-
toris,non etiam domini,siue mandatoris sententiam
concipere; quoniam lite contestata ille rem quodā-
modo nomine exequi; vt de dolo eius excipi post
litem contestatam possit,l.si procurator, 9.D. de dol.
mal.& met.excep.ipseque suum procuratorem recte
dat,quod ante litem contestatam inutiliter faceret,l.
quod quis,8.l.neque tutores,11.ad fin.C. de proc.l.
19.tit.5.p.3.vnde fit,lite contestata iudiciū à procura-
tore in dominum transferri, nisi causa cognita non
posse,d.l.ante litem,16.d.l.post litem 17.D. de proc.
Ex quibus omnibus palam fit, quod cum major sit
mutatio constitutionis post litem contestatam,& sic
post personam firmatam in iudicio,quam ante,quem-
admodum hoc casu stipulationis vires non eneruan-
tur,vt aiebat Acc.ita nec quo casu ante iudicium ac-
ceptū qualitas mutatur,cū longe minor mutatio fit.

Nec proderit Acc.si vt eum defendas,subtiliter de- 73
clinare velis Papinian. in l.1.§. fin.D.quib.mod. pig.
vel hypoth.sol. contendens ibi mutata conditione,
siue judicio translato,lite etiam contestata non fuisse
commissam stipulationem,quoniam text.ille non in
procuratore,sed in defensore loquitur,qui licet no-
mine domini judicium prosequatur, absque eius ta-
men mandato,vt in proth.n.8. diximus, vnde cum
longe minus iuris in lite,& causa habeat,mirum non
est eo mutato judicio, quod cum ipso cœptum erat
stipulationem non committi, & fidejussores, & pig-
nora quæ data erant,non teneri.

Hæc enim solutio,licet subtilis,ex eo conuincitur, 74

nam quemadmodum lite contestata iudicium à pro-
curatore transferri, nisi causa cognita non potest,
etiam procuratore cum domino, vt iudicium susci-
piat,agere volente, nondum enim perfecit manda-
tum,l.si mand.45.§.sed si mand.D.mand.Ita interdū
accidit(quod forsitan aliquis miretur) vt si lite con-
testata postulet dominus,cuius nomine defēsor fine
mādato alius extitit,litem suo nomine suscipere,nō
aliter ipse dominus audiatur(vt Modest.ait in leg.is
cuius nomine,64.D.de proc.)nisi causa cognita:cum
scilicet ante litem contestatā in præsentia fuerit do-
minus,domini enim defensori adsidentis præsentia
vim talem habet,vt mandato comparetur,& defen-
sor,cui dominus adfuit non jā pro defēsore,sed pro
vero procuratore habeatur;quod nec Acc. nec Bar.
subolui, verbis tamen I.C.omnino congruit:sed ra-
tioni quoque,ac iuri consentaneum esse dixerit,qui
& in vero procuratore præsentiam domini,vt & eius
ad aduersarium literas, huius esse potestatis didice-
rit,quod Modest.idem docet, in l.si procuratorem,
65.D.de procur.vt & si postea mutata voluntate pro-
curatorem esse noluerit, tamen iudicium,quo pro-
75 curator expertus est,ratum esse debeat.

Sed dices,& non sine ratione,hæc quæ proxime de
defensore resoluimus,non quadrare Papin.in d.l.1.§.
defensor D.quib.mod.pignor. vel hypoth. solu. qui
non de defensore præsentis, vt Modest.in d.l.is cu-
ius nomine;sed defensore absentis loquitur.*Defensor
absentis* (inquit Papinianus) *cautionem, indicatum
solui præstitit in dominum iudicio postea præstato fideius-
sores ob rem iudicatam quos defensor dedit non tenebun-
tur,nec pignora quæ dederunt.* Vnde facilius ab eo iu-
dicium ad dominū transferri potuit, lite jam conte-
stata,quo translato stipulatio non committitur pro-
pter nostræ legis rationem,adiunctis latè eius exor-
76 natione congestis.

Id tamen argumentum non dissoluit, quoniam
quoad hoc nullum esse inter absentis, & præsentis
defensorem discrimen,probare videtur,l. Titius 76.
D.de procur.ex qua constat non solum lite jam cœ-
pta, verum & ante eius contestationem interposita
ab absentis defensore satisdatione,litis dominum es-
se,iudiciumque accipere compelli,vt sic tandem rem
claudamus posteriorem partem distinctionis, qua
contendit hic Acc.mutatione qualitatis contingente
accepto judicio stipulationem committi,expresse im-
pugnari ex d.l.prima §.fin.quemadmodum, & prior
77 ex dicta lege Iulianus.

Ea ergo interpretatione reiecta difficultatem,dict.
l.Iulianus,vt interpretes dissoluat, mire variant,quo-
rum interpretationibus referendis longissimo com-
mentario opus esset.Quare, ne longior sim,eam se-
quendam admoneo, quæ ab Acc.ibi verbo,Iulianus
in princ.& in d.l.in causa,27.§.fin.ver.committi, &
hic ver.teneri,tradita frequentiori calculo ab omni-
bus, probata est,Bar.hic,n.Paul.hic & ibi, Ias.nu.4.
Alex.& Soc.n.7.Ioann.Horos.c.n.4.P. Castal.in not.
ad illam l.Iulianus,& d.§.fin.Vigel.lib.6.Digist.c.10,
caus.1.excep.4.& qui neminem refert P.Fab.lib.sin-
gul.semest.c.13.videlicet discrimen constituendum es-
se inter mutationem procuratoris,siue iudicij trans-
lationem ex parte actoris,& eam quæ fit ex parte rei,
illo enim casu stipulatio committitur,d.l.Iulianus.d.
§.fin.hoc vero non ita ex hac nostra l.si ante accep-
tum,& d.l.1.§.fin D.quib.mod.pign.vel hyp.sol.pla-
ne hanc Acc.solutionē,& interpretationem,his iuri-
bus quadrare satis constat,ait enim Iul.apud Vlp.lib.
78.ad edict.quod siquis antequam ei mandem,vt fū-
dum petat,satis acceperit petiturus fundum,& postea
mādato meo agat,fideiussores tenentur.Satis species
hæc probat de actoris procuratore I.C.loqui:quem-
admodum & ea, quæ ab eodem Vlp.proponitur,in
dict.l.in causa,27.§.si ex parte actoris,litis translatio
fiat,Cai.vero hic,& Pap.in d.l.1.§.fin.in rei procura-
tore,& defensore loqui,certissimum est,ex toties præ-
stitæ satisdationis,item & defensoris inculcata men-
tione.Vnde cum d.l.Iulianus,& in hanc nostra l.si an-
te acceptum,in dissimili,non in eadem specie loquan-
tur,diuersi potius,quam aduersi censendi sunt,vt recte
ibidem Alber.& Ias.animaduertunt.

Parum autem nos præstitisse iure dicet quispiam,si 78
inter horum capitum hypothesim differentia consti-
tuta,eius,rationē silentio inuolueremus, plures tradi-
derunt hic,& ibidem Accurs.Bar. Paul. Alber. Raph.
Alex.& Ias.Ea tamen magis arridere videtur, quæ ab
Acc.hic gl.fin.insinuata est, probaruntque Iac. b. de
Are.Pet.de Bellap.Alber.& Ias.in dict.l.Iulianus,ideo
contingente mutatione qualitatis siue judicij transla-
tione ex parte actoris stipulationem committi, ex d.l.
Iulianus,& in d.l.in causa,§.fin.quoniam cum ea mu-
tatio in ea persona contigerit, quæ satis accepit,præ-
iudicium,aut grauamen inferre non debet ei qui satis-
dedit, quod sane non leue esset si prima satisdatione
extincta iterum cogeretur satisdare;nec enim eo faci-
le fideiussores promittunt,tunc dati nisi causa cognita
reiiciendi sunt,arg.leg.si ab arbitrio,10.D. qui satisd.
cog.ergo grauamen hoc,iniquaque conditio,ex acto-
ris facto,qui mutationem, siue trāslationem fecit, reo
inferri non debet,ex vol.reg.leg.non debet,75 D.de
reg.jur.Quod si ex parte rei mutatio, siue translatio
contingat,stipulationem non committi æquum est,
extincta enim iam est fideiussorum obligatio, qui in
eā causam satisdederunt,quæ stipulatione cōprehēsa
fuit, quæ tamen sola qualitatis mutatione alia iam
est,& diuersa, nec est,quid possit queri actor,cui ex
hoc nullum infertur præiudiciū,qui si quos accepit
fideiussores liberatos audit,alios æquè idoneos ite-
rum exposcere poterit,ex reg.& sententiis,l.quoties,
6.D qui satisd.cog.aliàs sibi imputaturus, si nouam
cautionē non exegit,d.l.jam tamen,5.§. nunc videa-
mus,in fin ibi:Quia sibi imputare debet,qui talē de-
fensorem admisit,sup.eod.Præterea nec est cur reus
hoc casu satisdare recusans,audiendus sit,cū ea mu-
tatio non ex alieno,sed ex proprio facto contigerit,
qui sane potuit sibi iniquā hāc,quinimo,& deterio-
rē conditionem inferre,ex sententia d.l.non habet.

Verum hæc Acc.differentiæ ratio,quamuis admit- 79
tenda videatur,quo casu à reo prohibitus fuit pro-
curator vt in pr.h.l.& in vers.siue etiā prohibitus,
in quo est quid possit imputari ei,quare procuratorē
suum,pro quo iam satisdatum erat,reuocauerit:non
tamen quadrat vers.Et ideo si is,qui procurator da-
tus est hæres extitetit domino, nec vers.vel postquā
hæres ei extiterit iudicium acceperit,nihil enim est
quod possit imputari domino eo quod decesserit,
nullus namque mortalium, quamuis in id omnes
nati simus,est qui crastinum sibi non polliceatur,&
nihilominus hoc etiam in casu stipulationem extin-
gui constat ex hac nostra l.Quo argumento ab Ac-
curs.discedit Bar.hic n.1.vers.Ista non est vera. 80

Hoc tamen argumentum non tantum est,vt Bar.
ab Acc.separet,quoniam etsi reo nihil possit imputa-
ri,in versic.Et ideo,eo quod decesserit vt Bar.ait,est
tamen quid ei imputetur, quod illum hærede scri-
pserit quem procuratorem sciebat; quo facto scire
etiā debuit eius qualitatē adeo mutari,vt stipulatio
corrumperetur.Nec obstat si,vt Bar.defendas contra
Accurs.replices,eos etiam quos nunquā testator vi-
dit frequenter hæredes institui posse,l.extraneū, 11.
C.de hæred.instit.§.fin.Instit.eod.sicque nullū eius
factum esse,ex quo culpā arguamus,nam etsi ea in-
stitutio valida est ex dictis iuribus, non tamen fre-
quens,sed certe insolens,cum eos sæpe hæredes in-
stituere soleamus, quorum merita affectionem no-
stram prouocarunt,l.nec adiecit,9.D.pro soc.de qua
plura Pinel.in l.1.3.p.n.60.vers.probatur secundo,C.
de bon.mat.persuadebisque tibi non difficile,si con-
sideres eum hic fuisse institutū,cui ante testator cau-
sas,litesque suas agēdas cōmiserat. Discedimus igitur
ab Acc.nō obstat.argumētū,quod facile declinasti,sed

quia vera ratio ex Caio nostro hic extrahẽda est. Interim autẽ quidquid Accursius placuit proponẽdum.

81 Ergo idem in d.l. Iulianus, eo verb. sub versic. Et est ratio, aliam huius rei esse existimat, quoniam cum mutatio ex parte actoris contingit, proprie mutatio dici non potest, cum enim nullum haberet mandatum agere non potuit, sicque nullum iudicium fuit, & inde nihil quod posset mutari ex vulgaris, quod si postea ratum habeatur ab actore, quod à nõ procuratore suo nomine gestum est, datumque illi mandatũ sit cum gestorum, siue actorũ ratihabitione cum huiusmodi ratihabitio retrotrahatur, perindeque sit, ac si ab initio mandatum intercessisset, eadem semper causa videtur, idemque judicium pro quo à reo satisdatum est, vnde jure optimo firma manet stipulatio, cum nulla interuenerit mutatio. Aliud tamen est in reo, cuius nomine cum etiam, sine mandato quis in iudicio possit experiri, iudiciumque cum defensore gestum, & actum judicium sit, si mandatum ei datum sit, aut eius qualitas alias mutata, vt quia reo hæres extiterit, (vt in casibus nostræ legis) non idem, sed aliud iam judicium est, quam pro quo satisdatio fuit interposita, vnde stipulationẽ extingui cõsequens est.

82 Accurs. in dict. leg. Iulian. versicul. *Sed hæc solutio*, sentiens difficultatem ea consumpta differentiæ ratione non eneruari, in seipsum argumentatur, eo quod constet etiã ex parte actoris iudicium absque eius mandato agi, & inchoari posse, illudque idem manere si postmodum mandatum ei fuerit, qui antea sine mãdato agebat, l.3.§. stipulationem, versic. Sed si forte, sup. hoc tit. committique eo casu stipulationem ante mandatũ interpositam, probat Vlpian. Vlterius Acc. ratio conuincitur, eo quod non semper mandatum ei præstitum, qui sine eo iudicio experiebatur cum actorum approbatione fiat, quo casu ante acta inualida, & infirma adhuc manent, est enim, vt valeant, ratihabitio semper necessaria, vnde cum Acc. velit, in dict. l. Iulianus non tantum mandatum, verum etiam ratihabitionem interuenisse, idque ex verbis Iul. non deprehendatur, iure optimo Angel. eum hanc rationem somniasse, ibidem aduertit; & ab ea discedit hic Bart. Deinde & ex eo Accurs. refellitur, quoniam ex eius sententia mandatum à reo defensori datum, qui absque eo illũ ante defendebat, retro non trahitur; neque eum operatur effectum, quẽ habet ab actore præstitum, quod tamen falsum est, nã si cum ratihabitione datum fuit, siue à reo, siue ab actore retrotrahi, perindeque haberi, ac si ab initio intercessisset, dubium non est, ex generalitate vulgaris regulæ. *Ratihabitionem*, 10. in 6. si absque ea, quemadmodum in actoris procuratore, qui sine mandato experiebatur qualitatem non mutauit, ita nec in rei defensore mutare oportet, quod si dixeris mutari, quæ sit contra iuris vniuersa principia differentiæ ratio, ostendas quæso.

83 Vnde Bart. hic col.3. in princ. sub eodem nu.1. antiqui Mart. aliam differentiæ rationem adduxit, ideo contingente mutatione, siue judicij translatione ex parte actoris stipulationem committi, quoniam (vt Bart. interim verbis vtar) ex parte actoris non potest quis venire in iudicium, nisi actoris nomine, & ideo superueniente mandato, vel ratihabitione retrotrahitur, & fingitur negotium semper ad actorem pertinuisse, l. si pupilli 6.§. item quæritur, D. de neg. gest. is enim qui ratum habet, ipse negotium gessisse videtur. Vnde cũ nulla mutatio siue variatio facta sit, merito stipulatio committitur. Ex parte vero rei potest quis etiam sine mandato proprio suo nomine admitti, veluti si nouandi animo accedat: atque ita superueniẽte mandato, cum illud retrotrahi non possit, quoniã nihil eius nomine gestum est, maxima mutatio fit, aliudq; prorsus judicium constituitur, vnde stipulatio committi non potest. Quam Mart. rationẽ, tanquam à se excogitatam eruditus quidam huius nostræ Salmanticensis Academiæ vir, mecum contulit, contendens maxime quadrare Papin. verbis in d.l.1.§. fin. D. quib. modis pig. vel hypot. sol. rimabaturque consulto Papin. posuisse exemplũ in defensore, qui nomine suo, non vero domini litem suscipit; quemadmodũ, & similiter Cai. noster in vers. *Nam & alias*, in defẽsore etiam loquitur; ergo cum fideiussores intercesserint pro eo iudicio, quod ipsum defensorẽ, non dominũ ligabat; facta postea iudicij translatione in dominum qui jam suo nomine illud prosequitur, siue eodem defensore hærede instituto, aut à domino procuratore constituto, quibus casibus similiter alio nomine lis, & iudicium finitur, aliud jam iudicium est, pro quo satisdatum fuit, vnde nec interpositi fideiussores nec data pignora tenentur. Fitq; consequens aliud in procuratore dicendum esse, qui cum nomine domini iudicium suscipiat, nulla postea mutatio noui mandati interuentu, fieri intelligitur. Quæ noua doctissimi viri excogitatio placuerat, etiam olim antiquissimo Gull. de Cu. in dict. leg. Iulianus, cuius & Martin. meminit Bart. hic.

Sed quod tantorum I.C. pace dixerim, ea sententia multiplici ex capite conuincitur. 84 Primo quoniam etsi cõtingere aliquãdo possit, vt defensor quis, non nomine domini, sed proprio existat, vt eruditus ille vir putabat, veluti si quis suo nomine animo nouãdi absentis obligationem, & causam, ad judicium accedat, (quod tamen ipse ad hęc iura non agnosco, nec nũc me minime legisse, quinimo vt audacius loquar, cum defensorem non recte eo casu vocari contendam, cum non alienam, sed propriam causam nouatione facta defendat) Papin. tamen in dict. § fin. non de eo defensore, qui proprio nomine litem suscepit, sed nomine absentis judicium accepit, loqui enixe probãt priora verba: *Defensor absentis*, quo respexisse videntur nostræ legis verba, ibi: *Nam & alias si quis absentem defendens satisdederit*, itaque causã agebat defensor in his iuribus citra domini mandatũ, eius tamen nomine; quod in omnibus defensorib. regulare esse admonuimus sup. in proth. num. 19. contenduntque omnes qui de verbis iuris scripserunt, verb. defensor, Vvesemb. in paraph. D. de proc. n. 11. vnde idem eius ratihabitio posset operari, quod quæ ab actore fit; nempe vt res à defensore nomine domini gesta, ab eodem domino rata habita perinde haberetur, ac si ab eo ab initio facta fuisset. Item & illud, vt nõ aliud, sed idem iudicium esset etiam in dominum translatum. Quod tamen expresè Cai. & Pap. in dictis locis reiiciunt, contendentes stipulationem non committi, nec fideiussores, nec data pignora teneri. Quoniã noua qualitate accedente ex superueniente mãdato in nostro vers. Nã & alias, siue translatione judicij à defensore in dominum facta, in d.§ fin. aliud jam iudiciũ est. Spoponderunt enim fideiussores nominatim se iudicium illud subituros, quod à Titio (verbi gratia) defensum esset, vnde cum jam trãslato iudicio non à Titio, sed à domino defendatur, de cuius diligentia, & cura, forsan non ita confidebant (adde l. inter artifices, D. de sol.) iniquum esset eos compelli, cum præterea sententia aduersus defensorem lata eum ligaret, accedente vero mandato, non eũ, sed dominum, d.l. Plaut. 61. D. de proc. atque ita perspicuè constat jure respondisse Cai. itẽ & Pap. stipulationem committi non potuisse. Deinde, vt conuincam, in d.l.1.§. fi. defensam fuisse rem nomine domini, non proprio, considero translationem iudicij à defensore in dominum facta, quæ sane, nisi domini nomine illud cœptum fuisset, fieri non posset, jux. ea quæ de judicij translationibus grauiter, & docte nouissime scripsit P. Fab. lib. sing. Semest. c.13. Vlterius contra Mart. & sequaces considero, non magis verũ esse, quod ipsi docent, aliud in procuratore, quam in defensore dicendum, quoniam cum domini iudicium acceperit, & si postea fiat translatio, idẽ illud iudiciũ videtur, & inde fideiussores tenebuntur, id enim expresè conuincitur à Caio hic, qui non in defensore tantum,

tantum, sed & in procuratore loquitur, & tamẽ stipulationem corrumpi contendit. Reliquum ergo est Martini, & Guillielmi opinionem reiiciendam.

Quid ergo in subobscurare, quod securiùs sit constitui potest? Audiamus venerandum in cio. parentem, communemque omnium præceptorẽ Bar. is in h.l. comm. sub n.2. in initio, verissimã putat differentiæ rationem: *Quia*, ecce eius verba, *quando contingit mutatio ex parte actoris non mutatur ille respectus, cuius respectu fideiussor interuenit. Nam ipse semper promisit respectu iuris, quod est, vel erat apud actorem, & siue iudicium exerceatur per actorem vel eius procuratorem, vel per eius coniunctam personam semper illud ius actoris in iudicio deducitur. Sed quando contingit mutatio ex parte rei mutatur iste respectus, cuius respectu fideiussor promisit*. Hactenus ille. Quæ Bar. ratio, vt antiquorum verbis vtar, meo quidem iudicio est mera veritas, & à Caio nostræ legis auctore in omnibus huius capitis exemplis probata, fluitque explicatio Bart. doctrinę eadem qua I.C. committi, vel non committi stipulationem contendit, in vers. *Nam vt committatur*, de qua lato sermone sup. ex n.53. diximus mutationem qualitatis personæ, quæ stipulatione comprehensa est, stipulationem corrũpere, quoniam ea mutatione mutatur etiam respectus cuius causa fideiussores interuenerunt, itaque vt committatur non sufficit cum ea persona acceptum esse judicium, quæ stipulatione comprehensa est: sed oportet etiam eandem personæ qualitatem esse, quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Quam rationem, vt & Bar. quoque apertiã, ego ex omnibus huius legis partibus sic explico.

86 Ecce, quando habens mandatum fideiussores dedit, juxta Cast. opinionem, quæ Bar. etiam hic placuit, n.2. aut à domino dati sunt, juxta Acc. sententiã quã ex l. si ad defẽdendum, 10. h. t. magis probauimus sup. vtroque casu fideiussores dari promittunt respectu illius sententiæ, quæ dominũ ligaret, cuius mandato, & nomine negotium, siue judicium agendum erat, ex d.l. Plaut. 61. D. de proc. pone reuocatum mandatũ, & tunc vt nostri Caij distinctione vtaris necessarium est. Nã aut eiusmodi reuocatio ignorante actore facta fuit, quo casu cum eodem modo sententia dominum liget, quo ligaret reuocatione non facta, ex d.l. si procuratorẽ, 65. ff. de proc. junct. late sup. adductis ex n 55. cõmittitur stipulatio, & fideiussores tenẽtur, quia respectus, cuius causa intercesserunt non mutatur, idq; est quod Caius in initio ait: Si ante accepũ judicium prohibitus fuerit procurator à domino, & actor ignorans prohibitum eũ esse egerit, an stipulatio committatur; & nihil aliud dici potest quam cõ-

87 mitti. Quod† si actor reuocationem sciat, adhucque prohibitum procuratorẽ sciens cum eo agat: quia iã respectus mutatur, lataq; sententia non dominum, sed procuratorem ligat, d.l. Plaut. stipulatio ex Iul. sententia non committitur, cum fideiussores in eum casum quo dominũ sententia ligaret interpositi essẽt. Quod siquis sciens (inquit Caius noster,) prohibitum eum esse egerit, Iulianus non putat stipulationẽ cõmitti.

88 Idem† quoq; probat Cai. in vers. Et ideo, quãdo procurator hæres extitit domino, quo casu mandatum quoq; reuocatur, cũ idem rei suæ procurator esse nõ possit, & aduersus eum sententia feratur, vt ferenda erat, l.1. C. de sent. & inter. om. jud. ligabitq; jã hæc sẽtentia eundem procuratorem dominũ factum; quem tamen antea non ligaret, sed testatorem ipsum qui eũ hæredem fecit ex repetita, l. Plaut. Nec dicas hoc casu sententiam semper ligare dominum, cum dominus etiam procurator sit. Vndè idem judicium videbatur, sicque qualitatem cuius respectu fideiussores interuenerunt, non mutatam, quoniam etsi ab eadem persona, quæ stipulatione comprehẽsa est judicium acceptum, prosequutumque sit, non tamẽ ab ea, quæ eiusdẽ sit qualitatis, quæ stipulationis interponẽdæ tẽpore fuit, quod omnino necessarium est ex nostro I.C. hic. Nã vt stipulatio, &c. quippe stipulatione comprehensa fuit persona Titij (verbi causa) procuratoris, iudicium vero accepit Titius jã dominus effectus, esse mutationem qualitatis nõ paruam. Deinde adiungere poteris, iniquum esse fideiussores, qui pro eo judicio intercesserunt, quod dominum iam defunctum ligaret, teneri pro eo quod Titiũ ligat, forsan enim non sic Titij fidem, vt antiqui domini sequerentur, sicq; iam vides, & hoc quoq; casu respectum fideiussionis mutari, rectissimeque percipies Caij sensũ ibi; Et ideo si is qui procurator datus est, hæres extiterit domino, atq; ita iudiciũ acceperit, siue etiã prohibitus acceperit, non cõmittitur stipulatio.

Denique & idem etiã animaduertes, ex ver. Nam 89 & alias, & ex d.l.1.§. fi. D. quib. mod. pig. vel hypot. sol. quando quis absentes defendens satisdederit: nam si postea procurator effectus sit iure fideiussores liberantur, interuenerunt enim pro ea sententia, quæ defensorem, sine mandato agentem ligaret; vnde cũ intercedente mandato non defensorem, sed dominum sententia teneat, d.l. Plautius, sicque omnino mutatus respectus fuerit, stipulationẽ fumescere consequens est. Recte ergo Caius. *Nam & alias responsum est siquis absentem defendens satisdederit, deinde vel procurator ab eo datus, vel postquam ei hæres extiterit, iudicium acceperit fideiussores non teneri.*

Ergo ex tam longe petitis jam constat mutationẽ 90 qualitatis ex parte satisdantis, stipulationem semper corrũpere, non vero si ex parte satis accipientis mutata fuerit, quæ est Acc. doctrina ab omnibus sequuta, vt supra admonuimus. Vnde recte idẽ noster Bar. infert, præstita satisdatione ex parte actoris (si quãdo ab eo præstanda esset) iux. auth. Generaliter, Cod. de episc. & cler. Auth. libellum, C. de lit. contest. quarum tamen decisiones in desuetudinem abiisse, Acc. & reliqui contestantur, in §. sed hodie, Inst. de satisd. mutatione interueniẽte, fideiussores non teneri, quia mutatus fuit respectus cuius causa intercesserũt, iustaq; hac interpretione Acc. doctrinam adiuuandã esse.

Quo eodem modo dissoluendum est argumentum 91 posteriori loco ex Vlp. in d.l.3.§. stipulationem, vers. Sed etsi forte, sup. eod. adductum, quippe ideo ibi stipulatio committitur, quamuis procuratori, siue agẽtis qualitas mutata fuerit, quoniam ex parte satis accipientis mutatio contingit, quod satis probant illa verba, à quibus mandatũ non exigitur, & ibi. Ni fuerit ei mandatum, vel ratum habitum, & magis ibi; Quod enim eis agere permittitur, &c. Tex.† autem 92 in d.l. licet, 56. D. de iud. eodem in loco à nobis cum Acc. hic sch. si. ad. & Bar. n.3. contra Cai. inductus, ad rem non pertinet. Nullum enim verbũ ibi de stipulationis iudicatũ solui commissione; sed an lis ab eo qui cũ procurator non esset contestata, si postea dominus ratum habeat, effectum sortiatur, & cum ratihabitione, retro res in judicium deducta videatur, perinde est, ac si ab initio mandato domini lis fuisset cõtestata. Adde, & eum tex in actoris quoque procuratore loqui, vt constat, ibi; Retro res in iudiciũ recte deducta videtur. Vnde & si stipulatio fuisset interposita, nihilominus cõmitteretur ex supra traditis.

Superiorem tamen resolutionem, Accursijq; & Bar. 93 communem sententiam difficilem nimis reddit. Paul. in l. si petitor. 8. infr. h. t. si petitor, inquit Paul. post satisdationẽ ante judicem acceptũ hæres possessori extiterit, extinguitur stipulatio. Ecce mutationẽ ex parte actoris satis accipientis stipulationem corrumpere; effectus enim fuit possessor, qui ante petitor erat, ideoq; nõ cõmittitur stipulatio, ex ratione, vt nõnulli putant, huius nostrę legis, in vers. Nam vt cõmittatur.

Sed egonec eam esse illius tex. rationem, nec eum Acc. doctrinæ obesse, contendo, deduco enim verum eius sẽsum ex alio eiusdem Paul. resp. in l.2. sup. eod. Cum lite mortua, ait ille, nulla res fit, ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatum solui non teneri, atque ex alio Vlp. in l. cum quærebatur, 13. §. proinde, inf. eod. vbi docuit, finita lite, ad quam defensio erat

necessaria,vel solutione,vel transactione, vel acceptilatione,vel quo alio modo confestim euanescere stipulationem. Ergo cum in d.l.si petitor. possessori petitor hæres extiterit, aditione confusa fuit actio, ex vnaq. Vnde stipulatio necessaria non fuit, ne quis pro se sibi fideiussores de iudicato soluendo dedisse videretur,pro eaque causa, & lite quæ iam extincta erat : conducit ſi. si cum hominem 54.D.de fideiussor. vbi
94 idem Vlp.ait, quod si ego à te seruum peterem,& tu cum defendens satisdedisses de iudicatum soluendo, mox decedens eundem seruum hæredem scripsisse, isque meo iussu hæreditatem adierit, stipulatio euanescit,quoniam vt recte Acc.ibi per seruum tibi hæres existo,sicque cum principalis obligatio extinguatur,accessoria quoque extingui debet.

95 Restat itaque iam verissimá esse rationem à Caio hic scriptam,quacumque qualitatis personæ,quæ stipulatione comprehensa fuit,mutatione contingente, stipulatio nem namque committi, ex qua & plura inferri possent,ea tamen quæ vtiliora sint vobis proponam, & in primis illud, quod cum argumentum de personis ad res validum iure nostro sit, l.qui furere, 20.vbi notat.Bald.& Albert.D.de stat. hom.leg. si quis filio exhæredato.6.§.ergo,D.de iniust.rup.leg. si quis inquilinos.111.§.si ita legatum,D. de l.1.Paul.consil. 224.quemadmodum in hac nostra l.mutatione personę,si re qualitatis eius corumpitur stipulatio *indicatum solui*,mutatione etiam actionis,siue causæ fumescet,l.cum quærebatur,15 §.si fœro, inf.eodem. Vbi stipulatione super vna re, actioneve interposita, si deinceps actor aliam rem petere, vel alia actione vti comperit,non committitur,quod idem docet Vlp.in l. non ab iu lice,64 § siquis al o, D. de iudic. ibi : *Non committeretur stipulatio quia de alia re cautum videtur*, & sane recte,nam qui aliam rem incipit petere aliáve actione vti,nonam causam iudicij inducere videtur, vt est expressa cautum in l.cum quæritur,12.cũ duab. seq.in l.si is qui, 25.§.fin. in fin.D.de excep.rei ju.l.neque ad exhibẽdum, 5.ibi. Quia mutatione litis alia res esse incipit,Cod.adexhib..vbi plura adducit Acc.verb. litis,l.hæreditas,3 Cod.de pet.hæred. ergo si ieiussores non tenebuntur,ex late ad nostrum tex.animaduersis.

96 Secundò infero nostri text. sententiam, non solum procedere, vbi personæ qualitas, siue causa mutata fuerit:verum & quando eadẽ persona,eademq;qualitate manẽte, ius animus mutatur & non eodem proposito,& ex eadẽ causa ad iudicium quis accessit,quo fuerat cũ stipulatio interposita fuit,l.3.§. sed quod de tutore,versi.Sed & siquidem, fop.h.t. vbi siquis tutor cum esset a i res pupil i administrandas,non tanquam tutor accessisset, puta quia ignorabat se tutorem esse,vel ex alia causa stipulationem non committi,respondet Vlp.qui statim in §.si tutor,idem hoc confirmat, vbi tutor ex ea causa egerit, quæ ad administrationem eius non pertinebat.

97 Vlterius hinc infero explicationem ad l.2.§.fin.D. de admin.tut.quo in loco ex Marc.sententia Vlp.etiam docuit, fideiussores à tutore, qui pupillum defendebat de iudicato soluendo, datos liberari.& stipulationẽ,quam interposuerant extingui, si tutoris,conditio mutata fuerit,vel quia tutor esse desierit, vel quia pupillus ab hæreditate,cuius causa lis orta,& iudicatum solui cautio à tutore interposita,fuerat,abstinuit, qui sane tex. nimis ad nostri exornationem conducit, licè Acc.ibi verb. satisdedit, putet eum accipi non posse,de iudicatum solui, cautione, eo quod eam interponere non sit cogendus tutor,l.1.§.fofficit,D. illo tit,ibi:Nec cogendi sunt tutores cauere,vt defensores solent, quoniam licet non cogatur, potuit tamen interponere, maximè cum rem sui periculi non faceret : vt magis occultè præsensit eiusdem, §. gl.in casus positione : & insinuat Vlp. qui enim in principio illius legis docuisset, ex condemnatione facta in pupilli negotio, actionem iudicati in tutorem non dandam,postea in eo.§. fin. vt illud sine dubio esse ostenderet,ait,non solum eo casu procedere,sed & illo quo tutor de iudicato soluendo satisdedisset,quoniam mutatione causæ contingente, non solum ipsis,sed & eius etiam fideiussoribus subueniretur, ex nostri Caij ratione;quæ tamen ibi non subolenit Acc.

Deinde,quod iam in proth-admonui sub n.16.quo- 98
niam mutatio nulla maior est,quam quæ non iudicis interuentu contingit, contendo iudicis persona mutata,cuius respectu iudicatum solui,cautum est,stipulationem non committi.l.3.cum l.apud 20.h.t.l.non à iudice,64.§.fin.D.de iud.junct.1.glos.interpretatione ibi, quæ il a verba, Si quis alio judicio actorus judicatum solui satis acceperit, deinde alio judicio agat, &c. interpretatur, idest coram alio iudice. Quæ interpretatio, vt omnes ibidem fatentur, est sane verissima,licèt illi text.non conueniat.

Vnde ad vtilem,& quotidianam quæstionem infe- 99
ro,an si ieiussores iudicatum solui liberentur per appellationem à reo principali,vel ab actore interpositam:an vero teneantur de iudicato in causa appellationis,per quam libenter nostra vagaretur oratio,maxime tamen temporis angustiis premitur,adeò vt vix hæc à nobis exarari,& à Typographis exudi potuerint, missam disputationem facio, resolutionem sic constituo. Existimarunt plures stipulationem appellatione nõ extingui, eos refert Boer.decis.315.num.1. Contraria sententia verior est, vt multis quoque placuit,quos(re ab ouo, quod aiunt repetita exactissime explicans,o mnino quidem videndus(recenset Molin. in extr. Labyr.2.p.ex nu.550.Boer.vbi sup.Paris. cons. 171.vol 4.nu.30.Fr.Viu.lib.2.com.opin.op. 118.Cla. lib.5.recep.5. fin.n.20. P.Costal.in 1.p.aduers.in not. ad l.in causæ 27.§.si ex p.D.de proc. latè Pancor.lib. sing.obs.c.2.per tot.Parlad.lib.2.ter.quot.c.fi.5.p.§.5. n.8.Tyb.Dec.cõs.19.n.173.lib.3. Menoc.consi.119.n. 16.& cõs.24.6.n.5.P.Greg.5.p.synt3g.lib.24.c.4.n.15. 100

Restabat inter alias vtilissimæ etiam alterius quæstionis disputatio,quam inuitus sane silentio inuoluo, quippe, in quantum teneatur fideiussor de iudicato soluendo,& an sententia contra reum lata absque nouo processu, & lite,vt nostri loquuntur, executioni mandari contra eum possit? Acc.verb.Persoluere,in l. fi.C.de vsur.rei iud.arbitratur posse fideiussorem, post condemnationem rei principalis, sine alia condemnatione,& absq;discussione alia bonorum,transacto tempore solutioni,& executioni concesso,ad solutionem cogi,quia statim atq;judicatum est,idest,quando sententia trãsiuit in rem iudicatam,stipulatio iudicatũ solui committitur.l.si à Colono.59.§. fi.n.de fidejus.l.1.sup.h.t.l.fi C.de exec.rei jud.(sic supplenda est Acc.gl.d.verb.persoluere)gl.similis,in c.1.de inior. & dam.dat.lib.6.seq.Bar.in d.l.1.sup.eodem,explicat,copiose Bal.in l.2.4.in fideiussorem, vbi late exteri, D. qui satisd.cog.disputat Goid.Pap.q.26.vbi in eius addit.plura accurate Steph.Ran.& ita iudicauit Senat. Paris.ex aliis referente Pet.Greg.3.p.synt.lib. 24.c.4. n. 13.Milleloq.iur.c.268.Alex. cons.131.lib.2.Cotn. cons.211.lib.1.Reb.1.tom.1ir.de liter.obl.gl.3.art.6.n. 33.Clar.lib.5.recept.sent.§.fin.q.95.elegãter Bart.Socin.consil.91.vol.4. ex nostris grauiter,& docte,doctissimus Rod. Suar.in l. post rem indicatam ad leg. Reg.casu.9.& in d.l. *De los emplazamientos* §. *Sed pone quæstionem*,num.6.& vtrobique diligens eius additionator Iac.Val.Matien.in l.10.tit.16.5.lib.5.nou.Recop.glo.1.num.30,quamuis, vt ea sententia procedat necessario renuntiationem beneficij excussionis requiri,ex aliis contendat (vt neminem non referam) Parlad.lib.2.ter.quotid.c.fin.4.p.§.7.n.6.eos videbitis.

Habui hæc,quæ tumultuario hoc tempore vix potui inuenire,disponere, & contexere, pro huius tex. enarratione;ea qualiacumq;sint æquo animo accipite. Audistis etiam,& quæ nostri competitores auditoribus suis dictabant, quæ alijs præstent vestrum erit judicium.Valete,& viuite felices.Ex nostro Musæo, 23.Nouembris,anno 1600.

RERVM

RERVM, AC VOCVM HISCE MANVDVCTIONIBVS AD PRAXIM, INDEX COPIOSVS,

Ordine alphabetico digestus.

A

ABIGEATVS Crimen quid? & quæ eius pœna? 3.par.§.4.nu.1.

Aborsus crimen, quando committitur, eius pœna Pontificio,etiam nono iure iudicata.3.p.§.4.num.1.

Abratio scripturæ, species falsi, & eius pœna,3.p.§. 4.numero 3.

Accusatio,quæ?3.part.§.2.num.8.

Accusatio à querela, quatenus differat, 3. p. §.2. numero 11.

Accusatio criminalis principaliter ciuilis incidenter proponenda,4.part.§.2.nu.10

Accusatio solemnis contra Reum, quando, & quomodo proponenda? 3.par.§.3.num.17.

Accusatione plene non probata, Reus ad torturam condemnatur,3.part.§.3.nu.30.

Accusatione oblata, quid index decernitue quomodo Reus respondere debet?3.part.§.3.nu.10.

Actio in indicio,in primis edenda,2.p.in prælud.§.3.n.4.

Actio necessaria est,vt quis in iudicio experiatur,2.part. in prælud.§ 5.num.2.

Actio aliquando persecutionem tantum continet, 2.part. in prælud.§.5.num.29.

Actio noua,quæ ex priore constituitur,prioris causam,& originem seruat.2.p.in prælud.§.9.n.17.20.& 21.

Actio is verbum,generale est. & petitionem, persecutionemque continet,2.part.in prælud.§.5 nu.28.

Actionibus persecutoris, id quod nobis abest prosequitur 2.part.in prælud.§. 5.nu.16.& 18.

Actor debet sequi forum Rei,nisi in casibus,quos vocant (de Corte)& aliis primlegiatis,1.part.§ 2.n.2.

Actor etiam in executionis, debet sequi forum Rei, 2.part. §.4.nu 1.

Actor admittus rei libellum, intra quod tempus oppositionem opponet,& è contra Reus admittus actorem, 1. part.§.4.num.5.

Actore non probante, Reus, & si nihil præstiterit, absoluendus est.2.part.§.17.num.1.

Adiectus li et exigendi ius non habeat,solui tamen,etiam stipulatore inuito illi potest,2.part.in prælud.§.5.numero 40.

Adulterium,crimen publicum est, & eius pœna varia,& quæ hodie,apud Hispanos?3.part.§.4.num.4.

Aduocati mortbos, & scientia insignes, non insolidum, sed quatenus facere possunt conueniuntur,2.p.§.9.n.71.

Ædictum Prætoris, de vi,& iudicati authoritate, 2.part. in prælud.§.1.num.7.

Ædictum Prætoris, de re iudicata,& quomodo ea vox, in ea vsurpetur,2.part.in prælud,§.2.nu.6.

Affectus, siue conatus delinquendi, quando, & in quibus casibus puniatur?3.part. §.4.num.5.

Agendi ratio varia olim,2.part.§.9.nu.12.

Agricultoribus ne insolitum conueniatur, priuilegium quare concessum?1.part §.9.num.76.

Alapa aliquem percutiens,qua pœna puniatur, & an aliquando pœna mortis?3.part.§.4.nu.6.

Aleatoris crimen,quando committatur? & de eius pœna,3. part.§.4.num.7.

Alimenta in primis relinquenda debitori,qui bonis cedit, si ex his sit, qui quatenus facere potest, conuenitur, 2. part.§.9.num.7.

Alimentorum petitio differri,nulla ex causa debet,nec potest,2.part.in prælud.§.6.n.17.

Alimentorum causa, summarie tractanda & de alimentorum priuilegiis iudicata quædam 2. p.in prælud.n.19.

Allegationum iuris copia non datur,1.p.§.11.nu.5.

Ambitus crimen quando committatur? & de eius pœna, 3.part.§.4.num.9.

Ancilla ne prostituatur empta, si contra fiat, ipso iure ad libertatem erumpit,2.part.§.9.num.47.

Annonam corrumpentes,fraudantes,& supprimentes,an crimen committant,& quibus plectendi pœnis.3.part. §.4.num.10.

Apostasiæ crimen, quibus committatur casibus,& quibus puniatur pœnis?3.part.§.4.num.11.

Apostoli in triplici differentia iuxta communem, quid tamen reiicitur. 4. part.§ 9.num.9.

Apostoli si denegentur à iudice,perinde audiuntur appellans ac si iudex appellationi detulisset,4.part.§.9.nu.8.

Appellatio iuris naturalis est.4.part.in prælud.nu.15.

Appellatio duplex,iudicialis, & extraiudicialis .4.p. in prælud.nu.16.17.18.

Appellatio, siue supplicatio, intra quod tempus proponi debeat,4.part.§.10.num.1.

Appellatio, intra quod tempus omnii iure proponenda? 2. part.in prælud.§.4.num.1.

Appellatio, quo tempore prosequenda, & terminanda? 4. part.§.21.num.1.

Appellatio à quo, quã lo,quomodo,& vbi opus fuit,an sit interposita in primis inspiciendum quarta parte,§.1.n.1.

Appellatio à diffinitiua, totam causam ad superiorem devolnit : secus si ab interlocutoria.4.p.§.19.num.1.

Appellatio à diffinitiua cur causæ expressionem non requirat? 4.part.§.11.num.3.

Appellatio ab interlocutoria sententia iure ciuili,non potest proponi : secus canonico, & quæ sit ratio differentiæ remissiue?4. part.§.11.num.1.

Appellatio ab interlocutoria, an causæ expressionem iure Pontificio requirat? 2. part.§.11.num.1.

Appellatio ab interlocutoria, causam desiderat:secus à diffinitiua 4. part.§.9. num.2.

Appellatio à sententia actionis,deuolutiua, non suspensiuum effectum habet.4.part.§.16.num. 5.

Appellatio à sententiis, De los Alcades de los Adelantamientos

INDEX.

nientes quando non admittatur, 4.part.§.20.nu.5.
Appellatio à Vicario generali ad Episcopum, non interponitur, 4. pa t.§ 3.num.2.
Appellatio an possit per Principem tolli? quarta parte, in prælud.num.27.
Appellatio aliquando bene latas sententias in peius reformat? 2. par.in prælud.num.8.
Appellatio conditionalem excommunicationis sententiam suspendit, 4.part.§.15.num.8.
Appellatio commicto, & cõfesso denegatur, 4.patte, in prælud.numer 31.
Appellatio debet esse certa, non conditionalis, aut alternatiua, 4.p.§.9.num. 3.
Appellatio extraiudicialis, etiam à non iudice interponitur, quæ potius pronocatio dicitur, Hispanè(requerimiento) & quomodo concipienda? 4. part. in prælud. num.19.
Appellatio extraiudicialis, vim citationis, quandoque habet, 4. part.in prælud.num.20.
Appellatio, & etiam in exignis, & lenibus causis admittenda est, 4.part.§.10.num.1.
Appellatio in causa possessoria, summarissima appellant, interim, nullo iure habet effectum suspensiuum, licet nonnulli controuertant, 4.part.§.12.nu.8.
Appellatio in causa possessoria, leg. fin Cod.de edicto.D. Adriani, nullo iure habet effectum suspensiuum 4.part. §.12.num.7.
Appellatio in causis possessorijs iure ciuili non admittitur nisi admixtam habeat causam proprietatis, quarta par. §.12.num.15.& 9.
Appellatio in causis possessorij iure Pontificio, vtrumque effectum habet, 4.part.§.12.num.6
Appellatio in exiguis causis, ad supremos iudices non defertur, 4.p.§.10.n.2.
Appellatio in nominatione ad munera, intra duos menses prosequenda, 4.part.§.21.num.2.
Appellatio in causa, quæ non excedit summam vinginti millia nummorum aureorum, ad ciuitatis Decuriones pertinet.4.part.§.20.num.1.
Appellatio latam excommunicationis sententiam non suspendit: bene tamen ferenda, 4. part. §.15.numero. 5.& 6.
Appellatio multis in casibus iure Hispano exposita, 4. part.in prælud num.30.
Appellatio omisso medio.ad superiorem interposita remitti ad proximum debet, 4.part. 8.num.7.
Appellatio non omisso medio,sed ad proximum superiorẽ interponenda iure ciuili secus iure Pontificio,& Regio, 4.part.§.8.nu.8.6.& 9.
Appellatio non est necessaria,vbi sententia nulla est.4.p.§. 17.num.1.
Appellatio semper ad superiorum iudicem interponenda est 4.part.§.8.num.1.
Appellatio, quod solemnitatem, & formam, iuris positiui est,4.part.in prælud.num.25.
Appellatio quatenus defensio differt à citatione, 2.part.in prælud. numero 28.
Appellatio quibus in casibus nullum operetur effectum,4. part.§.15.num.3.
Appellatio Fisci debitoribus,quando interdicta,& qua ratione? 4.part.§.14.num 3.
Appellatio vnius vtaliis prosit, vt omnibus ex iure communi comperat,requiritur,4.part.§ 2.num.5.
Appellationis varia,& multiplex definitio, 4.part.in præludio numero 14.
Appellationis causa intra quem terminum,apud Decurionem expedienda.4.part.§.20,num.4.
Appellationis forma,alia ab interlocutoriis,sententiis alia à definitiuis,4.part.§.9.num.1.
Appellationis forma competentem, & ad quem de iure possunt, valida omni iure, 4. part. §.9. numero 4.
Appellationis materia,vbi,& à quibus tractatur.4.part.in prælud.numero 11.
Appellationis effectus duplex,suspensiuus,& deuolutiuus, 4.part.§.15.num.1.
Appellationis beneficiũ excommunicato conceditur,quia est defensio.4.part.in prælud.num.26.
Appellationis mentio an in impetratione literarum necessario fieri debeat,4.part.§.5.num.20.
Appellationis, & secundæ supplicationis præcipuum discrimen,4.part.§. 23.nu. 2.
Appellationis omissio,cuius qui metu non appellavit,iudicati executionem non remorator, 4.part. §. 5. numero 4.
Appellationis tempus quando incipiat,1.part.§.14.nu.2.
Appellationis tempora si labantur eam delertam pronocatus petere potest,4.part.§.21.num.8.& 14.
Appellationis inducendæ finis.4.part.in prælud.n.4.& 21.
Appellationis desertio, ex quibus actibus præsumatur 4. part.§.6.num.6.
Appellationis desertio regulariter non præsumitur,4. parte.§.6.numer. 5.
Appellationis desertio,quando inducatur, 4.part.§.5. numero 13.
Appellationis desertio operatur, vt perinde sit, ac si nunquam esset appellatum,4.part.§.1.num.14.
Appellationis desertio, quem effectum habeat,4.part.§.6 num.4.
Appellationis desertionem,quę protestatio excludat,4.part. §.6.numero 11.
Appellationis proponendæ tempus,à qua die numerandũ 4.part.§.10.num.1.
Appellationis proponendæ tempore elapso, aliquibus in casibus proponi adhuc potest, 4. part. §. 10. numero 4.& 6.
Appellationis proponendę tempus,neque ex partium consensu prorogatur,4.part.§.10.num.2.
Appellationis prosecutio,quem terminum habeat à iure,& iudice præfixum,4.part.§.2.num.7.
Appellationis prosequendæ terminum,potest appellãs sibi præfigere,4.part.§.3.nu.15.
Appellationis prosequendæ, quis sit terminus iure ciuili, Canonico & Regio?4.p.§.8.nu. 4.
Appellationis prosequendæ tẽpora, an prorogari possint? 4.part.§.21.num.9.
Appellationis prosequendæ terminus potest ex iusta causa à iudice moderari,4.part.§.3.num.5.
Appellationis prosequendæ,præfixo termino elapso,manet prima sententia,4.p.§.3.num.6.& 13.
Appellationis prosequendæ tempora, an includant in primo fatali? 4.part.§.3.num.11.
Appellationis prosequendæ prorogatio,quæ iusta sit causa. 4.p.§.21.n.10.
Appellationis prosequendæ tẽpora, non currunt compromisso durante,4.part.§.5.num.12.
Appellationi acquiescens in Syndicatu,ob iniquam sententiam aduersus iudicem non agit, 4. part. §.6.numero 12.
Appellationi in ciuilibus renunciari potest, 4.part.§.6.numero 2.
Appellationi in criminalibus, renunciari non potest, 4. part.parag.6.num.1.
Appellationem deserere,quando in ciuilibus liceat? 4.part. §.6.numero 3.
Appellationem,an deserat,qui iterum coram iudice appellato comparet? 4.part.§.6.num.7.
Appellationem non deserit, qui in alia causa coram appellato iudice comperet, 4.part.§.6.num.8.
Appellationem,si non prosequatur appellans,quomodo,& quando appellato sucurrendum,4.p.§.3.numer. 17.18. & 19.
Appellationem omittens,quia impeditus,quomodo sibi cauere debeat?4.part.§.5.nu.17.
Appellationem ob paupertatem omittens de impedimento,an protestari oporteat 4.part.§.5.num.13.

INDEX.

Appellationem metu omittenti, quomodo iure succursum, 4.part §.5.num.7.
Appellationem iudicis metu omittens, aduersus eum in Syndicatu agit,4. part.§.5.num.14.
Appellationem pendere proprie, quidquid,4.part.parag.4. numero 5.
Appellationem interdum temporis reparatio sequitur, & quotuplex concedi potest?4.part.§.12.num.5.
Appellationem morte extingui, quomodo intelligendum? 4.part.§.4.num.6.7.& 8.
Appellatione interposita, an denunciari excommunicatus possit 4.p.§.5.num.7.
Appellatione interposita coram superiore,non allegata allegari,& non probata probati possunt,4.parte,§.19.numero 2.
Appellatione pendente, quibus casibus sequestratio fieri possit?4.p.§.16.num.10.
Appellatione pendente super articulis directo prioribus contrarijs admitti probationes, an possint? 4.part.§.19. num.1.
Appellatione pendente, innouatum remedio tentatorum respondendum est,4.p.§.16.num.1.
Appellatione pendente,si mors interuenist, 4. part.parag. quarto,num,12.
Appellatione remota, potest committi à Principe causa, tam in ciuilibus,quam in criminalibus, nec ius pensionis læditur,& quare? 4.part parag.7.num.7.
Appellatione remota committi quare possit?4 part.in prælud.num.19.
Appellatione,remota clausula,non obstante, appellatio effectum deuolutiuum habet,4.par.parag.7.n.8.
Appellatione sententiam inferioris extingui,4.p.parag.15. num.1.
Appellatione in vno articulo interposita,in principali negotio,aliisve articulis,inferioris incisdictio non suspenditur.4 par.parag.18.num.1.
Appellationum antiqua Solonum lex,quarta parte,in prælud.num.24.
Appellationum antiqua, 12.tabular.lex, eiusque vsus paulatim à Romanis admissus,4.p.in prælud.nu.25.
Appellare, verbum varias habet in iure significationes,4. part.in prælud.num.12.
Appellare quando non licet, vel odio appellantis, vel ex causæ natura, nec supplicari permissum est, 4. part. parag.15.num.3.
Appellare tertio in vna causa non licet: & nullum est hac in re inter diffinitiuas, & interlocutorias sententias, 4. part.parag.13.num.1.
Appellare in causa possessoria,& alimentorum futurorum non licet,4.p.§.14.num.1.
Appellare à Principis sententia non licet.4.p.§.7.n.1.
Appellare à iuris sententia non licet,4.p.§.14.num.4.
Appellare sup.desertione appellationis, etiam post secundam pronocationem,licet,4.part.§.13.num.2.
Appellare ab omnibus iudicibus non semper licet,4.part. §.7.num.1.
Appellare est ab inferiori ad superiorem iudicem pronocare,4.part.in præluj.num.13.
Appellare à iudice qui sententiam siue pœnam legis executur,licet,4.part.4.14.num.6.
Appellare à supremo Regis Consilio non licet, & quare 4.part.§.7.num.4.
Appellare à quibus iudicibus non potest,supplicari quandoque potest,4.part § 23.num.1.
Appellare à pœna iuris non licet.4.part.§.14.num.5.
Appellare ab arbitris,an possit?4.part.§.7 num.9.
Appellare à tertia sententia quando tertius possit, 4.part. parag.13.num.4.
Appellare quilibet, pro eo qui ad supplicium ducitutur, etiam eo nolente potest.4.p.§.1.num.3.
Appellare tertio in eadem causa prohibetur,4.p.§.22.n.1.
Appellare ferri suo nomine quando possint,4.part.parag. primo,numero 5.
Appellare seruus nomine Domini non potest, 4.part.parag.1.numero 3.
Appellare quibusdam personis delicti genus interdicitur quarum plures referuntur,4.part.parag.1.num.7.
Appellare procurator,& semper potest,& debet, 4.part.§. primo.num.3.
Appellare contumax absens condemnatus non potest, & quis contumax dicatur,4.p.§.1.num.6.
Appellare in aliena causa quando licet,4.part.§.1.num.3.
Appellare possunt omnes quorum interest sententiam corrigi vel emendari,5.p.§.1.num.2.9.10.& 11.
Appellare mater pro filio, quando, & in quibus casibus possit,4.part.§.1.num.3.
Appellare à Summo Pontifice,an possit 4.part.§.7.nu.5.
Appellari à delegato ad delegatum non potest, à iudice dato ad dantem potest.4 part.§ 8.n.3.
Appellari ab Ecclesiastico ad secularem,nec à secularj ad Ecclesiasticum potest,4.p.§.8.num.5.
Appellari à mandato de exequendo non potest,à negativo de non exequendo potest, & quare? 2.part.§.6.numero 11.
Appellari à tertia sententia si plus prioribus contineat potest,4 part.§. 3 num.3.
Appellari ab interlocutoria in quibus casibus possit remissiue.4.part.§.11.num.9.
Appellari ab interlocutoria ex nona Tridentina,& Hispana lege,non licet nisi vbi vel diffinitiuæ vim,vel grauamen irreparabile contineat,4.part.§.11.num.5.
Appellari ab interlocutoria,quando possit,2.part. in præluj.§.3.num.24.
Appellati à multa & iudice,qui pœnam legis locum habere decernit licet.4.p.§.14.num.7.
Appellati à violentia Ecclesiasticorum, an ad secularia Tribunalia,licet,4.part.§.8.num.3.
Appellari ab executione non potest.4.part.§.7.num.10.
Appellans intra quod tempus coram superiori comparere debet.1.part.§.14.num.5.
Appellans quomodo causam appellationis exprimere debeat.4.part.§.11.num.4.
Appellans ab inferiori appellationis testimonium peti, vulgo Apostolos.1.par.§.14.num.4.
Appellans coram superiore, quando,& quomodo comparere debeat,4.part.§.5.num.8.
Appellans ad iudicem competentem ad quem pronocauerit declarate debet,4.part.§.9.num.5.
Appellans quæ obseruare debet,vt sibi magis caueat,quousque acta ad superiores deferat,4.part.§.6.num.10.
Appellantis temere,quæ pœna omni iure, quarta.part.§. 25.n.1.&.2.
Appellanti vis multis modis infertur à iudice, & ab actore,4 p.§.5.num.8.
Appellantem compellit index,vel sententiæ parere vel appellationem prosequi,4.p.§.3.num.3.
Appellantibus vis nulla inferenda, & quæ pœna iudicis vim appellanti inferentis,4.p.§.5.num.2.
Appellatoribus,& tẽpus,& pœna constituta,an appellationem legitime prosequatur,4.p.§.3.num.2.
Appellandi facultas omnibus,in omnibus causis,omni iure concessa?4.p.§.5.num.1.
Arbitrorum iudicii sententiæ executionem,quæ meretur, 2 par.§.5.num.3.
Arbitrorum iudicum sententiæ, quomodo hodie exequendæ?2.p.§.4.num.48.
Arbitrorum,& datorum iudicum quæ differentia, 2. part. parag.4.num.19.
Assassinium immane delictum variis coercitum,omni iure pœnis.3.par.§.4.num.12.
Articuli noni, quando coram iudice appellationis possint discuti vel ad inferiorem remitti, 4. part. §. 19. numero 3.
Attentata dicuntur,non solum,quæ appellatione pendete, sed, & quæ intra tempora ad appellandum data innouantur,4.part.§.16.num.12.

INDEX.

Attentata,etiam in lex à quo renocare aliquando potest,4. part.§.16.num.11.
Attentata renocanda, si iudex appellationi detulerit, 4. part.§.26.num.7.
Attentata post appellationem extraiudicialem,an renocanda,4.part.§.16.num.5.
Attentata post partis petitionem,sine cunctatione rescindi debent,4.part. §.16.num.5.
Attentata post interlocutoriam, quando rescindi debeant, 4.parte.§.16.num 4.
Attentata post inhibitionem semper renocanda, 4.parte, parag.16.nnmer.8.
Attentatorum renocatio,quo iure,& à quo iudice petenda, 4.part.§.16.num.9.
Attentatorum renocatio,quo tempore peti debeat, 4.part §.16.num.9.
Attentatorum renocatio,quo tempore peti debeat,4.parte, §.16.numero 2.
Attentatorum renocationem ab interlocutoria,& extraiudiciali appellatione,an probabilis,an vera causa præcedere debeat,4.p.§.16.n.6.

B

Bigamia, quando sit delictum,& quæ eius pœna, 5 parte, parag.4.numero 13.
Blasphemiæ crimen grauissimum,quando committatur,& quæ eius pœna,3.part.§.4. nu. 14.
Bona in executionis causam capta si creditori satis non sit,in publica subhastatione venduntur,2. p.§.10. numero 1.
Bona pretiosiora in primis distrahantur, appellari ab executore potest,2 part.§.7.num.7.

C

Cadauera mortuorum aliquibus in casibus pœnis animadversa,4. part.parag.4.num 4.
Calumniator quis sit, quaque puniendus pœna omnijure, 5.part.§.4.num.35.
Cancellatio scripturæ,species falsi, & quæ eius pœna?5.p. §.4.numero 16.
Carceris effractoris etiam est,qui vt carcerati fugiant carcerem fregit,5.part.§.4 num.18.
Carceris effractio delictum . quale,& quæ eius pœna iure ciuili,& Regio?5.part §.4.num.17.
Carcere priuatum efficere delictum,graue quãdo committatur,& quæ eius pœna?3.par.§.3.num.21.
Carcerato inimice,an fugere licet;3 part.§.4.nu.20.
Carcere priuatum,quibus casibus liceat habere, 5.parte, parag.4.num.23.
Carceratus si fugiat,an pro confesso habeatur,3.part.parag. 4.numero 19.
Calligatio immoderata , iudicis arbitrio punitur , 3. part' Parag.4.nu.14.
Castrans puerum.hominem liberum,aut seruum,homicidium committit,& quæ eius pœna,3.P.parag.4.numero 25.
Castrans se ipsum irregularis efficitur, altiusque plectitur. pœnis,5.par.parag.4.num.26.
Causæ expressio in appellatione ab interlocutoria,an requiratur,4.part.parag.11.num.10.
Cedens,cessione facta,an ius exequendi habeat,2.part.§.1. num.16.
Cessio quomodo fieri debeat,vt legitima sit,2.part. parag. primo,numero 15.
Cessionarius ius exequendi habet.2.part.parag.1.num.13.
Cessarum actionum periculum,ad quem spectet,ad cedentem,an ad cessionarium, 2.p.in prælud. parag.5.nu.82.
Cessis actionibus,quæ actiones transeant in cessionarium? 2.part.in prælud.parag.5.nu.81.
Census contractui,post nouã Pii V.constitutionem,quando pactum de non alienando adiici possint?2. part. §.2. num.28.
Censui pignora supposita possidens etiam excussione non facta executi potest,1.p.parag.2.nu.5.
Chirographum à minore recognitum,an possit,vt executioni mandetur,1.part.§.5.nu.9.
Chirographum in iure recognitum,executionem meretur, 1.part.§.5.num.7.
Chirographum defuncti,ab hærede recognitum,an exequi possit?1.par.§.5.num.8.
Circulatoris delictum,quale & quæ eius pœna? 3.p.§.4. num.27.
Citatio ad domum, quando in executionis causa sufficiat, 2.part.§.11.num.3.
Citatio quomodo facienda,& an ab ea iudicium incipiat, 1.p.§.2.num.7.
Citatio multiplex remissiue.1.part.§.1.nu.4.
Citationis materia remissiue,2.part.§.11.nu.1.
Citationem personalem,ad addictionis sententiam omnino necessariam,secundum plures,2.part §.11.nu.2.
Citare quid sit& quid olim in ius vocare.1.part.§.2.n.5.
Citari,sine in ius vocari,quidam absque venia non possunt,1.p.§.1.num.6.
Citati debent Actor, & Reus, vt mutuo & vicissim testes deponentes produci , & iurare vident , 1.p.§.5.nu.9.
Ciuitas non potest excommunicari,& qua ratione interdictum Ecclesiasticum pati possit, 2.part.in prælud.§.5. num.91.
Ciuitas non consentit,non delinquit,nec ex contractu,aut delicto tenetur,2.par.in prælud.§.5.n.90.
Ciuitas,vniuersitas,capitulum, quomodo contrahere possint,vt teneantur?& in quibus bonis executionem patiatur?2.par.in Prælud.§.5.n.92.
Clericus,laici heres, quando apud sæculare iudicem exequi possit,1.p.§.4.n.7.
Clericus particularis laici successor, conuenitur apud secularem,pro anuuo reddito,4.p.§.4.8.
Clerici minoribus initiati insolidum condemnantur,& eb debita excommunicati possunt,2.part.§.9.n.67
Clerici sacris ordinib.insigniti insolidum non exiguntur: neque nisi quatenus facere possunt.excommunicantur. Et an iuramento renunciare huic priuilegio possint?2. par.parag. 9.n.66.
Clausula.Alli lo pronunciamos,y mandamos en estos escritos,y por ellos,vnde originem sumpsit,2.part.in prælud.§.2.n. 11.
Coitus extra matrimonium,omnis prohibitus,& varie punitur,3.par.§.4.n.28.
Coitus cum mortuo,arbitrio iudicis punitur,3.p.§.4.n.38.
Coitus vasalli cũ Domina, vel vxore Domini feudi, eiusve filia,nepte,aut sorore qua puniatur pœna?3.p.§.4.n.35.
Coitus tutoris cum pupilla interdictus , & eius pœna,3. pat.§.4.n.35.
Coitus custodis carceris cum carcerata , iudicis arbitrio punitur,3.p.§.4.n.36.
Coitus serui cum muliere aliqua honesta , qua punitur pœna,3.p.parag.4.n.31.
Coitus inter Dominum , & subditam, an olim , & hodie punitus?3.p.parag.4.n.34.
Coitus cum his,qui alterius Religionis sunt,punitus , & qua pœna?3.p.parag.4.n.37.
Coitus famuli cum Domina,vel consanguinea,vel affine Domini aliaue famula,qua pœna? 3.p.parag 4.n.32.
Coitus cum moniali,graue delictum,& eius pœna,3.part. parag.4.n.29.
Coitus serui cum domina pœna mortis punitur, 3. part. parag 4.n.30.
Coitus serui cum domina,pœna mortis punitur,3.par.parag.4.n.30.
Collusionem detegens, patronatus ius acquirit.2.part. parag.9.n.44.
Collusio quæ,& eius pœna?3.p.parag.4.n.40.
Commodum ex improbitate sua nemo consequitur,4.part. §.3.n.9.

Concubinatus.

INDEX

Concubinatus,antiquo iure impunitus, varie hodie,pro personarum qualitate plectitur, 3.p.§.4.n.41.
Concussionis crimen,quando committatur, & quæ eius pœna?3.p.parag.4.n.42.
Condemnatus,vt sententiæ pareat,quomodo compellendus? 2.p.§.7.n.1.
Confesso delicto, terminus Reo ad allegandas exceptiones iudicis arbitrio,assignatur,3.p.§.3.n.13.
Confessio sola an ad delinquentis condemnationem sufficiat?3.p.§.3.n.12.
Confessio in iure facta,quæ & quando exequi possit,2.p. §.5.numero 5.
Confessio indiuidua , quæ diuersas continet partes , an exequi pro parte possit? 2.p.§.5.n.6.
Confessio in iudicio cautè facienda,1.part.§.5.n.10.
Confessionis sacramentalis reuelator , quibus afficiatur pœnis 3.p.§.4.n.43.
Contrariorum eadem semper est ratio.2.part. in prælud. parag 5.n.74.
Conuenire quatenus facere possit , quem sensum habet, 2.p.§.9.numero 3.
Conuitium ex comprehensis lege Regia siquis dixerit , qua puniendus pœna?3.p.§.4.n.73.
Creditor debitorem suum rectè exequitur,2.part.§.1.numero 7.
Creditores quibus propter reuerentiam conceditur , ne conueniantur vltra quam facere possint in quocumque negotio,eo fruuntur priuilegio,2.part.§.9.n.20.
Curator bonis dari debet,si reus latitat,vel abest,2.p.§.1. numero 4.

D

Dardanarij,qui,& eorum pœna,3.part.§.4.n.44.
Debitor cum sacco paratus,nec adire,nec incidere debet, part.in prælud.§.6.n.3.
Debitor , qui bonis cessit in postea quæsitis conuenitur quatenus facere potest,2.p.§.9.n.4.
Debitor, qui habet bona,in quibus executio fiat,carceri mancipari non potest,2.p.§ 8.num.1.
Debitor indicare debet bona,in quibus fiat executio,alias carceri mancipatur.2.p.§.8.n.6.
Debitor fisci,etiamsi bona habeat,mancipatur carceri,2. parte,§.8.num.3.
Debitor,qui bonis cedit,carceri traditur,nec ab eo eximi debet,donec creditoribus sit consultum,2.parte §.8.numero 4.
Debitor est à quo inuito, pecunia exigi potest , 2. par. in prælud.§.6.n.1.
Debitoris bona,qui occupant, exequi quomodo possint, 2.parte,§.2.n.41.
Decima in executionibus præstanda iuxta consuetudinem. 2.p.§.18.n.1.
Decoctores an crimen committant,& qua puniendi pœna?3.p.§.1.n.45.
Decutiones à Concilio ciuitatis iudices dati , an recusari possint,2.par.in prælud. §.7.n.5.
Defensor quis dicatur,& quatenus à procuratore differat, 2.parte,in prælud.§.5.n.50.
Delictum commissum esse debet, vt ad eius punitionem iudex procedat,1.p.§.5.nu.1.
Delictum commissum quomodo iudici constare debet,vt ad punitionem procedere possit,3.p.§.3.n.2.
Delictum commissum si constet ad delinquentium capturam perueniur,3.p.§.3.n.3.
Delicti qualitas pœnam, vel minuit,vel auget 3.part. §. 1.num.1.
Delicti ad punitionem,tripliciter procedi potest,3.part.§. 2.numero 1.
Delicto plenè probato Reus torqueri non debet,5. parte §.3.num.31.
Delicto plenè probato,sententia condemnatoria quomodo ferenda,3.p.§.3.n.33.

Antonij Pichardi Pract. Institut.

Delictum ex quocumque duplex actio criminalis,& ciuilis oritur,3.p.§.2.n.9.
Delicta alia ordinaria, alia extraordinaria , 3. part.§. 1. num.12.
Delicta alia publica sunt,alia priuata,3.p.§.1.num.3.
Delicta,alia nominata,alia innominata,3.part.§.1.numero 11.
Delicta , an leuia grauiora , an grauissima sint , iudicis arbitrio relinquitur, 5.p. §.1. numero 10.
Delicta alia capitalia,alia non capitalia,3. part. §. 2. numero 13.
Delicta alia secularia, alia Ecclesiastica, alia mixta,3. p. §. 1. num. 14.
Delinquentis bonorum sequestratio,quomodo facienda, 3.part.§.5.num.5.
Delinquente capto,iudex confestim eius recipiet confessionem,& quid cauere ea in re debeat4.part.parag.3. numero 10.
Delinquente capto,eius bona sequestranda,5.part.parag. 5.num.4.
Deliquente ad Ecclesiam confugiente extrahi,inde regulariter non potest 3.part.parag.3.num.6.
Delinquens immunitate non gaudet ab Ecclesia extrahi debet,3.part.parag.3.num.8
Delegari non possunt ea , quæ specialiter alicui magistratui committuntur,2.part.parag.4.n.12.
Dei iudicium,nec fallit,nec fallitur,4.part.in prælud.numero 22.
Denunciatio quæ?& quomodo fiat 3. part parag.2. numero 7.
Depositæ etiam pecuniæ in iudicati causam capi possunt, 2 part.§.7.num.47.
Derectarij crimen,quale?& quæ eius pœna?3.part.§.4.numero 46.
Dies quando solutioni non apponitur,quomodo executio peti possit?2 part.parag.6.num.7.
Diffamatores,qui sint,& de eorum pœna,3.part.§.4. numero 47.
Disputationis libelli vulgo,escritos de bien prouando, modo concipiendi,1.part.parag.9.num.1.
Doctores, & professores honestarum disciplinarum,insolidum non conueniuntur,7.part.parag.9.num,68.
Dolus nemini prodest, 2.part parag.9.num.17.
Doli clausula quæ,2.part.parag.9.num.26.
Dominus rei alius à domino litis,dominus rei, ad quem commodum, & incommodum rei pertinet , Dominus litis qui instantiæ Dominus est 2. part. in prælud. parag. 7.num.47.
Dominium suum ettans non admittitur, 2.part. in prælud.parag 4.numero 10.
Domum alienam infringens , qua puniatur pœna remissiue?3.part.parag.4.num.71.
Donator donationis tantum in casus priuilegium,ne conueniatur vltra quam facere possit habet,2.part.§.9.numero 19.
Donator,ære alieno deducto,quatenus facere possit conuenitur,& quare?2 part.parag.9.num.17.
Donatarius omnium bonorum, an exequi possit? 2.part. parag.2.num.39.
Dormiens,qui delictum commisit,an mitius puniendus? part.§.4.numero 48.
Duellorum Vsus permissus olim , hodiè punitur variis pœnis, 3. part.parag.4.numero 49.

E

Ebrieras delictum est : & an ab ebrio delictum commissum mitius puniatur,3.part.parag.4.num.50.
Effractores carceris qua puniantur pœna?3.part.parag 4. num.51.
Emptor,rei emptæ.Colono stare compellitur , si in locatione rei locatæ hypotheca cum pacto de non alienando,fuerit opposita,2.part.parag.2.numero 21.

Exceptio incapacitatis iudicis, in quacumque parte litis opponi potest,1 part.parag.3.num.4.
Exceptio,quæ de directo oppugnat,sententiam,executori non obiicitur:bene tamen quæ illam temperat, cuius differentiæ exempla proponuntur,1.part.parag.4. nu.26.
Exceptio etiam quæ directo sententiæ aduersatur,potest opponi executori si de ea antea cognitum non fuit,2. p parag.4.numero 17.
Exceptio peremptoria, quæ sententiæ executionem moderatur, etiam post sententiam opponi potest,2.part. §.9. numero 11.
Exceptionis probatio per partis confessionem,etiam elapso termino admittitur,2 part.§.14.num.6.
Exceptione quis vltra,quam facere possit condemnetur, quomodo opponenda:2.part.§.9.numero 10.
Exceptiones quales in appellationis instantia discuti possunt,4.part.§.16.numero 4.
Exceptiones in causa executiua, & allegati,& probati in termino debent,2.part.§.14.numero 4.
Exceptiones,quæ aduersus executionem opponi possunt, 2.part.§.13.numero 1.
Exceptiones aliæ,si legitimæ sint, præter enarratas id legibus Regni, admitti in executionis causa possunt, 2, part.§.13.num.2.
Exceptione olim à Prætore impetrati solitas,2.part. parag.9.numero 13.
Exceptiones,quæ aduersus executores admittuntur, 2.p. § 4 numero 25.
Exceptiones peremptoriæ,quæ & quando proponendæ : 1 part.§.3,num.11.
Exceptiones peremptorias,etiam termino elapso,restitutione impetrata,minor opponere potest,1.part.§.3.numero 12.
Exceptiones dilatoriæ quando proponendæ? 1. part.§.3. numero 3.
Excommunicatus,qui diu in excommunicatione duravit, qua puniendus pœna,5.part §.4.num.52.
Executio sententiarum , mixti fori est , 2. part. §.4. numero 11.
Executio à rebus mobilibus initium capit , 2.part. §. 7. numero 5.
Executio quæ à debitoris captura initium habet , bonis stantibus , an valida,2.part.§.8.num.10.
Executio,quoties per relationem (vulgo requisitoria)fit, inseri instrumentum , siue debitoris nomen debet, 2. part.§.4.num.5.30.& 38.
Executio sententiæ,an per actionem,an per iudicis officium petenda?2.part.§.6.num.5.
Executionis ordine prætermisso , si res captæ debitoris sint,restitui illi cum fructibus debent,2.part.§.8.n.11.
Executionis ordo,secundum §.in venditione,leg.à Diuo Pio,15.D. de re iudic.etiam in bonis minoris seruandus:secus in venditione voluntaria,2.part.§.7.num.15. & 20.
Executionis ordo,si turbetur, appellari potest,2.part.parag.7.n.11.
Executionis ordo,relatus in leg.à Diuo Pio,15.§.in venditione,D.de re iudicata , an creditoris , an debitoris fauore inductus 2.part.§.7.n.6.
Executionis ordo,si prætermissus,an executio valida, an nulla fit?2 part.§.7.n.9.
Executionem,qui aduersus plures petit,quid præstari debet ne plus petentium pœna mulctetur,2.part.§.6.numero 6.
Executor testamentarius debitores hæreditarios exequitur,2.par.§.1.num,18.
Executor merus causæ cognitionem non habet , mixtus vero habet,2.part.§.4.n.12.
Executores sententiarum an meri , aut mixti sunt,& quale eorum discrimen?2.par.§.4.num.12.
Executore à mero , regulariter non appellator , à mixto appellatur nisi re iudicata,datus sit, 2.part.§.4.numero 25.
Executores testamentarij,penes quos defuncti bona sunt, exequi possunt,2.part.§.2.numero 36.
Executiua , & ordinaria via,non contrariæ, sed diuersæ, 2.part.§.6.numero 4.
Exequentis persona in primis legitimanda in iuniicio extraordinario executiuo 2.p.§.1.numero 1.
Exequuntur sententias, non solum magistratus , qui eas protulerunt:sed & alij illorum iussu,2.part.§.4.numero 30.
Eximens delinquentem à iudicis officialibus,qua puniatur pœna,3.p.§.4.numero 53.
Expensarum condemnatio suppleti ab eodem iudice, eodem die pronunciationis potest,2.part. in prælud. §.3. numero 12.
Expensarum taxatio,regulariter,iudicis arbitrio relinquitur,2.p.§.4.in prælud.numero 15.
Expilator hæreditatis , furti speciem committit, & quæ eius pœna,3.p.§.4.numero 54.
Expilatores, qui vestes diripiunt , qua puniendi pœna, 3.par.§.4.n.55.
Exponentes Infantes, quibus subiciantur pœnis ? 3.parte.§.4.numero 56.

F

Facere quem posse,an deducto ære alieno,an non deducto æstimandum sit?2.par.§.9.numero.16.
Falsi criminis species multæ:nonnullæ indicatæ, & variè constitutæ pœnæ remissiuè.3.p.§.4.numero 57.
Fama,quam probationem inducit, 1.part.§ 6. numero 2.
Fatalia tempora,quæ sint,& & quare sic dicta? 4 part.parag.21.numero.6.
Fatalia tempora ex quo numeranda,4.part.§.21. num. 7.
Fatalibus elapsis, sententia executioni mandatur, 4. part. §.21.numero 11.
Fideicommissarius,item ij,q ti pro possessoribus hæredita. tem possident,exequi possunt,2.p.§.2.numero 32.
Fideicommissarius hæreditarios debitores exequitur 2.p §.1.numero 10.
Fideicommissarius patronatus ius acquirit,2.part.§.8.numero 48.
Fideicommissario competunt facta restitutione omnes actiones hæreditariæ.2.p.§ 1.numero 11.
Fideiussor cessis actionibus, debitorem exequitur,2.part. §.1.numero 14.
Fideiussor de euictione(vulgo de saneamiento)qua ratione necessarius,2.p.§.8.numero 5.
Fideiussores à confideiussore,qui debitum soluit, an exequantur 2.p.§.2.numero 44.
Filius in tertio,& quinto meliorator, à paternis creditoribus exequi possit,2.part.§.2.numero 33.
Filius iniusso patris,debitores suos exequi non potest,2 p.§.1.numero 5.
Fiscus,qui delinquentis bona occupauit,ab eius creditoribus exequi potest,2.p.§.2.n.34.
Formæ omissio,actus nullitatem inducit,2.part. §. 7. numero 10.
Fugitiuus debitor priuato carceri continere quousque possit?3.p.§.4.n.22.
Furiosus suo satis furore punitur,3.§.4.n.38.
Furor supernieniens,an à delicto commisso excuset? 3 p§.4.n.39.
Furtum apud nationes plures impunitum,3.part.§.4. numero 60.
Furti pœna varia tandem iudicis arbitrio relicta, part.§ 4.num.61.

G

Gabella soluenda ex pignoribus in causa indicati creditori addictis 2.p.§.16.n.3.
Gabella,quæ ex venditione soluitur præfertur iuri creditoris & decimæ iudicis,2.p.§.16.numero 4.

Gabellarum Fraudatores,peccant mortaliter,& decorum pœnis 1.p.§.4.numero 62.
Gerere alterius habitum,& de variis pœnis eius,qui hoc committit delictum,1.p §.4.numero 63.
Grassatores,qui prædæ causa in frequentibus seruantur,pœna capitali puniuntur,3.p.§ 4.numero 64.
Grauia delicta, quæ ? 3. p.§.1.numero 7.
Grauiora delicta,quæ ? 3. p.§.1.numero 8.
Grauissima delicta , quæ ? 3.p.§.1.numero 9.
Guarentigia clausula,quæ ? 2.p.§.5.numero 11.

H

Hæresis crimen late patet,& de multiplici eius pœna,3. p §.4.numero 65.
Hæres pro sua virili portione exequendi ius habet, 2. p. §.1.numero 8.
Hæres debitoris,exequi potest,vbi defunctus poterat,2. p.4.numero 6.
Hæres debitores, & hæres hæredis,executionem patitur, ac idem ipse debitor , non tamen intra nouem dies , quibus debitoris funus exequitur,p.§.2.numero 1.
Hæres ex asse , & parte in possessionem bonorum iudicio extraordinario executiuo , recte mitti expostulat, 2.parte §.5.numero 13.
Hæres pro hæreditatis tantum parte executionem patitur:hypothecaria tamen ratione possessionis conueniri insolidum potest,2.p§.2.numero 3.& 4.
Hæredi non adeunte deliberandi tempus coarctari potest , & hæreditati curator dari, 2.p.§.2.numero 2.
Hæreditatis emptor debitores hæreditarios exequi potest , 2.p.§.1.numero 5.
Hæreditatis emptor, exequi non potest:recte tamen conuenitur, si venditor soluendo non sit,2.part.§. 2. numero 38.
Homicidium omni iure pœna mortis punitur,nisi vel necessarium,vel casuale:tunc enim aliter,3.part.§.5. numero 66.
Hypotheca generalis , an vero specialis, necessaria sit in specie,leg.creditor §.fin.D.de distract.pignor.2. p.§.2. numero 23.

I

Immunitas Ecclesiæ,delinquentibus sæpè non prodest , 3.p.§.1.numero 7.
Incendiariorum delictum graue,& capitale,3.par.§.quanto, numero 68.
Incestus crimen in figuram matrimonij commissum punitur mitius,3 p §.4.numero 70.
Incestus crimen,quale,& eius pœna varia,3.part.§.4.numero 69.
Inhibere superiores iudices non possunt inferiores,donec acta processus primæ instantiæ,ad illos sint delata,4.p. §.3.numero 9.
Iniuriæ crimen latissimum,& varia inde eius pœna, 3.p. §.4.num.72.
Inquisitio specialis , quæ?3.part.§.1.numero 6.
Inquisitio generalis iure canonico permissa, 3.part.§.1. numero 5.
inquisitio generalis iure Hispano prohibita,3. part.§.1. mero 4
inquisitio generalis admittitur iure Hispano aliquibus in casibus,3.p.§.1.numero 5.
Instrumentum publicum , quod exceptionem meretur nostro iure Hispano 1.part.§.5.numero 10.
Instrumenta, vt oppositæ exceptiones probentur,an admittantur 1.p.§.4.numero 2.
Instrumenta vsque ad conclusionem in causa recipiantur, 1.part.§.8.numero 3
Instrumenta , sine literis rogatoriis exequuntur , 1.p.§. 4.numero 47.
Instrumenta rei rusticæ,in iudicati causa,non capiuntur, 2.parte§.5.numero 75.

Instrumentorum,& sententiarum executio, æquiparata, nouo iure,& quomodo,2.p §.4.numero 46.
Interdicta vnde dicta,& quid significent, 2. p.in prælud. §.3.numero 3.
Interlocutoria sententia, quæ iudicis intisdictionem extinguit (vel ut si se non iudicem pronunciauerit)renocari non potest, vnde ab ea recte appellatur,2.part.in prælud.§ numero 20.& 24.
Interlocutoria sententia,dominium non transfert,1.p.in prælud.§ 4.numero 28.
Interlocutoria sententia.an pluries possit reuocari,iudicis arbitrio relinquitur,2.part.in prælud §.3.num.17.
Interlocutoria sententia conclusionis partibus intimari debet,1.p.§.11.numero.3.
Interlocutoria sententia conclusionis omissa vtilitate processum,1.part.§.11.n.4.
Interlocutoria sententia à diffinitiua,multum differt,2.p. in prælud.§ 3.numero 4.
Interlocutoria sententia potest reuocari , etiamsi fuerit executioni mandata,2.part.in prælud.§.3.n.28.
Interlocutoria sententia conclusionis, quando proferenda?1.part.§ 11.numero 1.
Interlocutoria quando vim diffinitiuæ,vel grauamen irreparabile continet,4.p.§.11.n.6.
Interlocutoriam probationem sententiam , infra quod tempus iudex debet proferre?1.p §.3.numero 1.
Interlocutoriæ sententiæ diffinitio,multipliciter traditur, 3. part. in prælud.§.3.numero 2.& 26.
Interloqui, qui significat in causis,& iudiciis,2.part.§.3. numero 1.
Interrogatorij quando,& quomodo concipiendi,& producendi à litigantibus,1.p.§.6.n.11.
Iudex cuncta processus acta timari oportet,4 part.in præl.num.2.
Iudex datus,qui damnare potest, an & absoluere possit, part.prælud.§.7.numero 1.
Iudex delegatus suam exequi sententiam ex communi non potest,2.p.§.4.numero 10.
Iudex datus,& potestas eius qua is?1.part.§.4.n.16.
Iudex requisitus,cognoscit de iustificatione literarum rogatoriarum executione vtilitaquædam,2.p.§.4.n.38.
Iudex,qui damnare non potest,an absoluere possit?2.part. in prælud.§.7.n.38.
Iudex requisitus,si iniustas literas rogatorias cognoscit, an eas exequi debeat 2.p §.4.n.42.
Iudex ordinarius,propriis iure , suam exequitur sententiam.2.p.§.4.n.9.
Iudex,quæ generaliter omnibus in causis,vt recte sententiam proferat, obseruare debet, 1.p.§.11.numer.2.& 4.
Iudex , an secundum allata , & probata , an secundum propriam scientiam,sententiam proferre debet ? 1. part. § 11.numero 3.
Iudex alienus exequitur alterius sententias ex alterius inquisitione, 2.p.§.4.num.12.
Iudex secularis,si ab Ecclesiastico impediatur,nec ab Ecclesia extrahat delinquentes,quid faciat?3. part. §. 3. numero 9.
Iudicis delegati , & delegatæ iurisdictionis vis,& potestas,2.p.§.4.numero 17.
Iudicis factum,factum partis existimator,2.part.in prælud.§.4.num.8.
Iudicis præsentis,metus allegationem excludit,4.part §. num.5.
Iudicem pecunia corrumpi, delictum graue,& quæ eius pœna?3.p.§.4.numero 74.
Iudices arbitri,qui & Prætoris formula in iudiciis bonæ fidei,& fiduciæ,2.part.in prælud.§.7.numero 14.
Iudices dati pro delegatis,à legum partitarum conditoribus male accepti.2.part.in prælud.§.7.numero 4.
Iudices recuperatores,qui & quibus rebus dati,2.part.in prælud.§.7.numero 15.
Iudices dati , & iudices arbitri , suas exequi sententias non possunt,2.p.§ 4.numero 20.

INDEX.

Iudices dati, qualis eorum potestas, sorte electi, non inuitis litigantibus dati 2. part. in prælud. §. 7. n. 1.

Iudicati bona qui propria authoritate occupat, furti, & vi bonorum raptorum actione tenetur, 2. p. in prælud. §. 1. numero 3.

Iudicati bona propria authoritate, siquis occupauerit, qua pœna multetur, 2. p. in prælud. §. 3. n. 3.

Iudicati actio veterem in iudicio deductam nouat, quod eleganti ostenditur exemplo, 2. part. in prælud. §. 5. numero 14.

Iudicati actio, rei persecutionem continet, & hæredi, & in hæredem datur, 2. part. in prælud. patag 5. numero 13. & 18.

Iudicati actio, quomodo proponenda? 2. part. in prælud. §. 5. num. 30.

Iudicati actio, in procuratorem, an detur? 2. part. in prælud. §. 5. num. 31.

Iudicati actio aduersus cimitrem in quibus bonis exercenda? 2. p. in prælud. §. 3. numero 94.

Iudicati actio perpetua 2. part. in prælud. §. 5. numero. 10.

Iudicati actio, nihil aliud exigit quam probari esse iudicatum, 2. p. in prælud. §. 5. numero 7.

Iudicati actio, in procuratorem, qui se liti obtulit semper datur 2. p. in prælud. §. 5. n. 72.

Iudicati actio, præcipuus effectus rei iudicatæ, & quare sic dicta? 2. p. in prælud. §. 3. n. 1. & 21.

Iudicati actio, an nouo iudicio exercenda extraordinario exequenda sit valdè controuersum, 8 part. in prælud. §. 1. num. 24.

Iudicati actio, quare contra defensorem, qui se liti obtulit, detur? 2. p. in prælud. §. 5. num. 31.

Iudicati actione multa eneruari possunt, de quibus iudex competens adiri oportet, 2. p. in prælud. §. 3. n. 9.

Iudicati actione non tenetur, qui coactus propter munera necessitatem rei suscipit, aut litis defensionem, 2. p. in prælud. §. 5. n. 73. & 85.

Iudicati tempus, in eorum fauorem concessum est, 2. part. in prælud. §. 3. numero 85.

Iudicati tempus, nouo iure Hispano decem dierum tantum interstitium est, 2. p. in prælud. 6. num. 9.

Iudicati tempus, ex personali iudicio condemnatis datur, non si reali, qui statim restituere compellitur, 2. p. in prælud. §. 6. n. 11.

Iudicati tempus ad soluendum, & vt iudicato pareant, concessum est, 2. p. in prælud. §. 6. n. 4.

Iudicati tempus, quale, & quantum olim, & hodie, 2. p. in prælud. §. 6 numero 6. & 8.

Iudicati tempus, nec obligationem suspendit, nec compensationem impedit, 1. p. in prælud. §. 6. num. 5.

Iudicati tempus non semper iudices seruant, idque pro arbitrio differunt, vel minuunt, 2. part. in prælud. §. 6. numero 19. & 21.

Iudicato, qui Athenis non parebat, de vi publica tenebatur, & qualis apud Romanos eius authoritas? 2. part. in prælud. §. 1. numero 2.

Iudicium teddi in inuitum, qua ratione dicatur, 2. par. in prælud. §. 5. n. 19.

Iudicium purum simplex & asperum, quale, & quale sub conditione, 2. part. §. 9. numero 14.

Iudicia bonæ fidei, exceptiones quoque illis verbis, ex fide bona, comprehendebant. 2. p. §. 9. n. 15.

Iudicia contractibus assimilantur, 2. part. in prælud. §. 4. numero 17.

Iudicia alia ordinaria, alia extraordinaria, 2. p. in prælud. §. 7. num. 7.

Iuramentum de veritate dicenda, in primis à delinquente recipiet iudex, 3. p. §. 3. n. 11.

Iuramentum calumniæ, quale. & quid differat ab eo, quo positionibus respondetur? 1. p. §. 7. n. 2.

Iuramentum, quod & quando paratam executionem habeat, 2. p. §. 5. n. 4.

Iuramento parentes, vt insolidum exigantur, efficere non possunt, ergo nec alia renunciatione, 2. p. §. 9. n. 36.

Iuspatronatus libertorum, quotuplex, & qua ratione iudicium? 2. p. §. 9. numero 41.

Ius Regni Hispani, quo in supremis tribunalibus, & aulis causæ, ad alios iudices remittuntur, verus retrahunt, 2. part. in prælud. §. 1. n. 16.

Intispudentiæ quis finis, 4. par. in prælud. num. 1.

Iusti dies, qui sint, & dicantur ex l. 12. tab. de ea re, 2. p. in prælud. §. 6. n. 7.

L

Lamiæ qua pœna puniri debeant? 3. p. §. 4. n. 76.

Læsæ maiestatis crimen, quid sit? 3. p. §. 4. n. 73.

Læsio vltra dimidiam, an aduersus addictionem possit poni? 2. p. §. 16. numero 2.

Legatarius, an virtute testamenti executionem pro legato habeat? & quid in eo, cui prælegatum relictum est? 2. p. §. 5. numero 14. & 15.

Legatarius nominis debitorem exequi potest, 2. p. §. 5. numero 17

Lenocinium, quando committatur, & quibus pœnis puniatur? 3. p. §. 4. n. 77.

Lenocinium non solum à marito, sed ab aliis quoque committitur: & quibus punitur pœnis? 3. part. §. 4. n. 78.

Lesa delicta, quæ? 3. p. §. 1. n. 6.

Libellus actoris an in scriptis offerendus, & qualis esse debeat 1. p. §. 1. n. 9.

Libellus quando concipiendus, cum petitur, vt quis quatenus facere possit commentatur? 2. part. §. 9. n. 9.

Libelli dimissorij, qui sint, & quomodo, & quando petendi? 4. p. §. 9. n. 6. & 7.

Libello Reintra quod tempus respondere actor debet, 2. p. §. 4. n. 1.

Lis debet contestari per verbum, nego, vel confiteor, 1. p. §. 1. n. 8.

Lis intra quod tempus debeat contestari, 1. p. §. 3. n. 5.

Litis contestationis omissio, nullum reddit processum, 1. par. §. 3. numero 7.

Litis contestatio, quid sit, & qualiter olim fieret? 1. p. §. 3. num. 6.

Litem contestari reus, an præcisè compelli possit, 1. p. §. 3. numero 9.

Lites ex literis oriti iniquum, & contra Reip. bonum, 2. p. in prælud. §. 5. numero 5.

Litibus finem imponere è Republica est, 2. p. in prælud. §. 1. numero 3.

Litera A. Absolutionis nota. C. condemnationis, N. L. dubij iudicis animi expressio, 2. p. in prælud. §. 1. num. 15.

Literæ rogatoriæ quomodo ordinandæ, vt ab aliis iudicibus exequantur, 2. p. §. 4. n. 40.

Literæ rogatoriæ ab inquisitoribus missæ, exequendæ, etiamsi actorum exemplum non habeant, 2. part. §. 4. numero 41.

Literarum rogatoriarum vsus, etiam inter diuersi fori iudices admittendus, 2. p. §. 4. n. 40.

Litigiosa res, quæ dicatur? 2. p. §. 2. numero 9.

Litigiosæ rei possessor exequi potest, 2. p. §. numero 8.

Ludentes vltra permissum à lege, qualiter puniantur, 3. p. 4. n. 76.

M

Maledicus in Deum, Sanctos, Principem aut eius Consiliarios, qua pœna puniatur? 3. p. §. 4. n. 80.

Mandatum executorium, quomodo concipiendum, & cui tradendum, 2. p. §. 6. n. 8.

Mandatum executorium pro quantitate, siue genere alias, alias pro certa specie decernendum, 2. par. §. 6. numero 9.

Mandatum executorium, vt decernatur reus citari non debet, nisi vel dies instrumento non sit appositus, vel hæres pro defuncti debito exequatur, 1. p. §. 6. n. 10.

Maritus propter dolum, insolidum conuenitur, 1. p. §. 9. numero 28.

Maritus

INDEX.

Maritus an æs alienum deducat, vt eatenus quatenus facere possit condemnetur, 2. p. §. 9. n. 18.

Maritus quatenus facere potest iudex æstimabit, 2. part. §. 9. n. 6.

Maritus, vt insolidum pro dote exigatur, nec renunciatione, nec iuramento efficere potest, 1. p. §. 9. n. 58.

Maritus ex dolo, & delicto insolidum conuenitur. 2. part. §. 9. n. 56.

Maritus de dote in quantum facere potest, non insolidum conuenitur, idem si ex alio contractu, 2. part. §. 9. numero 52.

Mathematicus, qui superstitiose artem suam exercet, qua pœna puniendus? 3. part. §. 4. n. 81.

Matricida, qui matrem suam occidit, qua pœna puniendus? 3. p. §. 4. n. 81.

Melior res insolutum creditori addicenda, 2. p. §. 7. numero 4. & 8.

Metus non appellantis, quomodo probandus 4. par. §. 5. numero 10.

Milites, pro ciuili debito, nec insolidum conueniuntur, nec carceri mancipantur, 2. p. §. 6. n. 60.

Minor non restituitur, communi termino elapso, ad probandas testium repulsas, 1. p. §. 9. n. 3.

Minor, aduersus omissa appellationis, proponenda tempora restituitur 4. p. §. 10. n. 5.

Minor aduersus confessionem restitui an possit? 3. part. §. 3. num. 16.

Minor, sine tutore, aut curatore executionem non patitur, 2. p. §. 1. n. 41.

Minor sine tutore, aut curatore executionem non potest petere, 2. p. §. 1. n. 2.

Minor insolidum exigi non potest, 1. p. §. 9. n. 74.

Minor, iuramentum de veritate dicenda præstare tenetur, 3. p. §. 3. n. 15.

Minor regulariter, iure maioris fungitur, 2. p. §. 7. n. 16

Minor 25. annis idoneus defensor, & procurator, alienis negotiis gerendis esse potest. 2. p. in prælud. §. 5. nu. 56.

Minoris facto, non dolo si quis decipiatur, eius non impedit restitutionem, 2. p. in prælud. §. 5. n. 54.

Minori delinquenti, curator in primis dandus, ne alias in iudicium nullum sit, 3. par. §. 3. n. 14.

Minor, 25. annis, causæ summatim, & sine cunctatione expedienda 2. p. in prælud. §. 6. n. 20.

Minoribus, in quibus casibus restituitur, quare etsi fideiussoribus quoque succurratur? 2. part. in prælud. §. 5. numero 57.

Minoribus læsis, aut circumscriptis, tantum Prætor succurrit, 2. p. in prælud. §. 5. n. 53.

Minoribus quibus in causis idonei defensores non sint, 2. p. in prælud. §. 5. n. 52.

Monachus, sine Abbatis licentia, ius exquendi non habet 2. p. §. 1. n. 4.

Monasterium, ab ingressis creditoribus, cuius bona retinet, recte exequitur, 1. p. §. 2. n. 35.

Monetam adulterans, pœna falsi punitur, 3. p. §. 4. n. 84.

Monialem cognoscens pœna mortis punitur, 3. part. §. 4. numero 83.

Monomachiam exercentes, quibus pœnis puniendi, part. §. 4. n. 85.

Monopolæ grauibus subiiciendi pœnis, 3. p. §. 4. nu. 86.

Morte rei, crimen extinguitur, paucis exceptis casibus, 4. p. §. 4. n. 3.

Morte accusatoris, accusatio extinguitur, non crimen, 4. p. §. 4. n. 2.

N

Nobiles, an possint priuilegio, ne insolidum conueniantur renunciare? p. §. 9. n. 75.

Nobiles non exiguntur insolidum, nec pro ciuili debito in carcerem detruduntur, 2. p. §. 6. n. 61.

Nobiles, si debitum, ex delicto, aut ex fiscali causa originem habet, insolidum conueniuntur, 2. p. §. 9. n. 62.

Antonij Pichardi Præf. Iuslium.

Nobilium arma, equi, habitationis domus, in causam iudicati non capiuntur, 2. p. §. 9. n. 63.

Nomen debitoris exequi potest, etiamsi sit negatum: si malitiæ in promptu adsit probatio, 2. p. §. 7. n. 22.

Nomen debitoris, vt exequi possit, debet esse confusum: alias nouo alio iudicio opus est, 2. p. §. 7. n. 21.

Nomen suum, in alterius fraudem committens, pœna falsi punitur. 3. p. 4. n. 87.

Nomina debitoris, pignori dari possunt, 2. p. §. 7. n. 20.

Nomina debitorum exequi possunt, 2. p. §. 7. n. 17.

Nomina debitorum prius, quam immobilia pro debito extenuando, capienda, 2. p. §. 7. n. 5.

Notarius, falsum instrumentum conficiens, falsi crimine & pœnis irretitur. 3. p. §. 4. nu. 88.

Nullitatis aduersus sententiam coram eodem iudice proponenda, 1. p. §. 13. n. 1.

Nullitas, intra quod tempus proponi possit, & plures casus, in quibus de nullitate agi potest, 1. p. §. 13. n. 1. & 2. p. in prælud. §. 3. n. 14.

Nullitatis, executionis effectum non remoratur, 2. part. §. 19. num. 6.

Nullitas ex defectu iurisdictionis, quando aduersus tertiam sententiam conformem opponi possit, 4. part. §. 13. numero 7.

Nullitas manifesta ex actis aduersus tertiam sententiam ptioribus conformem. locum habet. 4. p. §. 13. n. 6.

Nullitas ex defectu iurisdictionis lapsu 6. dierum, non consimatur, 4. p. §. 17. n. 4.

Nullitas, aduersus sententiam in causa possessionis, proponi potest, 4. p. §. 12. nn. 3.

Nullitas, quando principaliter, quando incidenter discutiatur, 4. p. §. 17. n. 6.

Nullitatis exceptio, etiam post diffinitiuam sententiam opponi potest, 1. p. §. 3. n. 13

Nullitatis exceptionis omissio, qua ratione sententiam nullam confirmet, 4. p. §. 17. n. 3.

Nullitate pendente, non currit tempus appellationis, 1. par. §. 13. n. 3.

Nuncio asserenti se aliquem citasse, an fides adhibenda? 1. b. §. 2. n. 8.

O

Occidens seipsum, olim impunitus, hodie grauibus afficitur pœnis. 3. p. §. 4. n. 90

Occidens alienum siue palam siue proditorie, capitaliter puniendus, 3. p. §. 4. n. 89.

Occultans latrones, aliosve delinquentes, quibus pœnis subiicitur, 3. p. §. 4. n. 91.

Oppositionis tempus, ex quo currere incipiat, 2. p. §. 12. n. 2. & 3.

Oppositionis tempus olim arbitrium, hodie trium dierum, 2. p. §. 12. n. 1.

Oppositionis decem diebus elapsis, sententia condemnatoria, quomodo ferenda? 2. p. §. 16. n. 1.

Oppositione à reo ante vel post additionis sententiam facta, nulla est citatione opus, 2. p. §. 12. n. 5.

P

Pactum de non alienando, in re propria obligat paciscentem, 2. p. §. 2. n. 15.

Pactum de non alienando, non excludit beneficium, lædi, 3. C. locati, 2. p. §. 2. n. 22.

Pactum de non alienando iure alieno, inefficax, 2. p. §. 2. numero 14.

Pactum de non alienando, vtrum in contractibus validum sit? 2. p. 2. §. n. 15.

Pactum, vt quis insolidum condemnetur, cui propter reuerentiam priuilegium conceditur nullum, 2. part. §. 9. numero 37.

Pacto de non alienando contra cui adiecto, exequi tertius possessor potest. 2. p. §. 2. n. 12.

Pacto de non alienando, in publico guarentigio instrumento adiecto, tertius exequi potest. 2. p. §. 2. n. 19.

INDEX.

Parentes, non insolidum, sed quatenus facere possunt, exiguntur, 1. part. §. 9. num. 32.
Parentes nec bonis cedunt, nec carceri propter filiorum debita mancipantur, 2. part. §. 9. num. 3.
Parentibus magna debita pietas, & reuerentia, 2. p. §. 9. num. 33.
Parricidii immane scelus: & eius pœna, 3. p. §. 4. n. 92.
Partum supponens, crimen falsi committit, 3. p. §. 4. n. 94.
Partum exponentis, quæ sit pœna? 3. p. 4. n. 93.
Patronus, quando in ius vocari, & insolidum conueniri possit? 2. part. §. 9. num. 4.
Patronus, qua ratione in ius non potest vocari, eadem, nec insolidum exigi, 2. p. §. 9. numero 42.
Patronus, patrona liberique eorum, & parentes à libertis insolidum, non conueniantur, & quare? 2. p. §. 9. n. 40.
Patroni, liberi, & parentes, nec in ius vocari, nec insolidum conueniri possunt, 2. p. §. 9. num. 51.
Patrona, neque in ius vocari, nec insolidum exigi à libertis potest, 2. p. §. 9. num. 50.
Patronatus jus, etiam qui non manumisit, quinque modis acquiritur, 2. p. §. 9. numero 43.
Peculatus crimen furti species, & eius pœna? 3. part. §. 4. numero 95.
Periurium, grauissimum scelus, & grauibus animaduersum pœnis, 3. p. §. 4. numero 96.
Periurium à testibus commissum, grauius punitum, 3. p. §. 4. numero 99.
Periurium assertorium, arbitrarie animaduersum, 3. part. §. 4. numero 98.
Periurium promissorium, qua pœna vindicatum? 3. part. §. 4. numero 97.
Personæ, quæ quatenus facere possunt conueniuntur, pro ciuili debito carceri non mancipantur, 2. p. §. 9. n. 2.
Personæ plures, non in totum, sed quatenus facere possunt & conueniuntur, & condemnantur, 2. part. §. 9. n. 1.
Petitio executionis, quibus verbis formanda sit considerari oportet 2. p. §. 6. numero 1.
Petitio in iudicio executiuo, si à patrono inepte fiat, quomodo parti consuleudum? 2. p. §. 6. n. 3.
Petitio in iudicio ordinario, quomodo formanda? 2. p. §. 6. numero 2.
Petitio in iudicio, nisi quod pure debetur, non potest, 2. p. in prælud §. 6. numero 2.
Pignora, in executionis causam capta, trinundino peracto maiori licitatori addicuntur, 2. p. §. 10. n. 4.
Pignora breuiori licita, tempore legitimo, an aditio valeat? 2. p. §. 10. n. 9.
Piratæ, quibus subiiciendi pœnis? 3. p. §. 4. n. 101.
Plagiarij, qui sint, & eorum pœna? 3. p. §. 4. n. 102.
Plures vno libello accusari possunt, etiam ex diuersis causis, 4. p. §. 2. numero 5.
Populatores agrorum, qui, & qua pœna afficiantur? 3. par. §. 4. n. 103.
Positionibus iureiurando, tam Actor, quam Reus, cui obijciuntur, respondere debent, 1. p. §. 7. num. 1.
Positionibus qui respondet si pertinuerit, amissione causæ mulctatur, 3. p. §. 4. n. 100.
Possessione causa momentanea, cur appelletur? 4. p. §. 12. numero 2.
Præconia, qua tempore emitti debent in mobilibus, & immobilibus bonis, 2. p. §. 10. n. 5.
Præconia partium consensu remitti possunt, 2. p. §. 10. numero 7.
Præconiorum tempora, aliquibus in casibus restringi, 2. p. §. 10. num. 6.
Præconiorum dies remitti non possunt, 2. p. §. 10. n. 8.
Præsides quale imperium in Prouinciis habeant, & in eis exequi sententias, an possint? 2. part. §. 4. numero 33. & 34.
Prænaticatores, qui? & illorum pœnæ 3. par. §. 4. num. 104.
Priuata debita, quæ? 3. part. §. 1. num. 4.
Priuilegium amittit, qui eius causam negat, etiamsi postmodum quod negauit fateatur, 2. p. §. 9. n. 30.
Probationes post conclusionem in causa, an admittantur, & quæ? 1. p. §. 11. n. 4.
Procurator, qui se liti obtulit, & iudicialem stipulationem, Iudicatum solui, interposuit, iudicati actionem habet, & in eum datur, 2. p. in prælud. §. 5. numer. 41.
Procurator, qui se liti non obtulit, nec iudicatum solui, stipulationem interposuit, iudicati actionem non habet, nec eum datur, 2. p. in prælud. §. 5. n. 42.
Procurator litis contestationem litis nominis, efficitur, 2. p. in prælud. §. 5. num. 46.
Procurator in rem suam vt quis constituatur, an ei nominatim, etiam actiones cessas esse oporteat: nimis controuersum inter interpretes, 2. parte in prælud. §. 5. numer. 79. & 80.
Procurator in rem suam, quis proprie dicatur? 2. p. in prælud. §. 5. numero 77.
Procurator in rem suam iudicati actionem, & habet, & patitur, 2. p. in prælud §. 5 76. & 83.
Procurator si ob calumniam, aut contumaciam condemnetur iudicati actionem patitur, 2. part. in prælud. §. 5. num. 87.
Procurator in rem suam, vel generalis, executionem patitur, 2. p. §. 5. n. 2.
Procurator ad lites, nisi speciale ad id mandatum habeat executionem petere non potest, 2. p. §. 5. n. 1.
Procurator, qui se liti non obtulit, an quatenus iudicati actione teneatur, ei ea actio concedatur? 2. p. in prælud. §. 5. num. 37.
Procurator in criminalibus, quibus in casibus admittatur? 3. p. §. 3. n. 19.
Procutor sufficiens mandatum habere debet, 1. part. §. 1. num. 3.
Procurator in rem suam, & ex parte Actoris, & ex parte rei offici quis potest? 2. p. in prælud. §. 5. n. 84.
Procurator ad negotia efficaciter ex sua persona, an obligetur? 2. p. in prælud. §. 5. num. 59. vsque ad 71.
Procurator quis, & quale eius officium? 1. part. in prælud. §. 5. num. 49.
Procurator in criminalibus, neque accusando, neque defendendo admittitur: alias processus nullus, 3. p. §. 3. numero 18.
Procuratoris officium apud Hispanos, non nisi legitimè scripti exercent. 1. p. §. 1. numero 1.
Procuratori ad lites, & si iudicati actio denegetur: datur tamen procurator ad negotia, 1 p. in prælud. §. 5. n. 52.
Procuratorem minor 25. annis, sine tutore, aut curatore, vxor sine venia mariti seruus non constituunt, & an aliquibus casibus possint? 1. p. §. 1. numero 4.
Procuratore constituto quicunque iudicio sisti, nisi iudicium fit criminale, injungendoque reo pœna maior relegatione, 1. p. §. 1. n. 2.
Procuratorum in rem suam, mandatum quomodo Hispanè concipiendum? 2. p. in prælud. §. n. 78.
Proditores, qui per insidias aliquem occidunt, qualiter puniendi? 3. p. §. 4. numero 105.
Protestatio eius, qui per metum non appellauit, quando, & quomodo facienda? 4. par. §. 5. numero 11.
Publicatio testium, quando fit, partibus intimatur: præcludit aliorum receptionem: omissa reddit processum nullum, 1. p. §. 8. numero 1.
Publicatione facta restitutione impetrata minor testes producit, 1. p. 8. numero 2.
Publicatione testium facta, in criminalibus, index ex officio, alias recipere potest probationes, 3. p. §. 3. n. 25.
Publicatione testium facta, in ciuilibus, testes alij non mittuntur, 3. p. §. 3. numero 24.
Publicatione probationum facta ab Actore, & Reo, allegationes fiunt, 3. p. §. 3. numero 28.
Publica delicta quæ & quare sic appellata, 3. p. §. 1. numero 5.

R

Radens scripturam, aut monetam, falsi crimine, & pœnis tenetur, 3. p. §. 4. numero 106.

Rapina

Rapina furti species, & pœna, 3. §. 4. num. 107.
Raptus crimen grauissimum, pœna mortis semper punitum 3. p. §. 4. numero 108.
Rationes (vulgo coentas) quando paratam habeant executionem? 2. p. §. 5. num. 16.
Receptatores puniendi illis pœnis quibus principales criminum rei, 3. p. §. 4. num. 109.
Recusatio, quando proponenda, & eius effectus, 1. p. §. 10. num. 6.
Recusatio quo tempore interponi possit? 1. p. in prælud. §. 2. numero 11.
Recusationis causa iure Canonico requiritur, & coram arbitris probari debet, 1. p. §. 10. num. 2.
Recusationis beneficium, nisi ex causa, index non tollit, 1. p. §. 10. num. 6.
Recusationis causa, iure ciuili, & Regio, non requiritur, nisi in recusatione iudicu superiorum, & totius ciuitatis, aut Prouinciæ, 1. p. §. 10. num. 5.
Recusatus index Ecclesiasticus, à causæ cognitione arcetur, 1. p. §. 10. numero 3.
Recusari, quando executores possint? 2. p. §. 3. num. 24.
Recusari, an possit index in vna causa, ex eo quod in alio ab eius sententia sit appellatum? 4. §. 6. num. 9.
Regia præcepta (vulgo prouisiones, y cedulas reales) exequi quando debent? 2. p. §. 5. num. 17.
Remissio de vno iudice ad alium in contractibus, quando locum habeat? 2. p. §. 4. num. 3.
Renunciatio, l. si conuenerit, 18. D. de iurisd. omn. iud. quem affectum habeat? 2. p. §. 4. num. 4.
Renunciatio propij fori, quid in publicis scripturis operetur? 2. p. §. 4. num. 2.
Reus, etiam post testium publicationem, conclusionem, & diffinitiuam, de innocentia sua docere potest, 3. part. §. 3. numero 16.
Rei responsio Actori, Actoris replicatione Reo, Rei duplicatione actori proficiunt, ad probationes peruenitur, 3. p. §. nuas 21.
Reo absente, & latitante, iure Regio per præconia, & edicta proceditur, 3. p. §. 1. numero 35.
Reo absente, & fugiente, iure communi, quando procedi possit? 3. p. §. 3. num. 54.
Reo absente, & contumace quomodo formandus, ordinandus processus? 3. p. §. 3. num. 2.
Rescriptum Principis, in communi causa vni concessum omnibus quorum interest, prodest. 4. p. §. 2. num. 2.
Rei verbum latissime patet, 2. p. in prælud. §. 2. num. 1.
Res, lis, & causa, multis modis finitur: illa vero res iudicata dicitur, quæ finem pronunciatione tantum accepit? 2. p. §. 2. num. 15.
Res iudicata, quid diuersum à sententia quomodo intelligendum, 2. p. in prælud. §. 2. num. 4.
Res iudicata, an etiam ea sententia dicatur à qua appellari licet? 2. p. in prælud. parag. 2. num. 20.
Res iudicata idem semper, quod sententia 2. p. in prælud. § 2. num. 1. 4. & 5.
Rescissio aduersus probationem minori, quando, & qualiter concedenda? 4. p. §. 7. num. 4.
Restitutionis beneficium aduersus Principis sententias cõceditur. 4. p. §. 7. num. 6.
Restitutionis beneficium aduersus sententiam, in causa possessionis locum habet. 4. p. §. 12. numero 4.

S

Sæcularij, & quæ eorum pœnæ? 3. part. parag. 4. numero 111.
Sacrilegium, quando, & quibus casibus committatur, & quibus pœnis puniatur? 3. p. §. 4. numero 110.
Sententia diffinitiua, licet in criminalibus ab eodem iudice, non potest reuocari: bene potest eius executio suspendi. 2. p. in prælud. §. 1. num. 8.
Sententia à diffinitiua ex nouis rei probationibus, an possit reuocari? 1. p. §. 3. numero 17.
Sententia diffinitiua à Principe dicta, quando executioni mandari. & quare ab eo reuocari potest? 2. p. in prælud. §. 3. num. 10.
Sententia diffinitiua, intra quod tempus proferenda? 1. part. §. 12. n. 1.
Sententia diffinitiua, nec reuocari, emendari, corrigi, nec eodem die ab eodem iudice potest quod & in causis criminalibus admittenduæ est, 2. part. in prælud. §. 3. numero 6.
Sententia interlocutoria potest ab eodem iudice emendari & corrigi, 2. p. in prælud. §. 2. numero 17.
Sententia in actione reali pro actore dicta, quare dominium non transferat? 2. p. in prælud. §. 4. num. 16.
Sententia actione reali, quando condemnatus Dominus non erat, quem habeat effectum, 2. p. in prælud. §. 4. n. 24.
Sententia in actione reali si pro Reo dicatur, quando dominium transferat? 2. p. in prælud. §. 4. num. 25.
Sententia in actione reali, si Actor Dominus erat, & pro eo dicitur, dominium non transfert sed Actorem dominum esse declarat, & quod si Dominus non erat, 2. part. in prælud §. 4. numero 22.
Sententia in actionibus personalibus transfert dominium, eleganti rei distinctione adhibita, 2. part. in prælud §. 4. num. 26.
Sententia in iudibus incorporalibus, quæ corporalibus cohærent, quando dominium transferat? 2. p. in prælud. §. 4. numero 21.
Sententia, in incorporalibus dominium transfert, & quasi possessionem, 2. part. in prælud. §. 4. numero 15.
Sententia confirmatoria, non confirmata, executioni mandatur, 4. p. §. 14. n. 1.
Sententia, quæ in rem transijt indicatam, cur extraordinario iudice in executioni mandatur? 2. p. §. 1. num. 1.
Sententia duplicem agendi modum exhibet, & indicati actionem, & iudicis officium vtriusque diuersis finibus, & temporibus, 2. p. in prælud. 5. num. 25.
Sententia vna quando, & quomodo plures teneantur? 4. p. §. 2. num. 2.
Sententia iudicis conditionem non admittit, 2. part. §. 7. num. 2.
Sententia debet esse conformis libello, 1. p. §. 2. n. 1.
Sententia, & res iudicata actionem in factum producit, 2. p. in prælud. §. 5. n. 22.
Sententia in causis criminalibus, in quibus bonorum amissi indicta est, primi condemnatio, 2. p. in prælud. §. 4. num. 31.
Sententia qua iudices se competentes, vel incompetentes pronunciant, in supremis tribunalibus supplicationem excludit. 4. p. §. 11. n. 8.
Sententia excommunicationis, intra tempora ad appellandum pronunciata, remedia attemptatorum non reuocatur, etiam appellatione postea interposita. 4. p. §. 16. numero 13.
Sententia semper iusta præsumitur, & legitimè esse processum, 2. p. in prælud. §. 4. n. 3.
Sententia in secundo decreto, quando, & quomodo transferat dominium? 2. p. in prælud. §. 4. n. 20.
Sententia præsumptionem juris, & de jure proiucit 2. part. in prælud. §. 4. n. 25.
Sententia pronunciata ante pronunciationem est sententia 2. p. in prælud. §. 2. num. 10.
Sententia necessario condemnationem, vel absolutionem continere debet. 2. p. in prælud. §. 2. n. 5. 17. & 18.
Sententia est iudicis pronunciato, quæ condemnationem vel absolutionem controuersiis finem imponit, 2. part. in prælud. §. 2. n. 8.
Sententia, an dominium transferatur, diuersimen constituendum, inter vniuersalia, & particularia iudicia, 2. p. in prælud. §. 4. numero 11.
Sententia in iudicibus duplicibus, familiæ erciscundæ communi dividendo, finium regundorum, confinium adiudicatione transfert 2. p. in prælud §. 4. n. 13.
Sententia, & exceptionem litis finitæ, & iudicati actionem producit, 2. p. in prælud. §. 4. n. 5.
Sententia conditionalis sententiæ nomen non meretur, 2. p.

INDEX.

in prælud.§.2.numero 24.
Sententia cœca esse,nullamque ambiguitatem continere debet,2.p.in prælud.4.2.numero 21.
Sententia transit in rem iudicatam elapso tempore ad appellã dum aliquib.exceptis in calib.2.p.in prælud.§.4.n.1.
Sententia regulariter inter litigatores tantum,non inter alios ius fa. it,2.part.in prælud.§.4.num.
Sententia priuationis beneficiorum,non efficit quominus quis de illis disponere per resignationem possit?2.part. in prælud.§.4.numero 30.& 32.
Sententiã antequam executioni mandetur,an condemnatum dominio,& iure ilatim priuet?3.p.in prælud.4.numero 29.
Sententia arbitrorum dominium transfert,1.part.in prælud.parag.4.numer.17.
Sententia paratam habet omni iure executionem extra ordinem exercendam,1.p.in prælud.parag.5.n.16.
Sententiæ interlocutoriæ verba,saleo iure impertinentiũ, & non admittendorum,quid præstent?1.part.paragr.3. numero 6.
Sententiæ tertiæ prioribus concordis effectum nullitatis obiectio non remorator?4.p.§.13.num.5.
Sententiæ nomen simpliciter prolatum,ad diffinitiuã refertur 2.p.in prælud.§.3.num.5.
Sententiam iudex proferri, non priuatus alios,qui index non est,1 part.in prælu.§.1.num.9.
Sententiam confirmatoriam, iudex ad quem executioni mandat,non iudex a quo.4.part.parag.24.n.1.
Sententia propria qui exequi authoritate non potest, 2. p.in prælud § 1.num.4.
Sententiam diffinitiuam,licet mutare iudex non possit, quæ tamen ei desunt explicare potest,2.p. in prælud. § 3.numero 14.
Sententiarum,iudicatarumque rerum magna,& publica authoritas,& eius ratio,2.p.in prælud.§.1.n.1.
Sententias,ni earum executio eas sequatur,parum esset à iudicibus proferri,2.p.in prælud.§.1.num.6.
Sepulchrorum violatores arbitrio iudicis puniendi, 3.p. § 4.numero 112.
Seruus emptus,vt manumittatur,nisi legi paritum sit, sit ipso iure liber.2.p§.6.num.46.
Simoniæ crimen,quam sit detestabile, & quibus punitu pœnis,3.p.parag.4.n.113.
Socetas multis modis contrahi potest,2.part.§.9.n.21.
Socius omnium bonorum non conuenitur vltra quam facere possit,& quare,2.p.parag.9.n.21.
Socius omnium bonorum,propter inficiationẽ conuenitur insolidum.2.p.§.9.numero 24.
Socer insolidum pro promissa dote exigi,etiamsi interiando priui legio renuncier,non potest.2.p.§.9.n.19.
Socer à nuru,pro doris restitutione conuentus,insolidum non exigitur,2.p.parag 9.n 57.
Socer à genero pro doris solutione conueniri insolidum, an possit?2.p.parag.9.n.58.
Sodomiæ grauissimum,& nefandum scelus,capitale, & exquisitis subditum pœnis,3.p.parag.4.n.114.
Solui aliud pro alio inuito creditori,regulariter non potest,2.p.parag.7.n.18.
Sortilegium graue peccatum,& grauiter animaduersum, 3.p.parag.4.numero 115.
Stellionatus crimen,varium,& variis vindicatum pœnis, 3.p.parag 4.numero 116.
Stuprum coitus,cum virgine & quæ eius pœna?3.part.§. 4.numero 117.
Supplicatio secunda,in quibus casibus admittatur? 4. p. §.2 2numero 5.
Supplicatio secunda,à quibus iudicibus interponi possit, 4 p§.2 2numer.4.
Supplicatio secunda, non impedit executionem sententiæ remissiuæ,4.p.§.22.numero 8.
Supplicatio secunda,intra quod tempus interponenda sit 4.p.§.22.numero 6.
Supplicatio secunda,nisi iuste interponatur,quam pœnã interponens soluet,4.p§.22.numero 7.
Supplicatio secũda,à iudicibus superioribus inhibita est, exceptis casibus,l.1.tit.10.lib.4.rec.op.4 p.§.22.n.2.
Supplicatio secunda , vt à procuratore interponi possit speciale requiritur mandatum,4.p.§.22.n.5.
Suspecto coram iudice litigare,periculũ ?1.p.§.10.n.2.
Syndicus,siue Actor municipum,actione iudicati non tenetur,2.p.in prælud §.5.n.89.& 94.

T

Tempus iudicati, quantum olim daretur hodie arbitrarium iure ciuile nouiori.2.p.§.16.numero 3.
Tempus iudicati, humanitatis gratia adsolvendum concedi?2.p.§.10.numero 2.
Terminus iudicialis,arctati, vel protogari à iudice,quare possit?2.p.in prælud.§.6.numero 27.
Terminus quartus (vulgo quarto plazo) nisi ex magna causa non datur,1.p.§.4.numero 3.
Terminus,qui(vulgo Vitramariano) dicitur,quando dari debet?1.p.§.5.numero 4.
Terminus probationem qualis,& quotuplex esse debet?1. p.§ 4.numero 2.
Termini præfixio,nouas testium receptiones excludit,2.p. §.14.numero 1.
Termino ad probandum.& probationem finiendam ato elapso,testes examinari non possunt,2.p.§.14.n.3.
Termino probatorio elapso,testium fit publicatio,3.part. § 3.numero 23.
Terminum legalem, an iudex ex iusta causa minuere, & prorogare possit,2.p.in prælud.§.6.numero 24.& 30.
Terminorũ motores,& occultatores, quibus puniti pœnis?3.p.§.4. numero 119.
Tertius emphyteuticæ successor,exequi pro canone,cum possit?2.p.§.2.n.7.
Tertius oppositor in via executiua, de iure suo sumatim olim docere debebat:secus hodie,2.p.§.15.num.1.
Tertius possessor,in censibus, vt principali non excusso exequi possit,quæ clausula adiicienda?2 p.§.2.n.30.
Tertius possessor principali , non excusso hypothecario non conuenitur,2.p.§. numero 17.
Tertius possessor,quibus casibus exequi potest à debitore causam mediate,vel immediate habere debet,2.p §.2. numero 32.
Tertius possessor,etiam principali non excusso conueniri poterit pacto de non alienando adiecto,2.p.§.2.n.18.
Tertius possessor dolo possessionem nactus pro possessore non est,1.p.§.2.numero 10.
Tertius simulator possessor,exequi potest,2.§.2.n.p.11.
Tertius singularis possessor exequi non potest,2.part.§ 2. numero 6.
Tertij oppositio viam executiuam efficit ordinariam,2.p. §.15.num.2.
Tertij oppositoris materia remissiuæ,2.p§.15.n.3.
Testamentum,an & quando habet paratam executionẽ? 2.p.§. numero 12.
Testis,cum iuramento semper debet deponere,alias probatio nulla, 1.p §.6.n.3.
Testis iuæ depositionis causam per sensum corporeum reddens,fidem facit,1.§.9.n.4.
Testis falsus,qua puniendus pœna?3.p.4.num.118.
Testes iuxta articulos siue interrogatorios examinari à iudice debent,vel ex eius delegatione inscriptis redacta à tabellione, 2.p.§.7.n.3.
Testes, & nominatores de idoneitate,veluti fideiussores sunt,2.p.§.numero 7.
Testes in summario producti,iterum in plenario iudicio examinandi,vt fidem faciant,& quare?3.p.§.1.n.22.
Testes in termino producti possunt elapso examinari,licet in causis executiuis,contra,2.p.§.14.n.& 4.
Testium repulsæ, quando obiiciendæ,& probandæ?3. p. §.3 n.19.
Testium repulsæ intra quod tempus probandæ 1.p.9.n.3.
Testibus repulsæ(vulgò tachas) qualiter obiiciendæ,1.p. §.9.n.2.

Toletanæ

INDEX.

Toletanæ legis cautio,quando in executione præstãda,& eius effectus,2.p.§.16.nu.7.
Tormæ,& quæstionibus, vt reus subiiciatur,quid animaduertere iudex debeat ,3.p.n.51.
Tormæ sententia, & iniusta incarceratio grauamen irreparabile continet.4 p.§.12.nu.7.
Tribunal locus , vnde Magistratus ius reddebat, 1. p. in prælud.§.6.n.14.
Tributorum immunitas,quibus Doctoribus concessa,1.p. §.9.n.70.
Tutor,& curator ante satisdationem, & inuentarii confectionem pupilli debitores non exequuntur 1.part.§.1. num.6.
Tutor,& curator, quando pro pupilli,siue minoris debitis possit exequi ? 1.p.§.1.n.42.
Tutor,& curator,iudicati actione non tenetur,1.p.in prælud.§.5.nu 85.
Tutor pupilli in carcerem detrudi non potest,1.p.§.9.numero.72.
Tutor, qui fidem suam pupilli negotiis non adstrinxit,sed illa tutorio tantum nomine gessit ex sua persona non tenetur,2.p.in prælud.§.5.n.66.
Tutor, qui pupilli bona habet,si illa non exhibet in causam iudicati,carceri mancipatur, 2.p.§.9.n.73.
Tutor,qui pupilli bona habet,potest.donec illa exhibeat, iudicati actione vigeri, 1.p.in prælud.§ 5.n.88.
Tutor, qui calumniose litigauit,iudicati actione tenetur 2. p.in prælud §.5.n.86.

V

Vagabundi,& errantes homines pro consuetudine cuiusque Promtiæ puniendi, 3.p. §. 4.120.
Venatio,quando prohibita, quibus animaduersa pœnis 3. p § 4.n.121.
Vendita res, etiã si tradita secundo emptori sit,prior venditio valet pacto de non alienando adiecto,2.p.§.2.numero.10.
Venefici capitale crimen commitunt , & capitaliter sunt puniendi,3.p.§.4.n.122.
Verberans aliquem atrocem ei irrogæ iniuriam , & qua pœna puniendus 3.p.§.4.n. 23.
Veritati omnis cedit præsumptio 4. p.§.5.nu.6.
Victus victori,in expensis condemnandus,2.part.§.17.numero.2.
Vim inferentes, & vi possessione turbantes, qua puniendi pœna?3. p.§.4.n.124.
Vnius condemnatio,quando alios litis consortes comprehendet.4.p.§.2.n.4.
Vsufructuarius omnium bonorum , an & quando exequi valeat?2.p.§.2.n.40.
Vsurarij crimen pernitiosum,& multis vindicatum pœnis? 3.p §.4 .n.125.
Vxor pro medietate lucrorum exequitur,2.part. §. 2. numero 37.
Vxor sine consensu mariti, executionẽ non potest petere, 2.p.§ .1.n.3.

T 5

FINIS.

LEGVM, ALIORVMQVE LOCORVM, IVRIS CIVILIS ROM.

Canonici, Pontificum, Regij, Hispanorum, quæ hisce Manuductionibus, ad praxim notabiliter, vel explicantur, vel exornantur, alphabetico ordine accuratè Digestus index, in quo (quoniam apud interpretes pluta loca, & capita, non iuxta initij verba, sed iuxta numerum, & ordinem allegantur) quo commodius explicata reperiantur, primæ, secundæ tertiæ, quartæ, penultimæ, & finales leges, sub prioribus numeri literis collatæ sunt.

EX PRIMA PANDECTARVM Parte, & Digesto veteri.

A

Argentarium, 45.§.fin.D.de iudiciis, 2.part. §.4.numero 44.

D

L.Diuortio.33.D.de negotiis gestis, 2.p §.9. numero 53.

F

L.fin.D.de institor.actione, 2.p.in prælud.§.5.num.64.
L.fin.§.D.de eo quod metus causa, 2.p.§.8.n.9.

H

L.habere licere, 51.D.de euictionibus, 2.part.in præludiis, §.4.numero 19.

I

L.in causæ, 17 §.fin.D.de procuratoribus, 2.p.in prælud. §.5.numero 18.
L.in priuatis, 77.D.de iudiciis, 2.par.in prælud.§.7.n.9.

L

L.Lis nulla, 4.D.de iudic.2.p.§.9.numero 34.

M

L.minor.51.D.de procuratoribus, 2.part.in prælud.§.5.n. 13.& 49.
L.minor.25.annis, 45.D.de minoribus, 4. part.in prælud. parag.5.numero 27.

P

L.penult.D.de inre dotium, 2.par.§.9.numero 19.
L.si autem, D. de inst.actione, 2.p in prælud.§.5.n.68.
L.procurator, 28.D. de procuratoribus 2.par. in prælud. §.5.numero 51.& 74.
L.procurator, 67.D.de procuratoribus, 2.p.in prælud.§.5. numero 33.& 58.

Q

L.qui iurisdictioni, 10. D. de iurisd.omn.iudic. 2.part.in prælud.§.7.numero 9.
L.quod in diem, 6.D.de compensationibus, 2.part.in prælud.§.6.numero 28.

S

L.2.D.de iureiurando, 2.p.§.9.n.45.
L.seruum Titij, 49.D.mandati, 2.p.in prælud.§.5.n.67.
L.si creditor.7.§.fin.D.de distract.pign.1.p.§.2.num.16.
L.si cum milite, 16.§.cum inter.D. de compensationibus, 2.part.in prælud.§.6.numero 28.
Lege si pignora, 50.D.de euictionibus 2.par. in prælud.§. 5.numero 27.
L.si pupilli.5.§.item si procuratori.D.de negotiis gestis, 2. par.in prælud.§.5.n.65.
L.si quis mancipiis, 7 §. si seruum, D.de instit.actione, 2. par.in prælud.§.3.num.69.

T

L.tametsi, 11.D.ad S.C.Macedonian.2.p.§.4.num.28.
L.3.§.idem scribit, D.de peculio, 2.p.in prælud.§.5.n. 18.

EX SECVNDA PANDECTARVM Parte, & Infortiato.

E

L.Et ex diuerso.18.§.fin.D.soluto matr.2.p.§.4.num. 29.

M

L.Magis puto, 5.parag.noupassim, D.de rebus eorum, 2. p.parag.7.num.4.

P

L.1.parag.deportatus, C.de legatis 2.p.parag.4.numer.37.

S

L.Si hæres pecuniam.78.D.ad S.C.Trebellian. 2.parag.1 numero.12.
L.Siquis filio exhæredato, 6.parag.1.D.de iniusto rupto. 2.p.in prælud.parag.6.numero 18.

EX TERTIA PANDECTARVM Parte, & Digesto Nouo.

A

L.à Diuo Pio, 25.ff.de re iudicata 2.p§.4.n.15. Et parag. sententiam Romæ, numero 31.

C

L.Cum fideicommissum, 7.ff.de confessis, 2.p.in prælud. parag.7.numero 12.
L.cum ostendimus, 4.parag.fin.D.de fideiuss.2.p.parag.8. numero 8.
L.cum vnus, 12.parag.is quis ff.de bonis authorit.iud. pos.2.p.parag.4.numero 43.

D

Lege debitoribus, 31.ff.de re iudicata, 2.part.in prælud.parag.4.num.10.

E

L.ergo, 10.parag.alluuio, ff.de acquir.rer.domin.2.part. in prælud.parag.4.n.14.

F

L.fin.de appellationibus recipiendis, 2.part.parag.14.numero 2.

H

L.hæres à debitore, 22.ff fideiussoribus, 2.p.parag.1.n.12.
L.hoc inre 86.ff. de solutionibus, secunda p.in prælud. parag.5.numero 39.

M

L.miles.6.§.fin.D.de re.indicat.2.part.in prælud.§.5.n.15.
L.municipes.14.D.ad municipalem, part. in prælud. parag.5.numero 93.

L. nemo.

INDEX

N

L.nemo.38.D.de regul.iur.2.part.in prælud.§.7.nu.17.

P

L.prætor, 5.D.de re iudicata, 2.p.in prælud.§.7.n.11.
L.1.§.bidum, ff.quando, appell.fit.2.p.§.7.nu.12.
L.1.§.fin.ff.ad S.C.Turpill.4.par.§.15.nu.2
L.prior, 4.§.in cum ff.de administrat.rer.ad ciuit.pertin. 2.p.in prælud.§.5.n.70.

Q

L.4.§.siquis condemnatus ff.de re iudicata, 2.p.in prælud. §.6.n.23.Et §.ait.Prætor, in §.5.n.6.& §. si ex conuentione, num.43.
L.qui damnate potest, 3.ff.de re iudicat.2.par.in prælud. §.7.num.16.
L.qui id, quod, 34. ff.de donationibus 2.par. in prælud. §.num.20.

S

L.2.ff.de re iudicata, 2.p.in prælud.parag.6.n.15.& 16.
L.sed hoc ita, 22.ff.de re iud.2.p.parag.9.n.25.Et parag. quod autem, nu.29.

V

L.verum 64.ff pro socio 2.p.9. nu.23.

EX IVSTINIANO CODICE

A

Leg.Actori 28.C.de reb.cred.cred.& iur.secunda par.in prælud.parag.5.n.23.
Authentica hoc nisi debitor, C.de solutionibus, 2.part. parag.7.nu.17.

C

L.cum Papinianus, 13.cod.de sententiis, & interlocution. omn.iudic.2.par.in prælud.§.7.nu.13.

E

L.Ea lege, 3.C.de cõditione ob causam, 2.part.§.2.n.25.
L.Emptorem, C.locati, 2.part.§.2.num.21.

F

L.fin.C.de pactis inter empt.& vendit 2.part.§.2.n.24.
L.fin.C.de iudiciis, 2.par.§.4.num.14.
L.fin.C.de rebus alienis non alienandis, 2.p.§.2.nu.16.
L.fin.si mancip.ita fuerit alienat.2.p.§.2. num.27.

I

L.in minorum, 3.C.in quibus caus.in integr. rest. non est necess.2.p.in prælud.§ 6.n.21.

N

L.Non eo minus, 14.C.de procuratoribus 2.p.§.1.n.2.

Q

L.Quoties, 15.C.de rei vindicat.2.p.§.2.n.20.

S

Lege secunda C.de pedaneis iudicibus, 2.parte.in præsud. §.7.num.10.
L.2.C.de rescind.vendit.1.part.§.8.n.12.

T

Lege tertia C.ad S.C.Macedonianũ, 2.p. in prælud.paragr.5.n.20.

EX IVRE CANONICO.

C

Cap.cũ cessante, 60.de appellationibus 2.part.in prælud §.3.num.21.

O

Cap.obtatæ, 37.de appellationibus, 4.p.§ 3.n.1.

P

Cap. Pastoralis, 53.de appellationibus, quarta part. in prælud.num.29.
Cap.per.hoc.17.de hæreticis libr.6.2.part.in prælud.§.7. num.19.
Cap.1.de rescriptis, 4.part.in prælud.n.29.
Cap. proposuit. 4. de concessione præbendæ, 2.part.in prælud.§.4.num.18.

EX IVRE REGIO HISPANO Partitarum.

L.56.tit.6.part.1.2.part.§.4.num.7.
L.25.tit.21.part.2.2.part.§.6.num.64.
L.1.tit.27.part.3.2.part.§.4.num.16.
L.3.tit.27.part.3.2.part.§.9.num.64.
L.1.tit.15.part.5.2.part.§.9.num.54.
L.4.tit.15.part.5.2.part.§.8.num.2.
L.tit.10.part.7.4.part.§.5.nu.3.

EX IVRE REGIO HISPANO Partitarum,

L.56.tit.6.part.1.2.part.§.4.num.7.
L.25.tit.21.part.2.2.part.§.9.num.64.
L.1.tit.27.part.3.2.part.§.4.num.16.
L.3.tit.27.part.3.2.part.§.9.num.64.
L.1.tit.15.part.5.2.part.§.9.num.54.
L.4.tit.15.part.5.2.part.§.8.num.2.
L.4.tit.10.part.7.4.part.§.5.nu.3.

EX IVRE REGIO HISPANO nouæ Recopilationis.

L.8.tit.7.lib.1.nouæ recopil.2. part.§.9.num.69.
L.4.tit.4.lib.5.nouæ recopil.2.part.§.15.num.2.
L.4.tit.5.lib.4. nouæ recop. 2.part.in prælud.4.3.nu.25
L.1.tit.16.lib.4.nouæ recopil.1.part.in prælud.§.7.nu.3
L.4.tit.8.lib.4.nouæ Recopil.2.part.in prælud.§.7.n.5.
L.2.tit.21.lib.4.nouæ Recop.2.part.§.4. num.45.
L.1.tit.5.libro 4 nouæ Recopil.2.part.in prælud.§.6.numero 14.
L.1.tit.3.libro 4.nouæ Recopil.2.part.in prælud.§.6.numero 34.
L.2.tit.6.libro 4.nouæ recopil.2.part.in prælud. 6.n.34.
L.2.tit.5.lib.4.nouæ recopil.2.part.§.4.num.2.
L.20.tit.21.lib.4.nouæ recopil.2.part.§.num.4.
L.6.tit.16.lib.4.nouæ recopil.4 part.§.14.num.2.
L.1.tit.16.lib.8.nouæ recopil.2.part.§.4.num.5.

FINIS.

MEMORABILIVM RERVM
HISCE TRIBVS DISPVTATIONIBVS

explicatarum Index alter, alphabetico ordine accuratè dispunctus, In quo litera A. primam, B. secundam, C. tertiam insinuat. disputationem.

A

AEQVITAS, cum alterius damno non admittitur, A. 148.
Æquitas exuberat in contractibus bonæ fidei, A. 136.
Æquitas contractus bonæ fidei, quoad eius conservationem, non quoad relaxationem præstare debet, A. 142.
Alternatiue duabus rebus debitis, ex legis dispositione obligatio in re soluta transfunditur, A. 91.
Antinomia, nulla in iure nostro A. 169.
Antoniæ Garciæ Hispanæ descendentes, etiam fœminæ, viris suis immunitatem vectigalium præstant, B 47.
Arbitri pronunciatio, sententia non est, A. 179.
Arbitri pronunciationi, metu pœnæ parent litigatores. A. 180.
Argumentum à contrario sensu validum, A. 132
Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, & è contra validum, A. 203.
Argumentum à verbis facti narrativis efficax, A. 60. & 62.

B

Bona fides in libris nostris quid, A. 145. & 146.
Bonorum triplex genus, B. 77.

C

Clausulæ de re iudicata stipulationis Iudicatum solui vis, & potestas C. 15.
Clausulæ de re defendenda stipulationis Iudicatum solui, quid comprehendat? C. 17.
Clausulæ de dolo stipulationis Iudicatum solui, quid contineat C. 18.
Cognitor quis: & quale hodie eorum officium? C. 20.
Coniugi relictum si castè vixerit, geminatas nuptias si contraxerit, amittit, iuxta communem, A. 86.
Cynegium, quid, B. 27.

D

Definire, quid significat? A. 19.
Definitionis cuiusque effectus, A. 3. & eius partes, A. 24. & 25.
Dies interpellat pro homine, A. 67.
Distractus eiusdem est naturæ, cuius contractus, A. 141.
Dolus, quando committatur, & ibi multa de dolo C 53.
Dominium rei legatæ transit à morte testatoris. A 90.

E

Emphyteuta à solutione cessans, an moram emendare possit? A. 184.
Emphyteuta Ecclesiasticus ab emphyteuta priuati, quoad emendationem, an differat? A. 99
Ethmologiæ argumentum, quid valeat? A. 4.
Etymologiæ argumentum fallax, validum tamen, nisi definitio repugnet, A. 5.
Facta prudentissimos fallere solent, A. 14.
Fideiussor euictionis, quid præstare teneatur A. 125.
Filii etiam adoptiui parentum suorum conditionem sequuntur B. 8.
Fœmina in fœtus formatione, quid iuxta Hebræorũ opinionem præstet, & de ea re ex Græcis, Arabibus, Latinis, & Medicis sententiæ iudicatæ, B. 68.

G

Geminationis actuum maxima vis, A. 82. & seqnentibus
Geminata confessio receptæ pecuniæ impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ. A. 82.
Geminata renunciatio Velleiani, eius auxilium excludit A. 83.
Gynæciarii, qui? & quale eorum officium? B. 16.
Gynæcium, quid? B. 16.

H

Hebræorum de hominum generatione sententiæ, A 88.
Hispano iure deficiente ius Canonicum obseruandum A. 197.

I

Ingenuitas vtriusque parentis Platonis lege expostulata, B. 14
Instantia, cũ defuncto cœpta, transit in hæredem, C. 65.
Interpellationis definitio. A. 44.
Interpellatio triplex hominis, legis temporis. A. 66.
Interpeliatio iudicialis semper necessaria, cum quis solum indicis officio tenetur, A. 45.
Interpellationis necessaria probatio, A. 45.
Interpellatio iudicialis, & extraiudicialis, constituit quem in mora, A. 45.
Interesse duplex, intrinsecum, & extrinsecum, A. 116.
Indicatum solui stipulationẽ, qui præstare teneatur, C. 9.
Iudicatum solui stipulatio, à quo interponenda? C. 56.
Iudicatum solui stipulationem non præstat procurator, cuius dominus in mandato eam interposuit: C. 10.
Iudicatum solui satisdatio ex tabellionum stylo in omnibus adiicitur mandatis, C. 11.
Iudicatum solui stipulatio quid contineat, & eius formula, remissi C. 8.
Iudicatum solui stipulationes tres clausulæ: de re indicata, de re defendenda, de dolo malo. C. 14.
Iudicatũ solui stipulatio iudicij præparatorii est, C. 40.
Iudicatum solui stipulatio facit rem non integram si dominus, qui satisdedit idoneus fideiussor est, C. 43.
Iudicatum solui satisdatio à domino interposita, quando non releuet procuratorem ab onere satisdandi, C. 12.
Iudicatum solui stipulatio non committitur mutata actione, C. 95.
Iudicatum solui stipulatione interposita potest procurator expresse reuocari, C. 44.
Iudicatum solui stipulatio corrumpitur procuratoris causa mutata C. 50.
Iudicatum solui stipulatio cessat ex mutatione intentionis, & animi agentis, C. 96.
Iudicatum solui stipulatione fideiussor, an liberetur per appellatio

INDEX

appellationem à reo, vel ab actore interposita, C. 99.
Iudicatum solui stipulatio, vtrum adnectus fideiussores statim committatur, ita vt absque nouo processu exigi possit? C. 100.
Indicis declaratio necessaria, etiam in casibus in quibus lex ipso iure operatur, A. 40.
Iudicis partes, quæ in iudicio, A. 125.
Iuramentum sequitur naturam, actus cui adhæret, A. 76. & 191. & 193.
Iuramentum habet vim litis contestatæ. A. 150.
Iuramentum habet vim geminationis actus, A. 186.
Iuramentum res definita esse integra, A. 186.
I. Consultorum contraria responsa quare adhuc in libris nostris extent, A. 171.
Iuris priuatio pœna est, A. 156.

L

Libertatis fauere multa in iure indicta, B 89.
Litis contestatio initium, & fundamentum iudicij, & alterius iudicis partes incipiunt, A. 121.
Locupletari, cum alterius iactura nullo iure licet, B, 75.

M

Materiæ familiæ insignia filius non debet portare, & Ægyptiorum de ea re antiqua lex B. 86.
Mitra Dea nati, Dii apud plures sunt putati Q. 14.
Mitius agitur cum lege, quam cum homine, A. 92.
Monetales trium virũ qui hodie sint. B. 41
Monetarii, qui, & quale eorum officium? B. 9
Mora, quod significet, & vnde dicatur. A. 7.
Moræ definitiones plures remissiue. A. 22.
Moræ definitio, vt omnia, quæ facti, non iuris quæstionem habent solertem iudicem desiderat, A. 16.
Moræ definitio vera, A. 20.
Moræ definitionis per partes explicatio, A. 23.
Mora, contentio interpellationis sine legis, siue hominis, A. 44.
Mora duplex, regularis, & irregularis. A. 17.
Mora dici non potest, quæ inculpata inuenitur. A. 29.
Mora, an facilius emendatur in vltimis voluntatibus, quam in contractibus? A. 131. & 293.
Mora, an emendetur facta executione à lege? A. 89. & 213.
Moræ emendatio, vbi iure creditoris deterius non fit, Hispano iure semper admitti debet, A. 197.
Mora emendata interposito iuramento, an periurium committatur, siquæ absolutio necessaria? A. 198.
Moram vnica interpellatione committi putat communis, A. 46.
Mora duplex non magis impedit emendationem, quam simplex. A. 81. 125.
Mora irregularis, quæ reipsa contrahitur, A. 58.
Mora irregularis pluribus casibus contrahitur remissiue, A. 42.
Moræ emendatio, an excludatur principali obligatione collatam personam vnius, personali in personam alterius? A. 215. Et an id procedat, quando translatio sit animo nouandi obligationem inhibendam.
Moræ emendatio, an iure Canonico admittatur? A. 195.
Moræ emendatio præsentem obligationem, paucis casibus exceptis, non requirit, A. 177.
Moram emphyteuta, an emendare possit A. 74.
Moræ emendationem, an impediat iuramentum? A. 75. & 26. & seqq.
Moræ emendatio adiecta die, & pœna non admittitur ex communi. A. 70. & num. seq. tenib. proponitur contraria, & late probatur, A. 98. & num. seq.
Moræ emendatio, quando per solam obligationem ejus, quod debetur, fit? A. 125.
Mora committitur, vbicumque debitum efficium prætermitti constat A. 45.
Moram, nec committit, qui exceptione perpetua se tueri potest, A. 30. Aut ante diem solutioni interpellationi, aut qui interpellari non potest, A. 41.
Mora post litem contestatã non emendatur, & quare? A. 125.
Mora emendatur etsi vtrumque, & interesse, & principale debitum peti possit. A. 184.
Moræ emendationem ex æquitate defendere, quomodo intelligendum? A. 147.
Mora, quæ citius contrahitur, facilius emendatur, A. 137
Moræ emendatio in contractibus bonæ fidei admittitur, die, & pœna adiecta, ex communi, A. 135. contrarij, 139. & 144.
Mora in faciendis obligationibus, post litem contestatam, quare non admittatur, A. 125.
Moræ emendatio in pœnis legalibus admittitur vsque ad sententiam ex Bart. A. 125.
Moræ emendationem excludit litis contestatio. A. 93. & de eius rei ratione, enim 94. & latius num. 145.
Moræ emendatio in stipulatione Iudicatum solui, quare post litem contestatam admittatur, A. 124.
Mora, an ex plumbus, an ex vna interpellatione committatur? A. 46. & multis num. seqq. maxime nu. 51.
Mora per debitorem plerumque per creditorem interdum committitur? A. 34.
Mora cum reipsa sit, iudicis declaratione adhuc opus est, A. 39.
Moræ emendatio futuro, non à præterito damno emendantem liberat. A. 125. ver. quod tamen.
Moræ rationes, quando agi possit A. 56
Moram non eo, minuti, qui iustam causam habuit ignorandi se debere, A. 43.
Mora, dilatio, siue tarditas, quæ cum alterius culpa coniuncta alteri damnosa est, A. 9. & 10.
Moræ emendatio, etiam die, & pœna adiecta in præparatoriis iudiciis admittitur ex Bart. non in litis decisoris, cuius opinio reprehenditur, A. 176.
Moram definiri non posse putat communis, ex l. mora. 32. D. de vsuris, A. 11. & 13. & eius legis vera explicatio, num. seqq.
Moræ emendatio non ipso iure, sed ope exceptionis emendantem liberat, & quare? A. 118.
Mora, quãdo cõmodius definiri difficile definitur A. 14. & 15. & 25.
Moræ emendatio ex æquitate descendit, nec admittitur, cum alicuius ius detrimo fit. A. 108.
Moræ celeris emendatio, quæ arbitrio iudicis relinquitur, A. 108. idem iure Hispano, 103.
Moræ emendatio in conuentionalibus, & prætoriis stipulationibus à Pari procedit. A. 109. & 110. & 123.
Mora regularis, quæ ex persona dicitur per interpellationem contrahitur. A. 45.
Mora emendatio per solam oblationem rei principaliter debitæ post litem contestatam, non admittitur. A. 125
Moræ in obligationibus dandi, an post litem contestatam admittatur. A. 125.
Mora in obligationibus faciendi commissa, succedit statim obligatio in id quod interest, 165.
Mora vnius diei, & vnius horæ lapsus facit. A. 67.
Mora fortior admenta, dici quæ ex interpellatione. A. C. 59.
Mora emptio non admittitur, cum quis lucrum captat sed cum damnum vitat. A. c. 5.
Mora vltima nocet. A. 211.
Moræ emendationem iuramentum an impediat latè disputatur A. 186. & 194.
Mora vt committantur interpellationes plures desiderant Cor. & Feretus, A. 50. & 51.
Moræ, an emendatio admittenda sit elegans doctrina? A. 184.
Mors quoad voluntatis renocationem minus, quam expressa voluntas operatur, C. 42.
Mora committitur, cum quis non præstat id, quod præstare tenetur, A. 39.
Moram emendari posse adiecta clausula, rato manente pacto, putat communis, A. 183. contraria sententia verior, ibi.
Mortor debitor mortor creditor non morosus dicendum A. 8.
Morati quid apud Iur. Consultos significet, A. 8.
Murileguit qui, quale eorum officium, & conditio, B. 20.

Mutatio

INDEX.

rivatio formæ totam rem perimit. C.51.
Mutatio qualitatis ex parte actoris, etiam stipulationem vitiatur, quibus casibus is tantùdare teneretur. C.90
Mutatio qualitatis procuratoris, siue defensoris ex parte rei impedit stipulationem, iudicatum solui communi secundi ex parte actoris mutatio contingat. C.77.

N

Narratiua facti verba, an ius inducant. C.60.& 62.
Naturalia iura immutabilia. B.4.& 69.
Nobilitatis definitio ex Baldo. B.6.
Nobilitas triplex, animi, fortunæ, naturæ. B.75.
Nobilitas naturæ, quæ? B.79
Nobilitas animi carens præstantiis. B.76.& 78.
Nobilitatis, gentilitati quæ iura naturalia sunt. B.5.& 75.
Nobilitas generis ad magnat. & gloriosas res naturaliter promotat. B.8.
Nobilitas quæ in aliotib. sanguinis iure derivatur illustrior B.5.6.7.& seqq. & 80.
Nobilitas apud Hispanos à patre derivatur. B.11.
Nobilitatem diuitiæ præstant. B.81.
Nobilitatem paternam non maternam filius quare sequatur. B.84.& seqq.
Nobilitas, etsi non admittatur, eius effectus iure tolli possunt. B.46.& 82.
Nobilitas, quæ pacto non potest renunciari in consequentiam alterius actus, amici, solet. B.46.
Nobilitas immunitates multæ partis legibus concessæ. B.82.
Nobilis, priuilegio renuncians pro debito an capi possit. B.46.
Nobilis vectigalium conductor nobilitate non gaudet. B.46
Notæ I. Consultorum in antiquorum libros, quæ: A.154.
Notali iudicio condemnatus quid præstare debeat. A.125.
Nulla interpellatio, quo sensu in iure nostro sæpe dicatur. A.32.

O

Oblatio verbalis, an emendet moram? A.125.
Obligatio pœnalis, quasi nouat priorem. A.6.& 116.

P

Partus sequitur ventrem. B.12.& an quod honores, & dignitates 13.& 14. ibi, & quæritur. 91.
Pœnalis obligatio quasi nouat priorem obligationem, A.182.& 216.
Pœna in stipulationibus iudicialibus, semper punitur. A.129.
Pœna in contractibus quare moderatur. A.95.
Pœna soluta in arbitrorum iudicijs, nouiter possunt litigantes iure suo vti. A.181.
Pœna ipso iure imposita, iudicis declaratoriam sententiam adhuc exigit. A.41.
Præceptorum sententiæ sequendæ. A. 114.& 116.
Præparatorij ad præparatorium, quando argumentum valeat, & in iudicijs, & contractibus? B.41.
Priuilegij, causa cessante, cessat priuilegium. B.68.
Procurator, quis sit, & quatenus à defensore differat. 19.& 84.
Procuratoris renocatio ignorante actore nulla. C.60.
Procurator lite contestata efficitur dominus litis. C.78.
Procurator, causa cognita lite, etiam contestata, potest renocari. C.47.& 71.
Purpuræ, & muricis eadem natura. 23.
Purpuram sacram adorare B.23.
Purpura solius Principis vsui erat B. 20
Postea labente tempore magistratuum, & Patriciorum, B.22.
Purpura Tyria, omnium pretiosissima B.25.
Purpuræ nundinationes, quare prohibitæ. B. 20.& de eius vsu, & initio. B.22.

Q

Quantitas quæ debetur respectu certę speciei pro ipsa specie, an solui possit A.125.

R

Rato manente pacto clausula, quem habeat effectum. A.185.
Regina, Ducissa, Machionissa, Comitissa, & aliæ fœminæ, dignitatem absentes, eisdem titulis vitos suos decorant. B.49.& 51.

S

Salmanticenses mulieres dellos linages virus suos nobilat quodammodo ellicium B.48.
Salus populi suprema lex est. B.74.
Satisdationes in iudicijs, quare præstentur. C.1.
Satisdationis iudicio sisti. o. iginem progressum, & postatem qui explicent. C.2.
Satisdandi stipulatione ab onere, quis liberetur? C.15.
Sectæ diuersæ I. Consultorum per tetras pepercrunt dissensiones. A.136.
Secundo nubentium pœnæ nullæ. D.65.& num. seqq.
Senatusconsultum Claudianum, quando factum, & eius sententia. B.35.
Sermonum manumissionis causa venditorum, aut donatorum constitutiones quæ in iure. A.114.
Singula, quæ non prosunt, multa collecta iuuant. A.87
Supellectem siquis sequitur tres necessitates interpellationes. A.33.& 34.

T

Testators voluntas semper inspicienda. A.202.
Testamentum eius, qui apud hostes decessit, an sit firmum? C.59.
Traiectiniæ pecuniæ, quæstio magna inter Proculeianos, & Sabinianos. A.172.
Transfatio iudicij à procuratore in dominum fieri potest, & è conuerso. C.66.

V

Vadimonium quare dictum quod à vocato in ius præstatur C.6.
Venditor ex natura contractus, quid emptori præstare teneatur. A.125.
Vocare in ius, non citare significat, sed reum ad tribunal Prætoris trahere. C.4.
Vocatus in ius, si iret obtorto etiam collo rapi, & inuitus trahi poterat antestatione tamen prius facta. C.3.
Vocatus in ius ne eat, vadimonium præstare oportet. C.6.
Vocatos in ius, nisi satisdet, aut immobilia pollideat Hispano ire in carcerem detrudatur, nec extrahi inde possit, nisi præstitis fideiussoribus de la Haz. C.7.
Verba, iuxta subiectam materiam, semper accipienda. A.127.
Verbum, liberari, ipso iure liberationem inducit. A.126
Verbum, nos, priuationem induit. A.186.
Verbum, debueris, expressam necessitatem inducit. A.121.
Verbum, potueris, necessitatem nullam imponit. A.150
Verbum, quandoque, idem quod quandocunque, A. 150.
Verbum, census, quid significet. C.38.
Vidua gaudet priuilegijs mariti nobilitate si honestè, & casté viuat. B.82.
Vidua prioris matrimonij nobilitate gaudet, dum viduitatis conditionis viro non nubit. B.55. quod multis exornatur iure Romano, Hispano Lusitano, Gallo, seq. num.
Vidua nobilis, quæ ignobilem maritum habuit, in infima conditione perseuerat iure ciuili, Roman. secus iure Hispano, quo pristinam recuperat dignitatē. C.39.& 80.
Vidua secundo nubens, mariti secundi conditione tenetur, Romano, & Hispano iure. B.64.
Vidui relicti vxorum nobilium, quando earum nobilitatem retinent. B.61.
Vsucapionis ius, & eius inducendæ rationes multæ. B.75. & 74.
Vxores virorum suorum conditione teneri, nostrorum, & exterorum testimonijs latè ostenditur. B. 15. seqq.
Vxor inter Regio nobilitate viri illustratur B. 42.
Vxores Senatorum, Doctorum, officialiumque Regiæ domus nobilitatibus maritorum gaudent. B.43.
Vxor nobilis natiuæ gentilitatis decus infimis nuptijs amittit. B. 18.
Vxores nobiles, matritis ignobilibus nuptæ, an constante matrimonio ignobilium pœnis afficiantur. B.44.& seqq.
Vxor matris nobilis, pœnis non afficitur ignobilium. A.46.
Vxoris nobilitate multis in casibus vir illustratur. b.47.
Vxoris nobilitate maritum illustrari statuto, an effici possit. B. 54.

LEGVM, ALIORVMQV
LOCORVM, IVRIS CIVILIS, CANONICI,

Et Regij Hispani, quæ his tribus disputationibus, nobilitantur, vel explicantur vel exornantur accuratè Digestus Index.

Littera A. primam. B. secundam. C. tertiam indicat disputationem.

EX DIGESTO VETERI.

L. Ius ciuile, 6. D. de legibus. B. 69.
L. filium cum definimus, 5. D. de his qui sunt sui, vel alien. iur. noua, & elegans explicatio, A. 17.
L. 1. D. de pactis. A. 6.
L. Plerique, 18. D. de in ius vocando C. 5.
L. sed etsi 21, 22. D. de in ius voc. C. 5.
L. Iulianus, 11. D. qui tutel. cog. C. 71.
L. si post tres, 8, D. si quis caution. A. 106.& 128.& seqq.
L. 2. D. ne quis eum, qui in ius voca. vt eximat. A. 147.
L. fin. D. de transact. 215.
L. seruus, 14. D. de his qui not. infam. C. 64.
L. si defunctus, 15. D. de procurat. C. 59.
L. Titius, 76. D. de procurator. C. 47.
L. Æmilius, 30. D. de minorib. A. 54.& 160.
L. Si cum dies, 5. §. fin. l. si quis rem. 36. D. de arbitris, A. 185.
L. Celsus, 27. D. de arbitr. A. 73. &. 174. cum seqq.
L. Si quis ex aliena 5. D. de iudiciis, C. 5.
L. licet 56. D. de iudiciis, C. 92.
L. item veniæ, 22. §. sed ponamus, D. de pet. hæred. A. 57. & 5. idem recte. A. 125.
L. Nam postea. 9. §. si is qui temporali, D. de iure iur. A. 189.
L. 3. §. & ideo. D. quod certo loco, A. 183.
L. si conuenerit, D. de pign. act. A. 53.
L. si mandato 36. §. ille illi, D. mandati. A. 55.
L. si quis à socio. 41. D. pro socio. A. 178.
L. qui fundum. 40. D. de contrah. empt. A. 140.
L. Lucius, 48. D. de action. emp. A. 151.
L. prædia. 28. D. de actio. empt. A. 183.
L. si fundus 4. §. Marcellus, D. de leg commis. A. 77. & 100.& num. seqq.
L. si cum venderet, 10. D. de serui export. A. 154.
L. si in leg. 127. §. Colonus, D. locati. A. 80.& 209.
L. 1. & fin. D. quib. mod. pig. vel. hyp. soluit. C. 73.
L. Mœa. 32. D. de viuris. A. 13.& 57.

EX INFORTIATO

L. 2. §. fin. D. de administrat. tut. C. 97.
L. 1. D. de iure delib. A. 102.
L. si is cui. 19. D. de leg. 2. A. 80.
L. Titia. 8. §. vsuras, D. de leg. 2. A. 48.
L. si cui Ianna 68. §. de versiculotibus. D. de leg. B. 24.
L. mancipiorum. 6. D. de optione, leg. A. 149.& 213.
L. 1. versic. nisi forte, D. de penu leg. A. 78.& 141.& 204.

EX DIGESTO NOVO.

L. de pupill. p. 5. §. siquis ipsi prætori, D. de noui oper. nunciat. A. 2.
L. Cum hæres, 5. §. item Cassius l. seruus, 14. §. seruus ff. de stato liber. 2. 208.
L. Thais 70. §. intra certa, ff. de fideicom. liber. a. 79. & 205. cum seqq.
L. hoc edicto. 15. ff. de publ. & vectig. 2. 125. pag. 115
L. fideiussor. cuictionis, 16 ff. de doli mali excep. 2. 115
L. traiectitiæ, 22. in pr. & §. de illo, ff. de oblig. & action. a. 71. & 140.& 161. cum seq.
L. stipulationes, 72. § fin. ff. de verb. 2. 125.
L. si insulam 84. ff. de verb. obl. 119.& 125. latissimè.
L. si seruum, 91. §. sequitur ff. de verb. 2. 147.
L. qui 2. Romæ, 121. §. Flauius, 2. 152. & §. Scia. cohæredes, 2. 59.
L. si ita quis 135. § ff. Scia verb. 2. 80.& 155.& 2
L. si pupillus, 127 ff. de verb. oblig. a. 51.
L. si cum hominem, 34 ff. de fideiuss. c. 94.
L. cum quis 58. § si debitorem ff. de solut. 2. 126
L. Stychum, 95. §. naturalis ff. de solut. b 71.
L. 3. si plures 2. 111. & §. sed quod de tutore, pulationem C. 91. fi. a. 135.& 110.
L. si ante acceptum iudicium, 7. ff. indicatum actor, & vera lectio animaduersa C. 21.
L. si petitor 8. ff. indicatum solui, C. 93.
L. cum quæretur, 13 ff. de indicatum soluia. 125.&
L. cum qui 1. ff. de interdictis, & relegatis, b. 7.
L. bona. 48. § hoc sermone ff. de verbor. signifi. a. 49.
L. nulla. 99. ff. de reg. iur. a. 31.
L. omnis definitio, 202 ff. de reg. iur. a. 20.& 21.

EX CODICE, ET INSTITVT.

Auth. statuimus, C. de Episc. & cler. 2. 64.
L. si quis maior. 41 C. de transact. 2. 188.
L. fin. C. de non. num. pecun. a. 76.& 193.
L. in minorum, 3. C. in quibus causis integrum. rest. non est necess. 2. 78.
L. 1. C. de iure emp. a. 184.
L. cum debitatur. 3 C. de iure emph. 2. 92.
L. 1 C. qua res vendi non possunt, b. 24
L. si liber homo. 1. C. de liber. causa. b. 38.
L. magnam. 12. C. de contrah. & com. stipul. 2. 72.& 163. cum seq.
L. sancimus, 27. C. de fideiuss. 130.& 157.
L. 3 C. de nouation. 2. 215
L. commissoria. 4. C. de pact. inter emptorem. a. 160.
L. 1 C. de sent. & interloc. omn. ind. c. 72.
L. diuo Marco. 11. C. de quæstion. & eius priuilegium vxoribus Nobilium, Senatorum Doctorum, an competat? B. 44.
L. cum scimus, 21. C. de agricolis, & censitis, lib. 11. 2. 84.
L. 1 C. de vestibus holoseric. lib. 11 b. 17.
L. vnica, C. de præpositis laborum siue (labarum) 50.
L. solita, 3. C. de cohortalibus lib. 12. b. 53.
Cap. 1. de milite vassallo. a. 65
§. præterea. Inst. de action. b. 25.
§. fi. Inst. de perpet. & temp. action. a. 125.

EX IVRE CANONICO.

Cap. 1. cap debitores, de iur. int. a. 199.
Cap. propter sterilitatem, 3 §. verum, de locato. 2. 99.
Cap. potuit. 4. versic. nisi sceleri, de locato. 2. 99. & 128.

EX IVRE REGIO HISPANO.

L. 9. tit. 1. part. 2. b 51.
L. 3. tit. 15. part. 2. b. 51.
L. 22. tit. 8. l. 18. tit. 11. par. 5. 2. 67.
L. 18. tit. 11. part. 5. a. 45.
L. 3. tit. 14. l. 28. tit. 8. part. 5. a. 104.
L. 70. Tauri. l. 9. tit. 10. lib. 5. Recop. a. 114.
L. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. b. 46.
L. 9. tit. 11. lib. 2. l. 18. tit. 14. lib. 6. nouæ Recop. b. 61.
L. 2. tit. 10. lib. 8. nouæ Recop. b. 46.
Pragmatica de las Cortesias, exornatur, b. 61.

FINIS.

Romanus
Imperador